Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIII
E
3
NAPOLI

XLIII
E
3

XLIII
5.
3— 6.

OMNIA OPERA

GVLIELMI BVDAEI

PARISIENSIS, CONSILIARII

REGII, SVPPLICVMQVE LIBELLORVM IN REGIA Magistri, quæcunque ab ipso edita, & post decessum publica facta, ex dispersis, & ijs emendatis exemplaribus, in unum corpus laboriose congerere potuimus: quorum tanta est doctrinæ magnitudo atque uarietas, ut ad quoduis genus studiorum, & potissimum ad præstantem Iuris Ciuilis cognitionem adiuuãdam maximo usui omnibus literatis uiris sint futura.

Itaque quod diuersis optime sit consultum, in Tomos quatuor ea ratione distinximus, ut & in uniuersum & separatim à studiosis literarum haberi possint.

LIBRORVM OMNIVM INSCRIPTIONES sequens pagina ordine commemorat.



Τῆς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίγνεται.

BASILEAE APVD NICOLAVM EPISCOpium Iuniorem, M. D. LVII.

CATALOGVS EORVM QVAE IN SINGVLIS BVDAEI LVCVBRAtionum Tomis comprehenduntur.

TOMO I.

HIS COHAERENT QVAE AB IPSO CONuersa sunt ex Graeca lingua in Latinam.

TOMO II.

TOMO III.

TOMO IIII.

COELIVS SECVNDVS CVRIO, IOANNI FICHARDO I. V. DOCTORI, ET REIP. FRANCOFVRTENSIS Aduocato incorruptissimo, & omnium bonorum eruditorumq; humanissimo & nobilissimo Patrono,

S. P. D.

LIBROS Gulielmi Budæi Græcis latinisq; Camœnis gratissimum opus, antehac sparsim ab alijs editos, nunc tanquam membra in unum corpus pulchrè coniunctos, atq; à Nicolao Episcopio F. egregijs descriptos typis, liçentiore epistola narrare cōstitui tibi humanissime Fichardo. Nāq; soles tu huiusmodi uirorum monumenta quæ uario sunt eruditionis colore imbuta, uel in præcipuis ornamentis habere ac reponere: ut inde ualeas te & alios exornare: ac tanquam ex sanctiore thesauro opes incorruptibiles uariasq; depromere. Quòd siquis in hoc genere unquam fuit in tuum sacrarium inferendus, fuerunt autem plurimi, hic inter illos nō postremum locum habere debet: nec ab [illegible] tuo procul, qui cum ei fuit honesta laudis literarumq; contentio. Vt enim non multos sanè habet [illegible] Germania, sic unum dedit Gallia Budęū, alterum uix intra centum annos datura. Sūma enim paucitas est in suo cuiusq; genere perfectorum: cum mediocriū magna sit copia, ut & Plato in Phædone confirmat. Equidem arbitror prouidentiæ diuinæ ita placere, ut quæ perfecta sunt, maiore ueneratione dignentur: sitq; aliquid in omni genere rerum quod principatum obtineat: reliqua ad id tanquam ad exēplar sese componant, & forment. Aurea uerè secula, in quibus huiusmodi lumina cernuntur, almaq; terras sidera spectant. Tantam enim rerum atq; artium pulcherrimarū afferunt messem, ut in multa pòst secula alendis mētibus & ingenijs iucundissimo pabulo sufficere posse uideantur. Hoc in duobus clariss. luminibus [illegible] B[illegible] uidemus. Sed quoniā hoc loco de Budæo agitur, neminem ignorare [illegible]tror, quantæ sint in eo literæ; quanta artium, quàm uaria rerum pulcherrimarum supellex. Fuit enim illud pectus nō modo egregia in deum fide, in homines bonitate, uerumetiam optimarum rerum cognitione ad prodigiū usq; refertum. Id ipsum eius hæc absolutissima monumenta, & testata sunt, & in posterū testabuntur. Quam enim philosophiæ partē, quam philologiæ diuinæ humanæq; in eius scriptis immortalibus desiderabis? Linguarum ne cognitionem? at Græcæ Latinæq; linguę non protrita modo & uulgaria nouit, sed omnia utriusq; linguæ mysteria sic tenuit, sic percepta & pertractata habuit, eaq; suo Marte sine pręceptore & duce, una pertinaci fretus diligentia, ut cum ipsis linguarum autoribus certaret, nihilq; tam in eis abditum & recōditum esset, quod non felix illud ingenium peruestigaret, in lucemq; proferret. Huius rei argumento sunt linguæ Græcæ Latinæq;, sic enim appellari debent, nō Græcæ tantum, Cōmentarij luculētissimi. Inde enim omnes

Graiæ Latinæq; Mineruæ candidati, tanquam è copiæ quodam cornu, & redundanti Nilo ditantur, & fœcundantur. Testantur etiam tot epistolæ Græcè ab eo conscriptæ, quæ dubiam faciunt palmam, Græcæ ne an Latinæ linguæ peritior fuerit, tanta in utrisq; uerborum copia bonorum, tanta rerum sententiarumq; uarietas cōtinetur. Sunt autem Epistolarum libri quinq; Latinarum, quanquam in his semigræcæ aliquot legantur, Græcarum unus, in quibus se ipse superauit. nam & facilior & elegantior in illis fuit, quàm in reliquis lucubrationum generibus: nec illi defuit festiuitas et acumē, quæ sunt epistolarum maxime propria. Ferè autem ad insignes uel doctrina, uel dignitate uiros epistolas scripsit, Erasmū, Alciatum, Cantiūculam, Leonicum, Viuem, Morum, Tonstallum, Bembum, Sadoletum, Longolium, Lascarem, atq; eiusdem notæ alios: nullæ uerò sunt aliorū ad se, præter unam, ni fallor, Lascaris: sic enim ei, ut uaria sunt hominum cōsilia, uisum est uiuo, ut suas non aliorum ederet. At existimabit forsitan aliquis, linguam sine corde & pectore, ut plerisq;, fuisse: nec uirum hunc philosophiam attigisse. Quod si ita est, quid ergo sibi uult ampla illa legū, moris, Iurisq; professio, in qua sic excelluit, ut in regium consilium à prudentissimo Galliæ Rege cooptaretur? Quid in Pandectarū Iuris omni genere politissimæ eruditionis, nō tinctæ modo, sed refertissimæ annotationes? Dij boni quanta antiquitatis cognitio? quāta rerū artiumq; uarietas? quot autorum emendati, restituti, enodati loci? Omitto opus singulare, in quo fori & Iurisconsultorum proprias & uoces & locutiones explicat, ipsosq; Iurisconsultos suam linguam docet, & ob id Forēsia appellata. Quinq; autem libros de Asse & partibus eius, quæ ratio tota Geometriæ principijs continetur, quibus efferam uerbis? quanta est eius operis doctrina, in omni humana diuinaq; ratione utilitas? quis hoc argumentum alioqui intricatū & difficile Budæo felicius tractauit? adde quod in eius operis bene longa peroratione in corruptos seculi mores tanta eum grauitate excurrit, ut non Iuris humani consultum, sed Dei summi uatē maximos & infimos monentem, audire te putes. De studio literarum recte formando, De philologia, hoc est de omnigena eruditione capessenda, quid aptius, eruditius, iucundius, legi potest? Ex his tanquam rudimentis eductos, quantum sit in rebus inane, ut inquit ille, quamq; caduca & fluxa sint humana omnia, & non in eis pes ab ijs qui æternitatem spectant, figendus sit, tribus De contemptu rerum fortuitarum libris demonstrat: His iam firmioribus iactis sapientiæ fundamētis, succedūt totidē libri De transitu Hellenismi ad Christianismū, quibus nihil in eo genere grauius, augustius'ue: in quibus quid aliud docet, quàm ab humana sapientia, quā sibi potissimū ueteres illi Græci uendicarunt, ad diuinā & cœlestē, quàm uetustissima Dei oracula Christiq;, qui Dei est sapientia, ueraq; & cœlestis Minerua, sanctissima placita transeundum, & ascendendum? non quidem ut illa abijciatur tanquā inutilis & indecora, sed ut se huius administram & ancillam agnoscat, utpote cuius munus sit hæc inferiora illustrare: & quasi Lucina in hac rerum humanarum nocte ignorantiaq; dominatū habere: cum hæc ætheria, & sublimior, quasi lucidissimus Apollo, rerum diuinarū æternarumq; afferat diē.

quibus

quibus in libris non philosophus modo, sed etiam Theologus fuit. Quare subit nonnunquam admiratio, qui fieri potuit, ut homo in medijs negotiorum undis uiuens & uersans, & non statim à prima adolescentia de tantis rebus cogitans, tãtam rerum diuinarum cognitionem assequeretur: & uitæ innocentia, quæ cognoscebat, ornaret. Nam & scriptis suis, & uita, & morte, ueritatis se & Christianæ philosophiæ amatorem satis declarauit. Hæc autem quæ hactenus recensuimus ad quam philosophiæ partem pertineant, non est difficile uidere: alia enim ad artes spectant, quæ in loquendo, disserendoq; uersantur: alia ad Geometriam, alia ad mores uitamq; instituendam: alia ad res diuinas siue religionem. Quæ uerò de Græcis conuertit, partim physica sunt, cuiusmodi Aristotelis & Philonis lib. De mũdo, & Plutarchi opus De placitis philosophorũ, De fortuna Romanorũ & Alexandri: quanquam hæc duo postrema ad mores, & politiam quoq; pertinere uidentur. De animi trãquillitate, eiusdem Plutarchi opus, & De uita in solitudine agenda Basilij epistolam, ea philosophiæ pars sibi uendicat, quæ priuatos cuiusq; mores, affectusq; componit. Ex quo satis, quod diximus liquet, Budæum nostrum in omni philosophiæ artiumq; genere esse uersatũ, qui tot tantasq; res, tam doctè copioseq; explicauit. Sed enim dicat aliquis, ut concedam quod negari non potest, Budæum tanquã Varronem alterum, doctissimum fuisse: in scribendo tamen durus, obscurusq; fuit: neq; uerborum collocatione, & tractu orationis leniori & æquabili sua scripta perpoliuit: & ob id Cœlio Antipatro similis, quem ferreũ scriptorem uocatum legimus. Nemo negat, hanc unã uirtutem orationis quã σαφηνείαν Græci dicunt, ei defuisse, ut dilucide scriberet: in quo non est imitandus. Verum hoc in eo primum minus reprehendendum est, quod multis, & eximijs uirtutibus compensatur. Deinde, non studio & uoluntate in hoc dicẽdi genus uenit, sed natura, & quasi aliud agens. Sero enim, ut ipse testatur, ad elegantiores literas animum cõuertit: atq; ubi eas adamare cœpisset, sine præceptore, ut dixi, eas uorare cœpit: ac totus in res, linguasq; conuersus, de compositione collocationeq; uerborũ parum solicitus fuit. Itaq; sensim in hanc orationis faciem incidit, quæ usu iam ita confirmata erat, radicesq; tam alte posuerat, ut mutari diuelliq; prorsus nõ posset, usq; adeo à teneris, ut noster Poeta inquit, consuescere multum est. Nam hæc scribẽdi facilitas, & æquabilitas, ni maturè comparetur, & adsit monitor, & ductor, ubi induruerit, non facile, magno etiam labore conanti, continget: quanquã laborem in eo ferre, grandior, & durior ætas, contentioneq; non potest. Impediunt etiam multa domi, plura sæpenumero in Republica negotia. quo fit, ut quemcunq; cursum uelificando oratio ceperit, eũ tenere necesse sit, nisi hærere omnino uelis, aut huc & illuc incertus auferri. Obscuritatem uerò nõ modo compositio ipsa collocatioq; uerborum parit, sed & uerba latina quidẽ illa, sed uetusta, pleraq; etiam obsoleta, & ex reconditis artium latibulis eruta, uelut ex ueteribus Iurisconsultorũ libris, ex architecturæ reiq; rusticæ scriptoribus, medicis, pictoribus, poetis, & id genus alijs. Vtitur quoq; crebris figuris, modificatis uerbis, ac potissimum translatis, & allegorijs: multus quoq; est in Græcis loquẽdi formis:

habet inusitata, nec uulgo cognita prouerbia, & similitudines: alludit modo ad aliquam abstrusiorem historiam, modo ad fabulam: acutus est in dictis: & interdum, quod [illegible] agnouit & sensit, amarus, insidiosus, contortus, uiolentus, & tum maxime cùm cessisse, ac sese recipere uidetur. Hæc & id genus alia minus cautum attentum'ue lectorem fallunt: eíque tenebras offundunt, adeo ut unde uenerit, quorsum progrediatur, quò spectet, seque proripiat, non satis uideat. Mihi uerò paulo diligentius in Budæi dictionem intuenti, non usque adeo difficilis, & inamœna uidetur, si quis modo dies aliquot assuescat: nec sit rerum omnium prorsus & antiquitatis ignarus. Est enim uirilis, robusta & grandis, ut pote antiquitatem incorruptã redolens: uarietate quoque & copia, non modo prodesse, uerumetiam delectare plurimum potest. Adde quòd nouam quãdam rationem attulit orationis, ut pauloante diximus, & dicendi genus induxit propè singulare. Quis enim unquam res præter hunc tragicas penè comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scenica prope uenustate tractauit: atque ita, ut neque iocus magnitudine rerum excluderetur, nec grauitas facetijs minueretur. Fuit quidem de Budæi dictione, scribendíque genere nõ parua inter ipsum Budæum [illegible]que contentio, sed tamen quæ utrique occasionem præbuerit in Epistolis multa, eáque præclara scribendi, quæ citra illã contentionem latuissent. Dum enim alter suam reprehensionem, alter dictionẽ tueri, uterque iudicium suum conatur, mirum quæ acumina, quàm eruditæ, iucundæ, grauesque sentẽtiæ ab utroque prodierint. O felicia tempora, quibus alteri ab altero dissidere sine crimine, sine Areopago, & Curia fas erat. Literis & immortalibus monumẽtis editis tum res agebatur, nemo notabatur infamia, nisi si quis ingenio & doctrina ab alio uincebatur. Et rectè. nam de literis & doctrinis, Musis & Mercurio agẽtibus, Minerua Apollineque sedentibus, non rerum capitalium iudicibus, disceptandum est: alioqui sapientissimorum Deorum Dearúmque maiestas læditur, & uiolabitur. Crimina enim & quæ in leges committuntur, Areopagitarũ cognitioni subijciuntur: literarum doctrinarúmque dissidia, argumẽtis ex ijsdem literis petitis agi terminaríque debent. Non sine sudore quidem & puluere, sed sine sanguine sunt Musarum certamina: & quos literæ dissociauere, eædem sæpe reconciliant. Vtinam quemadmodum in senatu prudentiúmque uirorũ consilio, sic quoque in re literaria liceat sine acerbitate odióque ab alijs diuersa sentire, modo id fiat ueritatis indagandæ causa, studióque iuuandi. In prudẽtium uirorũ consilio, non possunt omnes idem dicere, satis est omnes Reipub. & ciuitatis ad cuius sedent gubernacula, salutem spectare: ad eum uero finẽ assequendum alius alia, interdum ab alio non modo diuersa, uerũetiam contraria consilia profert. Oratio discrepat, mens est omnibus una, si boni sunt, salus ciuitatis, quam legem Iupiter ipse sanxisse dicitur. Et hoc est quod alicubi prudẽter dicit senator Cicero: Non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus. Idem sentimus de fine, sed nõ idẽ semper sentimus aut dicimus de ijs quæ ad finem consequendum ualent: quoniam quò tendas, peruenire sæpe diuersis uijs licet. Cur igitur, quod in cõsilio de Repub. dando permissum est, in re literaria, doctrinísque nõ permittere-

tereturː in quibus tot tamq́ uaria, eaq́ miris modis inuoluta continentː, ut Delio urinatore, ad ipsum quod quæritur τὸ ζητ., eruendū opus esse uideatur. Vt enim nimiū altercando sæpenumero ueritas amittitur, sic moderate, ordine, & scite disputando quæ diu latuit elicitur, & in solem dieḿq́ profertur. Nam dubitando, quærendo, disputandoq́, ut à ueteribus traditur, philosophia mater bonarū artium, inuenta & cōstituta est. Huiusmodi certamen inter Budæū [illegible] extitit, & tale quidē, quale Romanis cum Latinis & Pyrrho, nō quale cum Celtiberis & Cimbris: non uter esset, sed uter gloria & eruditiōe superaret: quod quidē certamē ingenuis & generosis animis incidere plerūq́ solet. Neq́ enim falsum est quod Martial. ait,

Aurum, & opes, & rura, frequens donabit amicus:

Qui uelit ingenio cedere, rarus erit.

Sed quid ego hęc ad te, hominē prudentissimum, humani diuiniq́ Iuris consultissimū, longius persequorː Ad te quidem optime Ficharde, sed nō propter te. neq́ enim tu hæc solus opinor, leges. Idcirco aūt ad te, in tuoq́ nomine Budæum emittimus, quod eundem patronum & aduocatum nō solum istius nobilissimæ Francofurtensis Reip. uerumetiā omnium bonorum, eruditorū, calamitosorum, esse nō dubitamus. Accedit Iuris Ciuilis sciētia, in qua sic excellis, ut pauci tibi anteponēdi esse uideantː. Hanc exornas cognitione bonarū artiū, eloquentia, uitæ elegantia. Accedit his, grauitate cōdita comitas affabilitasq́ sermonis, quibus omnibus tantā tibi gratiā autoritatemq́ cōparasti, ut in grauissimis cū alijs, tū uerò Imperij negotijs, in te unū patria spectet tua: tibi maxima negotia cōmittat: te legato ad amplissimas ciuitates, ad potētissimos principes utatur. quæ omnia sic tractas, trāsigis, conficis, ut cū nihil de patriæ cōmodis remittas, his tamen quibus cū agis, uehementer satisfacias: atq́ apud eos magnā tuæ prudētię admirationē relinquas. Hæc parcius attingo, tū quòd peruulgata sunt omnibus qui in publicis Germaniæ uestrę negotijs uersantː, aut ea aliquo modo degustarūt: tū ne assentari superstitiosis quibusdā uideamur. Quanquam hoc mihi uerendū nō erat, ueras persequēti laudes, nō fictas afferēti. Assentari enim dicitː is qui falsas alicui laudes affingit, suæ utilitatis gratia, præsertim si id intēpestiue facit. Qui aūt uitādæ assentationis causa, negant homines ob uirtutē esse laudandos, ij nō uident se eo fructu qui sequi uirtutē debet, nō ab ijs qui ea potiūtur, cupide expeti, homines spoliare: eosq́ ad uirtutes sequendas segniores reddere. Equidē nunq́ tam stoicus fui, ut eā laudē quę ex benefactis elucet, eaq́ tanquā umbra corpus sequitː, aspernandā duxerim: quamuis oēm gloriā in eū, qui omnis boni, lucisq́ fons est perennis, & uberrimus, referendā esse contendā. Accedit præterea cōmune inter nos hospitiū, quod tu proximis literis inter oēs meos tuosq́ æternum esse uelle, confirmasti: quę uox ita me affecit, ut quanquam prius te tuosq́ amarem, nunc unam meam tuamq́ domum, familiam, fortunas, animam, esse existimem, quod non modo Pythagoras, ut inquit Cicero, uerum & Pythagora & Solomone ipso maior Christus Dominus & præceptor noster, in amicitia esse uult. Habuimus hic domi nostræ nos Raimundum Pium, filium tuum, & Bernardum Cuhorniū, siue ut ego appellare soleo,

Buce-

Bucerum, Caroli uiri consularis propinqui tui filium, pueros elegantissimos, ingenio, moribus & pietate laudatissimos: atq; idcirco à nobis pro filijs habitos. Tu uicissim Horatium meum in Sarmatiam proficiscentẽ, singulari amore, hospitio accepisti, & omni genere humanitatis affecisti. Hęc nostræ fuerũt hospitalitatis auspicia, dispari tamen ratione: tu enim me in eo genere superasti, non tempore, sed officio. Quæ cum ita sint, nemo debet mirari, si hæc magni Budæi uolumina & emendatiora, & auctiora, quàm unquam edita fuerint, tuum gratiosum nomen præferre uoluimus. Nam & iuris in te & Budæo scientia, & bonarum artium cognitio, & usus rerũ, & humanitas non uulgaris, & quod tanquam fastigium his omnibus imponit, singularis pietas tua, atq; inter nos constituta & præclaris firmisq; usa fundamentis amicitia sempiterna, ut hoc efficerem, haud sanè difficulter persuaserunt. Tuum erit, meum hoc factum in eam partem accipere, in quam mea omnia soles, hoc est optimam, & tuo candidissimo calculo comprobare. Vale. ex inclyta Basilea Cal. Sept. Anno salutis Christianæ. M. D. LVII.

RERVM AC VOCVM IN HIS BVDAEI ELVCVBRATIONIBVS TRACTATArum index, iuxta alphabeti ordinem conscriptus.

A

BB 3 pue

contentionem

D

disciplina

doctrina

F

 toritatem

L

 Latrun-

M

maris

literarum

M

maris

mundum

N

O

Ocrysia

P

 lyrica=

Qu

R

S

T

V

uenator

uia

F I N I S.

Errata sic corrige.

Pag. 47. u. 53. lege amphoram. p. 50. u. 11. duntaxat. p. 65. u. 37. pedia. p. 72. u. 46. inhibet. p. 97. u. 48. flagitarem. p. 102. u. 49. incuriam. p. 126. u. 39. irrito. p. 154. u. 22, esset. p. 187. u. 21, carmen. p. 216. u. 51. futili. p. 221. u. 43. horror. p. 379. u. 23. adigerer. p. 506. u. 42. unum.

GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS, VIRI CLARISSIMI VITA, PER LVDOVICVM REGIVM, AD Gulielmum Poietum Magnum Franciæ Cancellarium.

AMPLISSIMO VIRO ATQVE ILLVSTRISSIMO, GVLIELMO POIETO, Magno Franciæ Cancellario, Ludouicus Regius S. D.

PHILIPPVS Cossæus Constantiensis Antistes, cuius iussu G. Bu-
dæi uitam explicandam suscepi, author mihi fuit, ut hunc meum la-
borem nomini tuo consecrarem: existimans, quoniam Budæũ pau-
lò antè uita fruentem unicè dilexisti, quicquid de eo mortuo scribe-
retur, tibi fore gratissimum. Ego uerò tametsi uidebatur id alienum
institutis meis, & in primis arduum statuebam tãtam, rẽ, tã expecta
tam & diligentia consequi, & memoria complecti, & oratione exponere: tamen ui
ro clarissimo atq; doctissimo & iusta imperanti, & præclara cupienti non parêre ne
fas esse putaui. eoq; magis, quòd non aliunde poteram honestius primam ineuntis
adolescentiæ commendationem ducere. Itaq; non ausus Patroni mei aut authorita-
tem aspernari, aut uoluntatem negligere, recusandi pudore scribendi onus suscepi.
Quod autem erat optãdum maxime, ut mihi iuris studioso daretur aditus ad te sum
mum iuris Antistitem, Iuriscõsultorumq; principem, & quod unum ad meas ratio-
nes maximè pertinebat, id nõ fortuitò, sed propè diuinitus datũ atq; oblatũ uidetur:
Quamobrem quoniam propter obscuritatem in hominum ignoratione adhuc ia-
cui, nixus pręstantissimi uiri authoritate, ad tuam amplitudinem confugio: inde aut
præsidia aduersus inuidiam, aut laudi, si qua fortè nascatur, adiumẽta quęsiturus. Ne
mo enim te uno dignior occurrebat: quem in maximis grauissimisq; causis Reip.
nostræ cognitum, in primisq; spectatum Franciscus Rex Regum potentissimus &
sapientissimus, per omnes honorum gradus ad summũ extulit magistratum. Quem
ita geris, ut diligentiam admirentur omnes, uirtutem agnoscant: sitq; intellectu dif-
ficile, utrum is magistratus ornet te magis, an ornetur à te. Nec uerò in minima tua
laude ponendum est, quòd ut semel tanto honore auctus es, tecum habuisti Budæ-
um semper, captus eius & uirtute & doctrina: hunc nusquam à te dimittere, tecum
quocunque proficiscereris deducere, in suauissimo conuictu tuo honorificentissi-
mè detinere uoluisti. qui cum remotus ab oculis populi in studijs cognoscendi sem
per aliquid aut discendi, quantum reipub. superfuerat temporis, libentissimè atque
multo uerius cupidissimè contereres. Qua re interim extimesco, ne refricem
hisce meis literis desiderium, ac dolorem tuum: quem ex interitu illius longè acer-
bissimum accepisse te sciunt omnes. Quid enim non doleas ereptum tibi homi-
nem magno ingenio? admirabili doctrina? singulari prudentia? & tecum om-
nium consiliorum societate coniunctissimum? Quæ si unà cum illo occidis-
sent, immoderatius doctissimi uiri desiderium ferendum esset. Sed nec illa
occiderunt, alenturq; æternitate, & augebuntur totius posteritatis memoria.
Doctrinam eius uiri coluisti, quæ uiuit, semperq; uiuet in omnium gentium

mentibus ac ſermonibus : multò notior, atque illuſtrior poſteris, quàm præſentibus futura. Accipies igitur hunc librum exiguum quidem & tenuem, ſicuti naſcentia omnia ſunt & incipientia, nec tam re & maturitate, qualia ſolent eſſe adoleſcentium, quàm ſpe fortaſſis & expectatione commendandum. quem tamen ſpero tibi fore iucundum, tum Budæi ipſius cauſa, cuius honori deſtinatus eſt, tum Conſtantienſis Epiſcopi tuæ amplitudinis obſeruantiſſimi nomine, cuius cum eſſem mancipio & nexu proprius, tuum tamen eſſe uoluit uſu & fructu.

Vale.

PRAEFATIO.

SI quis conuersiones rerum humanarum consideret, & uetera animo repetat, comperiet non omnibus ętatibus, sed aureis (ut ita dicam) quibusdam seculis egregios homines extitisse, in quibus uires suas natura potissimum sit experta. Non enim Demosthenem & Ciceronem præstantissimos oratores, nec Platonem & Aristotelem principes ingenij & doctrinæ, nec Homerum & Virgilium clarissimos poëtas, nec Hippocratem & Galenum medicorum lumina, temerè aut fortuitò fatos & creatos fuisse credendum est. Sed profecto fuit quædam uis quæ generi consuleret humano, illosq; gigneret & aleret: ut artes ad benę beateq; uiuendum necessarias, aut inuenirent ipsi, aut inuentas perpolirẽt, absoluerẽt, atq; ad summũ perducerent. Ac nostra quidem ætate, qua omnes bonæ artes sese rursus erigere cœperunt, natura ex superiorum temporum caligine recreata, multos homines claros & magnos in omni uirtute, omni disciplinarum genere protulit: inter quos admirabile est, quantum Budæus unus excellat, siue utriusq; linguæ cognitionem, siue magnarum artium, & reconditarum rerum scientiam, siue uitæ integritatem, siue præclara ingenij monumenta, spectemus. Itaq; suscepi more maiorum laudabili illo quidem, sed multis seculis intermisso, uitam tanti uiri explicandam. Nam fuit olim usitatum, statuere claris hominibus ex marmore, aut ex ære statuas, testes diu futuras magnorũ in remp. meritorum: & simul eorum dicta factaq; posteris prodere, ut cum has imagines intuerentur, animum & mentem ipsa præstantium hominum cogitatione conformarent, certarent cum illis probitate & industria: neq; prius conquiescerent, quàm uirtute famam illorum ac gloriam adæquauissent. Nostra ætas nescio quo pacto uirtutem inuidia potius, quàm imitatione prosequitur, & honestos labores contumelia libentius, quàm splendore decorat: ac spretis his quorum aut scripta aut facta proximè ad antiquorum gloriam peruenerũt, ueterum laudes cupidius audit. Perinde quasi omnis flos ingeniorum siti ueteris ubertatis exaruerit, aut antiquis solis aditus ad uirtutem patuerit, nobis uero sit interclusus. Minuenda nimirum est hæc opinio tã quam inimica uirtuti, uel potius ex animis hominum euellenda: quòd sit ingrati, credere naturam omnium parentem cuncta sua munera olim effudisse, ut in posterum sterilis effœtaq; maneret. Quòd si ad huiusce nostri seculi felicitatem animum conuertere uelimus, sine dubio comperiemus, nostros homines antiquis ingenio non inferiores, multos doctrina pares, studio autem & industria longè superiores: nec minoris æstimandos, nisi cæcitate quadam animi eorum laudi & gloriæ inuidere, quàm fauere mallemus. Quamobrem resipiscamus aliquando, grati simus in ęquali um uirtute decoranda: simus diligentes in illis celebrandis quibus nulla laus tribui non debita potest. tametsi Budæus per se satis habetur illustris, nulliusq; prædicatione eget quo celebrior sit & commendatior. Est ille quidem præclaris ingenij monumentis ad omnem memoriam commendatus. Tamen è dignitate patriæ, ex usu omnium qui literis dant operam, fore putaui, si eius imaginem non solum ad intuendũ, uerumetiam ad imitãdum quoquomodo exprimerem. Quemadmodum enim qui ui tempestatis à recto cursu longius aberrarunt, in noctem coniecti, si ex continente locisq; superioribus, unde est propinquus aspectus in mare, lumen conspexerint, facile naufragium effugiunt, tutumq; receptum inueniunt: eodem modo qui sese scientiæ cognitionisq; studijs dediderunt, si uarietate rerum magnitudineq; tanquam fluctibus oppressi, animum contrahant aut demittant, splendore præstantium hominum & exemplo, uelut gubernaculo, eriguntur ac resistunt, atq; ex procellis difficultatum, ex æstibus curarum, per angustias, per uada, per saxa & cauteis in portũ doctrinæ uelis passis peruehuntur. Itaq; cum omnibus exploratum erit quæ subsidia Budęus habuerit ad tantã eruditionem, quibus initijs ac fundamentis tantę summis in rebus laudes excitatæ fuerint: quæ contrà impedimenta obstiterint, & qua in

dustria superarit, ut iam planè grandis & sine præceptore literas didicerit: quàm multa in uita occupatissima legerit, tractarit, scripserit: ex his fructum illum uel maximum percipient in rectam disciplinæ uiam ingressi: quod intelligent, qui maiorē discendi commoditatem habent, minimè illud ipsum quod est summum, desperandum esse, modo quid efficere, aut quò progredi possint experiantur, & adhibeāt ad considerandas res honestas cognitioneq; dignas, & tempus & diligentiam. Ad hęc cum genus uitæ, naturam, mores, grauitatem, constātiam, pręstantiam, atq; prudentiam intuebūtur, id quoq; intelligent quod præcipue his temporibus salubre & frugiferum existimo, nempe ex literis non ostentationē scientiæ, sed integritatem morum multò magis esse quærendam. Nam uidere licet quosdam ex his qui literas profitētur, tanta esse leuitate & iactatione, ut his fuerit non didicisse melius: alios glorię cupidos, temerè & inconsultò quiduis scribere: maledicendi auidos nonnullos, alienæ famæ passim obtrectare: multos, omnis generis flagitiorum seruos ut literarum dignitatem mirabiliter cōminuant, uel dedecorent potius. Nec uerò me fugit quanti sit negocij uitam tanti uiri totam explicare: & eam nō modo in animis, sed etiam in oculis conspectuq; omnium exponere. Quòd si minus ea bene dicendo consequar (quis enim id ullo modo posset?) quæ Budæus bene agendo consecutus est, & si nequaquam parem illius uirtuti facultatem orationis afferam: at pro nostro studio meritam gratiam debitamq; retulisse, nullam apud ęquos rerum ęstimatores reprehensionem habebit. Erit interea satis id quidem nobis contendisse, non modò uti doctum, quod orbis terræ iudicio comprobatum est: sed summum etiam ac singularem uirum fuisse Budæum, & cùm prudentia, tum omni uirtute excellentē per nos posteritas cognoscat. Sed iam ad id quod nobis institutum est, ueniamus.

GVLIELMVS Budæus Lutetiæ Parisiorum nobilissima & antiquissima stirpe ortus, maiores habuit amplissimis honoribus functos: qui multis in rebus principibus nostris magno usui, & reip. ornamento fuerunt. Patre usus est copioso in primis, & ut tum erant tempora, à literis non abhorrente. Puer admodum ab eo præceptoribus est traditus, ut literis institueretur. Personabant adhuc omnes scholæ uocibus imperitorum hominum & barbarorum, necdum politioris doctrinæ splendor Gallis illuxerat. Quapropter cum uix primoribus labris Latinos scriptores attigisset, quod fuit in more maiorum institutoq; positum, Aureliam celebrem urbem, ut ibi ius ciuile disceret, est missus. Quo in gymnasio triennium uersatus, operam penè omnem perdidit. Neq; enim ignarus Latinæ linguæ, & ab alijs disciplinis imparatus, artem illam reconditam & multiplicem subtilemq; cui sese dederat, cognitione & scientia poterat comprehendere. Domum reuocatus, cum alijs quibus adolescentia capitur uoluptatibus, tum uenationi atq; aucupio præcipuè indulsit. Quæ tamen eū non diu occupatū impeditumq; tenuerunt. Nam paulatim deferuescentibus eius ætatis cupiditatibus, illisq; delicijs maturè deflorescentibus, omnium opinione celerius immutatus, tanto demum literarum amore exarsit, ut negocijs omnibus omissis, totum se in cognitione & scientia collocaret. Itaq; omittere omnes uoluptates, relinquere studia delectationis, ludos, iocos, conuiuia, sermones etiam omnium penè familiarium deserere: non cibi, non somni, non corporis rationem habere: arbitrari omne tempus deperire quod in literis non collocaretur. Ad quæ facienda nullo exemplo poterat excitari. Neq; enim facile quisquam reperiebatur id temporis, quem sibi ad imitandum proponeret, aut cuius gloria incenderetur. Verum erat insita quædam discendi in eius animo cupiditas, quæ noctes & dies illum concitabat, atq; admonebat, nihil esse in uita magnoperè expetendum præter sapientiam, atq; scientiam. In ea persequenda omnes cruciatus corporis parui esse ducendos, esse hanc unam, quæ breuitatem uitæ, immortalitatis spe, posteritatis memoria consolaretur: Hanc neq; eripi nec adimi posse, neque naufragio neque incendio amitti: cætera omnia caduca & incerta in fortunæ temeri-

tate,

tatc posita, parua interdum offensione, ueluti grandine totius anni fruges auferri. Quæ secum persæpe reputans, cuncta sciendi cupiditate posteriora tandem duxit. Primus certè Gallorum rudi adhuc seculo, sine præceptore ac duce, nullo socio aut consorte gloriosi laboris, nullo æmulo atq; imitatore studiorum, in optimarum artium curriculum prodijt. Cæterum cum is non posset per ætatem optimos quosque authores eligere: nec sciret à quibus potissimum auspicandum esset, in cōstituendo studio plurimum peccauit. Deterrimum enim quenque librum sumens in manus, interpretes aliquanto attentius quàm authores ipsos legebat: ex quorum illiteratis annotationibus, nihil præter inconditam rerum temerè congestarum syluam poterat comparare. Quo errore intellecto, & si grauiter ferebat se uestibulo in ipso aditucꝫ impegisse, non tamen animum despondit: sed sensim uitia in quæ dilapsus erat, quæcꝫ per imprudentiam hauserat, eluit, & magna sustulit difficultate. Hāc uerò fecit instituti mutationem, ut optimum quencꝫ legeret sine interpretibus, & Ciceronem in primis ad uerbum disceret. Sępius enim lectionem à capite repetendo, hoc boni consequebatur, ut prima cum medijs, media cum extremis conferendo, facilè totius orationis cursum cerneret, ipsumcꝫ authorem suę sententiæ quasi interpretem haberet: res etiam reconditas, quæ plerunꝫ in scriptoribus occurrunt, intelligeret eadem exercitatione et diligentia. Itacꝫ paucis quidem annis, sed plurimo certè studio, Romanis artibus & literis ita profecit, idcꝫ intra domesticos parietes, ut iam siue ad oratores, siue ad poëtas, siue ad historicos se conuerteret, facilem & expeditam eorum intelligentiam haberet. Cupiebat magnoperè Græcas quoque literas discere: à quibus omnis rerum optimarum atcꝫ artium hubertas petēda est. Id fuit eò difficilius, quòd nulli suppetebant præceptores, à quibus doceretur atcꝫ erudiretur: tum quòd Græcorum lingua nondū erat in Gallia cognita, quodcꝫ posteaquam cognita, non multum culta, paucis certè grata & probata, pluribus etiam suspecta & inuisa diu fuit. Sed incredibilis discendi ardor nequaquam restingui potuit his difficultatibus. Venit eodem tempore Lutetiam Georgius Hermonymus, qui se Lacedæmonium nūcupabat, homo mediocris, & aut nulla aut humili doctrina præditus. Hic quia solus in Gallia ea tempestate græcè scire uidebatur, initio fuit nostris hominibus summæ admirationi. quem Budęus nactus, magna mercede cōductum ad se accersiuit, & antequam dimitteret, amplius quingentis numis aureis donauit. Adeo nulli nec sumptui nec pecuniæ parcere in animum induxerat, dum id quod cupiebat, quoquo modo assequeretur. Itacꝫ huic Græco cùm aliquot annis operam dedisset, & eo prælegēte audiuisset Homerum authorescꝫ alios insignes, nihilo doctior est factus. Necꝫ enim præceptor ille plura docere quàm sciret, poterat: & Græcas literas eatenus nouerat, quoad conuenit sermoni literato cum uulgari: et nisi quod legere optimè, & è more doctorum pronunciare uidebatur, expers erat omnis eruditionis: & qui pingendis literis Græcis uictum quærere tantummodo nosset. Non ita multò postea decedens ex Italia uenit in Galliam Janus Lascaris, uir cùm genere & nobilitate præstantissimus, tum Græcorum omnium huius memoriæ facilè doctissimus. Qui cognito Budæi studio in Græcas literas: quanquam erga hominem mirificè afficiebatur, eiuscꝫ causa omnia cupiebat, non multum tamē potuit iuuare: quum ferè ageret in comitatu regis, aut legationes longinquas obiret, & Budæus in perennibus studijs domi se contineret. Fecit tamen non inuitus quod potuit uir humanissimus atcꝫ facillimus, ut præsens Budæo aliquid prælegeret: quod uix in omni consuetudine uicies contigit, & absens libros suos quos emēdatos maxime, & lectissimos habuit, eius fidei mandaret. Mathematicas disciplinas ab Iacobo Fabro nobili philosopho didicit: ad quas tantum ingenij & alacritatis initio attulit, ut euolare non excurrere uideretur. Itacꝫ dum Faber multa proponit, Budæus omnia assequitur: eò res uenit, ut prius ille docendo defatigaretur, etsi magnam mercedem accipiebat, quàm hic discendo. Neminem præterea audiuit, sed partim felicitate ingenij, partim assiduitate & diligentia, cætera quę ad optimarum artium, & utriuscꝫ linguæ cognitionem spectant, est consecutus. Ab his autem ini-

tijs profectus,tantos in suis studijs progressus fecit,ut nostra ætate principem locū in literis tenuerit omnium confessione.Ipse quidem Lascaris,& si Græci in communicanda sua cum exteris laude parciores sunt, tamen admiratus elegantiam Attici sermonis,quam scribēdo feliciter exprimebat,de eo dicere persæpe solebat (ut scribit Lazarus Bayfius, uir amplissimus atq; eruditissimus) quod olim de Cicerone Apollonius dixit, nempe doctrinam & eloquentiam quæ solæ Græcis erant relictæ,sic per Budæum hoc tempore in Galliam esse perlatas, ut olim per Ciceronem ereptæ languenti Græciæ,Romam aduenerant. Accepi Christophorum Longolium,dum Lutetiæ in utriusq; subsellijs iurisconsultorum uersaretur, interea cupijsse Græcas literas discere, & maximopere à Budæo petiuisse, ut sibi quotidie aliquid prælegeret.Existimabat enim authoritatem uiri præsertim tanta eruditione cumulatam,magnū sibi ad eam rē calcar additurum:tanto certè uti præceptore in primis honorificū ducebat.Budæum respondisse,negotijs familiaribusq; & forensibus districtum,prælegendi ociū non habere:adiuturum tamen quod posset,adhiberet alium magistrū uel mediocrem si inueniret, loca obscuriora animaduerteret & notaret,quum liceret,sui copiam facturum.Posteaquam Longolius id obstinatè sibi uidit negari,omni spe impetrandi adempta,grauiter commoueri cœpit, malè suspicans,Budæum hanc eruditionis partem,qua solus præstabat,alijs inuidere, ac propterea neminem uelle in societatem eius gloriæ admittere.Consilium exinde inijsse cum Lazaro Bayfio Romam proficiscendi ad discendum Græcas literas,ea præcipuè causa,ut Budæum superaret,à quo acceperat repulsam.illum à seipso edoctum tantū processisse in literis Græcis, & omni arte ingenua liberaliq; doctrina: sibi facultatem,sibi magistros,sibi deniq; paratiora omnia ad discendum fore. Quibus ex rebus in magnam uictoriæ spem & propè exploratam uenerat. Romam ergo profectus cùm doctissimis adhibitis præceptoribus quinquenniū in Græcis scriptoribus legēdis perseuerasset,Græcè epistolam ad Budæum misit,iam tū sese homini arbitratus exæquatū. Cui Budæus tam concinnè & accuratè rescripsit, (extat autem epistola)ut Longolium primum in admirationem summā adduceret, deinde etiam in desperationem.Bayfius quoq; eius epistolæ elegantia ita obstupuit,ut tum ingenuè fateretur,multum adhuc superesse quò progrederentur:& Longolium identidem admoneret,uix illud perfici posse quod tentarent.Quocirca Longolius,quanquam esset magni uir animi,tamen desperatione debilitatus,noluit amplius in eo laborare quod se assequi posse diffideret. Verū se retulit ad Romanas literas,futurus haud dubiè,si diuturniorem lucis usuram Superi concessissent,omnium non nostræ modo ætatis,sed eorum etiam qui post Ciceronem latinè locuti sunt, in dicendi facultate princeps.Magna ergo Budæi laus,quòd à duobus excellentis ingenij iuuenibus, hisce studijs,ardentibus,ocio abundantibus, eius æmulatione incensis, eaq; causa domo tam longinqua profectis,uberrimis præterea artibus ornatis, consuetudine,sententijs,uoluntate consociatissimis,omnibus uel naturæ præsidijs, uel fortunæ adiumentis ad discendum paratissimis, toto deniq; pectore ad laudem incumbentibus non potuerit anteuerti.Hocq; in eo magis mirum,quòd iam ætate prouectus literis studere cœpit,quòd in tanta occupatione uitæ,tot impedimentis principio illatis cursum nihilominus potuit tenere.Sed ita in humanis rebus à natura comparatum uidetur,ut pulcherrimo cuiq; operi difficultas proponatur,& tardè crescētia sint diuturniora & perfectiora.Proinde sicut animalia maiora diutius uisceribus parentum continentur,& arbores proceriores tardius adolescunt.In arborum autē ipsarum baccis & frugibus terræ,quæ lentius maturescunt, hæ sunt meliores & longius seruantur:Sic præclara ingenia quę ad frugem sunt peruentura,non continuò se proferunt:sed quantò uberiores fructus datura sunt,tantò difficilioribus utuntur progressionibus.præcocia uerò tāquam flosculi celeriter emoriuntur, uel raro sine offensione ad excellentem statum perueniunt. Quapropter quò serius ad literas se applicuerat,eò maiore cursu tarditatem corrigendam ratus, breui iacturam superioris ætatis resarciuit.Tantus erat in eo bonarum artium amor innatus, ut cætera-

rum

rum rerum oblitus, quiduis perpeteretur ipsa cognitione & scientia captus: curas, solicitudines, uigilias perferret, nec uoluptatem requirens aliam, quàm quæ ex literis capitur, nec ullum fugiens laborem. Ita mentem suam in rebus cognoscendis quæ sunt ab antiquis repertæ, aut inuestigandis nouis alebat cum oblectatione solertiæ: quem unum suauissimum animi pastum iudicabat. Erat in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat. Quemcunque librum semel arripuisset, nulla nec obscuritate terreri, nec nouitatis illecebra adduci potuit, ut de manibus deponeret priusquam peruenisset ad metam. Forte euenit ut haberet sermonem de suis studijs apud Franciscum Regem multis audientibus uiris amplissimis, in quibus aderat Vistus præses consilij Parisiensis, Budæo non solum uicinitate, sed etiam consuetudine & beneuolentia coniunctissimus: tum summæ eius diligentiæ & testis locupletissimus, & laudator certissimus. Producto longius (ut fit) sermone, cum alia alijs adderentur quæ obstupescerent audientes, & Rex magnopere miraretur: hæc Vistus subiunxit, Budæus è regione ædium mearum (ait) plus decem annis iam habitauit: tamen quoad possum totius eius spatij memoriam recordari, hunc nunquam uidi, ne diebus quidem festis in limine domus (ut assoler) ociantem, nunquam horis pomeridianis circulantem, aut prætereuntes circumspicientem, nullum denique tempus uacuum laboris sibi dantem animaduerti, aut unam dieculam remittentem relaxandi animi causa. Quorum admiratione cum omnes in se conuertisset, Rex à Budæo sciscitatus est, num ille uera prolocutus esset: uerecundè agnouit omnia, & his alia maiora quotidie facere se dixit: quæ si uulgò proferantur, uix habuerint fidem. Atque hæc quanquam difficillimum est non dicam augere aut ornare oratione, sed enumerare aut consequi, tamen commemorabuntur quomodocunq; ne cuius ingenium admiramur, eius ignoremus industriam. Itaq; diebus festis operatus sacris, quod reliquum erat diei, non intempestiuis conuiuijs, non aleæ, non pilæ (quemadmodum magna pars hominum) sed recolendis suis studijs impertiebatur. Nuptiarum etiam die, qui est lætitiæ & hilaritati dicatus, minimum tres horas studuisse commemorant, ne parua quidem momenta per incuriam solitus prætermittere. Quòd si gerendis rebus interdiu distineretur, nunquam se somno dabat, quin tantundem lucubratione nocturna rependeret, quantum perierat diurni temporis literis destinati. Non uxoris amor quam unicè diligebat, non liberorum blandimenta, non rei familiaris cura illum à literis ullo unquam tempore abstrahere aut retardare potuerunt. Diem ita consumebat. Mane excitatus è somno, literis se abdebat usq; ad tempus prandij: priusquã discumberet, se exercebat modica ambulatione. Post cibum duæ propemodum horæ uarijs sermonibus ducebantur: inde ad easdem uices redibat: nihil à cœna, quam seró admodum faciebat, solitus legere, aut scribere. Vtebatur summa in uictu continentia, cibi potusq; modum naturali desiderio, non uoluptate finiens: neq; extructa mensa, neque apparatis conuiuijs magnopere delectabatur. Memoria tam felici fuit, ut ea quæ semel in animo hęserant, nullo temporis spatio longinquitatéue delerentur. Vsus est sæpe, cum multos uersus recitaret, non modò integris sensibus, sed singulis etiam uerbis eorum authorum quos in manibus uiginti aut triginta totos annos non habuerat. Porrò autem fuit, sicut dictum est, usque eò diligens & industrius, ut quicquid in suis studijs profecerit, assiduitati penè soli deberi uideatur. Itaque nihil erat ulla in arte rerum omnium quod ipse nesciret, omnium bonarum artium scriptores ac doctores cùm Græcos tum Latinos legerat, & peruolutarat: nec solum has arteis, quibus ingenuæ ac liberales doctrinæ continentur, literarum cognitionem, & poëtarum, & antiquitatis totius memoriam, atque illa quæ de naturis rerum, de hominum moribus, de rebus publicis disputata sunt, assecutus erat: sed etiam ius ciuile perdidicerat, medicinam cognouerat, disciplinam sacram uniuersam perceperat, cùm antiquiorem, tum nouam: quæ sunt in hominum uita omnia quæsita, audita, lecta habebat. Postremo nihil his temporibus sciri discique potuit, quod ille non cùm inuestigarit, tum etiam scierit.

 Quan-

Quanquam is quidem doctrinæ suæ dissimulator magis quàm ostentator fuit. Nemo illo parcius loquebatur, nemo minus alijs sese uenditabat, nihil unquam ferè nisi peteres, nisi etiam rogares, explicabat. Ineunte autem ætate amici uidentes illum sic addictum studijs humanitatis ac literarum, abiecta cura rei familiaris uel tuendæ, uel amplificandæ, quisque pro sua uirili reuocare nitebantur, modò ignominiam, modò inopiam, si in instituto persisteret, denunciantes. Esse id fato quodam literarum comparatum: ut quo quis ingenuas arteis complectatur studiosius, hoc fortunæ fluctibus iactetur acerbius. Ius ciuile sibi potius perdiscẽdum proponeret, quod à prima coluerat ætate: ex eius artis cognitione fore, uti magnam gratiã colligeret, & ad honores summamq; gloriam perueniret. Pater uerò ubi resciuit illam sine intermissione effusam contentionem, opinione omnium maiorem, animo cepit dolorem. Timebat enim filio iam ingenij laudibus efflorescenti, ne tempestate aliqua abriperetur: eoq; magis, quòd in decursu studiorum & illo adolescentiæ flexu uidebatur prudens & sciens tanquam ad exitium ruere uoluntarium, cum tamen in eo magnam dignitatis suæ & familię spem dudum collocasset. Itaq; refrenare illum tanquam uehementiore ad literas studio concitatum, suadere, monere, alijs atq; alijs occupationibus distinere, personarum etiam ciuilium, quas olim gesserat, unam imponere: quasi hoc inuitamento honorum de sententia deduci posset, & erigi ad maiora. Sed neq; patris authoritas mentem conuertere, nec cohortatio uoluntatem commutare, nec honorum splendor alacritatem studiorum potuit reprimere. Quinimo quanto pater acrius instabat, tanto ille magis & laborem & industriã augebat. Hãc ergo pertinaciam, quæ adeo efferbuerat, cum nec indulgentius monendo, nec seuerius obiurgãdo mitigare posset, nec saltem perficere, ut id q̃od agebat, ageret temperatius, uisum est tandem patri cum filio seorsum sic agere & loqui, Quid tibi uis, aut quid quæris? quid hoc tempore omni nocteis & dies in istarum disciplinarum meditatione uersaris? an me uiuo conficies te uigilijs & laboribus? idcirco ne te tanta cura educaui, ut te in exitium ultrò præcipitares? in tua indole spem collocaui, ut senectuti meę mœrorem et orbitatem afferres? Te enim intuens, qui es mihi charissimus, non possum non miserescere tuę sortis, quòd insano literarum amore flagrãs, nec modum studio facias, nec finem labori. finxerit te natura ad humanitatem & doctrinam, ad eam te serius applicueris, an propterea festinandum tibi ita putabis, ut per incuriam corporis in morbum incidas? & per negligentiam rei familiaris, iacturam patrimonij feras? Quãto satius esset maiores tuos respicere, & illorum uestigia persequi, aut saltem quãdo sententia stat ætatem in studijs agere, in his moderatius uersari, in primisq; ualetudini seruire. Satis superq; ad discendum longa est uita, si ordinem serues & rationem & modum. Quamobrem uideas etiam atq; etiam & consideres quid agas, & quò progrediare. Si te oratione mea non flectam, nihil cuiusquam proficiet apud te dehortatio. Nam neq; authoritate quisquam, neq; beneuolentia apud te plus ualere debet. Erat eo robore animi septus, ut illa eadem sæpe & grauiter audiendo uinci non potuerit: adduci uerò ut perseuerantiæ finem faceret, multò minus: & quouis potius periculum sibi adeundum, quàm à sperata eruditionis gloria discedendum putaret. Adeo nihil quicquam tam asperum, tamq; arduũ occurrebat, quod moraretur inceptum. Atqui progrediente tempore, usu rerum et magno suo periculo, patris uerbum nimis uerum comperit: nec tam ab indignatione (ut fit) expressum quàm prædictum hominis & ętate & experientia plus scientis & prouidentis: quippe qui propter ualetudinem qua usus erat infirma, ab anno ætatis quinquagesimo usq; ad septuagesimum, quem tum agebat, medicinæ studiosus experiensq; euaserat. quo certius præsagiebat quæ uentura erant filio, nisi monitus præcaueret. Postremò res eò redijt, dum literarum magis studiosus quàm lucis cupidus esse pergit, dum hoc sublato bono uitam nihili putat, in grauem & diuturnum morbum est prolapsus, quo annos plus uiginti ita afflictatus est, ut omnis propè hilaritas è fronte, alacritas ex animo, festiuitas in occursu, urbanitas & comitas in conuictu eximeretur, ingrauescens quoque in dies literarum amor infringeretur, ne ue

stigium

ſtigium quidem eius nec ſimulachrum, ſed quædam effigies ſpirantis mortui appareret. Morbus erat eiuſmodi, ingens dolor cum tumore circum fauces fiebat, & iugulum tumultuoſe appetens tantum terrorem interdum noctu inijciebat, ut poſtri die mane miraretur ſe incolumem, ſpiritũ recordatus interclusum, & ſubinde reſtitutum. uxor edocta, aduenientem morbum & creſcentem intelligens, uirum uariè uerſando, humerosq́ feriendo leuabat dolorem. Verum inde pallor multus in uultu, raritas pilorum in capite, macies & ſtupor in corpore, in omnibusq́ artubus debilitas ſumma ſequebatur. Quæ cum medicis ſtupentibus perſæpe narraret, fidem tanti mali facere non poterat, cuius ipſi exemplum non meminiſſent: idq́ alternis propè menſibus recurrebat. Accedebat ad hæc quotidiana capitis grauedo: quæ illi commentãti aut legenti quidpiam erat mirum in modum infeſta. Et quoniam ex humoribus grauantibus caput hic morbus effici creditur: ſi exitum in capitis uertice haberent, per quem euaporarent, magnam morbi alleuationem medici pollicebantur. Quare conſilium dederunt, ut candenti ferro ſineret cutem denſam, quæ caput obtegit, perforari. Eſſe meatus in calua, per quos ſurſum exirent uapores. Id factum eſt, ſicut præceperant, magno cum cruciatu. At nihil momenti habuit curatio tam anceps & difficilis. Quippe ubi in cerebrum aſcenderant halitus ſpiſſi & graues, inſiſtebant, finemq́ faciebant ſe altius efferendi: ſimul ibi conereſcentes, deinceps liqueſcebant, & defluentes ſuopte nutu in frontem, in tempora, in oculos ferebantur, ut ſæpenumero in media lectione obdormiſceret, & inuitiſſimus ſomno cõſopiretur. Verum nihil horum malorum, quanquam præacerba erant, eum labefactauit, ut erat animo inuicto, & reluctante ſemper difficultatibus. Quinimo quod magis mirandum cenſeo, omnia ipſius ſcripta intra id tempus, quo tam grauiter periculoſeq́ ægrotabat, ferè inſtituta, orſa, & edita fuerunt. Primum ingenij ſpecimen dedit Græcis authoribus in Romanam linguam transferendis. Quę exercitatio plurimas & maximas commoditates continet, ingenium alit, iudicium auget, facundiam locupletat optimis uerbis. Quo in genere ſunt ab eo explicati Plutarchi libri De tranquillitate animi, De fortuna Romanorum & Alexandri magni, De placitis philoſophorum, qui tantum commendationis habuerunt, ut uix crederentur ab eo uerſi, niſi poſtea alijs induſtriæ ingenijq́ documentis opinionem de ſe excitatam confirmaſſet, uel potius uiciſſet. Deinde cum libros Digeſtorum diligentius ad ſuum ſtudium euolueret, & multis in locis partim mutilatos, partim mendoſos deprehenderet: tum uerò quod flagitioſius erat, uerba plurima lecta & propria animaduerteret in alienum uſum ignorantia temporũ translata, hac indignitate permotus ſcripſit Adnotationes in Pandectas, quibus in poſterum libri illi emendatius & intelligentius legerentur. Primus quidem noſtra ætate iuris ciuilis fontes aperuit, uniusq́ tam excellentis ac ſingularis ſcientiæ in ueterem dignitatem uindicandę: quę hactenus fœdiſſima barbarie perculſa iacuerat & proſtrata, fundamẽta iecit, & princeps tanti operis authorq́ extitit. Reliquit aliud opus de uocabulis Forenſibus, ad illuſtrandam quoque iuris ciuilis diſciplinam pertinens, impolitum quidem illud & adhuc rude, qualia erant quæ adnotabat, ordine ſtructuraq́ per ocium informaturus. Idcirco ſalua dignitate authoris uix poſſe euulgari uidetur. Poſt cum & Plutarchi translationibus iam celebris, & adnotationibus in Pandectas clariſſimus euaſiſſet, diuinum opus de Aſſe inſtituit. In quo ægram ac propè comploratam rei literariæ partem ſuſcepit, atq́ à nullo dum præ difficultate ſubleuatam, animaduerſione multa, ingenij ſingulari felicitate, induſtria mirabili, inſtaurauit. Nam pondera & menſuras ueterum, nomiſmatis Græci, Latiniq́ rationem & æſtimationem, tum numerandi modum & colligendi, res denſiſſimis obſcuritatis tenebris obductas, longis errorum anfractibus implicatas, corruptis exemplaribus propemodum comploratas, incuria temporum neglectas, & non modo à quoquam ſcriptorum noſtræ aut auorum memoriæ, ſed ne ab his quidem qui intra mille annos ac longe plures fortaſſe fuerunt, intellectas, omnibus ueſtigijs indagauit, explicuit, illuſtrauit, & reſtituit in priſtinum nitorem. Priſcam quoque mundi opulentiam, atque omnium gen

tium

tium diuitias in ærarium (ut ita dicam) ciuitatis Romanæ, iam planè tot seculis exhaustum, intulit. Quo nomine posteritatem omnem immortali beneficio deuinxit. Quid enim erat in quo studiosis hoc tempore plus prodesset? Quid erat quod aut nationi Gallicę honorificentius, aut exteris nationibus gratius, aut tuendæ dignitati literarum accõmodatius, aut ad intelligẽdos authores totiusq; antiquitatis interpretationem magis necessarium afferre posset? librarum, sestertiûm, talentorum, totiusq; rei numariæ, põderum, mensurarum, numeri, modi, uocabula Græca iuxta ac Romana propter uetustatem obsoleuerant. Hermolaus, Politianus, & alij complures uiri ingenio & doctrina prestantissimi rem tantam infeliciter adorti, propter obscuritatem tam honesto conatu destiterant: unus ad extremum Budæus huic parti ægrotæ ac propè desperatæ reperit medicinam. Quamobrem quis illum non iure miretur, summeq; in eo laudandũ arbitretur, quia quo uno adhuc carebamus, quod iacuerat ad hanc ætatem, nec habuerat lumen ullum, in eo illustrando & excitando omnes neruos ætatis industriæq; contenderit? nullo emolumento, nisi ut quamplurimis prodesset, inuitatus. Sed opus tam elegans, tam perfectum, tam elaboratum effugere non potuit inuidiam & obtrectationem. Inuentiq; sunt nonnulli, quos non tam præstantia eius delectaret, quàm splendor offenderet. qui quod laudando debuerant comprobare, inuidendo infringere maluerunt: quę est huius seculi labes et macula. Sed si quid maleuolentissimis obtrectationibus detrahere conati sunt, id maiori illis fraudi fuit, quàm Budæo. Editis enim libris quinq; de Asse, & quoquo gentium dilapsis, tum longè lateq; diffusa Budæi laude, inuentus est in Italia Leonardus Portius, qui se offerret in huius societatem gloriæ, imò uerò laudem omnem eius inuenti depecularetur, suam esse totam, & propriam contenderet. Quod cùm est ad Budæum allatum, grauiter exarsit, quòd nihil tam præter opinionem ac cidisset, quàm ut depelleretur de eius laudis possessione, quam caducam & uacuam primus bona fide occupasset, & sine cuiusquam iniuria quasi usucepisset. Igitur uehementissima animi, ingenij, uirium, contentione ius suum defendit, atq; hoc ipsum palàm testatus est, à nullo se unquam homine duntaxat qui uiueret, his de rebus quas tradidisset, quicquam didicisse uel fando uel legendo: tantumq; abesse ne quid à Portio acceperit, ut omnia quæ sub nomine Portij ad eam diem prodierant, illa uno eodem continuato perpetuoq; furto essent ex suo asse translata. Ac æmulo illi sempiternam notã ad ignominiam inussisset, nisi intercessissent amici. Hæc eñ contentio ne latius serperet, Iani Lascaris authoritate perfectum est. Qui cum utrique amicissimus esset, haud æquum putauit, inter honestissimos homines simultatem diutius ingrauescere. Et cum apud Budæum plurimum gratia polleret, impetrauit, quanquam ægrè, ut digressio in Portium, contumeliosa quidem illa, sed certe expressa à iusta indignatione, quam remouendæ suspicionis, suiq; purgandi causa Budæus libris de Asse inseruerat, eximeretur inde. Ac Budæo quidem tantæ contentionis causam attulit Baptista Egnatius Venetus, omni liberali ingenuaq; doctrina apud Italos id temporis florens, qui editis in Suetoniũ adnotationibus tam præclari inuenti laudem modo Budæo, modò Portio tribuens, de eadẽ fidelia duos parietes dealbauerat, & utrique gratificari cupiens, ambos inter se commiserat. Cæterum ut deferbuit ira, usque adeo pœnituit eius criminationis, qua usus erat in Portium, ut postea noluerit cuiusquam iniuria magnitudinẽ animi sui inflectere: quòd iracundia præceps in eum esset inuectus, quem postea cùm iuris ciuilis disciplina eruditissimum, tum morum probitate alioquin integerrimum intellexisset. Inde exagitatus à multis & lacessitus, semper quieuit: nec Georgio Agricolæ Germano eã quoq; laudem proximè delibanti, respondere uoluit, ne in eandem quam prius fraudem incideret: dictitans se quod scripsisset, scripsisse animo iuuandi rem literariam, omnem diligentiam adhibuisse, ut res obscuræ per se illustrarentur: si quid melius proferretur, se non grauatè concessurum. Posteritatem de eo & sine amore & sine cupiditate, & rursus, sine odio & sine inuidia incorruptius iudicaturam. Ex quo eius moderatio & æquitas cognosci potest, qui nec ad inferendam in-

furiam ullo modo posset adduci, nec ad referendam facile impelli: magisq; probitatis commendationem quæreret, quàm famam ingenij aucuparetur. Qui candor in doctis multis hodie desideratur. Scripsit Cōmentarios linguæ Grecę ualde & illos probandos. Continent enim omneis propè diuitias orationis Græcę, & ostendunt sermonis Latini cum Greco cognationē, opus immēsi ac propè infiniti laboris, et à nemine quod sciam prius tentatum, ubi arcana Grecorum mysteria enunciauit, et cuiuis ediscenda proposuit, quæ uix antea solertissimis aperiebantur. Genere dicendi usus est amplo, copioso, graui, ornato, uehementi, grandi uerbis, & omnibus partibus elaborato. Sunt in eo sententiæ exquisitę reconditęq;, uerba lecta & illustria, figuræ plurimæ, trallationes crebrę, ambitus productiores, numerus grauis & plenus dignitatis, affectus concitati, acerbitas mira, maximè ubi corruptos mores huius ætatis insectatur: omnia quę suscepit clarissimis dicendi luminibus ornat, & facit ampliora, nouata plurima uenustè, prisca & uetera in usum scitè reuocata. Atq; hæc quanquā scienter & eleganter faciebat, nimiū tamen inquirens in sese atq; ipse sese obseruans, dū in medio posita nimiū refugit, longinqua prosequitur, dū græca profusius admiscet, dum metuit ne quid in uerbis & sententijs aut tritum aut uulgare, aut commune colligat, dum uni grauitati studet, nec suā copiam temperat, dum stylum ad humilitatem uulgi non uult deducere, dū ubiq; sublimis & grandiloquus cupit haberi, plerisq; uisus est nescio quid tragicum et confragosum personare. Itaq; eius oratio nimia cura & religione composita, doctis & attentè legentibus est illustris, cæteros non perinde delectat. In hoc genere extant ab eo scripti libri tres De transitu Hellenismi ad Christianismum, De contemptu rerum fortuitarum libri tres, De Philologia lib. duo, Digressiones plurimę in lib. de Asse & Adnotat De studio literarum commodè instituendo liber unus. Quæ ideo minus habentur in manibus, quoniam perpauci retrusam illam atq; abditam dicēdi formam figuramq; assequuntur. Sed enim ad hæc intendenti animum, res omnium difficillima uisa est, iudicare de aliorum scriptis. Nam multiplices naturę, uariæ uoluntates & iudicia sem per effecerunt distantia inter se genera dicendi. Alios delectant ea quæ nō discedūt à communi more uerborum, alijs ornata & elaborata sunt cordi. Ideo non est promptum aut explicare quæ forma dicendi maximè excellat, aut præscriptum aliquod in hac re seruare, cum aliud alijs uideatur optimū, & in omnibus, ut ait M. Tullius, sit aliquid excellens. Referam tamen quę in eo plerīq; uel reprehenderunt, uel desiderauerunt, & quomodo se purgare solitus sit, ne quid quod ad eum pertinet, prætermissum esse uideatur. Metaphoris dicebant nimium delectari, quæ magnum ornamentum orationi adferunt: sed ut uirtutibus uitia proxima sunt, sic in his obscuritatem esse fugiendam, tanquam stellis quibusdam notare & illuminare orationem: sed si crebriores fuerint, ea fieri quæ dicuntur ænigmata. Habere autem mirè raras & insigniter argutas, sed quam semel amplexus esset, ab ea uix unquam diuelli. Prę terea cum eius sermo sine intermissione, sine uarietate sit conspersus uerborum sententiarumq; floribus, & fusus æquabiliter per omnem orationem, nec umbra adsit aliqua aut recessus, quo magis id quod est illuminatum extet atq; emineat, eius orationem à naturali simplicitate longius recedere, ac propè uerum sanguinem perdere. Ad hęc cum ingressus esset, aliquid eum repente quasi quidam ęstus ingenij à terra abripiebat, atq; in altum à conspectu penè omnium abstrahebat, nec uela colligere, nec satis poterat modum uelificando tenere: sed uentis se permittēs auferebatur quocunq; ἐνθουσιασμὸς duceret. Vnde perpauca ab eo dicta partitè, definitè, distinctè reperiri. Certe dū ingenio suo indulgere mauult quàm temperare, plurimis uisus est redundare & effundi. Horum causam hanc afferebant, quod initio parum liberaliter educatione, doctrinaq; puerili institutus, neminem habuisset, qui ueram eloquendi uiam rationemq; commonstraret, qui ornatissimos scriptores, oratoresq; ad imitandum proponeret, quiq; eum reprimeret iuuenili licentia superfluentem: uel quòd ita consuesset, uel quòd ad hoc unum genus natus esset, uel quòd aliter nō posset. Amici enim sæpe cōmonesecerūt, ut paulum se demitteret.

ret.Et Eraſmus hæc quæ commemoraui,in eo reprehendit omnia,& exagitauit, il-
ludensq; dixit ea gratius influere in ſenſus hominum , quæ naturæ eſſent propiora.
ipſe autem ita ſe purgare ſolitus eſt.Primum quòd ſit alicubi obſcurus,de induſtria
factum,ſua retuliſſe id temporis quo ſcribebat,ut intelligeretur à paucis. Si quos of
fenderent crebriores tranſlationes,hoc ſi quærerent , reperiri id exemplo procerũ
linguæ Latinæ factum:qui tranſlationi primas partes in elocutione dederunt , eiq;
in ſcribendo plurimum indulſerunt,ardua grauiter & ſplendidè dicere conatum,ac
proinde nec tropis,nec numeris , nec reliquo apparatu epidictico parcè uſum, nec
tranſlationibus,quæ ſe benignè nõ quæ grauatè obtulerunt.Quòd pauci retruſam
atq; abditam ſuam dictionem aſſequerẽtur, habere pleroſq; ſcriptores multum ſui,
apud illos maiorum gentium authores ſuam cuiuſq; ſemper fuiſſe notam , ſic ſem-
per naturam tuliſſe , ut uel uitijs noſtris indulgeamus , uel inuitis nobis ſe proferãt.
Non pœnitere quòd naturæ ſeruiret,ſibi interdum ſcribere non tantum populo &
ſcenæ. Non præſentem ſolùm uoluptatem attendere,in poſterum etiam proſpice-
re.Scripta quæ primo aſpectu lectori ſe ſubmittant,aculeum nullum in futurum re
linquere,ſed in præſens tantum mulcere.hæc ut auidè arripiant homines,ſic diu nõ
reguſtent,nec iterata ſæpius lectione proſequãtur. Poſtremo quòd eſſet prolixior,
malle ſe luxus ac munditiæ profuſæ,quàm ſordium aut frugalitatis ieiunæ poſtula-
ri:è copioſa penu non poſſe religioſe promere.Ad faſtidium copiæ eximendum a-
crimoniam pro ſale eſſe. Diluit ad hunc modum quæ Eraſmus obiecerat & obiter
alia his non pauciora in Eraſmo notauit,quæ referre longum eſſet, & non neceſſari
um.Quorum controuerſiam Chriſtophorus Longolius tanquam honorarius arbi
ter uoluit indicare,ſcripta ad id perbella & ſcita epiſtola, quam ſubijcere non pige-
bit,propterea quòd uirtuteſq; & uitia amborum ſi qua fuerunt,diligẽter examinat,
& unum alteri miro artificio comparat.Quę ex collatione magnum percipient fru
ctum eloquentiæ ſtudioſi,quòd intelligent quid in noſtrę ætatis doctiſſimis homi
nibus aut imitentur aut probent. Longolij uerba hæc ſunt. Quod ad eruditionem
pertinet, non uideo qua in re Budęus Eraſmo cedat,ſiue humaniores literas , ſiue
Chriſtiano dignas homine libeat ęſtimare.Quod uero ad dicendi facultatem perti
net,parem mea ſententia in tam diuerſo dicendi genere laudem merentur. Beatiſſi-
ma in ambobus & rerum & uerborum copia,ſed ita ut alter altius expatietur , alter
anguſtiore quidem alueo,uerum altiore ingentem aquarum uim trahat.fluit ille ple
nior,hic fertur rapidior.In Budęo uideor mihi agnoſcere plus neruorum , ſangui-
nis,ſpiritus.In Eraſmo plus carnis , cutis, coloris. In illo plus diligentiæ,in hoc plus
felicitatis.Creber ille ſententijs,hic facetijs.Ille omnia utilitati, hic plurimum dele-
ctationi tribuit.Pugnat Budęus cura,ingenio,grauitate , dignitate : Eraſmus arte,
ſubtilitate,lenitate,iucunditate ad uictoriam contendit.Hunc amare poſſis , illum
admirari , huic fauere,parere illi.Profecto ille me uiolẽter cogit,hic ſuauiter allicit.
Ducit alter blanditijs,alter uiribus trahit,uerborum delectu religioſus,proprietate
perſpicuus.Si res tranſlationẽ expoſtulat , in metaphoris felix, ſententijs grauis, fi-
guris uarius,ſumma orationis ſpecie honeſtus,ſublimis, ſeuerus,grandiloquus. Cõ
trà Eraſmus uenuſtus,modeſtus, popularis,floridus , uerborum ſupellectile diues,
compoſitione ſimul expeditus,ſimul nitidus,frequens exemplis, denſus argumen-
tis,gratus ſalibus.Ille in oratione ſua totus ſemper eſt,ſed tum potiſſimum tonat, tũ
fulminat,quum materia temporum noſtrorum obiurgationem admittit.Hic etiam
cùm moribus conuitiũ facit,magis inſtituto ſuo ſeruire,atq; dolere uidetur. malag-
matis,collyrijs,cerotis & cæteris id genus leuiorum medicamẽtorum remedijs cõ-
ſulens,ut ille amarulentis quidem illis,ſed hac tempeſtate neceſſarijs potionibus, ſe
ctionibus,cauterijs altè graſſantem uim morbi inſectatur.Breuiter ſi hiſtoriam ſcri
pturi ſint,Budęus Thucydidem magis quàm Saluſtium : Eraſmus Liuiũ quàm He
rodotum retulerit.Si poema pangendum ſit, hic tragicum & heroicum quiddam
uerborum ſententiarumq; pondere altius intonabit:Ille comœdiam urbanius , Ly-
ricos ſuauius,elegiam mollius inſpirabit. Aſſurgit tamen & hic quoq; alieno inge-
nio,

nio,suo uero tã difficulter, q̃ ille nunquã, etiã si uelit, sese demittere queat. alioqui superiores illę uirtutes ut neutri desunt, sic in altero magis patēt, in altero magis latēt: effectu pares, habitu dissimiles, ut haud prorsus aberret quisquis hũc concioni, illũ iudicijs natũ dixerit. alterũ Palladis numine afflatũ, alterũ Gratiarũ choro stipatum. Cęterũ ut intelligas nihil esse quod sit ab omni, ut ille ait, parte beatũ, aut certe quòd omniũ stomacho satis possit facere, audi quid in eis hi desiderãt, qui se aliquod operæpreciũ in re literaria fecisse arbitrãtur. Bud. hoc illis peccare uidetur, quòd nihil peccet: Erasmus quòd uitijs suis faueat. Illũ enim dum scrupulosius omnia ad ueterũ normam exigit, sæpe oblitum eorum quibus scribit, sibi tantũ & musis canere: Hũc dum ingenio suo nimis indulget, nihilq; putat esse tam uulgare, quod non aliquando in oratione suum sibi locum honeste uędicet, turbidum interim fluere. Illum potius nobis significare quid uelit, quàm dicere: Hunc immodica sermonis ubertate ueluti læto gramine sata strangulare. Illum oratione nunc obliqua uerticosum, nũc figurata elatũ, sæpe intumescere: Hunc recto nudoq; ductu humiliorē plerunq; humi serpere. Hunc lasciuia molliorem, illum austeritate duriorem. Deniq; alterũ doctis mirum in modum posse placere, alterum etiam imperitis, si in tam secunda ut illorum uerbis utar, facundia modum tenerent, & suo semper fructi ingenio, alieno nõ nunquam essent diserti uel iudicio uel cõsilio. Nam cum præstare possint quicquid uolunt, par est (inquiunt) ut optima quæq; uelint, nec sese ambitiosius nobis uenditent, eò res nostras recidisse, ut maturè potius iuuandi q̃ intempestiuè delectandi simus, pro suscepto operis instituto fideliter docendi, non crebris licentiosisq; excursionibus ambagiose suspendendi. Digredi quidē Senecam & Plinium, sed alterum parcè, alterum rarò, nec sic quoq; quæsito, nec nisi oblato argumento. Hæc critici, quorum sententiæ quominus statim subscribam, faciunt cùm alia multa, tum quòd non defuere clari oratores, qui non grammaticos, sed populum, eloquentiæ iudicē statuerint. Esto sit porrigendus doctis modo calculus, sint soli literarum principes hac de re in consilium mittendi, quisnam amabo hac ætate dignus, cui tam superba censura iure credatur? Tuebuntur se uterq; haud magnis solum exemplis, sed etiam ualidissimis argumentis. Dicent se non perperam scribere, sed illos corruptè iudicare: in orationibus suis non nasci, sed ab imperitis spinas afferri. Erasmus se omnium rationē habuisse, Budæus paucorũ theatro contentũ esse. Itaq; ipse nihil decerno, uel ne sutor (ut aiunt) supra crepidã, uel quòd apud me paria faciant, hoc est, uirtutibus si qua sunt uitia pensent, atq; adeo superent. habent enim plus quod laudem q̃ quod ignoscam. Hęc ille. Budæus quoq; in quadã ad Erasmũ epistola cũ multa de se & Erasmo dixisset, ad extremum addidit hæc quæ sequuntur. Ex quibus Longolius superioris epistolæ argumentum arripuisse uidetur. Inter nos hoc interest (inquit) quòd quæ tu sermocinantis more lepidè & festiuiter dicis, hæc ego concionabundè quidē, non tamen immani uoce, sed exaudibili effero, uel etiam uociferor. Sicq; fortasse ego uim affero & rapio, tu eblandiris & imperas. ego irrumpo, tu irrepis. ἐγὼ πανοπλίαν ἐνημμένος τῶ τ̃ ψιλικῶν, tu ψιλὸς πλοῦς. tu minore sed certo conatu, ego ingēti, reductisq; supra modum brachijs, tamen non idem fortasse efficio. Deniq; quid oppugnantem, expugnantem, propugnantem deceat, tu melius nosti, palęstramq; illam philosophicam tenes, ἐγὼ ἀπαλαίστρως præ feruore destinatum impeto. Sed hæc hactenus. Quoniam ad hunc locum peruentum est, non alienum esse uidetur, de amicitia etiam utriusq; proponere. Est difficillimum, inter illos nullam intercedere obtrectationem, inter quos tantæ laudis est æmulatio, quantam fuit incidere necesse, inter Erasmum atq; Budæum, cum se uterq; in literis esse principem cuperet. Nã quicquid est eiusmodi, in quo excellere pręclarum existimant, in eo plerunq; fit tanta contentio, ut uix possit beneuolentia seruari. Et reuera non defuerunt, qui in Budæi & Erasmi animis cæcæ æmulationis fomites residere iudicarent. Tamen si quæ interciderunt, non tam re, quàm suspicione uiolata ea falsa & inania fuisse ausim cõtendere. Is enim erat uir Budæus, & eum esse Erasmum existimabat, ut quoniam in eandem ætatem inciderant, coniunctionem amicitiamq; mutuam utriq; honorificã

duceret,& gloriosius putaret cum tali uiro certare, quàm omnino aduersarium nō habere.cum præsertim illi nullum à Budæo amoris,nullum studij, nullum beneuolentiæ officium defuerit.Etenim de Erasmo nunquam nisi pleno & amico ore locutus est,eius honori & dignitati semper fauit,quoad eius fieri potuit.Quod ne dubitare possimus,maximo est argumento,quòd Erasmum in Galliam asciscere magnopere studuit,propositis ad manendum amplissimis præmijs, quæ à rege impetrauerat.Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium,& Erasmum à Budæo alienare,& Budæum aliquando immutare,illosq́; inter se tāquam par nobile gladiatorum committere conati sunt:cum reuera fuerint semper amicissimi, & ab omni obtrectatione inuidiaq́; alienissimi. Causas comperio multas, quæ alienationis inter illos simultatisq́; mutuæ,& æmulationis suspicionem dederunt. Hæ sunt profectò huiuscemodi,quòd acerbioribus sese epistolis ultrò citroq́; lacessiuerunt, dum aut de suis libris disputant,& alter de altero sententiam aperit, aut Budæus dolet Iacobum Fabrum in altercatione quadam Theologica parum honestè tractari,aut ingenia Gallica despici,aut sibi Badium præferri.Id etiam parum amicæ uoluntatis argumentum crediderunt,quòd à Budæo in tot numero libris mentio nusquam facta sit Erasmi, quanquam ut fieret multis precibus ab Erasmo ambiretur. Præterea putant id quoq; ad ista quæ dixi accedere, quòd Budæus dissimulanter Erasmum in suis libris nonnunquam perstringere uidetur,uelut in Commētarijs, quando ridet illos,qui de singulorum ingenio,& eloquentia sententiā ferre audent,qui Laurētio inferiores præscribunt loquendi formulas,qui leuiora quædam scripta in uulgus edunt,quę nec solem nec ętatem ferant.Quæ de Erasmo homines nimium suspiciosi interpretabantur,uidelicet qui Ciceronianum composuit,& Commētarios de Copia,quiq́; scriptitabat nouos quotidie libellos. Tametsi attentius consideranti non tam ad Erasmum,quàm ad alios quosdam nostræ ætatis scriptores pertinere uidentur.Nihil enim temere de tantis hominibus suspicandum est,nec nisi modestè & circumspecto iudicio,pronunciandum. Verum enimuero si quid fuit offensionis, id non tam ex obtrectatione atq; inuidia , quàm ex cupiditate quadam gloriæ, cuius uterq; uisus est auidior,profectū est.Pares enim uirtutes in maximis animis pręstantissimisq́; ingenijs nonnunquā edunt simulacrū quoddā cōtentionis:non eorū culpa,in quibus existunt,quid enim esset indignius?sed immodico fautorū studio, qui dum unū alteri cupidius pręferunt,& de principatu intempestiuius certant,interdū contentiones grauissimæ enascuntur, quæ in ipsos etiam nec opinanteis, quorum causa suscipiuntur,redundant.Sic qui præstantis doctrinæ,aut alicuius præclaræ artis opinionem habent,si in idem curriculum descenderunt,suntq́; in pari uel proximo gloriæ cursu , in æmulandi suspicionem suorum uitio incidunt. Quod si quibus unquam id contigit,certe his duobus contigit,cum uterq; suarum uirtutum præcones & buccinatores existimationis haberet innumerabiles, qui talium discordiarū semina ubiq; gentium sererent,partim huic,partim illi,ut quisq; animo afficiebatur principatum in literis tribuentes. Atqui nulla unquam Budæo tanta offensio uisa est(& si qua potuit esse tanta)sed ne hæc quidem ipsa, ut aut amicitiam deponeret, aut inimicitias susciperet,aut bellum cum eo gereret,quem & propter uirtutem pręcipuè diligebat,& propter eloquentiā suspiciebat maximè.Quinimo hunc honorē ueteri amicitię semper tribuit,ut eum in culpa esse duceret,qui faceret:non eum qui pateretur iniuriam,atq; huiuscemodi,uel suspiciones uel contumelias negligeret,in ipsa conscientia rectè factorum satis magnum laborum fructum reponens.Qua facilitate & patientia,uel prudentia potius, omnes illas inuidiæ tempestates facilè sopiuit. Nec uerò minus ille prudens & attentus paterfamiliâs habitus est, q̄ uir doctus.Neq; enim literis ita prorsus deditus erat,ut rem familiarem negligeret.Sed cū studijs plurimum tribueret temporis,tum uerò quando quidpiam aut acceptum ferre aut expensum oportebat,id diligentissimè faciebat,cæteraq; per se domestica negocia curabat.In omni re contrahenda, in uicinitatibus & confinijs æquus & facilis.Illudaūt ita prudenter temperabat , ut neq; curarei familiaris quicquam obesset

studijs

ſtudijs doctrinæ, nec literarũ amore languidior redderetur ad rẽ tuendam. Poſſeſſiones habuit, ſi utilitate iudicandum eſt, ſatis amplas: ſin ad uulgi opinionem, & illius uirtutem reſpicimus, mediocres. Quas tamen minimi æſtimabat, nec exaggerare, amplificareq; cùm poſſet, magnopere laborabat: quippe cui in libris, & liberis ipſaq; uirtute eſſent omnia. Patri copioſo & in primis locupleti ſucceſſit, at ſeptem liberis aucto, quorum maximus natu moribus noſtris tulit ſemiſſem, cæteri hęredes relicti ſunt ſinguli ex ſingulis uncijs. Hunc autem ætate tres fratres anteibant, quatuor ſubſequèbantur. Quocirca unciam unam, eamq; uix ſolidam conſecutus eſt ex bonis paternis. ex maternis uerò paulopòſt alteram. Id fuit ſubſidium ſtudiorum & familiæ, cum his quæ deinceps acceſſerunt ex ſtipendijs munerũ publicorũ. Quòd ſi diues habendus cui tanta poſſeſſio ſuppetit, ut ad liberaliter uiuendum facilè contentus ſit: ſi uſum pecuniæ non magnitudine ſed ratione metiri oportet: ſi non æſtimatione cenſus, ſed cultu uitæ penduntur diuitiæ: Budæus ſanè ditiſſimus fuit, qui ex mediocribus ſuis uectigalibus rem familiarem ita prudenter conſtituebat, ut nõ modo quicquam ſibi ad uitam eleganter & ciuiliter agendam deeſſet, uerum etiam ſuperaret. Domum habuit in uia D. Martini, plenam dignitatis, qualem hominis honorati & clari eſſe conuenit: quam ipſe à fundamentis erexerat. Duas uillas ſuburbanas poſſedit, non minus amœnas quàm fructuoſas, uidelicet Sammaurianã & Marlianam, quas cũ alijs ornamentis tum ædificijs nõ inelegantibus auxit, ut iocans aliquãdo cum Eraſmo uillas propè Lucullianas ædificare ſe dixerit. Sammaurianum prædium quarto lapide ab urbe ſitum præcipuè coluit. Quod ſibi in lib. de Aſſe ſcribit inſtar amœni cuiuſpiam Tuſculani fuiſſe. ubi occupationibus animum relaxabat, & quaſi in iucundo ſtudiorum ſuorum diuerſorio requieſcens ſibi ſumebat ocium ad commẽtandum. Cum Lutetia abeſſet, nuſquã potius erat. Sæpe enim à fluctibus urbanis, forenſiq; tempeſtate, tanquam in portum ſe, in ſolitudinem recipiebat, ruſq; cum tota familia abdebat, ubi nulla ui interpellante, uacuus ab interuentoribus, liberius & ſolutius in literis uiueret. Nunquam minus negocio uacabat, quàm cùm in eo ocio agebat. Nempe erat perfugium illud non deſidiæ aut inertiæ, ſed ſecuritatis tranquillitatiſq; animi, in quo præclara ingenij monumenta mandabat literis, in quo omnem ſapientiæ rationem omnemq; doctrinam & contemplabatur & tractabat, atq; ſemper ea promebat ex ſe quæ iuuarent alios & delectarent, nomen authoris apud omneis genteis celebrarent, & ſempiternis laudibus illuſtrarẽt. Erat in ſupellectile, in ueſtitu, in reliquo apparatu domeſtico & ornatu magis elegans q̃ ſumptuoſus, omniq; diligentia affectabat munditiam nõ affluentem. Nemini unquam uiſus obtrectare. Sæpe rogatus ſententiam de ingenijs noſtræ ætatis, ſemper & loquebatur honorificè, & candidè ſentiebat de omnibus, ſibi nihil arrogans, alijs tribuens plurimũ. Conſpiciebatur & ſine ſegnitia moderatus, & ſine tarditate taciturnus: rurſus & ſine abiectione facilis, & ſine arrogantia grauis. Itaq; haud facile diſcerneres utrum propter ſeueritatẽ authoritatemq; magis obſeruaretur, an propter facilitatẽ & comitatẽ diligeretur. Gloriari ſolitum accepimus omnes animi motus à ſe uictos, excepta iracundia, quam tamẽ ipſam ita quoq; cohibebat, ut quanuis cõtra uoluntatẽ cõmoueretur interdũ, nunquam pręter rationẽ excandeſceret. In quo parũ aut nihil omnino culpandus uidetur: cũ præſertim non defuerint ſummi philoſophi, qui laudarent iracundiã tanquã cotem fortitudinis, & utiliter à natura datã contenderent. Res ſecundas & ad uoluntatem fluẽtes moderatè, aduerſas fortiter (ſæpe enim illi fortuna reflauit) ut uiro dignũ tulit. In omni uita præclarã quandam æquabilitatem retinens: ut penè idem ſemper uultus, eademq; frons apparêret. Rei forenſis habitus paulò rudior, quòd ab ineunte ætate lites & iudicia nõ ſecutus eſſet: nec amaſſet forũ, ſed deſtinato quodã propoſito cõſilioq; refugiſſet. Theologiæ ab initio ætatis ſummè ſtudioſus fuit, omniaq; quæ de diuinis rebus à ſapientiſſimis tradita eſſent, ſummo ſtudio curaq; didicit: exiſtimans id eſſe hominis Chriſtiani nõ ſemper hærere in humanis diſciplinis, & in his tractandis cũ deſidioſa delectatione uſq; ad ſenectutẽ detineri: oculos ad cœleſtia erigi: mentẽ ad diuinã ſapientiã opor

tere excitari:ad illam dirigendas arteis cæteras,ad illam uelut ad certiſſimam ueritatis normam,regulam uitæ,pręſcriptionem iuſtitiæ & ęquitatis exigenda ſtudia omnia,referendas omneis & rationes noſtras & actiones. Sub ingraueſcentem uerò ætatem acrius in literas ſacras incubuit, credo uel iudicij maturitate ad ſapientiam, uel tædio aliarum artium,uel appropinquatione mortis admonitus:quæ à ſenectute non poteſt longè abeſſe. Quo certius ſibi uiaticum ad cœleſtem piorum ſedē & æternam domum pararet. Veræ religionis obſeruantiſſimus in omni uita fuit, ſingulari in deum pietate,in omneis homines beneuolentiæ charitate commendatus. Longè ſemper abſuit ab his contentionibus quæ in noſtram ætatem eruperunt: ſui iudicij quid ſe facere par eſſet potius intuens, quàm quid alij aut laudaturi forent, aut improbaturi. Quamobrem cum in maximis opinionum procellis & turbulentiſſimis tempeſtatibus ingens Græcę linguæ cōflata eſſet inuidia,quòd harū ſtirps, & ſemē malorum omnium uideretur,cum odij faces undiq; ab improbis pręferrentur,cum in perturbatione ueteris diſciplinæ ſpem haberent inimici ad elegantium literarum non dignitatem modo extinguendam, ſed etiam gloriam per principes uiros infringendam, cum in his aſperitatibus rerum eruditi pleriq; de religione ſuſpecti haberentur,nec ſatis eſſent inter imperitorum greges tuti: hic ſolus non modò integra mente,uerumetiam exiſtimatione permanſit. Nihil in eius uita,aut in oratione quiſquam potuit inuenire,quod iure reprehenderet. Quod labenti rei literariæ certiſſimum præſidium attulit. Niſi enim is contigiſſet orbæ politiori doctrinæ quaſi legitimus tutor:qui eam apud Principem,in ſenatu, in concionibus exagitatam tueretur,ac tantiſper dum inuidia conſideret,domi ſeptā teneret liberali cuſtodia,atq; à ſceleratorum hominum impetu prohiberet,haud dubiè noſtris finibus coacta eſſet excedere. Tantum ualuit in recta ſententia perpetua permanſio, tantū iudicij conſtātia,tantū uitæ integritas: ut hi qui nocere maximè cupiebant, propterea quòd eius authoritate ſolius nitebantur Gręcę literę & meliores: tamen quemadmodum nocerent,nō inuenirent. Sic cùm honoribus atq; ingenij gloria floreret, ita prudēter uitam inſtituit,ut in negocio ſine periculo,& in ocio cum dignitate uiueret,ac ſimul in florentiſſima orbis terrarum republica ſapientię laude uſq; ad ſummam ſenectutem ſine ulla offenſione perfrueretur. Et quiſquam dubitabit illum nō ſanctè modò grauiterq;,ſed beatè etiam fortunateq; uixiſſe? Porrò autem ut eius eruditio ſe extulit & lumen ſuum oſtendit,omnes ubiq; gentium,qui aliquid de ingenijs poterant iudicare,ſe ad eius amicitiam cupidiſſimè applicuerunt. Ipſi qui hominem nunquam uiderant,nec uiſuri erant, qui eius uſu & moribus frui nullo modo poterant,propter reconditam & multiplicem doctrinam,integerrimos mores, ſingularem uirtutem, digniſſimum beneuolentia iudicabant, & literis ultrò ſcriptis, tanquam ſibi ualde honorificam futuram expetebant. Pleriq; etiam commoti ipſa fama,ex ultimis regionibus ad eum uidendum Lutetiam uenerunt. Ipſe uerò qui nihil minus hominis duceret,quàm non reſpondere in amore his à quibus prouocaretur,nullius officijs in hac re unquā conceſſit,nullius humanitate ſuperatus. Quippe qui rectiſſimè iudicaret,nihil nobis à natura datū remuneratione beneuolentiæ, uiciſſitudineq; diligendi melius: nullam uitæ ſupellectilem pulchriorem præſtantiſſimorum hominum amicitia. Illos qui eruditionis commendatione ſe inſinuarēt, uel qui ſpem aliquam de ſe ingenij darent,non minus quàm coniunctos propinquitate dilexit:omnibus qui eius uel opera uel conſilio egerent,maximè expoſitus. Plurimum ex omnibus detulit Ludouico Ruſæo,& Franciſco Deloino: quos conſtat ſummis ornamentis honoris,fortunæ,uirtutis, ingenij præditos, inter eos qui tum Lutetiæ erant,gratia & authoritate plurimum floruiſſe. Ambos arctiſſima cōſuetudine deuinctos pro Pomponio & Bruto Ciceroni olim coniunctiſſimis habuiſſe quodam loco prædicat. Ex eruditis Iacobum Tuſanum eximiè dilexit, ſuæ diſciplinæ alumnum.quem poſt Budæum ipſum multò peritiſſ. Gręci ſermonis noſtram tuliſſe Galliam uerè uideor poſſe contendere, nec minus uirum bonum optimisq; artibus eruditum. Hunc Græcè docere non eſt grauatus, propterea quòd ei linguæ

pro-

pagandæ aptissimum esse cernebat. Corporis rationem initio nullam habuit. Atqui dum ingenio soli seruit, omissis omnibus exercitationibus imprudẽs in perturbationem totius ualetudinis incidit. Quamobrem sero experimento edoctus, non esse habendam rationem animi sine corpore, quòd eo ægro aut malè cõstituto, fungi nequeamus animi muneribus, aliquantum de summo illo remisit studio, quo ab ineunte ætate fuerat incensus. Atq; hæc solitus est facere confirmandarum uirium, relaxandiq; animi causa, lignum findere, aquam è puteo haurire, irrigare hortum, et colere more ueterum, uitem putare, in curiam, à qua procul domus aberat, pedibus ire cœlo sereno, ædificare in prędijs, arbores serere, & describere ordinibus, in locis nonnunquam planis, sępius montuosis & asperis cursu corpus fatigare. Quę tamet si leuiora uidentur, illi tamen fuerunt longè saluberrima. Hac enim exercitatione et temperantia adhibita effectum est, ut optimis esset uiribus in extremo tempore ætatis, & multò melius habere uideretur in senectute quàm in constante ætate, ac fuerit adhuc propter summam corporis siccitatem roburq; cõplures annos uicturus, si morbi casus abfuisset. Maximo fuit in honore apud nos quoad uixit, multaq; de eo & pręclara iudicia (id quod maximè facit authoritatem) nostri principes fecerunt. A Carolo VIII. cum primum ingenij laudibus effloresceret, in aulæ comitatum honorificè accersitus est, procurante id potissimum Guidone Rupefortiensi uiro amplissimo, & in rep. regenda cui præerat, diligentissimo. Fuit enim princeps ille cùm felicitate, tum etiam uirtute nulli regum secundus. Cuius immaturo interitu damnũ non mediocre fecerunt & res Gallicæ, & meliores literæ, quas instituerat fouere. Siquidẽ is recepta armis Neapoli, ac peragrata cũ instructissimis copijs uniuersa Italia, ea tempestate eruditissimis hominibus liberalissimisq; studijs affluente, bonarũ artium nomen audiuerat: quæ ibi prius propter tranquillitatem uehementer colebantur, atq; inde accersere illas in Galliam decreuerat, nisi repentinus casus eius spem atq; omnia uitæ consilia morte præuertisset. Ludouico XII. qui durior ad hæc studia uidebatur, iucundus quoq; fuit. Nam honoribus plurimis illum affecit princeps, in cognoscendis perpendendisq; hominum ingenijs planè mirus, & de maximis rebus legatum bis in Italiam misit cum aliquot proceribus suis. Quibus in legationibus sic fidem suam, diligentiam, ingenium regi probauit, ut magnam gratiam ab eo ipso iniret, ac paulo mox in Scribarum regiorum numerum ascriberetur. In centumuirale consilium quod Lutetiæ cogitur, cooptari sæpius recusauit, quòd infinitis causis & iudicijs ea uita districta nihil ad recordanda cogitandaq; studia temporis relictura uideretur: ipse autem summa facultate uacui ac liberi temporis ad cõmentandum egeret. Proin à negocijs publicis aut ualetudinis imbecillitate exclusus, aut uoluntate sua feriatus, omne suum tempus uel legendo uel scribendo ferè transmittebat. Qua de causa abhorrebat quoq; iudicio quodam animi ab aula, & se quantum poterat, illinc remouebat, quietem atq; ocium secutus: cui in primis inimica est uita errans & uaga aulicorum: Qua in uoluntate permansit usq; ad principatum Francisci regis: quem ut audiuit in summa omnium rerum potestate, tanta imperij amplitudine, inaudita quadam mansuetudine & clementia, ac penè diuina sapientia præstantem, uel elegantium literarum amore in primis flagrare, haud difficulter est de uetere sententia depulsus. Primum euocatus Ardeam: quem in locum rex quoq; Britanñorum Henricus conuenerat, cùm tanti conuentus splendore excitatus, tum admirabili fama incredibilium uirtutum sui principis incensus, sanè quam libenter regis imperio obtemperauit. atq; eò magis quòd uirtutis & literarum ergô se intelligebat accersiri. Tantũ ualuit humanissimi principis spectata benignitas: ut omissis doctrinæ studijs, posthabita rei familiaris cura hunc etiam in aliquot expeditionibus sequeretur, oblitus instituti sui, iam grandis natu, castrensis laboris insolẽs: ac si uerum fateri uolumus, pacis togæq; potius, quàm belli alumnus. Sed enim hoc nõ solum fati, uerumetiam felicitatis cuiusdam fuit: ut cum princeps in Gallia is esset qui literis & literatis honestissime cuperet, qui supra cõsuetudinem maiorum suorum, contra morem & exemplum, non eorum modo principum qui

nunc sunt, sed eorum etiam qui multis antehac seculis fuerũt: omneis bonas arteis tueretur & ornaret, eodẽ tempore haberemus uirum huiusce ætatis doctissimum: qui optimum principem sua sponte satis incitatum, ad id quotidie magis ac magis inflammaret. Enimuero sicut erat honorificum Regi uirtutis cultori præstãtium ingeniorum fautori eximio, aliquem ex suis habere, quem omnibus alijs nationibus opponere iure posset, haud secius Budæo præclarum uidebatur, ultro à principe longè maximo atq; sapiẽtissimo magnis propositis præmijs in aulam euocari, & singularem eius tum uirtutem, tum doctrinam non iam latere in umbraculis eruditorum ocioq;, sed illustri & excelso loco sitam, in luce Galliarum ac regni clarissimi oculis auribusq; uersari. Sæpe & multum audiebatur à principe magnis de rebus ornatè exquisiteq; disserens, colebatur à primoribus aulæ, summoq; afficiebatur honore: quòd cum non solum obseruabant qui literis ex animo fauebant, sed etiam si qui fortè simulabãt. Itaq; rex liberalissimus hoc specimen uirtutis, hoc indicium animi, hoc lumen principatus sui præcipuum fore putauit, si Budæi dignitatem amplificaret, fortunasq; cum primis augeret. Principio illum præfecit scrinijs suæ bibliothecæ. Deinde Libellorum supplicum magisteriũ, qui honos est in regia amplissimus, non postulanti, non ambienti, ac ne cogitanti quidem, sua sponte detulit, codicillis eiusce rei domum usq; cum summa beneuolentiæ testificatione missis, in quam paulo ante ipsius regis iniussu se receperat, nullo relicto in aula aut stipulatore aut suffragatore. Et quo magis amorem perspicere posis, rex quoq; separatim ad illum dedit literas grauissimis uerbis & sententijs plenas: quibus iubebat maiora sperare. quo tempore populus Parisiensis cunctis suffragijs præfectum decurionum declarauit eius urbis. Sic ille in quadam epistola uocat eum qui præfectus mercatorum uulgo dicitur. Qui magistratus biennij est, sed maximus inter eos ciueis, & amplissimis uiris solitus tantummodo deferri. Sic mihi in eo augendo atque honestando uidetur cum summo rege quasi certasse ea urbs: quæ est magnitudine amplissima, iudicio eruditissima, celebritate refertissima, studijs autem liberalissimis ita affluens, ut omnibus urbibus, non dicam quæ ad septentriones solisq; occasum pertinẽt, sed quæ in ortũ etiã & meridiẽ spectant, facile antecellat. Budæus autem arbitratus hũc honorem non sibi, sed literis delatũ: cupidius quàm antea optimarum artium patrociniũ suscepit. atq; in primis suasit principi, ut sedem illis stabilem ac domicilium certum Lutetiæ præberet. Quod breui perfectum iri speramus cum sempiterna ipsius principis gloria. Certe hoc interea impetrauit, ut uiri doctissimi annuis stipẽdijs aucti, literas Græcas, Latinas, Hebręas, omne genus disciplinarum in ea urbe interpretarentur, quod satis magnum ac luculentum futuri operis specimen arbitrantur omnes. Quamobrẽ homines nostri partim exemplo principis excitati, partim liberalitate cõmoti, certatim amplexari literas cœperũt, tãtosq; progressus in omni uirtute, omni disciplinarũ genere, neq; ita longo interuallo fecerũt, ut nõ multũ aut nihil omnino antiquis Græcis Romanisq; cedatur. Quæ res à principe maior unquã gesta? quis triumphus conferendus? quæ monumenta aut trophæa comparãda? Hoc scilicet uere est imperare, suam uirtutem alijs exemplum facere, eos quibus præsis reddere meliores, eorum non modo fortunis ac corporibus, uerumetiam animis excolendis prospicere? Reliqua quidem Francisci regis uita multis erit præclarisque monumentis ad omnem memoriam commẽdata. Bellicæ laudes commemorabuntur multarum gentium literis, ac linguis, obstupescent posteri admirabilem illius et incredibilem & penè diuinam in regno tuendo atq; administrando sapientiam audientes. De hoc autem singulari in optimas arteis amore semper populus Gallicus, semper omnes gentes loquentur, nulla unquam ætas conticescet, nulla obtumescet uetustas. Florescet quotidie magis hæc liberalitas, ita ut quantum cæteris eius operibus diuturnitas detrahet, tantum huic benignitati afferat gloriæ. Namquo cupidius ipsi se homines in regum mores formant, hoc magis de republica merentur optimi principes. qui non uitia concipiunt ipsi, fouentq;, sed uirtutes in suas ciuitates infundũt, nec peccato nocẽt, sed exemplo prosunt. Etenim licet uidere si replicemus

memo-

memoriam temporum, qualescunque magni reges fuerũt, tales nimirum & subditos fuisse: quæque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo semper se cutam. Porrò autem sicut fruges bonitate soli, cœlique temperatione exuberãt, haud secius bonæ artes ex benignitate principum efflorescunt, & honore præclara ingenia incenduntur ad discendum. Quidnam fuisse causæ putemus, cur regnante apud Græcos Alexandro, apud Romanos Augusto, tantus numerus præstantiũ hominũ extitit: nisi quòd delectabantur hi principes optimis quibusque rebus, & in expendẽdis hominum ingenijs atque operibus iudicio ualebant, & uirtutem meritis honorib. premijs atque splendore decorabant. Quid in liberis quibusdam ciuitatibus eloquentiæ studia olim tantopere uiguerunt? nisi quòd is certissimus erat gradus ad remp. aditus ad honores, ascensus ad magistratus & potentiam. Quid postea artes eędem in Græcia sunt extinctæ: in qua & natæ, & altæ, & ad summum perductæ intra mille annos fuerant? quid Roma cesserũt, totaque Italia? quid exulatũ ad Arabas discessrunt? quid tã multis annis inscitia grassante intermortuæ iacuerũt? an aliunde id factũ, nisi ex sordib. morositate, inuidia illorũ, qui ciuitatibus, et amplissimis regnis, atque imperijs præfuerũt? Itaque sicut longo æui situ, longique temporis exercitatione fatigata & effœta humus, consenescere nõnullis uidetur in locis, nec iam fruges mortalibus pristina benignitate præbet, sed noxias herbas fundit & uitæ inimicas: Sic mundi conuersione, & quadam rerum serie sępenumero accidit, ut natura ipsa oblita materni officij, tanquam superioris æui fœcunditate exhausta, in perniciẽ humani generis, pestiferos quosdam homines, & sceleratos principes proferat: qui furore & amentia pręcipites, diuina & humana cuncta peruertant: qui res pręclaras à prioribus uel inuentas uel usurpatas, non modò negligant, (quod esset ferendum) sed etiã labefactẽt, & funditus delere conentur. Qualis fuit C. Caligula, qui Homeri carmina abolere, qui Virgilij & T. Liuij scripta ex omnibus bibliothecis amouere, qui ius ciuile Romanorum delere tentauit. Qualis Domitianus, qui omneis sapientiæ professores urbe Italiaque summouit. Qualis Licinius imperator, qui literas uirus & pestem publicam appellabat. ne commemorem Cambysas, Nerones, Valentinianos, Phalaridas, Dionysios, orbis terrarum peste natos. Quænam sentina teterrimorum siue ducum, siue regum scatuit Gothorum, Alanorum, Vandalorum, Sueuorum, Turulorum, Hunnorum, Longobardorum, Sarracenorum, & Turcarum tempestatibus: qui cũ essent feri, immanes, ab omni cultu ingenij alieni, & quicquid nõ intelligerẽt aut suspectũ haberẽt, aut damnarẽt: primũ ingentem bibliothecis cladẽ attulerũt, exusserũt magnorũ ingeniorũ opera, simul irriserunt linguas & studia omnia, nec solũ illis preciũ detraxerunt, sed contumeliã addiderũt: seu quòd nollent in uictis plus quenquam sapere quàm uictorem: seu quòd ea re ad laborem ferendum remollescere homines, atque eneruari opinarentur, ac minus bello idoneos reddi, cui omnia tribuebant. Igitur gratia habenda superis, & naturæ, quę ex superiorum temporum caligine tandem aliquando recreata, excellentes quosdam reges nostra ętate protulit ac principes in compendium humanæ societatis, qui disciplinas iacentes extollerent, studia discentium fouerent & excitarent. quos tanto Rex Franciscus gloria uicit, quanto omnibus imperij magnitudine pręstat. Non est humano consilio, ne mediocri quidem Dei Opt. Max. cura illud perfectum. Qui mihi uidetur aliquãdo oculos aperuisse ad instaurandas iterum literas ac renouandas, simul mentem iniecisse quibusdam principibus, ut illas tuendas ornandasque susciperent, ut bibliothecas extruerent, ut selectos in omni uarietate doctrinæ libros, quos superiorum temporum iniuria nobis saluos reliquit, è Græciæ ruinis, è faucibus barbariæ, ex incendijs bellorum eriperent, & in usum communem descriptos publice omnibus proponerent legendos. Quandoquidem non solum ea quæ densissimis ignorantiæ tenebris obducebantur, in lucem uelut ab inferis reuocata sunt, sed quæ ueteribus fuerant penitus obstrusa, noua maria, nouæ terræ, ac species hominum, uiæ cœli pelagique nunquam antea ne fando quidem auditæ, noua sydera patefacta nobis, multæ artes repertæ priscis incognitæ seculis, religio in

pristinam uindicata dignitatem. Magna ergo Francisci Regis gloria, in cuius principatum bonæ literæ incurrerunt, sub quo principe tantus honos habitus eximijs studijs, hominibusq; doctis, ut nunc primum quasi reuiuiscentis rei literariæ speciē aliquam uidere uideamur. Nec uerò debetur laus parua Budæo: qui primus bonarum artiū incunabula in aulam intulit, ac scriptis Galliam illustrauit suis: nostramq; locupletauit ætatem, qui elegantiores literas propagare cōsilio, studio, gratia, labore connixus est: qui earum dignitatem non minus charam habuit, quàm propriam, ab omniq; iniuria prohibuit, protexit, defendit. Deniq; nihil prætermisit, quo florerent magis in patria. ac ne longiorem quidem uitam optauit, quàm ut tam præclaro operi à Rege inchoato fastigium impositum uideret. Cęterum cum inter eos qui tū in regia uersabantur, opinione uirtutis, commendatione doctrinæ magnam cum gratiam tum authoritatem apud omnes ordines adeptus esset, nonnulli quorum mentes angustæ, humiles, prauæ, oppletæ tenebris ac sordibus, tantum eius splēdorem nec intueri nec sustinere potuerunt: & regis animum ab eo clandestinis insidijs alienare tentarunt. Quod ipse animaduertens, licet non dubitaret de humanitate regia, tamen declinās hominum offensiones, de aula sese subduxit, & eo magis quòd sibi parum cum Antonio Prato conueniebat. Causam dissensionis non commemorabo, ne uidear illis temporibus notam inurere. Nec ibi postea uisus, nisi necessitate muneris obeundi cogeretur, cuius præcipua functio erat in prætorio regio. Posteaquam uerò Gulielmus Poietus, uir singulari & præstantissima uirtute Galliarū νομοφύλαξ à rege creatus est (Cancellarium nostri uocant) nihil tam conueniens suæ dignitati putauit, quàm Budæum secum habere uelut aliquem in consilijs capiendis Nestorem. Itaq; cum nunquam à se dimittere, secum quocunq; proficisceretur deducere, obseruare, ferre in oculis, colere, toto animo de illo ac de eius ornamentis & commodis cogitare. Quo studio in se perspecto, homo iam deuexæ ætatis & affectæ, resorberi se aulicis fluctibus siuit. Proinde cum in summis Iulij mensis ardoribus, qui tanti eo anno fuerunt, quanti maximi post hominum memoriam: rex uitādi æstus causa in maritimam oram Normaniæ concessisset, & Budæus Poietum secutus, alienissimo tempore eódem contendisset, paulo post uel cœli iniuria, uel magnitudine caloris, quo tum omnia torrebantur, uel imbecillitate ingrauescentis ætatis, in grauē & assiduam febrem incidit, ex qua postea non conualuit. Cum multa in spem salutis medici dicerent & pollicerentur, nunquam persuadere potuerūt, quin is morbus finē uitæ esset allaturus. Quamobrē peregrè agens, domum se referri nihilominus iussit, ut in patria conspectuq; suorū moreretur. id q̄d paulo pòst euenit. Nā accrescente in dies dolore cōfectus, peractis omnib. quę rite decedentibus adhiberi solēt, sacris, integra etiamnū mēte, cæterisq; sensibus, sine ulla ui tranquillè placideq; decessit, uir immortalitate dignissimus. Posteaquā de eius obitu regi renūciatum est, grauiter doluit interitu tanti uiri dignitatem Gallici nominis imminutā. Poietus aūt ὁ νομοφύλαξ nō potuit, nō uehementer cōmoueri, tali amico orbatus, qualē Gallia nūquam tulit, & ut uerè iudicabat, uix parē sit habitura. Multas hic significationes nec exiguas dedit, q̄ molestè ferret se hominis eruditissimi iucunda cōsuetudine, admirabili sapiētia, tū multorū officiorū coniunctione in perpetuū priuari. Incredibile porrò est dictu, quātus mœror bonorū omniū, & quæ publica lamētatio eius funus sit prosecuta. Manes laudati uersibus, Gręcis, Latinis, Gallicis: eo studio, ut in conuenticulis studiosæ iuuētutis uix aliud quicquā factū, aut cōplures dies auditū. Omnes docti memoriā mortuo, quam par erat principi doctrinæ humaniter ac piè præstiterūt. Cū summis totius corporis doloribus oppressus dubia spe uitæ spiritū duceret, mortē aliquantū uidebatur horrere, & reformidare, nō uitæ desiderio. satis em̄ naturæ, satis gloriæ uel fortasse nimium diu se uixisse prædicabat: at suis certe parū, quorū fortunas cū liceret amplificare, neglexerat. Hic dolor hominē pręcipuè tangebat, hæc cura solicitabat. Reliquit autem liberos numero 11 filios septē, omni liberali ingenuaq; doctrina apprimè institutos, & quatuor filias: uxore superstite, fœmina summæ tū prudētiæ, tū pietatis; ex qua hos omneis liberos sustulit.

Elatus

Elatus est noctu, ut ipse anno anteaquam moreretur testamento præscripserat, sine ulla pompa funeris, præeunte unico lumine, comitantibus doctis plurimis, & uiris primarijs eius urbis, uulgi maximo concursu. Perijt tertio & septuagesimo ætatis anno. X. Calend. Septemb. Anno salutis generis humani M.D.XL. atℨ Lutetię Parisiorum in D. Nicolai, qui Campester dicitur, quemadmodum iusserat, sepultus.

FINIS.

DOCTORVM HOMINVM EPIGRAMMATA in laudem Budæi.

Salmonius Draconi Budæo G. filio.

Quæ de morte tui conscripsi carmina patris,
 Digni Nelidæ uincere secla Draco,
Accipe uti longi testes sint ipsa doloris,
 Nec desiderij non monumenta mei.
Nam nisi scripsissem, potuissem ingratus haberi,
 In patrem tanto uinctus amore tuum.
Condita quòd si quis defuncti non amet ossa:
 Nec uiuum dici fidus amasse queat.
Si quis at unquam hominum fuit olim dignus amari
 Notitia rerum, & moribus eximijs,
Næ uiuam: tuus ille parens, nisi uicerit omneis,
 A Calpe ad Gangis quos habet orbis aquam.

Salmonius.

Budæus iacet hic, qui Varro temporis huius,
 Ornamentum ingens linguæ utriusque fuit.
Seclorum natura tulit nam finibus illum,
 Effœtam ne quis fortè putaret eam.
Vtque aliquem priscis posthac quem opponat, haberet,
 Siue tuis Cecrops, Romule siue tuis.
Verum credibile est mortem erubuisse, cruentum
 Cum iaculi uulnus cerneret ipsa sui,
Et dixisse, piget telo fixisse seuero:
 Posteritas functum quem diuturna gemet.
Mortuus ille igitur, rerum quia notio famam,
 Perpetuare, at non uincere fata potest.

G. Budæi Epitaphion per eundem.

Budæus uoluit media de nocte sepulcro
 Inferri, & nullas prorsus adesse faces.
Non factum ratione caret, clarissima quando
 Ipse sibi lampas luxque corusca fuit.

Tusanus

γράμμασιν ἀρχαίοις ἀγαγὼν φῶς ἐνθάδε κεῖται
 Βουδαῖος, γλώττης ἥλιος ἀμφοτέρας.

Idem latinum factum ab eodem.

Hic qui illustrauit priscorum scripta uirorum
 Budęus, linguæ sol utriusque iacet.

Aliud eiusdem,

Hic simul Ausoniæ Budæus prima Mineruæ
 Et simul Actææ gloria prima iacet.

Aliud

Aliud eiusdem.

Budæus iacet hic, nulli probitate secundus,
  Linguam qui Gallis primus utranque dedit.

Ioannes Stracelius.

Ζῶν ἐπαμινώνδας δύναμιν προσεκτήσατο θήβαις,
  ᾤχετο καὶ δ' ἅμα σὴν αἴδος δὲ φέρων.
Καὶ νῦν Βουδαῖος περὶ γράμματα θεῖος ἅπαντα
  Αὐξήσας, σὺν γραφῶς ὄρφανα λεῖπε θανών.

Mellinus Sangelasius.

Iudicio omnium, ille omnium maximus
Consilio, eruditione, innocentia
Budæus, optimè gestis domi & foris
Summis honoribus, restitutis literis,
Inter suorum lachrymas obit senex,
(Si quid & hoc ad felicitatem attinet)
Quorum fide, & pietate, hic est conditus:
Et nos eum mortuum esse indignabimur,
Vixisse quem nobis nostroque huic seculo
Omnia habitura gratiam sint secula?

Aliud eiusdem Gallicum.

Qui est ce corps, que si grand peuple suict?
  Las cest Budé, au cercueil estendu.
Que ne font donc les clochiers plus grand bruit?
  Son bruit sans cloche est assez espandu.
Que na lon plus en torches despendu,
  Suiuant la mode accoustumee & saincte?
Affin quil soit par lobscur entendu
  Que des Francois la luimere est estaincte.

Nicolaus Borbonius.

Si fas flere deos esset mortalia fata,
  Budæum fleret dia Minerua suum.
Flerent & Graiæ pariter Latiæque camœnæ,
  Fleret & abiecta pulcher Apollo lyra.
Gallia tu fleres, tu magna Lutetia tali
  Fleres orba uiro delicijsque tuis.
Fleret doctorum toto chorus omnis in orbe,
  Nostra suum flerent secla iacere decus.

Franciscus Connanus.

Barbariem multos grassantem uiderat annos
  In genus humanum Iuppiter, & doluit.
Mercuriumque dedit terris: facundia cuius
  Hanc pestem humanis mentibus eximeret.
Qui dum iussa facit, nec uult deus esse uideri,
  Cognoscique suum numen in orbe timet,
Budæi accepto mutauit nomine nomen,
  Erudijtque homines ipse hominem similis.
Dumque docet Græcam Græcè, Latiamque Latinè,
  Diuina humanis dum docet eloquijs,
Hunc Europæ, Asiæque homines, hunc Africa tellus
  Audiuit, legit, uidit & obstupuit.
Sed cum iam nihil aut paruum aut mortale sonaret,
  Nec posset numen dissimulare suum:
Hic satis est (inquit) mortalibus omnibus, omnis

Barba-

Barbaries dempta, & iussa peracta Iouis.
Iam ualeant homines, redeo ad te Iuppiter. Hæcq;
Budæus superos, cum loqueretur, adit.

Idem.

Quid stas anxius & stupens uiator?
Budæi hoc tumulum loco requiris?
Tam paruum esse putas uiri sepulchrum,
Cui laus tanta fuit decusq; tantum?
Quà totus patet orbis, & quid ultra
Si uspiam esse potest, perennis ipse
Tam latè tumulatur & quiescit.

Prosopopœia Christophori Richerij. Tumulus uerba facit.

Amabo qui sim, discite ex me posteri.
Budæus ille Parisiorum gloria,
Grauis senator & probus dum uiueret:
Regi suo Francisco ob admirabilem
Rerum omnium peritiam charissimus:
Linguæ Latinæ doctus, aptusq; artifex:
Græcę nouator unus intermortuæ,
Optima παιδεία honestarum artium,
Poeta, rhetor, philosophus, uir nemine
Superstitum uel superiorum, qualibet
Scientia inferior, & hac re Galliæ,
Vasti quoq; orbis unicum lumen, grauí
Ac pertinaci febre correptus senex
Iam septuagenarius, sacrum sibi,
Suiq; fecit me feretrum corporis.
Ecquod sepulchrum ullo sepulto sanctius,
Dat intuendum religiosa antiquitas?

Budæus mortuus literarum studiosis, eodem Richerio authore.

Viuebam nimium laboriosus
Vestræ commoditatis institutor,
Dum me nominis acer ussit ardor.
Finem continuò dedit labori,
Humani gregis Atropos ruina.
Sed nunquid nocuit proterua fesso,
Si meta est requies pij laboris?
Si gratum magis est nihil quiete?

Ioannes Gelida.

Per te Gallorum uita, Budæe, manente
Gloria doctrinæ nomine magna fuit
Per te tres linguas immensa Lutetia nouit,
Per te rex linguis præmia certa dedit.
At perdunt Galliq; decus, linguæq; patronum
Morte tua. heu multis mors cumulata malis?

Aliud

Οταμ θάνῃ Βουδαῖος, οὐχὶ μὲμ μόρῳ
Δαμεὶς ὄλωλ᾽ ἀλλὰ θάνατομ νῦμ ζῇ δαμῶμ.
Καὶ γὰρ πρὸ θανάτου θνητὸς ὤμ, ἔπειτα δὲ
Τῷ καταλιπεῖμ μούσαις, ἑαυτῷ, πατρίδι
Δόξαμ μεγάλημ, ἐγένετο ἀθάνατος θανώμ

F I N I S.

A DE STVDIO LITERARVM RECTE ET COMMODE INSTITVENDO, AD INVICTISSIMVM ET POTENTISſimum Principem FRANCISCVM, Regem Franciæ, GVLIELMO BVDAEO Pariſienſi, Conſiliario regio, Libellorumq; ſupplicum in Regia Magiſtro, autore.

HONOS alit artes, contritum eſt uſu uetuſtatis prouerbium, Princeps potentiſſime, non tam ad opificia quæ dicũtur ſellularia, æraq; & ſtipes merẽtia, quàm ad eas artes pertinẽs, quas priſci tum ingenuas, tum liberales appellãdas eſſe duxerunt: hoc nimirum intelligi uolẽtes, dignas artes illas ijs hominibus eſſe, qui nec ſeruitutem ſeruirẽt, nec degeneri mẽte nati aut obnoxia forẽt. Quibus etiam ipſis artibus, eum honorẽ Romana detulit antiquitas, humanas ut eas eſſe ſciẽtias dicerẽt, utpote ſine quibus exiſtimarent homines morum humanitatẽ amplecti ac retinere uix poſſe. Et quidem cũ hominum generi prouidẽtia duas naturæ præſtantias dederit, longe inter animanteis, nobiliſſimas, mẽtem, atq; ſermonem, uidebant illi, eos ferè, qui cum promiſcua multitudine annos traduxiſſent pueritiæ & adoleſcentiæ procul ludis literarijs, uel ſemiferos ipſos eſſe, uel ruſticitate præditos infantiæ non abſimili: cuiuſmodi illorũ euadere plurimos uidemus, qui communi tantum ſenſu, quaſi præceptore, utuntur, & magiſtro. At uero loquendi conſuetudo, deterior ferè tẽpore fieri ſolet, & ex patricijs (ut ita dicam) ſenſim ad plebeios tranſire, imperitorum utiq; numero multis exuperãte partibus. Tum mens humana, ab incunabulis ſtatim, tyrocinioq; uitæ, erraticis moribus, ac mendoſis imbuta, ex perenni contagione paſſim pollentis imperitiæ, in ordi- B nem quodammodo cæterorum animalium redigi ſe tandem non ſentit, cum tamen numero, ut dicitur, exempta ſit originis inſignitæ, nobiliſq; priuilegio. Etenim rerũ humanarum, diuinarumq; notio, naturæ quidem illa ueluti magiſterio homini pubeſcenti paulatim agnaſcitur, & ſic in multorum conuentu, quaſi in ludo ſenſus cõmunis adoleſcit: planeq; in uirum iam euadenti cum ætate accreſcit pro portione. cæterum inchoata eſt ipſa tantum, non plena, non iuſta notitia, non ſufficiens earum rerum intelligentiæ, quæ ad uitam inſtruendam, temperãdamq; comparatæ ſunt. Quare & in diſceptandis forenſibus controuerſiis, & in dirimendis litibus, quãtauis prudentia ſenſus communis, tamen iuris ciuilis indiget prudentiæ, æquitatiſq; ab ijs hominibus proditæ qui de iure olim reſponſitarunt: & rerum ſupradictarũ notio, tum naturæ beneficio anticipata, tum conuerſatione ciuili adaucta, & roborata, adhuc tamen eſt hebetior, q̃ ut par eſſe poſſit caligini diſcutiendæ, quæ uitæ noſtræ incubat. Atq; intra eam quidem caliginem, denſamq; ueluti quandam nebulam fallaciũ imaginum, atq; inanium formarum, latẽtem ueritatem, ſummiq; boni naturam, philoſophiæ comitatus olim indagare, ac per omnia naturæ ueſtigia perſequi inſtituit, ſtudio ſanè acri, & uehemẽti. hominesq; non pauci, qui ſeſe in eius familiam uarijs è ſtirpibus ſectarum adoptauerant, acerrima contentione animorum fecerunt, poſthabita corporis, fortunarumq; cura, diſciplinarum ut honeſtiſſimarum facultatẽ ſibi primum compararent: deinde earum adipiſcendi uiam quandã poſteris, ratione, ac præceptis munitam traderẽt, & procliuem, quoad eius fieri poſſet. Et uerò eorũ quidem nobiliſſimi indignum eſſe cenſuerunt, naturam humanam ignoratione ſui primum, dein morum peruerſitate, quæ diu inter mortales inoleuerat, de gradu naturæ ſublimis deiectam eſſe, quæ cognata erat ipſa à primordijs rerum, affiniſq; diuinę. Quam ob cauſam, indignitatemq;, homines incitati, certatim quærere inſtiterũt, cur ipſa hominum natio, recta ratione lapſa, quaſi in triuijs uitæ, compitiſq; iaceret per inertiã, in ijs multorum conuenticulis quæ ciuitates uocantur. Itaq; inter Græcos homines moribus, ac lingua cæteris cultiores, extiterũt partim qui ſophiſtæ, partim qui philo-

a ſophi

seruituti

quamuis

ſophi dicti ſunt. Qui cũ in muneribus uitæ ciuilis, atq; in ſermone barbariſmos, in rationalis, & in moribus ſolœciſmos inualuiſſe cernerent, diſciplinã honeſtæ, atq; emẽdatæ uitę profiteri aggreſſi ſunt, eamq; colendã eſſe, & retinendã multis perſuaſerũt. Hæc porro doctrina, quaſi quædam artifex, & magiſtra expoliendæ humanitatis, & concinnandæ, literarum nunc bonarum appellatione cenſetur. cuius doctrinę fines multo laxiores ſunt, & ampliores, q̃ inſcriptio ipſa præfert multitudinis opinione. continet enim omne commercium, atq; uniuerſum, quod cum muſis haberi poteſt: ſane uarium ipſum, & multiplex, & quoquo uerſus longe pertinens. Præcipuè uerò philoſophia lautioris uitæ magiſtra, rationisq; rectæ antiſtes, atq; interpres oraculorũ eius, adminicula uitæ peperiſſe, & reliquiſſe creditur: quib. homines nimiũ de corpore meriti, ob idq; humi ſerpentes, ut bruta animãtia, excitare tandẽ ſeſe poſſent, & aſſurgere ad cognitionẽ ſui: ex eoq; intelligentiæ gradu ſurſum faciẽ erigere, ad cœlũq; aſpirare. Vnicũ aũt hunc ſcopum fuiſſe olim philoſophiæ, bonis quidẽ certè uiris, atq; honeſtis cultæ, atq; probatæ, nobile illud pręceptũ indicio eſt, γνῶθι σαυτὸν: paucis, ut opinor, ſatis animaduerſum, ſuisq; ponderib. expenſum, atq; etiã fortaſſe pauciſſimis: in tẽplo quondã toto orbe nobiliſſimo conſecratũ, tanq; caput prudẽtiæ oraculorũ. huc enim ſumma humanæ ſapiẽtiæ pertinet. Circa hoc philoſophia, & de natura, & de morib. diſſerẽs, præcipue cõmenrata eſt. Id deniq; mortales inter diuos olim relatos, diuinisq; honorib. gentiũ ſcitis donatos: cœlũ ut ſuſpicerent, admonuit infernaq; deſpicerent, atq; tẽporaria. Poſtremo is fuit ſenſus, ut ſimile ueri eſt, ſeculis illis antiquiſſimis, quæ heroas dicũtur, edidiſſe. Indidẽ illa nobilis fabula de Hercule, quem, ut eſt apud Xenophontẽ in ſecũdo Commemorationũ, Prodicus ille doctus ſcripſit, cum primũ pubeſceret, quod tẽpus à natura, ad eligendũ, quam quiſq; uiã uiuendi ſit ingreſſurus, datũ eſt, exijſſe in ſolitudinẽ: atq; ibi ſedentem, diu, multũq; dubitaſſe, cum duas cerneret uias, unã uoluptatis, alterã uirtutis, utram ingredi melius eſſet. interim aũt ipſi fœminas duas apparuiſſe ſtatura grandes: alterã aſpectu decenti, liberaliq; ingenio, ornatu corporis nitido, pudorẽ in aſpectu præferentẽ, & modeſtiam in geſtu, ueſte candida indutam. alterã corpulentioris habitudinis, & ſimpliciter educatã, ornatu exquiſito cultam: ſic arte coloratã, ut & candorẽ cutis, & ruborẽ maiores ueris ementiretur: in motu corporis, atq; habitu ita affectã, ut procerior appareret, q̃ ferebat natiua magnitudo: oculis etiã expaſſis: tum ea ueſte indutã, quæ maximum corporis decorẽ efficeret: interim ſeipſam oculis circũactis perluſtrantem, identidemq; aſpectantẽ, ecquis in ſe oculos conuerteret, atq; umbrã ſuam obſeruantem. quæ cũ iam propius Herculẽ acceſſiſſet, illam alterã ſuprà dictã pariter progredi inſtitiſſe: uerum hanc anteuertere illi uolentẽ, curſu ad Herculem ueniſſe, atq; his uerbis loqui cœpiſſe, Video te Hercules addubitantẽ quam uiam tandem ineas uitæ: qui ſi me amica atq; autore uti tibi perſuaſeris, ego te in uiam iucundiſſimã ſimul & facillimam ducam. & oblectabiliũ quidem rerum omniũ impertiam tibi guſtum: grauium autem rerum omnium ad extremum uſq; faciam te expertem. Iam primum bellorum, negociorumq; cura uacabis. In eaq; demũ cogitatione tute uerſabere, conſiderandum imprimis ut habeas, quid cibi, quid potus inuenias, quod tibi gratiſſimũ ſit, quid oculos tuos oblectet, quid tactum, quid olfactum, tibi ſit iucundiſſimũ: quibus amoribus genio tuo indulgere, quonam modo molliſſimè dormire, qua ratione omnibus perfrui uoluptatibus, nulloq; negocio poſſis. Caue uerò in mentem tibi ueniat, periculum eſſe ac metuendum tibi, ne quando in deſiderium incidas earum rerum unde hæc, quæ dixi ſuppeditari ſolent. ueto te hæc ueteri. nequaq; enim ad uitam te deducam laboris, ac ærumnæ tolerantem, aut animo, aut corpore, ut inde ſuauitates huiuſcemodi ſuppetere tibi poſſint. Et quidem cũ alienis fruere laboribus, tum ab re nulla temperabis, unde capturæ quippiam accedere poſſe uideatur. Quippe huiuſcemodi licentiam ſectatoribus meis largior, ut commoda ſua comparẽt undiq; & augeant. Quæ cùm Hercules audiſſet, Quodnam autẽ tibi nomen eſt inquit, mulier? Tum illa, Amici inquit mei, Felicitatem: at qui me oderunt, uim huius uocabuli uolentes imminuere, me appellant Inertiam. Interea mulier illa altera accedens, Ego quoq; ipſa, inquit, ad te Hercules uenio, ut quæ, & parẽtes tuos nouerim,

&

& tuum ingenium ad percipiendam institutionem meam: speroque si uiam ad me ferentem tute ingrediare, futurum te sanè strenuum actorem honestarum rerum, atque grauium, indeque honoratiorem, me ipsam uisum iri, atque bonam in partem insigniorem. Cæterum nequaquam expectes, ut fucum tibi faciam exordiorum concinnitate uoluptaria. nam ut dij statuerunt, ita rerum ueritatem simpliciter commemorabo. Atqui eorum quæ bona, & honesta sunt, nihil dij citra laborem ipsi, & curam hominibus dare solent. quos quidem ipsos si tibi propitios esse cupis, dij tibi colendi sunt ipsi. Si ab amicis amari, amici quoque beneficijs emerēdi sunt. Sin in ciuitate aliqua honorem tibi haberi, utilem te prębere ciuitati illi oportet. Quòd si per uniuersam Græciam animus fert admirationem tui ciere, ipsa tibi Græcia quodam est afficienda beneficio. Porrò autem si terram abundè tibi fruges fundere uis, ipsa tibi terra excolenda est. Et si à negociatione pecuaria facere rem, atque augere instituisti, ipsa tibi pecora diligenter accuranda sunt. Sin impetum cepisti bellicis ex rebus fastigiū tuum attollendi, amicis tuis in libertatem asserendis, inimicis seruituti mancipandis, cum ita tibi uisum fuerit: utique faciendum tibi est, ut artes militares ediscas, ab ijs qui eas docere idonei sunt, & apti: earumque usum cū didiceris, ut exercitatione confirmes. Postremo si in animo tibi est athleticam corporis firmitatem comparare, corpus est tibi seruituti animi assuefaciendum, laboribusque & sudore exercendum. Cuius sermonē Inertia excipiens apud Prodicum, Animaduertis, inquit, ô Hercules, quàm molestā tibi uiam, & quàm longam ad gaudia, mulier ista tibi exposuerit? at ego uerò, & prona te uia, & breui ad felicitatem perductura sum. Tum Virtus, O misera tu, inquit, quid boni tandem habes? imò uero ecquid omnino ipsa suauitates nosti? num tu harum parandarum ergô agere quicquam sustines, quæ ne iucundorum quidem desiderium cupiditatemque expectes? desiderio uerò anteuertens expleri omnibus ijs solita sis? antequàm esuris, cibum sumens: priusquam sitis, bibens: & ut suauiter epuleris, eduliorum artifices exquiris: ut bibas itidem suauiter, uina preciosa coemēs: æstate, si dijs placet, undique niuem expetens. iam uerò iucunde ut sopiare, nō molleis modo lectos sternendos tibi locas, sed lecticas etiam ipsas molliculas, earumque scamna facienda tibi mollia curas: nimirum quæ non somni, laborisque uicissitudine instrueris uti, sed iccirco dormire, quia nihil aliud habeas potius, quod facias. tum uenerem ignaua exquisitis machinamentis cieas, suapte ui immotam. En quę tui discere ex te amici cupiant, ut per lasciuiam noctes; diei optimam partem per soporem exigant. Quocirca immortalis cum esses, ex deorum curia eiecta es, à mortalibus quoque despecta qui probitate censentur. denique orbata simul acroamate iucundissimo, laudari te ut nunquam audieris: simul spectaculo sane uisendo, nunquam ut opus aliquod tuum spectaris aut pulchrum aut honestum. Tales ferme Hercules sunt, Princeps illustrissime, atque præstantissime, aut Heraclidæ certe hodie, eius philosophiæ alumni quam antiqui Græci eruditionem circularem appellauerunt: quæque ingentem non solum ambitum amplectitur, quasique restim quandam chorumque disciplinarum, sed etiam anfractus uiæ arduos ægreque superabiles. Nostro uerò seculo sudore quàm olim maiore permeabiles, quod tamē ipsum seculum Musarum choros edere cœpit strenue, togatos unà & palliatos, è nominatissimis quondam iugis illis repetitos ac reduces, qui iam inaccessi uidebantur atque deserti. Enimuero operæ est precium ingeniorum antiquorum magnitudinem æstimare ex ipsorum imaginibus, quas eminentes ad hunc diem, & expressas, una, & altera ætas restituerūt, cariosis ipsas in monumentis, & squallidis inuentas, illæ uero, & ad splendorem priscum propemodum detersas expoliuerunt. Quorum etsi monumentorum magna pars ad hunc diē non superesse incolumis creditur, est tamen habenda gratia prouidentiæ, crebroque à nobis commemoranda, quòd optimam eorum, ut opinor, partem è diluuio annorum plus mille emersam, in manibus iam habemus: diluuium enim quoddam uitæ calamitosum, literas ipsas germanas & suo demū nomine dignas, sic hauserat & absorpserat, tantaque ui alluuionis barbaricæ obrutas tenebat, & sepultas, ut mirū sit eas inde existere potuisse. diuinæ uerò id prouidentiæ referendum acceptum, quæ priscarum ipsa mentium reliquias, & simulachra reddere nobis uoluit, ad uitam excolen-

dam,& adornandam. Mirificam autem illam dicendi uim,è sapientiæ fonte manantem perenni,& exundanti, & porrò ingentes eloquentiæ uariasq; copias,fines etiã iuris eius,& imperij longe,lateq; patentis orbis ille disciplinarum,quem diximus cõprehendit,si tamen circumscribi ullo illi ambitu possunt. Quem orbem magnorum spirituũ olim homines,uel potius heroes quidam nationis literariæ,non uno illi,quidem,& altero spiritu,sed tamen una contentione inoffensoq; tenore percurrere solebant:eumq; in fabularum uetustissimarum commentis adumbratũ uidemus, qualia sunt aurea Mercurij uirga,ægis illa Palladis,denique musarum cantus cum cæterarum,tum Calliopes earum coryphææ, ἣ δὴ, ut inquit Hesiodus, προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων. Etenim ipsarum chori auios in mõtes abstrusi à uatibus,& ueluti per manus reste data conserti,nihil aliud potius,quàm scientiarum consensum, cognationẽq; studiorum significant,& manifeste ostendunt: adeo unam,& alteram sine reliquis mãcas esse censebant,& destitutas necessarijs adminiculis. At multorum seculorum infelicitas,quæ rei literariæ calamitosam uastitatem importauerat, nihil non aliquando tolerabile fecit. Nunc uerò quid indignius, atq; huic literarum claritati turpius, quàm quod socordia nostra,atq; desidia adhuc fit:aut quia mores in prauum inueterati ferre correctricem manum respuunt, ut circulus ille disciplinarum,qui olim coaluerat,nunc in partes solutus sit,aut cõcisus?& ut unius professionis functiones hominumq; singulorum,in plurium tributæ sint?Idq; usq; eo iam euasit,ut qui,aut medicos se,aut iuris studiosos,aut alterius cuiusuis sciẽtiæ sectatores profitentur, si quãdo usuuenerit ut de aliqua earum differendum eis sit,cuius titulum ipsi non susceperint,imò uerò si oratio ipsis paulo cultior habenda sit,ñ nisi ueniam præfati sint, tam impudenter atq; improbe facere uideantur, quàm qui aliena de messe fascem collectum eunt. mea quidem ipsi sententia,& multorum, non tam æqui in suum cuiq; tribuendo ignaua religione,quàm inertes & socordes de iure si non suo, certe omniũ communi,libenter decedendo,ut laboris compendium faciant. Insignis uerò maxime,uel error,uel culpa eorum est,qui iuris diuini uideri uolunt consultissimi,cum sine Mercurij numine interpretationum præsidiis atq; potentis, altissimorum uaticiniorum enarrationem,oraculorumq; mirificorum explanationem, rectè fieri posse perhibent:quæ copiæ,ut ita dicam,cornu continent omnis cognitionis,& scientiæ. illi uerò,si diuis placet,commodius quoq; sic fieri,sanctiusq; defendunt: quasi uerò hæc pars una doctrinæ,aut certe ipsa cum paucis,genium nullum orationis habeat, aut præposterum habeat atq; refractarium. Atqui id tueri & obstinatè dicere, hominum est inertiæ & rusticitati patrocinantium, nõ sanctimoniæ & ueritati studentiũ. siquidem sacer hodie Mercurius est priscarum literarum peritia, quem theologiæ illi nostræ proceres orthodoxæq; philosophiæ Platones,magnopere colendum censuerunt & uenerandum:tametsi Latinorum permulti in tempora inciderũt literis calamitosa. Heroicæ enim ætates Seruatoris supplicium secutæ, quæ robora legionũ deuotarum ediderunt, è quibus deus optimus & maximus copias illas splẽdidas,& admirandas delegit,& conscripsit,quas supernatibus exercitibus clare concenturiauit,ut fœcundæ ipsæ sanctarum innocentumq; animarum,ita etiam literarũ fuerunt bonarum atq; ingeniorum præcellentium. Nam & multi eorũ,quibus ipsa seruatrix prouidentia restimonium sui,& ueritatis,ad tribunal impietatis,& sæuitiæ barbaricę denunciandum duxit, eleganti doctrina simul,& pietatis defensione inclaruerunt. Neq; uerò emendatè loquendi facultas, cum quadam scita sermonis lautitia, oratoria tantum est ipsa,ut uulgo esse creditur:sed per omneis quoq; partes orbis disciplinarum fusa,cum ex omnium scientia concreta sit,& compacta. Quare ex unaquaq; carpere potest ipsa suo iure,quod in usum promendum esse duxerit: uicissimq; ipsa seruire unicuiq; scientiæ,aut certe simulut occasio,& opportunitas sese obtulit, operam quatenus opus est benignè debet accommodare. Nam quæ scientia, quæ facultas duntaxat liberalis,fasciculum,uel unum colligere gloriæ in sua messe potest, sine orationis huiusmodi facultate? Age,ut iam gloriam omittam, quonam modo laboris sui,commentationumq; fructum cum posteritate communicare? cuius professionis studium,tot,tantarumq; partium capax,quemadmodum finibus nullis circũscribitur,

A bitur, ita annalibus legibus nullis teneiur, cum cæterarũ artium studia curricula sua habeant certis annis quasi spatijs demensa, moribus, & institutis scholasticorũ. Verumenimuero hæc dicendi facultas, cum de omnibus scientijs, atq; artibus hac ratione, & commodè, & honestè mereri possit, de theologia etiã gnauiter, & appositè, nuper tamen homines pauci ex theologorũ ordine extiterũt, Appiana pertinacia præditi, qui linguæ Græcæ peritiam, literarum haud dubie bonarum magistram atq; instauratricem, prauarum opinionum institricem esse fremerent, & assertricẽ, pro concione quoq;. id quod eò capitalius fuit, quòd ea quæ pro concione dicuntur, sic à plebe, populoq; adeo imperito ferè excipiuntur, quasi ex ipso ueritatis sacrario pronunciata. Huius autem calumniæ ansam homines inde nacti fuerant, quòd eodem pene tempore literæ Græcæ inclaruissent, eorumq; studium incaluisset, & praua quædam dogmata, antiquæ orthodoxiæ punctis confixa sæpius, & circumscripta, in medium relata rursus essent, ut noua oracula, & cœlo recens delapsa. Quasi uerò nõ eiusdem sit ætatis interdum, & uisenda miracula edere, & monstra detestanda. Momicę certe est improbitatis, & calumniæ ista reprehensio. Vt Momus olim in Venere non inueniens cum maxime cuperet, quod criminari iure posset, obiecit ei in deorum cœtu, ut Philostratus refert, quòd sandalium haberet stridulum, & argutum: sic, & isti in homine probabili religione imbuto literarum lautiorum, & optimarum doctrinam uitio uertunt, quasi dissentaneam. Huiuscemodi igitur calumniæ face, importunæ literis bonis occasioni ab illis clamitatoribus admota, literæ Græcæ aliquot annos rerum nouarum inuidia flagrauerunt, penè capitalium. Verum eius inuidiæ flamma, quæ primum mire & supra lauream, ut dicitur, flammam, & spineam erepitans, omnia propè tribunalia sacrarum concionum occupauerat, sensim subsidere suapte inanitate cœpit, & breui contabuit. quippe bucculentis contentionibus tantum anhelisq; excitata, nec materiam inueniens solidæ calumniæ, statim uires amisit: simul ut intelligi à plerisq; cœptum est, id esse potius sordentis iam & exoletæ Mineruæ patrocinium, quàm religionis labefactatæ, & pietatis stabilimentum. Nunc uerò quis

B non uidet æmulationem illam efflorescentis solidæ, & germanæ doctrinæ, dissentaneam esse cum innocentia theologica, apostolicæ charitatis, & probæ notæ æmula? Veruntamen aliquot homines fuerunt sacerdotes, tam proiectæ temeritatis, tãta ut hostia, tam eximia, tam illustri, id est linguæ Græcæ damnatione, parentare instituerint iacenti & emortuæ ordinis sui maiestati. quippe qui uiderent literarum Græcarum funere literas quoq; bonas elatum iri. At hoc quid est aliud hac ætate, tuo Rex ingeniosissime principatu Francisce, hodierno hominum sensu, q̃ olim fuisset florẽte Atheniensium republica, Palladem illam celebratam in arce concremare, & Romæ ignem Vestæ perpetuũ extinguere? Certè exprimi nostra oratione non potest, q̃ perditæ audaciæ, quàm cæcæ confidentiæ, q̃ duræ frontis & marmoreæ ea cõspiratio fuerit. Homines perpauci ut ex tanto quidẽ certe numero, superciliosi illi quidem & frontones, sed pusilli & inermes, præcipitii iniquitate exagitati, in mediũ prodierunt cũ fascibus exesis, & squallidis autoritatis inueteratæ, qui spiritibus suis non diffiderent auram iam crebrescentem inhibere retro se posse, literis reducibus undecunq; afflatam: qui explosam iamdiu rusticitatem fœdamq; barbariem, in scenã ita reductum irent, ut plausum ab orchestra & ordinibus, & ab omni parte theatri expectarent. Qui cùm deum ipsi, diuos, hominesq; pios superiore è loco contestarentur, quasi in re perdita, in sacrosancta fide prodita, quiritãtes, ægre unus & alter annus & plusculi sustentati sunt. neq; enim quisquiliosam tantum plebem concitauerant declamitando, sed etiam grauioreis permultos & existimatioreis in causam perlexerãt æmulatione subdola atq; quiritabili. Nec prius autem obstinatior eorum manus ab incœpto destitit, nanq; lege sacrata, ut dicitur, coierant, & conspirarant, quàm se destitutos plane senserunt à cohorte eiusdem ordinis prudentiorum. Qui omnia permisceri ægre ferebant eam ob causam tuendam, quã omni iure lapsam, cassamq; esse intelligebant, & porrò colore iam carentem. Verum quibus interim maledictis literarum Græcarum, & bonarum nomen, eorumq; studiosos compellauerint, & conciderint, quasi impia fraude se obligarẽt, qui Græce scire cuperent: q̃ Vatiniano odio

earum defensores prosecuti sint, silentio prætereundum duxi: ne paucorũ pertinacia capitalis atq; petulantia, in crimen nõ hominum sed ordinis, à nobis uersum esse existimetur, quem ordinem ego magnopere uenerandum esse censeo, eiusdemq; noxæ in uniuersum insontem. tametsi interdum ipsum ab ea culpa uindicare nequeo cùm maximè cupiam: quod in decretis theologici conuentus faciendis, ignorantissimus quisq; Thersitarum huius generis & impudentissimus, Nestoream sibi autoritatem uendicat, patientiam ueteri instituto accõmodante senili peruicaciæ, iuniorũ æquitate & modestia, & si longè doctissimorum. Eo aũt indignitatis res euaserat & uæsanæ contentionis, concionum ut argumenta, non ab euangelio, nõ à sacris uaticinijs, non ab oraculis cœlestibus sumerentur: sed à criminatione literarum Græcarũ quasi errorum seminarij. ut iam non Bacchum, non Cupidinem, non Venerem, non Mercurium nundinatorẽ, non Martem detestandos (quod assolet è loco superiore fieri) meminissent: sed Mineruam Atticam & Mercuriũ cognomento oratorem & disertum, maledictis configendos esse ducerent, conuitijsq; obruẽdos. Quapropter cum ea quasi satyriscorũ fabula non modo ad primores populumq; prætextatũ, sed etiam ad pullatam & circumforaneam multitudinẽ offendere cœpisset (placere enim diu personata æmulatio non poterat, quæ cõspicuè plus sanguinis q̃ spiritus præferebat pro concione) tum demũ à prudẽtibus isti correpti, quæ multò iam maxima pars est ordinis & elegantissima, uix tandem conquierunt. certè cùm nequicq̃ uociferando rabulæ irraucuissent, tacere coacti sunt. quorum tamen aliquando factio tantum potuisse dicitur, ut senatui suo uel decretum uel cõsultum expresserint de nece præstantissimæ doctrinæ, quod patrũ conscriptorũ maiestatem præferebat, censuræq; supercilium. cuius rei memoriam intexere operi regię maiestati dicato non alienũ esse censui, cum in fidem tuam stirpisq; tuæ eximiæ, dotib. ingenij admirandæ, literæ & Græcæ & optimæ, nuper se contulerint, eoq; maximè pluteo ab istorum machinis protectæ sint. Hodie autem eousq; in diuersum profectum est, ut exhedrę theologicę non uocibus modo Græcis, sed sententijs plenis non uerecundè personent. nam & eorũ dialogi contentiosi, quos Græci λεσχας appellant, quib. scholas probatorias à matutino ad uesperã dieb. statis & solennib. exercere moris est, doctæ iam & scitę mirè meditantur esse, dignæq; auribus eruditis, ob id utiq; iam uisendæ magno studio atq; frequẽtandæ. Adeò lauta & elegans Minerua, ut olim illa Phidiæ (quod Marcus inquit Tullius) simulatq; uisa est & agnita, probari quoq; ab omnibus cœpta est. Necnõ tamẽ fortasse id perpetuũ erit in hac ipsa theologię professiõe, ut in iuris quoq; studio & medicinæ, ut partes faciant lautitia & illuuies. & ut pinguis atq; etiã tetræ atq; horridæ Mineruæ discipuli, orationis non dico lepôres & uenustatem, sed etiam ueram uerborum intelligentiã floccifaciãt arietina quadam aut ueruecina pertinacia, tanq̃ ad rem non pertinentem. Cum quibus differentem rationibus & argumentis cõtendere legitimis atq; probabilibus, ad criu (ut ita dicam) metopõ, quod promõtotium est Cretæ, caput est oblidere. Inter doctos enim & elegantes, & illautos istos & capratos, de literis semper ita conuenit, ut inter Stoicos & Epicureos de bonorum malorumq; finibus. Nec honoratior Lacedæmone senectus olim, q̃ iuuene me hic rusticitas fuit attonsa ad aureis & superciliosa. quã nunc fremere ipsam frenderecq; non magnopere mirum est, de ponte, ut aiunt, deiectã in comitijs Mineruæ compositæ atq; urbanæ. Auita etiam æqualisq; eius rusticitatis fuit, seueritas dicam an sæuitia, præceptorum, qui uelut truculenti patrui pueros non literas, sed uapulandi patientiã docebant & insaniam: quasi cõpitalitios uerberones docendos mastigiasq; suscepissent, non oratores futuros aut professores disciplinarũ. Sed fuit ea fortasse temporũ magis q̃ hominum imperitia & absurditas, quæ literarũ luce caruerunt: nunc porticus duæ orthodoxiæ Sorbona & Nauarra, & philosophiæ theologicæ tanq̃ oracula duo nominatissima, qua fines cunq; patent nominis Christiani: & Latinæ iam & Atticæ Mineruæ non modo sedendi locum, sed etiam loquendi inter disputantes dederunt. In quibus tamen antehac doxosophi fefellerunt pro summis philosophis: nõ simulationis fuco tecti, sed caligine temporũ. quæ tum ita ferebant, ut homines horridi atq; agrestes, imò uerò gens hominum trucis & duro robore nata, ad theologiã protinus,

ut

A ut olim Epicurei ad philoſophiam tranſirent. Quare ualeant illi antiquarij & miſologi cum ſuis confectarijs hiſpidis, tetricis, & male coagmentatis: quæ tamē ut dictum eſt, iuniorum induſtria & ingenioſorū luculentè cœperunt eniteſcere. Nobis autem ad inſtitutum reuertendū eſt ex triſti & moleſta digreſſione: & in quam inuitus non digreſſus ipſe ſed dilapſus ſum. Quippe qui theologiæ ſtudij numē quoddā eſſe ſemper exiſtimarim. illis quidē certè qui pedes abluere & abſtergere cupiūt inquinatos à luto uitæ ciuilis & theatricæ: in quo uel ſapientes altius hærent ſæpenumero. nam illotis pedib. quis conſcendere ſuggeſtum theoriæ ualeat, in edito loco ſanctoq; collocatū: ex quo rurſus ad arcē philoſophiæ aſcenſus eſt ſublimis ac iam beatus, quam anagogen Græci & anataſim uocāt. Sed mox hæc fortaſſe appoſitius atq; cōſequentius. nūc eò redeundum, unde digreſſio facta eſt. Hermen igitur ſuum Græci cognomento multiplici ac uario coagmentauerūt: quoniam Mercurij poteſtatem quoquo penè uerſum patere arbitrabantur. Ego autem de tanta uarietate numinū eius, id demum ad nos attinere puto, quod λόγιον ab illis, quaſi oratoriū uel ſermocinatorium, appellatum eſt, idq; per diametron propemodū diſtat ab eo quod κερδῷον dicitur ab ipſis, à nobis quæſtorium. non literarū illud quidem cupidis, ſed rei factirandæ intentis colendū atq; propitiandū. De illo igitur Mercurio ſermo mihi habēdus eſt, quando cum eo mihi res eſt, & fermè ſemper fuit, ex quo primū deſtinatione animi literarum ſtudiū conſertis digitis complexus ſum. Is eſt aūt Mercurius, quo uim dicendi ſignificare priſci inſtituerunt, ut autor eſt Euſebius: quemadmodum Mineruę appellatione, uim animo concipiendi. Namq; intus orationē concipi, deinde ore edi natura ipſa ſtatuit. Eundem aūt Mercurium deorum caduceatorē eſſe dixerunt, quaſi bella diſcordiasq; dirimentem, & internunciū atq; interpretem appellauerunt. nam logos tam rationem quàm orationem ſignificat, quę cognata magnopere ſunt uocabula: quomodo res quoq; ipſæ eodem oriundæ ſunt. Qua dictione nulla excogitari nec honoratior poteſt, nec ſignificationis uberioris & locupletioris. Siquidem & primigenius dei filius, idemq; unigenus, & uerbū & ratio & ſapientia dei, hoc nomine apud Græ-

B cos pleniſſimè intelligitur. Et cum diuinarū quidem rerum intelligētiam ac notitiā, ratione primū interprete mortales habuerūt: tum diuinum quodāmodo imperiū & edictum, in notionibus cōmunib. informatum ſentimus, in animisq; noſtris anticipatum ui naturæ rationalis. unde enim aliunde hæc didicimus, quàm ex ludo, ut ita dicam, rationis magiſtræ mortalium: ex ea etiam ipſa ius naturale manauit, quam ſummam legem M. Tullius in legib. ſuis eſſe dixit. Conſtituendi uerò (inquit ille) iuris ab illa lege capiamus exordium, quæ ſeculis omnibus antè nata eſt, quàm ſcripta lex ulla, aut quàm omnino ciuitas conſtituta. Quid eſt autem non dico in homine (inquit idem) ſed in omni cœlo atq; terra ratione diuinius: quæ cum adoleuit atq; perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia. Hæ igitur duæ differentiæ ratio & oratio inter ſe (ut dixi) affines & cognatæ, cum maximè circūſcribant principis animātis & digniſſimi formalem finitionē, tam utiq; maximè perfectiſſimus quiſq; hominū iudicandus eſt, quàm maximè hę duæ res in eo abſolutæ ſunt. Ita qui rerū humanarū diuinarumq; adeptus eſt prudentiam, cum orationis facultate, rectè, aptè, & eleganter compoſitæ, is abſolutionē ſui generis cenſetur adeptus eſſe. Qui autē ſcientia præditus eſt earū rerū, & infantia, nimirū is homo dici planè non poteſt, ſed ad ſemiſſem tantū prouectus eſſe humanitatis. at qui utraq; facultate uacuus eſt & caſſus, ne homo quidem ille, ſi argumentari à definitione uolumus, quod ſanè legitimū eſt argumentum. Proinde nō humana ſed immanis uita dici poteſt, quæ nec literarū humanitate condita eſt, quaſi ſale Mercuriali: nec cōmuni prudentia ſic perpolita, ut ſine literis ipſa diſerta eſſe poſſit, quod in multis mortalib. naturæ præſtantia euenit. Nos aūt hominis exiſtimationem in præſenti facimus, non ad trutinam uitæ ciuilis, quæ ſuam quādam ipſa habet humanitatem, in officina ſcilicet urbanitatis, non etiā Mineruæ expolitā: cæterum ad philoſophiæ libram, & limatæ, ut dicitur, ueritatis, hominis appellationem nunc perpendimus. Quæ & mortalis ipſa & hominis ſignificationē, nec loco eodē nec numero habendam eſſe cenſet. Certè nemo ſanæ mentis inficias ibit id quod quidā ſapiens olim homo dixit, Literarū ſcientiā iuſtā, iuueni morum temperantiā, ſeni ſolatia uitæ afferre:

in rebus secundis ornamentum, in aduersis subsidium esse. Ecce tibi in sermone de Mercurio, Hermes ille cognomento ter maximus, Mentem autem, inquit, & oratio nem, uni ex omnibus animalibus homini deus ipse largitus est: non minoris utiq; æstimanda, quàm ipsa est immortalitas. Nam qui his conuenienter, & ad ea quę decorum est utitur, is nihil ab immortalibus differt. Quippe qui uinculis tandem corporeis solutus, ab utroq; eorum ad chorum beatorum diuorumq; perducatur. Et rursus, Beatus, inquit, deus animam in corpore, mentem in anima, in mente uerbũ pronunciauit: deum autem horũ patrem esse affirmauit. Græci porrò prodiderunt Mercurium Iouis & Maiæ filium esse: his nominibus intellectum indagationemq; significantes. Alij Iouem animam mundi esse dixerunt, id quod eodem pertinet. Nihil uerò mente fœcundius est, nec quod plura concipiat atq; pariat. Cæterum uel intellectui uel masculæ menti obstetrice opus est, ut inquit apud Platonem in Theæteto Socrates: qui & ipse Maię, id est, obstetricis erat filius. Ac cum nihil pariam (ait ipse) tamen parturientibus alijs adiumenta affero: quod plerięq; faciunt obstetrices, aut natura steriles, aut ætate iam effœtæ. Eòdem etiam spectat quod supradictus Hermes ait, Mentem notiones omneis concipere tum bonas tum malas. bonas quidem, cum à deo semen infusum accipit: malas, cum à dæmonibus quibusdam semina iaciuntur, ut in terram, sic in animam. Itaq; qualia semina accipit anima, tales edere partus solet. è malis seminibus adulteria, stupra, homicidia, & huiuscemodi scelera edit: è bonis, quæ pauca sunt ipsa & rara, pietatem, temperantiam, uirtutumq; omne genus. Ex his igitur intelligendum relinquitur, sensa mentis humanæ è seminibus inolescere bonarum malarumq; disciplinarum. quibus mens grauidata, rationem parit atq; orationem, semina sua referentia. Hæc porrò semina homines studiosi ab ijs auroribus hodie mutuantur, qui in Latino quondam agro atq; Attico, Palladis arua Mercurijq; coluerunt. Nam animus ipse coli dicitur, cum liberalibus artibus instituitur. unde illud Ciceronianum in libro De finibus, Sed animi cultus erat ei quasi humanitatis cibus. Et illud in secundo de Oratore, Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed nouato & iterato, quò meliores fœtus possit & grandiores edere. Proinde ex diligenti cultura animi, si naturæ solum non sterile fuerit, messis doctrinæ enascitur. quæ si ad frugem bonam euaserit, ad rerum humanarum diuinarumq; cognitionem homines, atq; etiam suimetipsorum perueniũt: id quod Delphicum illud oraculum facere admonebat. Inde autem consequens est, formalem ut rationem homo generis sui tenere ualeat atq; tueri: simulq; munus suum conuenienter naturæ suæ obire. Quapropter humanæ mentis munia propria, antiquissima cura nobis & præcipua exercenda sunt. Est enim (ut inquit Isocrates) mens bona in corpore humano sita: res maxima in minima collocata. Doctrina uerò cultu animi quæsita, efficit in homine bona uoluntate prædito: ut mens philosophiæ copijs tanquam firmo succincta præsidio, sursum uersus libentius quàm deorsum intenta sit: longeq; aliàs quoquo ipsa uersus è specula contemplationis prospectans, præterita & futura cum instantibus, circumactu quodam collustret prudentiæ atque sapientiæ: ex quo fit ut nequeat nec morte, nec aduersis rebus opprimi, cum omnia quæ incommodè ipsi cedunt, antè prouisa habeat & perpensa. At uerò suimetipsius rerúmque humanarum ignoratio, nihil aliud quàm mulcta quædam est numinis Philologiæ uel neglecti, uel minus religiosè culti. Quo genere animaduersionis diuinæ, cùm omne genus hominum excolendi animi negligens, tum uerò sacri ordinis centuriæ classicæ, earumq; duces maximè, plecti mihi uidentur, quorum tamen propriam esse decebat utique & assiduam culturam animorum. ad eos enim pertinet intestini hominis institutio. At multorum uidemus animas, quasi inaneis uaginas in præsidijs dominicis esse: eo utiq; gladio uacuas, quem dominus in terram misisse se pro concione contestatus est. Quanta est autem deformitas in delubro Seruatoris, literarum lumine eos orbatos ab omnibus spectari, quos facem cæteris præferre lex sacrosancta iubet, in editumq; candelabrum tollere? In uniuersum autem pauci animaduertunt, quo dispendio bonorum sese ij afficiant, quibus literarum & philosophiæ cultum, ambitionis & cupiditatis illecebris mutasse præclarum esse uidetur

&

A & palmarium, quæ tamen maxima pars est hominum qui in uita ciuili aliquo numero esse censentur. Quicquid enim eorum quæ bona iam olim ciuili sermone & in medio uersante dicuntur, ultra modum quæritur, ita bonum est ipsum ut usu demum utile sit & commodum, non item ut possessione. Siquidem ex facultatum parte redundante, nequaquam est uita unicuiq; nostrum, quod Seruator oraculari sermone dixit Lucæ capite duodecimo. At usus eius quod circumfluit, non ad eum redit qui usus est: quippe qui ad alios transeat necesse est: fructus autem ex usu ita demum percipitur ab utente, si piè, si probabiliter, si circumspectè erogetur quod superest. Quotus uerò quisq; eam ob rem præcipuè locuples esse meditatur? Quoto porrò cuiq; diuitijs uti inculpatè contigit, hominum quos uidimus & meminimus? eorum enim sunt ista quæ propter se amantur & exoptantur magno errore uitæ, ut quæ nihil habeant ipsa quod conditum penes possessorem, propter se asseruandum sit: ut edulia conditanea & uestes reconditæ, non aliàs uitæ prosunt, quàm cum ad usum promuntur. Quare ut sint ista sicut appellantur bona: tamen si animus pronior & uelut affixus abditis illis incumbat, quod plerunq; euenit, ipsa uelut in carcerem ac compedes aureas auaritiæ coniecta dici debent & compacta: non etiam benefica atq; commodantia: cum hoc quoq; quod nec scelere illi uacare, nec hominum odio possunt, qui tam illiberaliter, tam arctè, tam malignè eas custodias habeant, quæ si benignè in lucem producerentur, & custodi utiles & compluribus essent. Quomodo autem animus uel honestè uel innocenter oblectare se magnopere earum rerum complexu potest, quæ bona fortasse sunt externa non animo ipsi commoda, non corpori, suapte quidem ipsa natura? oblectare se dixi? quid si etiam non anxiè, non meticulosè, & uerò sine ægritudine angente, in ijs nequit acquiescere? nimirum qui sciat se hinc absq; ijs bonis, & propter ipsa fortasse bona, ante diem emigraturum? Ne hic quidem fidum eorum comitatum perennemq; habiturum, spondere sibi ausit, nisi tanta ignorantia præditus sit, ut fluxas res, ut precarias, ut in hunc atq; illum temerè desultorias, huiusce generis facultates esse non recordetur. Congerat igitur

B gitur cogitatione qui uolet & poterit, eorum bonorum aceruum, à quibus beati homines communis sensus iudicio Latinè quondam appellati sunt. dein altrinsecus sistat iustæ & elegantis eruditionis opes, cum animo imbuto rectè opinantis philosophiæ studio. simul quid homo homini præstet expendat, quid conditus homo intellectuiq; demum aspectabilis atq; uisendus externo homini & ueternoso: denique quid ille immortalis huic mortali & caduco. tum (ut opinor) intelliget quanta sit, quàm aperta, quàm frequens in bonorum optione hominum circumscriptio. At multos hoc modo falsos atq; deceptos, uita ciuilis eademq; erratica, frugi homines esse censet, ac de plebis patriciorumq; sententia quotidie pronunciat: ut de tutela sui suarumq; facultatum scitè & sapienter meritos. Id quod uice uersa utique ipsum eueniret, nisi illa bellua capitum tam multorum, uasto quidem illa corpore, sed nullo aut angusto pectore, quem mundum sapientia Dei uocat, omnibus internis sensibus capta esset, impotensq; assensionis & delectus in fortunæ ludibrijs. fucum enim sibi factitari animaduerteret à prudentia communi, cuius placita atq; iudicia per lineam (ut dicitur) diagonon opposita sunt germanæ sapientiæ diuinitusq; comprobatæ. Verùm hæc quæ propria sunt sanctioris philosophiæ (à qua utique una hodie restitutio peti debet circumscriptarum sensus fallacia mentium) illotis manibus (ut opinor) à nobis tractari uidebuntur, cum inter alumnos eius profiteri iure meo non possim. præterquam quod nec loci huius est, nec temporis fortasse harum rerum disputatio. Sed iuuat interdum quasi in Elysios animi causa digredi. Verum ad illud reuertar quod dicere cœperam de conceptu mentium. Quoniam igitur hæc ætas mentium fœcunditate felix (& si in læuam partem non minus olim hoc ipsum seculum insigne futurum est: quod honoris, fidei, pietatis sanctissima templa solo penè æquauit, quæ templa tot ætates sanctarum animarum fœcundissimæ, magno sudore dedicauerant) Sed tamen quando hæc ætas complureis iam fœtus ingeniorum non ignobiles peperit, plureis etiam parturire eiusdem nobilitatis creditur, propè iam ut una ipsa sarciendam suscepisse uideatur tot seculorum

cladem

cladem, quæ uim magnam priscorum uoluminum cum ingenti detrimento rei literariæ deuorauerunt. hic commemorandum duxi quod Socrates apud Platonem in hanc sententiam inquit. Arti autem obstetricatus quam ego exerceo, eadem propè insunt quæ in arte ipsa muliebri. hoc demum refert, quòd fœminis mulieres, ego uiris operam nauo: quòd illæ corpora, animas ego specto parturientes. Et in nostra quidem arte hoc præcipuè uidendum est: probare ut possimus, omniq; ratione explorare, utrum iuuenilis commentatio mendum ac simulachrum, an uerum potius fœtum & genitalem edat. hactenus ille. Quemadmodum autem mathematici diagrammata illa quæ uocant, ex elementis conficiunt, hoc est linearum ductus multiplices ad theoremata sua demonstranda, sparsis intus elementis ipsis, angulorum indicibus atq; interuallorum, ut ex ijs ipsa diagrammata ad demonstrationem progrediantur, ex qua scientia comparatur conclusionum: eundem penè in modum ex elementis doctrinarum discendiq; cunabulis, progredi ad summum oportet disciplinæ orbicularis, indeq; semina legere ad conceptus animorum. Hos porrò fœtus mens edere ipsa nequit, ut quidem uegeti sint ac uiuaces, nisi illis tanquam mammis lactentur & alantur dicendi scribendiq; facultatis, quæ sunt inuentio atq; elocutio. At huic facultati nutricandæ & roborandæ uix triginta anni satis sunt. Quantum est enim humana præcordia, Mineruæ numine afflata sic esse, penitusq; imbuta, ut in oratione hominis docti & eloquentis Pitho ipsa quam Suadam uocauerunt, usquequaque suffusa sentiatur & exuberans: atq; indidem uis dicendi cum admiratione audientium eualescat quasi numen eloquentiæ? Nam sermo quamlibet elegans & nitidus, si nec aptus nec sententiosus est, uel si horum altero deficitur, tanquam partus quidam cassus est, & ueluti urinum ouum, quod nec diuturno incubatu nec assiduo ad uitalem fœtum proficit. Quod genus partem magnam officinarum occupare nunc solet. pleriq; enim scribendi dulcedine ducti nostris ultra modum ingenijs indulgemus, eorumq; fœturis: & simulac parturire ante exactos menses cœpimus, gestientis uteri, & gliscentis impetum quasi musti feruentis, sustinere non possumus. Ita fit ut eiectitia interdum pro maturis pariamus. Quanquam ne post triginta quidem stipendia, sedulò in his statiuis exacta, Mercurius protinus absolutus est: qui nec ex omni ligno sculpitur (ut aiunt) nec quolibet luto fingitur. Nam cum cæterarum ferè disciplinarum genij nullam non materiam admittant, hæc quæ cunctas complectitur, & intra iuris sui fines esse defendit, Mineruam non quamuis, sed Atticam sanè poscit, & tanquam phidiacam: tum demum quidem certè, cum artis ipsa specimen facere instituit, dignosq; partus hominum expectatione edere, & simul idoneos qui in secula erudita ituri existimentur alia atque alia, ita ut gratiam quoq; cum ætate perferant. hæc enim nota erit antiqui artificij, cum gratia, cum dignitas & autoritas annis cessisse non uidebuntur. Nunc igitur si decimare legiones iuuenum instituerimus: indeq; lectissimum quemq; sumere, iterandi etiam erunt hi lectissimi, ac decimus quisq; rursus numero erit eximendus, ut decuriam unam efficiamus hominum delectorum, quæ insignire seculum suum possit: quod tamen uix ætate Demosthenis contigit. Nec enim non eadem raritas doctissimorum hominum fuit nobilibus illis seculis, quæ literas ad summam manum expoliuerunt. Nam quot æquales tandem literis maximè florentibus, dicendi facultate inclaruerunt, præter illam heroicam Atticorum ætatem? atqui tum consuetudine emendata non minus quàm methodo & cura, & Græci & Latini eleganter & compositè dicebant. Mihi uerò hæc scribenti in mentem ueniebat, pœnitendam meam sortem & penè deplorandam esse: qui iuuentutis florem, totumq; robur ætatis in his studijs contriuissem, literarum luce nondum cis Alpes exorta, nisi admodum exili nec memoratu digna. tunc uerò cum hæc proderem, claritate literarum planè redditæ uitæ, insperatam iuuenum ad eadem studia contentionem exarsisse uiderem cum profectu memorabili: Græcorum etiam uoluminũ uim magnam peruagari cùm opera chalcotyporum, tum uerò industria quorundam hominum doctorum in cõmune libros conquirentium. Quò illorum sunt studia feliciora, queis nunc quantumuis lectionis helluonib. ad satietatẽ frui licet ijs epulis, quibus ego tantũ liguriẽdis animũ auidissi-

auidissimum pascere tunc cogebar, inani sæpenumero contentione atq; irrita. mihi A adeo, ut ex huius prouentus ubertate, multum esse quod curriculum ineuntib. gratu ler: quo ipse uero frui possim, parum esse uideatur, qui cum annos ipse meos numero in studio consumptos, Tithonus mihi esse uideor: cum ea quæ desidero ad iustã eruditionem, æstimo, non planè è tyronibus excessisse me sentio. Cæterum quod ad eos attinet, quibus ætas nondum ex studijs his excessit: cum ex tanta clade tantoq; diluuio, quod tamdiu mortales in caligine densa disciplinarum tenuit: literę tum Græcę, tum earum æmulæ Latinæ, emersæ sint, etsi adhuc fortasse fugientes ipsæ ob uetustatem aliquantum dici possunt: causa est certè digna, quam ob causam ij quibus præter integram ætatem, per uitæ rationem quoq; id licet, & modum facultatũ, ingenia periclitari libenter & accuratè debeant. Quid est enim post religionem doctrina Christi Seruatoris conditam, post pietatem à discipulis eius cõstitutam, post ueritatem sapientiæ, legemq; insontis uitæ, tot talibusq; supplicijs diuorum necibusq; mirificis sanctam atq; testatam, quod mortalibus dare maius prouidentia magisq; optandum potuerit, ad uitam temperandam salubribus institutis? Etenim pax constans & usquequaq; tranquilla, est illa quidem exoptanda maximopere, & exposcenda diuinitus sanis animis: sed tamen parens est eadem ipsa securitatis somniculosæ & oscitantis. At securitas huiusmodi luxum gignere solet, & socordiam: è quibus inertia rursus uoluptatumq; illecebræ oriuntur. Ad quæ uitia elidenda stirpitus & enecanda, animorum cultus ab ipsa magistra uitæ philosophia inuentus est. Porrò autem sic natura comparatum esse nouimus, post primordiale illud admissum illecebræ pia cularis, ut nisi ratio sedens in solio principatus animi, habenas efferatorum sensuum in manibus habeat, nihil ferocius, nihil impotentius rationali sit animali, nihil adeò & præceps, & in necem suam procliue & incitatum. Iccirco Plato, tametsi nescius ipse fuisse uideri potest commercij cœlestis, quod immortalitatis pignus humano generi datum iam erat diuinitus: tamen ut alia permulta, sic hoc quoq; commentus est, quod è partibus animæ bigas iunxit equinas. quarum alterum equum, honestum B esse dixit & bonum, ex bonisq; & honestis oriundum: alterum huic contrarium, atq; è contrarijs ortum. his bigis iracundiam cupiditatemq; significans: quibus aurigam etiam accommodauit, quam ratiocinandi uim nuncupat. Et molestam quidem (inquit) aurigationem in nobis utiq; esse, ægreq; tractabilem necesse est, propter equorum discrepantiam. Quippe cùm iracundia rationi plerunq; obtemperans sit, interdum etiam rationis socia, atq; in pugna auxiliatrix: at cupiditatis partes contumacia præditæ, nec sine molestia ductiles, ad imperia accipiẽda solent obsurdescere, uix ut flagello cedant pariter & stimulo. Hæc uir ille summus, &, ut eo tempore, diuinus, in Phædro. Cæterum in primo Legum, Quisq;, inquit, hominum cum unus sit, duos habet intus consiliarios imprudenteis, eosdem contrarios inter se: quos dolorem uoluptatemq; dicimus. Habet etiam præterea duas opiniones futurorũ, quibus spes quidem ipsis commune nomen est. Cæterum spei quæ dolorem præcedit, timor: ei quæ doloris contrarium, fiducia nomen est peculiare: de hisce ipsis autem faciendum nobis est hoc ut modo cõmentemur. Existimemus unumquenq; nostrum miraculum quoddam sanè diuinum inter animantia esse: siue ludicrum sit deorum, siue opus serium: nam utrum sit horum, minime ipsi constituere ualemus. Id uerò demũ exploratum habemus, has affectiones tanquã neruos in nobis esse, aut fidiculas nos trahentes: quæ cum sint ipsæ sibi contrariæ, altrinsecus stantes, utiq; diuersos nos distinent, ac pertrahunt ad contrarias actiones. inibiq; limes est uirtutem uitiumq; dirimens. Dictat autem ratio unumquenq; nostrum, sic uni horum tractui præbere sese semper oportere obsecundantem, nec digitũ transuersum ab eo abscedere, cæteris ut attractibus omnib. obluctetur. Hunc porrò ductum aureum esse & sacrũ. qui si in uniuersum ipse ualet in ciuitate, appellatur lex cõmunis. Cæterũ alios ductus duros esse & ferreos, cũ hic & aureus sit & mollis, reliquos uerò tractus formis similes multifariã uarijs, oportere opitulari optimo legis ductui. Nã cũ ratiocinatio tũ bona sit, tum placida, tum expers uiolẽtiæ: nimirũ eius ductum indigere ministrorũ, quo in nobis genus aureũ pręualeat generib. alijs. Hęc Platonis cõmẽtatio eò pertinet, quod ipse

dixit

dixit libro tertio Reipublicæ, sub persona (ut opinor) Socratis cum Glaucone disse- C
rentis, explicantisq; quónam pacto persuaderi posset, & magistratibus ciuilibus, & militari ordini, & simul plebi, ut quod sui esset muneris id quisque exequeretur. Cæterum, inquit, ô Glaucon, audi quod superest fabulæ. Estis autem omnes uos qui ciuitatem incolitis fratres. (aiemus ipsi ad eos, hoc modo fabulabundi) uerum deus cum uos fingeret, quicunq; uestrum digni erant qui cæteris imperarent, eorum ipse ortum auro permixto attemperauit: unde fit, ut illi plurimo æstimentur. at qui idonei erant futuri illorum adiutores, his deus argentum immiscuit. postremo ære & argento attemperauit figmentum agricolarum & opificum. Hic Platonis apologus tropum habet consentaneum, quasiq; alludentem cum uasis aureis & argenteis conscij illius hominis diuinæ sapientiæ, atq; etiam ligneis, in secunda ipsius ad Timotheum epistola: quæ in magnis ædibus domini disposita sunt: alia ad honorem, alia ad ignominiam. Cum igitur humana natura tanta uarietate constet, motus tam diuersos, impetusq; tam contrarios in semetipsa, atq; ex sese ipsa cieat: cum & placidam intus naturam & efferatam habeat: magna utiq; doctrina multifariamq; indagata opus est ad moderationem huiuscemodi animantis. In humanis autem mentibus intelligentiæ inchoatæ, perfici nequeunt nisi in officina philosophiæ. atq; ex his notionibus ratio coagmentatur, quę nihil est aliud, quàm in se perfecta, & ad summum perducta natura, inquit Marcus Tullius. Sed nos huiuscemodi rationem stoicam & exemplarem in hominibus consistere non posse nouimus, nisi sit conflata diuinitus, non lege naturæ, sed priuilegio gratiæ. Quare rationem intelligere nos nunc oportet, qualem sapientiæ humanæ captus admittit: cuiq; par esse possit humanum fastigium. Supradictis accedit, quòd sensuum corruptelæ è ciuili consuetudine manantes, in nostrã naturam incurrunt, ad prauitatem sua ipsam sponte, quàm ad rectitudinem propensiorem: ob idq; ipsum egentem assidua recõcinnatione. Atuero harum corruptelarum alumna est plane & discipula, celebritatis ciuilis urbanitas: quam mundum appellare solet cœlestis sapientia: cuius placita atq; responsa omnino pugnantia sunt, non modo cum imperitæ plebis scitis, sed etiam cum equitum senatusq; consultis: illa uero & sæpe cum Regum Cæsarumq; sanctionibus: & porrò cum Põtificum. Quapro- D
pter philosophia & uitiorum expultrix, & dissolutorum recõcinnatrix, ad quam tanquam ad punctum medium, omnes partes debẽt uergere orbis disciplinarum, quas literas bonas sæpenumero dicimus, donum est ipsa sanè diuinum & admirandũ, cœlitusq; demissum. Hoc enim uelut antidotum habet uita compositior & circumspecta, aduersus contagia compitalis uitæ & circumforaneæ: quæ mentes humanas erroribus permultis inficiũt, uirtutumq; igniculos extinguunt in animis humanis ingenitos. Hic ille est nimirum crater ingens mentis, quem Hermes ille iam dictus, ut inter antiquos philosophos, ter maximus, expositum esse ait in medium diuinitus, edicto uoce præconia in hanc sententiam promulgato, Quæcũq; anima craterem mentis credit in cœlum unde demissus est, redituru͂: aut quæ finis non nescia est ad quem finem ipsa nata est, in eum ipsum sese si potest ipsa mergito. Quæ animæ igitur exaudito præconio sese in mentis illam crateram ingurgitarunt, eæmentem suscipiẽtes, in uiros perfectos euaserunt. Qui autem ad id pręconium obsurduerunt, ij sermonis participes, non item mentis facti sunt: quippe ignari quem ad finem geniti sint. quare similes sensus cum brutis habentes, ira & cupiditate irretiti, nequaquam suscipiũt res admiratione dignas. Iam uero Promethei fabulã, quid aliud quàm philosophiam significare censemus, disciplinarum inuentricem? quæ menti humanæ nudæ & inermi, atq; omni præsidio natura destitutæ suiq; propugnaculo, res ad uitam necessarias excogitauit, degendam conuenienter animanti rationali: propter quæ hominum fictor appellatus est. Itaq; idem Plato fabulamentum enarrans in Protagora, de prima generatione animalium, Iam, inquit, dies instabat, quo die oportebat post cætera animalia hominem è terra ad lucem existere. Ibi anxius Prometheus quónam pacto homini salutem inueniret, furtim Vulcano subducit & Mineruæ, peritiam artium atq; ignem: nimirum qui uideret artium notitiam haberi sine igne, aut certe usui esse sine eo non posse. Eam igitur cum igne dono dedit homini. qua ratione rerum ad uitam utilium

utilium

A utilium homo peritiam assecutus est. Cæterum ciuilem scietiam habere non potuit, quæ erat penes Iouem: & in eius ingredi domicilium nondum licebat Prometheo. Ex his intelligimus per artium mechanicarum inuentionem, hominem ad uitam humano ritu uiuendam esse deductum:per artium autem liberalium traditionem,ad uitam excolendam perductum esse,ornandamq; e naturæ humanæ pręstantia & dignitate.ad quas artes commendandas & illustrandas, præmijs utiq; luculentis ij homines excitandi sunt à principibus,quibus arte benigna & meliore luto finxit præcordia Titan:uel ipse potius finxit cœlestis Prometheus,dei prouidentia, omnium animantium artifex,omniumq; adeo formarum exemplarium conditor.Hi enim eo numero haberi debent (ut opinor) in eumq; ordinem adoptari, quod genus aureum Plato uocauit,& argenteum.Nam qui rerum humanarum diuinarumq; scientia, dicendi facultate coniuncta, præditi sunt, sic præstare uidentur ipsi inter mortales, ut aurum inter metalla præstat.Nam secula inscitiæ & infantiæ, bonos quidem illa permultos homines,nomismatisq; fortasse non petinde subdoli,edidere:cæterum crassi terreniq; metalli.Sed sic erat tum sensus mortalium : & ad coticulam suæ ætatis, non ad nostræ explorare eos probareq; debemus.Neq; uero erat (ut opinor) ea culpa hominum, sed temporum. homines enim ingeniosissimos ea quoq; secula genuerunt. quibus in seculis conticinium quoddam tenebricosissimum à literis bonis fuit & ab eloquentia:quoad tandem appetente lucis instauratitiæ tempore,sublustre iam cœpit esse atræ prius noctis conticinium.Tui autem clari principatus, Here,adolescentia,in omnia iam penè illustria incurrit : sed quæ incrementum tamen splendoris luculentius indies accipiant. Proinde uetus illa supellex philosophiæ quasi uasa lignea famiaq; ad rusticos delegata est,uel relegata potius pomœrijsq; eiecta, ut nitore urbano liberaliq; indigna: qui uetustatis illius situm rancoremq; ferre ultra non potest. multiq; nunc libri qui auorum patrumq; adeo nostrorum memoria in precio fuerunt,nunc Nymphis aut Vulcano dedicandi sunt,ut musęo indigni.Nam quis inuentis(quod dicitur) frugibus auitam illam glandem ructare non erubescat, cui quidem liberaliter institutum esse contigerit? Quin & sanctior ipsa philosophia non æque placere potest squallida & nitida,incondita & composita,lauta & illuuie deformis.Nam stoicidarum est & planè cynicorum, illa iam sententia, Dicite pontifices, in sancto quid facit aurum? Nisi uerò charisteria Seruatori famiolis calicib. fieri,fas esse quis defenderit,adytaq; sanctissima atq; delubra stanneis uasis ornari.Mercuria lis enim sermo mentium sublimium interpres est,ut iam dictum, mirificorumq; sensuum enarrator disertus & copiosus.Quòd si theologia per se rerum diuinarum enarratrix est,eloquentia eo amplius earundem exornatrix esse potest.sub cuius facultatis despicientia atq; obtrectatione, homines nonnulli, immanem rusticitatem, fœdamq; barbariem occulere sese sperarunt. Verum noster hic Mercurius, ut natales suos refert ad parentes nobilissimos intellectum & prudentiam,qui originem habēt cœlestem & sempiternam:ita rebus æternis ipse seruire debet strenuè,& compositè, & summa fide.Quidnam autem uetat hodie literas bonas eruditionemq; priscã atq; philosophiam,à poetis ad sanctos uates:à fabulis impietatis, ad historiam æternitatis:ab eleusinijs deniq; initijs (quæ quondam Cereris errores commentitij quidem illi,sed mystici pepererunt) ad ueritatis atq; sapientiæ inter mortales iam uersantiũ, explanationem transferri? & si antiquitas bonorum fines temporarios, dicendi ui commendare,expetendosq; docere potuerunt:ita ut hodie quoq; ob id eam admiremur:cur absurdum esse censetur, de bonorum malorumq; sempiternorum fine, eadem differendi facultate commentari,& scriptitate,& uerò conciones habere? Nec uerò dicendi facultas diuinarum rerum iuxtà humanarumq; interpres idonea,si quidem earundem rerum scientia sit imbuta,ulli unquam cessit ætati. nunquã enim obsolescit ille, nulla uetustate exolescit splendor eloquentiæ. Nec minus nunc ipsa uis eloquentiæ uel togatæ uel palliatæ uiget, etiam si longè minus pollet, quàm Platonis tempore uigebat,eiusq; alumni M.Tullij,atq; M.Varronis. Frendeãt licet & quiritentur illi pro concione,qui alteri obtrectant:alteram exterminare cœlo nostro conati sunt,ut profanam & peregrinitatis ream in ciuitate sancta.Id autem quod dixi sa-

pientes illi prisci significare uolentes, Mercurios omneis pingere & sculpere instituerant iuuenili facie: quasi nunquã senescentes, & omni ætate florentissimos. Nam quòd quadratos suos Hermas Athenienses faciebant, id significabat, dicẽdi facultatem in omni re graui explicanda & exornanda quadrare & conuenire, quod nemo nisi ignarus inficiari sustinet. cum eo quoq; quòd dicendi genus oportet rebus dicendis ueluti normali obseruatione accommodare. Atqui cum dei filius, idem mens & sapientia diuina, ut omnium rerum autor & conditor, sic etiam orationis fuerit: imò uerò cum uerbum, oratio, sermo absolutè ab oraculis nuncupatus sit, ipse Gregorio Magno qui Theologus cognomento dictus est, assentiendum esse duxerim. is enim orationis & styli facultatẽ, eo maximè niti & gloriari meritissimò dixit, quantum est quod impenditur operæ ab homine ea facultate prędito, in pietate & religione commendanda, diuinisq; rebus enarrandis & illustrandis. hoc enim & sentire & fateri longè præstantius est, quàm quod quidam faciunt, ut uastam rusticitatem sub nomine simplicitatis laudent: quæ adulteratrix est ipsa sanctitatis meræ, atq; innocentiæ. Antiquissimam etiam theologiam symbolicam fuisse ipse libens censeo, non fabularem. licet (ut humana ferè inueterando degenerant) à Poetis qui diuina pro nihilo ducebant, excepta & tractata theologia ad figmenta deflexa sit tetra atq; impia. Et ueteres quidem theologi deorum hominumq; patrem atq; satorem ζῆνα appellauerunt, quasi uitæ parentem & autorem (& si Lactantius Firmianus aliter opinatus est, qui mihi parum accuratè hæc uidetur perpendisse). Eundem etiam illi δία ideò nominauerunt, quòd per eum & propter eum omnes naturæ proditæ sunt & substantiæ. Siquidem quicquid factum est, in ipso uita erat, nec sine eo factũ est: quin & in ipso uita erat omnium, cum nondum quicquam uiueret animantium. Hic ipse parens rerum omnium è Mnemosyne (quam ego esse interpretor recordationem propriæ originis & cognitionem sui) Musas genuisse dicitur. Hæ Musæ sunt, ut opinor, mentis conceptus, æternarum rerum contemplatores, quæ intellectu tantum percipi possunt. nam Musæ dictæ sunt quasi indagatrices, utpote per naturæ uestigia sensilis atq; mathematicæ, superna & cœlestia indagantes: hodie eò amplius ipsæ & labore longè feliciore, cubile ipsum ueritatis in monumentis sacris inuestigantes: in Heliconis secessu montis (ut nomen ipsum indicat) anfractuosi choros suos ductantes, per quos seriem rerum intelligimus, quæ infinitam ipsã complectitur sapiẽtiam. Eius porrò montis duo uertices geminæq; minantur in cœlum speculæ. alteri tropologia nomen: at ea quæ editior est specula, anagoge uocatur. in quam philotheoria, quæ culmen est columenq; philosophiæ, interdum scandens, ad summum humani captus fastigium sublimis, & tanquam uolucris attollitur. Eorum autem qui post sacram ciuilitatem constitutam (quæ inaudito nomine priscæ philosophiæ, theocratia dicitur) sapientum coryphæi fuerunt, sublimis illius uerticis apicem attigit imprimis, diuus ille Ioannes deliciæ Seruatoris, qui cothurnum primus induit theologiæ. Nam in operis principio theogoniam mirificè & altiloquentissimè cecinit, à Musis utiq; sanctiorib. prorsus sublime raptus, longè certè beatius quàm ille olim Ascræus uates, qui theogoniam illam commentitiam, & stemma tartaridarum cecinit. Secundum hũc alter iuris diuini consultissimus fuit, salutariumq; ceremoniarum magister & proditor in prouincijs: de quo priuilegium latum inter superos, nullo, ut opinor, exemplo, ut ante annos uitæ exactos, inter theoros animos & spiritus spectatum admitteretur, & ea sacra spectatum, quæ nec prodere ipsi aut cuiquam alteri, nec effari fas esset. Hæc duo lumina inter antistites sapientiæ, fugacis antea ueritatis ac summi boni uestigia ambagesq; explicauerunt, quæ satagenti philosophiæ nullumq; non lapidem (quod dicitur) molienti, sese subducentia, tanquam intra caliginem dogmatum pugnantium abdita essent, inani labore indagabantur: Cùm interim in ænigmatum sacrorũ inuolucris inclusa ueritas ipsa delitesceret, ac ne ab ijs quidem nisi perpaucis perspici posset, qui ipsa inuolucra habebant in manibus, & sæpe contrectabant. Proh diui immortales hoc quid aliud fuit, quàm duos ipsos heroas, non suo sed diuino marte actos, sphingem illam externæ philosophiæ conficere? quæ tanta, tot ætatum ingenia, tamdiu griphis suis torserat nequicquam & consumpserat. At uerò

qui

qui ad rerum diuinarum cognitionem suapte ui assurgere conati sunt, quasiq; sphin-
A gem illam ludificatricem sua Minerua captantes humano Marte comprehendere,
ut Porphyrius & Plotinus, & quidam alij eiusdem familiæ, in eandem ipsi fraudem
impietatis cum illo Prometheo inciderunt, qui ad Caucasiam rupem à Mercurio af-
fixus est, adhibito uulture assiduè excarnificaturo. ob id ea pœna mulctatus, quòd
Ioui conatus imposturam facere, hominem etiam fingere ausus esset: tum quòd i-
gnem igniatio excussum hominibus tradidisset: siue quòd fulminis rationem com-
perisset, uulgassetq; compertam. Hunc ego Prometheum hominis philosophi intel-
lectum esse censeo: qui in physiologia atq; astronomia cum successu uersatus, atq; in
alijs partibus philosophiæ ad diuinorum quoq; intelligentiam humanæ tantum con-
iecturæ adminiculo assurrexisse confidit, aut euasurum tandem. Quod hominem est
fingere, hoc est hominem ad rationem formalem sui generis absoluere, ut rerum hu-
manarum prudentiam diuinarumq; teneat. Is igitur Prometheus blandimentis ere-
ctus & illecebra commentationis, in humanis ac physicis magnopere proficientis,
ijsq; simplicioribus & iam penè abstractis, mathematicis: rerum etiam earum natu-
ram quæ mente sola percipiuntur, cessuram arbitratur animi sui contentioni. Quare
postea quàm altioris speculationis intentione, quasiq; alis animi se sustulit, sublimis
abire sibi uidetur, & ueritatis comperiendæ studio semper gliscente, per inane uoli-
tans, animum suum exest identidem fibris iecoris renascentibus, cum semper recur-
rat hæsitatio, ut est diuinarum rerum contemplatio. Ipse uerò Iouis lictor Mercu-
rius, mea quidem sententia esse potest ratiocinatio humanitus inuenta, quæ omnia
sui iuris esse putat: suprà, infrà, eorumq; contermina. Verum eo supplicio aliquando
defunctus, eadem similitudinis ratione, uideri potest Prometheus Herculis benefi-
cio, non illius Thebani, ut inquit Philostratus (multi enim fuerunt eodem nomine)
sed cœlitus oriundi, ac longè illo omnibusq; maioris, qui sagittis aquilam, aut uultu-
rium illum Caucasium confixit, carnificem intellectus. Huius igitur Herculis uirtu-
te quasi ex Caucasi carnificina homines multi liberati sunt, externa quæ dicitur eru-
B ditione sanè præditi. qui errore intellecto ad Christianismum sese consultissimè suá-
que contulerunt, exuta Græcæ philosophiæ professione. nimirum quòd animad-
uerterent Promethei illius figmenta inchoatos tantum homines esse, & tanquam
animantes: non etiam spirantes superorum cognationem atq; immortalitatis cogni-
tionem, ad quam homo factus est. deesseq; illis ultimam manum & quasi phidia-
cam, quæ non modo hominis rationem perficit atq; finitionem: sed ab integro redi-
uiuam efficit per palingenesiam cœlestis philosophiæ. Cuius philosophiæ qui my-
sterijs magnis initiari uelint, eorum hominem exteriorem sideratum (ut ita dicam)
esse oportet, sensibusq; emortuis, quasi numine rapidiore afflatum atq; urentiore.
Quandoquidem autem in illa uasta priscæ doctrinæ sylua, permultæ occurrunt sa-
lebræ, in quibus hærere nonnunquam contingit: crebriq; anfractus, qui in deuia in-
terdum ferunt: libenter quidam fecerunt homines procliues ad inertiam, ut intra po
mœria uersari tantum orthodoxiæ doctrinam probabilem dicerent & contende-
rent, atq; eum colorem interdictis suis quærerent, cum cultores ipsi omnes rectæ re-
ligionis, eorum scriptorum lectione & studio, quasi diro & auersando, arcerent qui
seculares externiq; appellantur. æmulantes utiq; eo facto institutum Iuliani Cæsaris
cognomento transfugæ. Qui (ut autor est Gregorius ille Magnus) Christi nomen
exosus, ultimi loco supplicij simile interdictum in eos commentus est: quos ipsi
Seruatori deuotos esse compererat, ideoq; studiosos apertè doctrinæ euangelicæ.
Verum ille dira atq; immani præditus erat impietate, cum ingenio singulari & exi-
mia literarum peritia: isti cum animalium arcadicorum capitibus, suillas etiam au-
reis habere se satis ostendunt, cum omnem musarum concinnitatem aut respuant
aut stupidè transmittant. Certè quidem seuerissimis eorum & grauissimis, non tam
lingua quàm palatum fortasse, nec tam cor quàm supercilium sapiunt. Sed fuit illud
genus, ut spero, in manesq; nunc declamare me, non in homines existimo: cum lite-
rarum bonarum peritia non modo popularis in uniuersum, sed etiam apud amplissi-

mum ordinem literis studentium, gratiosa esse cœperit & plausibilis. cariosæ enim illæ stirpes uetustæ ignorantiæ luculentè iam labant: quare omnes fibræ (ut speramus) sensim cito quod emorientur. Orbis autem ipse studiorum in conuentu scholastico Lutetiæ repentè conuersus est: qui in prima inclinatione sui magnum planè stridorem & tumultuosum edidit. Nuperque barbarica illuuies & sermonis rusticitas, è philosophiæ porticibus facessere conspicuè cœperunt: nimirum ex quo linguæ Græcæ supellex in eas importari ad ornamentum cœpta est. Rursus uerò nos rem præclaram & honestam, ab antiquis inuentam & absolutam ad formandam componendamque humanitatem, quam Plato in Timæo diuinitus datam hominibus esse scripsit, ne in noxam diram uertamus, animorumque internicionem, summopere animaduertendum nobis est, & prouidendum etiam atque etiam. Quid enim inconsultius esse potest quid amentius, quàm antidotum philosophiæ, ad uitandam contagionem inuentum imperitæ multitudinis & hallucinabundæ: in uenenum uertere impietatis, animis immortalibus exitiosæ? Quid literarum cultoribus calamitosius, quàm cultum & ornamentum uitæ, eorundem hominum culpa in necem euadere horrendam animorum? Nam quod in tuenda hominum uniuersitate prouidentia facit, ut ex bonis malisque, & è tanta ingeniorum uoluntatumque uarietate, ciuitates & cætera hominum conuenticula coagmentata sint salubriter & eualescant: hoc efficere debet bona fides, & recta de rebus diuinis persuasio, in ea doctrina quæ encyclopædia dicitur. Et quod umbrarum colores in tabulis faciunt, ut eminentiora sint lumina: hoc facere doctrina inuenta debet, cum oraculari inspirataque composita. Iam uerò ut homo firmi stomachi etiam mali succi cibos in alimentum corpulentiæ conficit: ita qui non suo & sensuum stomacho, sed rationis & pietatis orthodoxæ studere & commentari semel constituerunt, nihil non congruenter & commodè consilio suo concoquunt. & delectum tamen lectionis habere oportet, ut animaduertamus orbem nobis uitæ salubris circumscriptum esse doctrina euangelica: intra quem si quæ studiorum genera sunt, quæ admitti sine collisione nequeant, ea esse protinus repudianda intelligamus, ne summam propositi ea culpa euertamus. Mihi uerò literarum bonarum hodie studiosi, riuales esse uidentur in amore anus honestissimæ, quæ diu amatoribus ut ignota & squallida caruit: nunc autem rediuiuo decore interpolis ac sine mangonio, quasique integra denuo ætate florens, in medium lauta, elegans & nitida, cum suo se mundo ornatuque protulit, ac per omneis nationes æmulorum cohortes secum trahere conspicitur: tanta contentione ad tutandam eius dignitatem & ornatum uires periclitantium, ut & facultates suas & uitam ipsi deuouisse matronæ deamatæ existimari debeant. Id quod insaniæ fortasse instar quoddam habere uideretur, nisi tanti esse ac pluris crederetur, unum hominem exemisse se turbæ unius aut alterius prouinciæ, nec suæ tantum ætatis, quod unusquisque sperat literis deditorum. Proinde ne eius studij amore inconsulto & perenni (temporarius enim esse debet) ab earum rerum recordatione abducamur, quarum studium antiquissimum esse par est (nam cum mundo matronali illecebras etiam illa habet animis uehementer lenocinantes) consilium mutuemur oportet à Nicolao Damasceno, eiusque sententiam pro oraculo habeamus. Sic enim fiet maximè, laboris ut impensi in cultu externæ illius disciplinæ nunquam nos pœniteat. Aiebat autem ille philosophus, uir optimus idem & doctissimus, uniuersam literarum disciplinam, orbicularisque eruditionis curriculum, peregrinationis similem esse. Etenim quemadmodum peregrè euntibus, qui itinera longa permetiuntur, quædam in loca contingit diuertere, ibique mansionem unam agere: quibusdam in locis tantum prandere: in nonnullis rursus immorari dies plusculos: denique loca nonnulla transeunteis oculis tantum lustrare: ad extremum uerò peregrè redeunteis, domi deinde permanere atque inhabitare: Ad hunc eundem modum studiosos homines oportere literarum discendarum spacium permeanteis, quibusdam in disciplinis longius immorari, in quibusdam aliquantisper: & quasdam quidem disciplinas totas, quarundam parteis, quarundam elementa, modo percipere. sicque ex unaquaque utilissimum quodque comprehendenteis, tum domum

mum

mum uerè paternam repetenteis, illic ad ultimum usq; philosophari. Hæc mihi sententia ueri & germani philosophi esse uisa est, mirumq; in modum probanda & amplectenda homini studioso, sanæq; religionis cupido & reuerenti. Nam quid miserius est, quid imprudentius, quid deniq; uæcordius: quàm ex tot, tantis, tot ætatum diuitijs, quæ in medium expositæ sunt, & uigilantissimo cuiq; ad occupandum obuiæ sine aliorum detrimento, nihil in rem suam uertere, nihil ad uiaticum augẽdum immortalitatis, sumere: sed ex uehementi & diuturno labore oculos tantum mentis inaniter & dispendiosè pascere? Aliter atq; ille scriptor Satyræ censuisse mihi uidetur, tametsi ueræ nescius sapientiæ: qui olim ita scripsit,

Petite hinc iuuenesq; senesq;
Finem animo certum, miserisq; uiatica canis.

In ludo enim Philologiæ anima instituitur: in philosophię autem exhedra animus & spiritus. Quid illud Horatij ad Florum, nonne eodem pertinere uidetur? etiamsi summum bonum quid esset nunquam ille suspicatus est, Quòd si

Frigida curarum fomenta relinquere posses,
Quò te cœlestis sapientia duceret, ire s.

Calidiora enim multò fomenta sunt æternæ oracularisq; doctrinæ, quàm secularis atq; humanæ, quæ implere desiderium nequit. Nam animus philosophus, celer, impiger, inquies, actuosus, in nulla re acquiescere potest, extraquàm cum totus est in contemplatione rerum sempiternarum, quarum fructum futurum, interim commendando præsumit. Sacrosanctæ autem philosophiæ promissa ideò fide solida & stabili subnixa sunt, quòd nihil de suo sibi ipsa ut externa & uaniloqua: sed ut inquit Cyprianus, de sanctario dei spondet: id est de oracularis scripturæ fide atq; autoritate. Eruditionis igitur iustæ & elegantis fructum esse oportet, ut à superioris illius Poetæ autoritate nondum recedamus:

Compositum ius fasq; animi, sanctiq; recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.

Antiquissimi etiam Poetæ, semina theologiæ, ut tum erant tempora, non admodum improbandæ, ab adytis illi quidem sanctioris philosophiæ atq; adeo sapientiæ mutuati sunt. cæterum inextricabiles fabularum griphos, impietatemq; luculentam præferentes, pro integumentis ueritatis ipsi excogitauere, quam ab oculis profanę multitudinis abdendam esse censebant longeq; retinendam, instituto ueteri. In ipsis autem fabulis cum naturæ uim, tum rationem uitæ placidè & humaniter agendæ, mysticè tradiderunt: ad unicum deum ipsi summam rerum, illiusq; autoritatem & primordium referentes, quod uniuersum appellatum est. At uerò sequentium deinceps ætatum licentia, summa impietate conscelerata, omnia uoluptatibus flagitijsq; permiscuit & inquinauit. ex quo euenit ut eleusiniorum, ut ita dicam, sacra atq; cerealia mysteria, in orgiorum impuritatem liberaliumq; uerterint & floralium. Mihi enim uidetur ars poetica, quasi uaniloquentiæ buccina, spiritu tartareæ noxæ inflata, deorum illam uim portentosam in Græcia, quasi in celeberrimo mundi theatro, colendam promulgasse & edixisse: indeq; per orbem terrarum monstra deorum peruulgasse, uoce longè lateq; quoquo uersus exaudibili. Quæ causa fuit, ut opinor, cur Plato in secundo Rerumpublicarum libro, Homerum & Hesiodum ut præcones impietatis è ciuitate expulerit, quam instituendam ducebat. Etsi enim theomachiæ, deorumq; simultates ab ipsis proditæ, symbolicos sensus habent & sæpe admirandos, imperitos tamen fefellerunt, quæ multò maxima pars fuit mortalium. Hoc ipso certè commento errorum ille sator, stygiusq; institor uoluptatum, Plutonis illas fauces satis aliàs patenteis, hiantius tamen aperuit, iurisq; sui & imperij gentilitiam illam multitudinem planè fecit: decedente utiq; ex illa colluuione icelestæ impietatis, diuina quodammodo prouidentia, eiusq; impuritatem auersante. Qua de causa princeps mundi ab ipso Seruatore mortalium teterrimus ille tartari præfectus appellatus est, qui eam uiam hominibus sanæ mentis præiuit & præmonstrauit, disciplina salutari cum interpretib. eius tradita, quę in diuersum abducit mortales ab erroribus. Quin

& ipsa prima poesis atq; theologia, id uel impietatis uel ignorantiæ potius habuit, quod illud ipsum numen diuinum quod unum esse statuerat, coercuit intra fines, & in uniuerso ita conclusit, ut deum quasi mundi animum, in uniuersitatē ipsam rerum quasi in corpus suum condiderit. Eius uerò sedem atq; domicilium præcipuum in sole esse aliqui perhibuere. Quibus fuerunt ipsis ea ultima, quæ nos in summis citima esse diuinitus nouimus & perhibemus. Naturam etiam ipsi posuerunt ut primam causam: & materiem ut principium. cum nos hanc ut opus, illam ut instrumentum primæ causæ, uel opificem rerum architectonicæ causæ administram parentemq́, & ab ea productam esse dicamus. Proinde ex illis epulis è penu priscæ sapientiæ promptis, quibus animi literis studentium aluntur, bellissimum quodq; carpēdum est à nobis, quod ad nutricationem faciat philosophiæ facundæ & elegantis futurę. Nam anima hominis philosophi studio encyclopędiæ culta, ac multipliciter quasi terra subacta: tum eloquentiæ copijs quasi lętamine exuberans, grandioreis fœtus edere haud dubiè & uitalioreis potest atq; ualidioreis. Verum ad illas epulas philosophiæ quasi conditaneas, quo quisq; stomacho accesserit, ut diximus, magnopere interest. Nam nisi stomachum persuasione recta pietatis, oracularią; religione tinctū, ad id studium attulerimus: metuendum est animæ, ne quædam aut poetica aut philosophica, iucundius ipsa condita, quàm sanctius, auidè deuoremus: quæ deinde male diu concocta, in cordis uentriculo perniciosè hæreant. Atq; ut olim Minerua cum opificia omnia lautiora, tibiarumq; artem inuenisset, tibias continuò fregisse dicitur & abiecisse, posteaquam comperit modulis earum uirile robur effœminari: Ita & nos ex reliquijs peringeniosæ illius & sanè industriæ antiquitatis, deligere nobis ea debemus quæ consona sint, aut certè non absona studio rectæ philosophiæ, moribusq; receptæ sacrosanctæ ciuitatis, quæ theocraticis institutis ab origine sua temperata est. Quæ autem huic pugnantia sunt, aut magnopere dissentanea: ea tanquam in transcursu iuuentutis, & ueluti contemptim, legere: deinde abijcere, aut de manibus certè ponere: ne inquinamentum relinquant tractata diutius quàm iustum est: aut nimia cum uoluptate. Et putidum uerò mihi & ineptum esse uidetur: & planè cacozelum, optimarum literarum studiosos, quales omnes docti uideri uolunt: ex prisca impietate, quæ iampridem non nostri cœli tantum finibus explosa est, sed penè toto orbe exterminata, eos lepôres dicendi repetere, atq; in usum nostrum referre, qui genium nullum habent nisi impietatem planè oleant & præferant. Nam quid rancidius inter pietatis homines reuerenteis, quàm post damnatam illam polytheiam, quæ pro atheia quondam haud dubiè fefellit: eos qui docti uideri uelint & lauti, adhuc ita loqui, quasi uim illam superum inferumq; numinum literarum bonarum studium non abnuerit? id quod si doctiorum senatus sanciendum duxerit, quis est iam paulò religiosiorum, ac pietatis nomen consertis manibus amplectentium, quin ualere literas bonas easdem atq; nocentissimas iussurus sit? Nisi uerò huiuscemodi literarum studium, non cultura est animi potius quàm uitiorum cultus. & nisi eam esse culturam fateri quenquam non puder, cum inficiando non sit si urgeatur, cuius Apostolus cœlitus condocefactus, meminit ad Hebr. cap. 6. quæ tribulos & spinas gignit. Neq; uerò pietatem amplectimur fide bona, ac retinemus Seruatoris religionem: & non impietatis exuuias abiecimus. Neq; sordentis iam & tetræ polytheiæ exuuias abiecimus in purifico Christi labro, & eas adhuc cordi nobis esse, cupidè ostendimus. Profecto mea quidem sententia, & multorum, obsolescit hodie philosophi hominis oratio culta impietatis lenocinijs, & perfidiæ uenustate conscelerata & impiata. Mirum certè est tot seculis polytheiæ spurcissimæ sermonem uetustescere nō potuisse, cum Ciceronis & Quintiliani temporibus Saliorum carmina, ut putida cariosaq; uitarentur. Quòd si in templo dei summi, & in orthodoxiæ ceremonijs, uerbis nos uti iuuabit liberalium & orgiorum, idq; faciundum duxerimus non uerecundissimè: quid iam futurum est, nisi ut impietas quæ ab ecclesia heroica uirtute & cum plausu electa erat, per posticum obrepēdo redeat? Mihi enim nihil aliud uidetur esse in polytheorum pompa & pæanibus orationem orthodoxorum sese hodie iactare, quàm ipsum

Christia-

Christianismum securum & libentem uersari in præsidijs hellenismi, quæ iamdiu ta-
A men ipsa planè partes facere desierunt: usqueadeo ab hostibus etiam damnata sunt
rectæ religionis. Quid autem uetet elegantem simul ac pietatis redolentem oratio-
nem esse, prorsus ipse non uideo, præter prauæ consuetudinis corruptelam, quæ ocu
lis nostris auribusq; ita obrepsit, ut eloquentiæ dignitatem inesse, & poeticæ concin
nitatem non posse, sine bacchabundæ impuritatis dirçq; genio existimemus. Quasi
uerò Plato qui Moses Atticus appellatus est, non eadem gratia ueritatem & fabulas
enarrauerit: quasiq; non tam à lingua Latina abhorrere ante Ciceronem philoso-
phia uideretur, quàm nunc uidetur theologia, & iuris ciuilis pontificijq; prudentia.
Hæc opinio planipedem theologiam nostram, ac iuris diuini prudentiam, pro co-
thurnata magno errore fecit: cum uis de rebus diuinis aut ad diuina pertinentibus
grauiter differendi, & sententiosè, explicatè, eleganterq; dicendi, quò fastigij est ma-
ioris inter doctrinas humanas, eò maiore pietate decoroq; iūgenda sit. Omnis enim
propemodum ubertas sapientiæ, & ipsa, ut ita dicam, sentiendi sylua atq; intelligen-
di, è libris consecratis petenda est hodie, sed res & sententiæ ab ijs exornandæ sunt,
quibus Ægyptijs opibus bene peculiatos esse contigit. Ab ipsa igitur figlina Prome
thei, & ab illa plastice antiquæ philosophiæ, quæ luteos tantum homines animalesq;
fingit, ad Mineruæ cœlestis augustæq; sapientiæ officinam transeundum est magna
& proba religione, quæ uitæ spiraculum ficto homini quasiq; inanimato addidit. ea-
dem etiam terræ quasi prius incultę nouat faciem, ad semen fœcundius excipiēdum.
Quòd si absq; dispendio nitoris atq; elegantiæ lingua Latina piè loqui innocenterq;
non posset, equidem pura eadem sacrisq; digna supellectile utendum esse censerem
potius, quàm impietatis emblemate antiquo locupletata. Nunc cum ea sit flexibili-
tas eloquentiæ, ac dictionis Latinæ, ut sine imminutione splendoris sui induere ipsa
personā piam, ac sustinere possit atq; perferre, cur tam malignè de ea nos meremur,
ut obscœnam tantum eam esse fabulatricem, & profanarum partium actricem creda
mus, & pronunciatricem? Atqui ad dicendum probabiliter (ut Marcus inquit Tul-
B. lius) caput est nosse mores ciuitatis cuiusq;. qui quia crebro mutantur, genus quoq;
orationis est sæpe mutādum. Cùm igitur mores & uita ab impietate migrarint ad pie
tatem diuinitus proditam: quamnam ob rem tandem unà quoq; nō transferetur elo
quentia, quo nihil est ductilius? Etsi ad res Latinas indicandas & eloquendas, quas
secula recentia pepererunt, indiesq; alias atq; alias pariunt: non noua Latinitate quæ
placere non potest, sed rediuiua opus est (alioqui Latinæ linguæ copia sensim immi
nuetur, & tantum à posteris proficietur in inopiam) quare in ea parte uitæ quæ ad sa
cra, ritus, ceremoniasq; salutares pertinet, & ad diuina explananda aut commendan
da, irrediuiuus sermo Latinus erit & Græcus? Ego uerò amictum nouū ex ueste sci-
tè interpolata, aptandum esse eloquentiæ censeo, qui legibus & institutis ciuilibus,
ritibusq; adeò conueniat religioni consentaneis. At enim nouum est hoc inceptum
& in arduo situm. Sit sanè (non enim causam dixerim) atq; etiam in lubrico, & cōfra-
goso: modóne in undiq; abrupto & inaccesso. nam & Latinæ linguæ instauratio in
multis partib. quæ iam restitutæ uidentur, nō protinus atq; inoffensè cessit experien-
ti contentioni: nec si facilè non fieri, ideò prorsus nō potest. Esto hæc ærumnarū sum
ma in certamine elocutionis probæ restituendæ, & barbariæ exterminandæ. maior
deniq; ærumna sit illa quidē, q̄ uno ut Hercule aut altero cōfici ipsa possit. Sed eius-
modi tamen quæ desperanda nō sit uel Herculi, uel Vlyxi. Nimirū huic quoq; certa
mini sui Hercules, suppares antiquis non deerūt, si modo Eurystheos ijs ęquales uen
tura tempora nō desiderauerint. Illico enim existent qui Heraclidarū stēma consulta
cum fiducia augendum suscipiant: indeq; imagines in gentem quisq; suam patriamq;
auferēdas, & uero iam strenuissimi cuiusq; conatus studiūq; mirabile eōdē incubuit.
Quod si principum hominū liberalitas spem eorū destituerit, quod ominari minimè
uelim (præsertim ad te scribēs Francisce Rex doctorū amātissime) unicuiq; nō subsi
dio quidē uitæ lapso, suus tamen erit intestinusq; Eurystheus, literarū amor flagran-
tissimus, cupiditasq; honestissima constituendæ maiestatis eloquētiæ, quæ multorū

 seculo-

ſeculorum infclicitate magis quàm incuria, læſa fuit, deiectaq; & imminuta. Etenim ingenioſiſſimo cuiq; uiro & ingenua uoluntate prædito, Euryſthei inſtar eſt incitata uoluntas illuſtrandi ſui nominis, ingeniiq; proferendi. Nec Euryſtheus ille Homeri Rex fuit Mycenarum, ut ego cum Athenæo ſentio: ſed Herculis amores potius & deliciæ, quibus omnia heros ille permiſerat de ſemetipſo. ſiue ille potius fuit cupido quid m gloriæ adipiſcendæ, qui tantos labores Herculi imperitabat amore immortalitatis ardenti. Nam & equeſtris ordinis in more quibuſdam noſtratium atq; finitimorum, auorum noſtrorum memoria & ſuperiore fuit ſingulari certamine inter ſe prouocare inclareſcendi cupiditate. in alienasq; prouincias illi prouocationes de ſcripto certa lege mittentes diem certaminis condicebant: non uni aut alteri, ſed primo cuiq;, qui experiundæ armorum ſcientiæ gratia & uirium concertare ſtatuiſſet. deinde à regibus uenia pugnandi & commeandi impetrata, ad diem conſtitutum loco ad id comparato, ſub arbitrio iudicum campeſtrium dimicabant: ad eam formulam certaminis, eamq; legem, quam prouocator ipſe æquis conditionibus exceptionibusq; tuliſſet ab initio. Martem id experiri amorum ſuorum gratia dicebatur. Verumenimuero in monumentis conſecratis atq; oracularibus, quibus omnis autoritas ueritatis, atq; immortalitatis animorum fides conſtituta eſt, homines quidam huius ætatis non huiuſcemodi Euryſthei imperio: ſed ſtyglæ Iunonis inſtinctu acti, œſtroq; tartareo, peruerſiſſimorum dogmatum patrocinia inuenerunt, ut ancipitem ſæpenumero ſermonem eſſe ueritatis uidemus, eorumq; interpretatione egentem qui iuris diuini conſultiſſimi fuerunt, innocẽtiaq; probati & ſanctitate morum. Hoc autem ut mirum eſt homines primum paucos tentare auſos eſſe poſt conſtitutam religionem, multorumq; ſeculorum & inſignium conſenſu ſtabilitam: ita literarum bonarum reſtitutioni inuidioſum fuit aliquandiu. Quarum iſti fiducia ſolicitare religionis tranquillitatem falſò exiſtimati ſunt. Erut illuſtres olim noſtræ memoriæ ætates futuræ ſunt ob literarum optimarum poſtliminium, ita infamia inexpiabili flagraturæ, ob læſam maieſtatem non modo eccleſiaſticæ ſententiæ, ſed etiam hoſtiæ mirificæ atq; expiabiliſſimæ: tanto numine, tamq; præſenti ſæpenumero ſanctæ, adorationiq; conſecratæ. Non fuit ſatis uecordi arrogantiæ ſenſum communem huius ætatis, religionis implere ancipitis, & inter fidei perfidiæq; conſilium ambiguæ & alternantis, niſi ueneno pedetentim prorepente, Chriſtianiſmi cardinem dimouere, fidei columen & firmamentum conuellere niteretur, trabali clauo fixum: quæ ſcelera impietate tam populari auſi ſunt homines audaciſſimi, ut etiam Olympionicarum plauſus atq; præmia à patria non fruſtra ſperauerint. Quod'nam igitur iam uiaticum habebimus ærumnoſæ peregrinitatis & calamitoſiſſimæ? nimirum tanto portento expiatam oportuit eam quam ſub id tempus aut paulum ante uidimus licentiam in arce religionis: quæ licentia cothurnatis auſis, & pelopidarum facinoribus omnia conſcelerans, ſacra profanis, & ea quæ pace innocentiaq; cenſentur, bellicis negocijs ſanguinarijsq; permiſcuit, nec uerò ſanctiſſimi illa apicis frontem perfricare præ cupiditate inſana uerita eſt. Vnde eueniſſe nemo ambigit hominum quidem de cœlo ſeruantium, ut non modo dignitatum ſacroſanctarum maieſtas, ſed etiam (proh pudor, proh piaculum) pietatis ipſius ſacrarium, per ora hominum ſermonesq; traductum, in theatralibus proſopopœijs productum, ſatyrica dicacitate confixum, deniq; per officinas paſſim proſcriptum, in ordinem, ut dicitur, redactum ſit. Quin & religionem ipſam Chriſti Seruatoris ab æditiuis ſuis deſtitutam nouimus, & tanquam pro derelicto planè habitam. Niſi uerò religionis deſertores non ſunt, qui eam cum donarijs eius apertè & impudenter egerunt & tulerunt, agunt etiam nunc & ferunt. Quos diris ob id ominibus omnes ordines hodie proſequũtur: uelut in re perdita, in pietate prodita uociſerantes nequicq; & quiritantes, interdum pro concione. Verum ſi orthodoxiæ fundamenta homines illi pauci, quibus nihil eximium, nihil ſacroſanctũ fuit cacozelia extimulatis, labefactare magno cũ fragore cõpagis quoquomodo potuerunt (etſi conuelli nunq; poterit diuina manu fixa in prouincijs quidẽ illis, quas numine præſentiore tuet prouidẽtia) nos æmulatiõe recta inſtincti,

operam

A operam nauare strenuam pietati non poterimus? non aggrediemur priscam uim eloquentiæ atque autoritatem, non suapte natura magis usibus profanis aut uaniloquentiæ, quàm ueriloquio aptam atque sapientiæ, ad bonam nunc frugem salubrémque transferre? Sacer ille sermo cœlitusque delapsus, similis est (inquit Gregorius) imagini quoquo uersus intuenti, quales multæ pinguntur obtutum circumagentes ad hominem prætereuntem. Vt enim homines recta mente præditos, & dextero pede accedenteis, primore aspectu festiuè sermo diuinus admittit, epulisque salubribus accipit & prosequitur: ita sinistro pede ingredienteis fallit, eorumque peruersis uoluntatibus assentire creditur atque astipulari, ac sese illis dare: eousque ut abutendum etiam semetipsum præbere uideatur. Si igitur diuini uerbi sublimitas, ut admiranda sanis intellectibus & ueneranda, sic nonnusquam flexiloqua, calumniarum etiam ansam peruersis animis non præcidit aut subducit, qui ab orbita diuinitus impressa digredi non uerentur: cur tam rusticè morosam faciunt imperiti theologiam, elegantis ut Mineruæ cultæque ornamenta, mundum etiam (ut ita loquar) Veneris matronalis & castæ, ad sacrosanctas cerimonias ritusque purissimos recuset transcribere? quasi uerò non omnibus organis diuinæ laudes celebrandæ sint. Quæ, (malum) autem est ista opinionum absurditas & peruersitas? Hi sugillatam putant, quasique attrectatam per iniuriam, sacræ philosophiæ dignitatem atque integritatem, si eloquentiam antiquam procul à sese non amouerint: Illi rursus capite minutum iri credunt eloquentiæ splendorem & uenustatem, si squallidæ plerunque aut impexæ theologiæ seruire constituerit, aut sese accommodare. Proinde antiquitatis sententias relinquendas esse nobis repudiandasque censeo: eas quidem quæ orgijs impuris ita dedicatæ sunt & impiatæ, ut lustrari iam nequeant. utpote qui sententijs abundemus longè illis grauioribus, & argumentis pietati consentaneis. Forma autem utendum illorum & materia orationis, qua nihil est flexibilius & sequacius. Id quod indicat Proteus in fabulis, quo materiam prisci significandam duxerunt. quippe quæ omnia transformet sese in miracula rerum: id adeò ut ex aqua e-

B tiam Proteus in ignem uerti possit, ne quid fieri fortè non posse isti causentur eorum quæ diximus. Nam quid tandem hodie multa ad uitam agendam comparata, Latinè dici uetat, etiam si olim inusitata fuerunt? nempe id aut unum aut multò id maximè, quod naturam & ingenium Protei non animaduertimus utpote qui præterita scire eum tantum putemus, nunc ille omnia nouit, quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur: ut ex Homero Græco noster ille prodidit. Poetæ (ut supra dictum est) uetustissimi, ueritatem ad fabulas sapientiamque transtulerunt, poemata etiam illa sua nobilissima idem Homerus quibusdam quasi insignibus exornanda censuit, tralatis historijs ut meritò creditum est, ab Hebræorum monumentis. Fuisse autem notum est antiquissimæ philosophiæ institutum, Sapientiam ut peregrè discerent ipsius studiosi: in Ægyptum, in Babyloniam petentes illam, & ulterius. Inde est illa non dubiè noxæ aut offensæ descriptio apud eum ipsum Poetam (qua ille cunque ratione diuinam historiam cognitam habuerit) Iliados nono, & undeuicesimo, quod Iustinus philosophus è gente externa in familiam orthodoxiæ diuinitus adoptatus, Eusebiusque adnotauerunt. Mihi etiam aliquando in mentem uenit addubitare, num Eurysthei fabula & Herculis eodem libro prodita, historiam Iacob & Esau uir ille ingenij admirandi adumbrare uoluerit: quæ à Mose scripta est Geneseos capite septimo & uicesimo. hoc enim tropo forsitan summus ille uir historiam Hebraicam inuoluendam censuit, quam rei cuiusdam mirabilis imaginem esse figuraram suspicabatur. Nam quemadmodum Iuno futurorum præscia Ioui suo coniugi imposuit, Eurystheo subdito qui fatum Herculi præriperet: Ita matris suasu Iacob anteuertens germano natu maiori, primigenia tantæ ac talis hæreditatis abstulit, cum parenti suo oculis orbato fraternarum manuum assimulatione obrepsisset. Iam quod supplices preces idem Poeta aptè & concinnè ut omnia describit, quas ipse litas appellat, ac Iouis filias esse dicit, atque apud eum pergratiosas: è diuinis illis uoluminibus hausisse eum credibile est. Quocirca cum poemata sua ueteres huiuscemodi insignibus ueritatis, quasi accersitis emblematib. exornanda duxerint:

cur gentilitiam illam supellectilem in medio iacentem & expositam, sacræ philoso- C
phiæ accommodare, uel piaculare esse, uel dissentaneum credemus? Omnes igitur li
terarum bonarum opes, cunctæ eruditionis iustæ & legitimæ partes, obscœnitate
quidem prisca impietateq; uacantes, ad rectam sanamq; philosophiam instruendam
ornandamq; coeunto. Sic enim huius temporis ratio & conditio poscit. & ipsa au-
tem philosophia, & uniuersus eius comitatus, quamlibet numerosus & amplus, unà
cum omnium Musarum choro, theologię maiestatem comiter in posterum pieq; ob
seruanto. Quippe quam principem esse scientiam notum est, sapientiamq; quõdam
propriè appellatam. tametsi antiqui nomen hoc eius nouerunt, honoriq; imprimis
habuerunt: nimirum magnum quippiam & uenerandum ea uoce, naturæ instinctu
exaudientes: naturam autem atq; significationem maxima ex parte ignorauerunt. Si
cut æternarum rerum atq; immortalitatis animorum quoddam ueluti simulachrum,
eorum prudentissimi ferè, non etiam naturam substantiamq; intellectu percipere po
tuerunt. Et Aristoteles quidem in ijs quæ post physica scripsit, primam contempla-
tricem appellat ipsam theologiam, eãdemq; primam philosophiam: quam ideò esse
censuit præstantissimam, quia præstantissima contemplatur: abstracta, immobilia &
sempiterna. In primo etiam eiusdem tractatus libro, eam ait scientiam ueritatis esse
contemplatricem. In eo autem, ut dixi, omnes fermè falsi fuerunt, quod imaginem sa
pientię pro ipsa sapientia ardenti studio consectati sunt, in eius umbra suauissimè ac-
quiescentes. eorum (ut mihi quidem uidetur) similes, quos apud Platonem in nono
Reipublicæ Socrates irridet, ut inanem & falsam uoluptatem expetenteis pro uera
& solida: eiusq; gratia depugnanteis inter se. utpote quam dignam esse censeant
quam propter digladiari debeant. non aliter atq; Stesichorus olim Poeta, inter eos
qui ad Troiam erant, dimicatum fuisse scripsit pro Helenes simulachro, cum uerum
ignorarent. Idem autor libro eodem ait, Hominis philosophi uitam suauissimam
esse, uoluptatisq; maximè participem. Quippe mentem dominari in philosopho. at
ipse mente percipit quomodo ueritas se habeat: in eoq; maximopere oblectatur: id
adeò cæteras ut omneis uoluptates præ illa floccipendat: quæ à duobus ipse tan- D
quam fontibus manant cupiditate atq; contentione. illisq; tantum hactenus dele-
ctatur quatenus necesse est, utpote quas propter seipsas non expetendas sibi pu-
tet. Nam & Aristoteles in primo iam dicti tractatus uolumine, omnium scientiarum
ait illam maximè sapientiam esse, quæ suapte ipsa gratia & discendi causa expeten-
da est: non quæ eorum causa optatur quæ ex ea eueniunt. Philosophia autem, in-
quit, ut libertas, una se propter ipsam, non usus cuiusdam atq; utilitatis causa quæ-
ritur, nec aliam præterea ob causam. At uerò nos ex illa magistra & antistite uerita-
tis scriptura didicimus, nequaquam finem bonorum esse sapientiam: cæterum ad
summi boni adeptionem, illam nobis esse omni ope, & equis uelisq;, ut aiunt,
consectandam. In summo autem bono demum finem esse desiderandi. Quòd si
commentandi iucunditatem & speculandi, in sacra philosophia, æstimare hodie
& perpendere uelimus, nimirum orthodoxiæ studium, quæ theoria propriè dici
potest (etiam si antiquitas ad profanos usus eodem uerbo usa est) maiorem mul-
tis partibus iucunditatem habere inuenietur: synceriore etiam omnino securitate
contemplatores animos perfundere, quàm priscæ illius sapientiæ commentatio o-
lim potuit. Siquidem eius speculationis prospectus intra terminos uniuersi quod uo
cant, ab ipsis cohibebatur. Nec uerò spe ulla & pollicitatione æternitatis, animos
sui cupidos, uendicabat illa sibi & autorabat: nisi exili quadam fortasse & imagi-
naria. Nunc orthodoxiæ nostræ argumentum eiusmodi est: is est oraculorum con-
textus, tam conserta series, tam apta, tam sibi consentiens, doctrinæ sacrosanctæ:
adeo deniq; ultima primis in ea respondentia, & utrisq; media ad unguem quadran-
tia, ut chirographum dicere te & confidere possis ipsius habere sapientiæ, summum
bonum finemq; expetendum promittentis: quo chirographo locupletius nihil esse,
nihil testatius, nihil possit consignatius. Neq; autem cum hæc ipsa philosophia ta-
lem tantumq; fructum sui studiosis, in posterum spondet & in æternum: non etiam
interim illos commentanteis delectat admirabilitate ineffabili rerum, temporum,
euentuum

euentuum,eorumq́ prædictionum. & uerò ſpem futuræ beatitudinis pignore confirmat interdum repræſentatæ tranquillitatis. Nec ſi oracularis ſapientia, nec feſtiuam præfert, nec nitore cutem uiſendam tyronibus eius amoris: continuò ſqualli-dum ſacrum ſtudium geniiq́ plebeij iudicandum eſt ab ijs qui lauritijs lectionis & lenocinijs orationis aſſueuerunt. Eſt enim ſacroſancta philoſophia, ueſte quidem illa pulla & officinaria amicta, ut ſeſe diſſimulans & mire ſymbolica: ſed ſi introſpicere inſtiteris, in qua tu auguſtam quandam troporum Venerem ſanctamq́ concinnitatem ſubeſſe non dubie iudices: & porrò ubi gratias cœleſtes lepôresq́ diuinos inuenias, intra Silenos (ut aiunt) Satyrosq́ conditos. cuiuſmodi quondam Athenis opifices in officinis habebant: ut Syneſius inquit ad Philoſophon ſcribens, & Plato meminit in Sympoſio. In menſa enim ſæpe iam dictæ ſapientiæ, animi philoſophorum reficiuntur multiplicibus ferculis, uarieq́ conditis. Eſt enim ſenſus hiſtoriæ atque allegoriæ, eiusq́ multifariam uariæ: & qui ſenſus anagogicus dicitur. è quibus cinnus unus commentationis confici poteſt, unde mens quamlibet auida, ita impleatur ut nunquam ſatietur, gliſcente utiq́ ſemper deſiderio unà cum uoluptate. Indeq́ fides ſperatæ immortalitatis, certaq́ perſuaſio, ad diem uſque fati indies adoleſcit, illud commentantibus animis ueraci ſpecie contemplationis, ſolidaq́ imagine repræſentans: quod olim Stoicorum conſectaria fallaciter colligebant & inaniter, ut ſapiens uno minor deo futurus ſit, ac diuinitatis particeps. Verum permagni intereſſe planum eſt experienti, quo ſtomacho quiſq́ noſtrum ad ipſas ſapientiæ epulas acceſſerit. Et antidotum quidem perſuaſionis conſtantiſſimæ, rerumq́ interiturarum contemptionis, præſumptum non ſemel oportet, aduerſus ægritudines, æſtus, curas, angores, rationum philoſophiæ conturbatores. quæ auocamenta ſunt ipſa animi philoſophantis, conuiuæ & paraſiti ſapientiæ: pro inſtituto uitæ cuiuſque ipſa magis aut minus inceſſentia. Et quidem halcyonidum propemodum dierum tranquillitatem à curis externis cœleſtium rerum meditatio poſcit: atq́ in eum uſq́ heliconem aſcenſum, unde ſtrepitus ſatagentis ſemper multitudinis, & uelut in tumultu, incendio, ruina, naufragio, plerunq́ conſternatæ: hauriri uel oculis uel auribus nequeat. At non ex quouis inſtituto uitæ in eum uerticem ſcanſilis eſt aditus, nec ſubuolare eò poſſunt quibus alæ non enatæ ſunt. Volumina porrò inſpiratæ ſapientiæ, duorum ſunt generum. altera enim ſunt (ut ſic dicam) exoterica, qualia ſunt euangelia, primore ſenſu excepta, omniaq́ fermè quæ noui teſtamenti eſſe dicuntur. quæq́ monumenta ſunt ipſius ſapientiæ, id eſt (ut Græci uocant) αὐτοσοφίας, inter homines uerſantis, & ueſtigia more hominũ facientis in orbis meditullio: interim mortales inſtituentis ad immortalitatis beatiſſimæ deſiderium, ad quam natura ipſi comparati ſunt. Hæc quoniam ab omnibus ſummatim ſciri debẽt, ideò tanquam in compitis ciuitatis magnæ & conuenarum eccleſiæ, expoſita ſunt, & cuilibet obuia, qui aut legere modo ipſe poſſit, aut audire ab alio recitata concupierit. Altera ſunt tanquam acroamatica, cuiuſmodi prophetarum uaticinia dixerim, canticaq́ diuinorum, quos ſpiritu ſapientiæ prouidentia, afflatuq́ entheo dignata eſt. ipſius denique ſapientiæ cœleſtis apophthegmata, Delij (ut dicitur) natatoris ad explanationem indigentia. tum ſi qua ſunt ſimilia inſtrumenti priſcæ ſapientiæ, in altiore ſuggeſtu poſita, quaſiq́ in arce diuæ collocata, inacceſſa multitudini. Vetera etiam ſcripta & documenta ſapientiæ, propriè theologia conſtant: recentia eò amplius ea quam theurgiam uocant: quanquam ea pars quæ πρώτη παντότεχνος dicitur, planè eſt theurgica. Sed in ea theurgia adumbrata cernitur tantum: quaſi quædam ut Græci dicunt, œconomia, aditum præſtruens ſapientiæ αὐτοπροσώπως aduentanti & concionaturæ. Verum cum hoc tempore humanæ quæ uocantur diſciplinæ, ſuam propemodum claritatem elegantiamq́ priſtinam receperint: ipſius quoq́ ſapientiæ ſtudium eruditè nitideq́ conſtituere, philoſophiæ conuenit orthodoxæ. Nam profeſſionem ſapientiæ, non crepundijs (ut ita loquar) humanæ infantiæ, ſed florentis ætatis adultarumq́ uirium ornamẽtis, dignitatem ſuam tueri ac maieſtatẽ decet. Mihi uerò rei naturam amplitudinemq́ æſtimanti, oraculũ primæ & ultimæ ſapientiæ, ſic in ſacroſanctis monumentis eſſe, tanq́ in ſacrario quodã uidetur auguſto & uenerando:

Cæterum

Cæterum antistes eius atq; interpres responsorum esse, ea quam Græci προπαιδείαν, nos literarum peritiam iustam dicimus: quæ choro disciplinarũ liberalium constat. quam ramen & ipsam tyrocinium aliquandiu facere oportet in limine sapientię, sermonisq; symbolico aureis initiare. Longè uerò hac literarum professione quam nobis suscipiendam esse dico antequam studium capessimus ultimum idem & summum, amplior est illa, ab antiquis etiam dicta sapientia, rerum humanarum cognitionem diuinarumq; complexa: quæ non prius ipsa studiorum curriculo defunctam esse se existimabat, quàm septimo (ut dicitur) spacio decurso ad metam peruenerat. Sed quibus in externa disciplina cum successu uersatis iusta stipendia impleuisse contigerit, indeq; ad sapientiæ Christianæ studium aspirare, ut olim multis euenit: eos ego tam felices arbitror, quàm qui urbium multarum uisendi causa, morumq; uariorum & memorabilium inspiciendi, diu peregrinati, ad extremum in ciuitatem quandam amœnissimam atq; beatissimam ascribuntur: ibiq; domicilium & larem domesticum semel collocant. At uerò moderandæ uitæ rectèq; instituendæ ideo commoda est antiqua quoq; philosophia, quia in multitudine & celebritate hominum cõuersatio, sensuum deprauatrix est. Siquidem uita ciuilis prudentiaq; communis, non germana ratione, sed spuria res humanas contemplatur & expendit, ut notum est attentè æstimantibus. Simul actionum suarum summam uotorumq;, adulterina quadam ratiocinatione erraticaq; colligit. quippe quæ hominum uitam ijs institutis temperet, quæ indigenis & ciuibus huius orbis congruunt. At ij qui sapientię dicto audientes sunt, incolas tantum hic homines & peregrinos esse censent: ob idq; in cœlum quasi in patriam & sedes suas aspirare omni ope contendunt: non aliter atq; animi cœlo extorres, ad tempusq; uitæ relegati. contrà qui in multiplici commercio uitæ urbanæ mersi sunt, reuertendi in patriam animum amiserunt. cumq; lethæas aquas biberint, ijsq; inebriati fuerint, in uinculis & ergastulo opus faciunt: cum tamen ipsi sibi soluti religione, liberiq; uideantur. Contra quæ incõmoda philosophiæ commentationes prę sertim Platonicæ, quasi antidota compatata sunt ab hominibus ingeniosissimis. Verumenimuero à Græcorum & gentium exlegum literis, ad Hebræorum studia casta & circumcisa migrare, & à multa diuturnaq; ingenij exercitatione in literis institutionis illius peregrinæ, abruptum facere transitum ad sanctiorem philosophiam, diuinarum tantum rerum contemplatricem, non cuiuis procliue est. non magis quàm à uirentibus & amœnis ingenij pascuis, ad inculta aspectu primore & horrida transire, illorumq; longè dissimillima. hiulca est enim & rimosa rerum dissidentium iunctura & agglutinatio. neq; ea uel lectio uel commentatio est stomachi literarum tantum delicijs assueti & perimbuti. Quocirca mens profana expiabilibus initijs (ut dicere cœperam) paulatim lustranda est, antequam specimẽ sui facere incipiat, castius cautiusq; commentando in uestibulo magistræ sapientiæ, quod Gręci uocant ἐν προθύροις τῆς ἁγίας σοφίας κατηχεῖσθαι. deinde ita se comparare studiosum hominem oportet, ut iam non animi causa sacris literis incumbere, sed animæ potius assuescat. Neq; enim ultrà suo, sed philosophiæ stomacho seruire constituit, qui ad hoc studium bona fide sese contulit cum suis omnibus facultatibus, hoc cùm bona (ut dixi) fide, strenuaq; uoluntate aliquandiu factum fuerit, & eo usq; animus iam uere philosophus paulatim progressus sit, ut ad exhedram interiorem philosophiæ abstrusioremq; insinuauerit: ecquis est deinde tam aduersa salute natus, quin nuncium tandem remittere paratus sit exoticis illis doctrinæ lenocinijs, quib. diu lactatus oblectatusq; fuit? Tum enim demum Mercurius externus & mortalis, aduenienti cœlesti Mercurio æquo animo & reuerenter cedit, cum sapientiam humanam oraculari & diuinæ imparem esse omnino intelligit. Quòd nisi urbanæ uitæ Sirenes, atq; in celebritate hominum hallucinante mersæ, mentem intus conditam, meditationiq; æternitatis suapte natura feriantem, illecebris solicitarẽt multifariam uarijs, & uerò nisi auribus & oculis illabentia nugarum illicia, animum abducerent è principatu suo: quotus est tandem quisq; sic diro iudicio, ita præpostero sensu præditus, quin illis intabescere chartis utilius esse ac suauius duceret, quàm scenæ uitæ ciuilis, quàm populi oculis & plausui exitialiter seruire? denique quàm animam per tot æstus, tantas iactationes, tot

euripos

A euripos affectuum ciuilium agere? Sed ad illam pugnam nati sumus scilicet, perennem & inexpugnabilem, corporis atque animi, in qua huius copias tametsi natura instructiores ac potiores, tamen impares esse identidem experimur sensuum temeritati, qui præsidium eius obtinent. Aduersus quam temeritatem petulantia coniūctam & licentia, philosophia externa surgens & accincta, suarum illa quidem facultatum uenditatrix est diserta & mirifica: cæterum in consilijs præsentibus auxilijsque expediendis, non perinde efficax & strenua. digna nihilo secius ipsa mediusfidius cuius elogium audire non grauetur orthodoxia, in Phædro Platonis à Socrate pronunciatum, magno autore philosophiæ. Neque uero nescij sunt, inquit ille, qui discendi cupiditate tenentur, quòd cum animam eorum philosophia acceperit plane uinctam in corpore, ipsique agglutinatam: tum illa per ipsum ueluti per carcerem quendā, omnia quæ in natura rerum sunt, contemplari, non etiam semetipsam per se, cogitur, & in omni uersatur ignorantia. & huius quidem carceris grauem ipsa conditionem perspicit eiuscemodi: nempe quòd idem ipse uinctus animus, ultro dat semetipsum in nexum, uincula etiam sua præ cupiditate astringēs. Quod igitur ego dico, probe norunt homines disciplinæ cupidi. quodque philosophia cum ipsorum animum sic affectum susceperit, cum eo placidè agit, eum consolatur, hortatur, uinculis exuere aggreditur. Docet enim & ostendit quòd oculata rerum speculatio, quòd etiam oricularis plena sit circumscriptione. denique quòd fallax sit in uniuersum per sensus rerum cōtemplatio. Quare autor est illi philosophia ut ipse abscedat à sensibus, quoad eius quidem certe per necessitatem id potest. Eūdem porro hortatur in semetipsum colligere se atque coagmentare. nulli alij quàm ipsum sibi credere: id quod ipse per sese intellexerit eorum quæ in natura rerū sunt, ipsum esse per semetipsum. quod uerò per alios cōsiderarit in alijs aliud esse, nihil quicquam existimet uerum esse. At tale esse docet quicquid sensile est atque spectabile. quod uerò ipse uidet animus, id utique intellectu percipi, nec oculis occurrere. Proinde hominis uerè philosophantis animus, existimans non resistendum esse huiusmodi solutioni sui, uoluptatibus temperat quoad

B fieri potest maxime, cupiditatibus etiam atque formidinibus. Quippe qui secum ipse reputet & colligat, cum qui uehementer lætetur, timeat, tristetur, cupiat: non tanto malo affectum ab ipsis rebus esse, quantum est quod quiuis existimare possit. Quale est, si quis ægrotauerit, aut impendia propter cupiditates fecerit. Quod uerò malorum omnium maximum est atque ultimum, eo malo ille quidem affectus est: sed rationem eius nequaquam habet. Quod nam est illud tandem ô Socrates? inquit Cebes. Quòd omnis hominis inquit ille animus, simul lætari aut uehementer ægrescere ob aliquid cogitur, simul existimare id unde ita afficitur manifestissimum esse & uerissimum: cum non sit ipsum huiusmodi. Quæ talia sunt autem, oculis illa subiecta sunt, necne subiecta? Prorsus quidem, inquit Cebes, subiecta. Atqui animus inquit ille, cum hoc pacto afficitur, maxime in nexū corpori deditur. Quonam modo? Cebes inquit. Nimirum, inquit Socrates, quoniam unaquęque uoluptas & ægritudo animi, eum ueluti quidpiam claui habeat, animum affigit corpori, & tanquā infibulat, corporisque eum simile facit, ut qui eadem opinetur uera esse quæ corpori uera uisa sint. Nam cum se præbeat assensorem corpori, ijsdemque rebus lætantē, ijsdem quoque moribus esse cogitur ipse, ijsdemque alimentis uti. denique is esse qui purè hinc migrare ad elysios nequeat, sed semper corpulēta grauitate exire, ideoque statim aliud in corpus incidere cogitur, & tanquam cum eo satus inolescere. è quibus illud sequit, expers ut ipse diuinæ ac puræ fiat, simplicisque communionis. Quibus uerbis Plato intelligi uoluit commentitiam animarum transitionem, quam transanimationem Græci suo uocabulo appellauerunt. Hæc igitur & similia peregrinæ sapientiæ dictata, præclara sunt illa quidem & digna commemoratu. Sed tamen inter incunabula censenda germanæ philosophiæ, quasique præludia eius studij sapientiæ, quam philotheoriam uocare instituimus. Quin & omnes orbicularis doctrinæ partes, exercitamēta sunt præcurrentia ad theologicam theurgicamque philosophiam, quę sola ut diximus, meritissimo suo theoria dici potest. At uerò ipsi philotheori ubi iam ad arcem sapiētiæ conscendere cœperunt, aut tātum succedere ad primos eius gradus, indeque fines bo

norum malorumq́ꝫ ſpeculari,tãto philoſophiæ externæ diſcipulos dignitate profeſ- C
ſionis & commeniandi beatitudine præſtant ſimiles, ut hi præ illis eorum mihi eſſe
uideantur,qui Menippeis amoribus capti ſunt: aut tantalicis in hortis acquieſcunt,
animis ſuis indulgẽtes inani uoluptate & imaginaria.Menippei autem amores qua-
les fuerint,Philoſtratus his ferè uerbis prodidit in uita Apollonij, ſiue hiſtoria eſt il-
la,ſiue mythiſtoria,ut magna pars eius operis merito exiſtimari poteſt. Menippus
inquit erat Lycius,annos quinq́ꝫ & uiginti natus,ingenio mediocri præditus & cor
pore recte conſtituto,ſimilisq́ꝫ erat facie pugili bono & ingenuo.Hunc Menippum
amari à peregrina muliercula uulgus opinabatur.quæ & formoſa ipſa uidebatur eſ-
ſe & delicata ualde:tum diuitem ſeſe eſſe muliercula dictitabat. quorum reuera ni-
hil erat,etiam ſi ita uidebatur.Ac Menippo quidem ſoli in uia aliquando iter facien
ti quæ Cenchreas ferebat,phantaſma occurrit ſpecie muliebri:apprehenſaq́ꝫ manu
eius mulier iamdiu amore eius captam ſe eſſe dixit.Phœniſſam autẽ ſeſe origine eſſe
aiebat,ſed in ſuburbio habitare Corinthi,quoddam ſuburbiorum nuncupans.Quò
Menippe,inquit illa,ſi uenire conſtitueris,cantilenam me cantitante mire oblecta-
bere: uinumq́ꝫ illic bibes quale ante hunc diem nunquam. nec uerò ibidem tibi ab
æmulo metus erit:tecum enim uno uictura ſum,formoſa cum formoſo. Quibus uer
bis iuuenis pellectus (erat autem cætera ille quidẽ firmus uirilisq́ꝫ philoſophus, ſed
impar amoribus)ad mulierem ſe contulit ſub ueſperam,deinde cum ea eo modo cõ
ſueuit ut aſſolent qui amant.necdum enim ſuſpicabatur uiſum eſſe quicum ipſe uer-
ſabatur.Apollonius autem cum eò ueniſſet,in morem ſtatuarij intuẽs in Menippũ,
hominem ueluti pictor oculis perluſtrabat. dein ubi percognitum hominẽ iam ha-
buit,Heus tu ô formoſe inquit,quem fœminæ decoræ captant, ſcito te ſerpentem ſi
nu fouere,uiciſſimq́ꝫ foueri à ſerpente.Quod uerbum Menippo admirante, Nam ti-
bi,inquit,Menippe mulier eſt non uxor:ecquid autẽ amari te ab ea cenſes? Sanè qui
dem,Menippus inquit,uehementer mulier amore mei capta eſt. Nempe tute igitur
inquit Apollonius eam uxorem ducturus es? elegantius enim erit, opinor,eam nu-
ptam habere amantiſſimam tui. Verũ age quàm mox Menippe futuræ ſunt nuptię? D
Quamprimum,ait ille,cras etiam fortaſſe.Nuptiarum deinde die ſtato, atq́ꝫ ab ipſo
Apollonio notato & obſeruato,commodùm aduenerant cõuiuæ,epulariq́ꝫ iam cœ
perant,cum Apollonius ad diem ipſum ad horamq́ꝫ affuit.tumq́ꝫ ad epulanteis con-
uerſus, Vbinam,inquit,illa eſt bella & delicata,quam propter nunc potatis? En tibi
illam, Menippus inquit:& ſimul rubore perfuſus aſſurgit. Tum ille, Aurum autẽ &
argentum,inquit,reliquaq́ꝫ uaſa,quibus hoc conclaue exornatum cernimus, ueſtra
ſunt Menippe,nec ne ſunt? Mulieris ſunt,inquit Menippus. hoc enim eſt tantulum
omniũ meum quod dicere iure poſſim:pallium oſtendens ſuum philoſophicũ.Nõ-
ne igitur uos tandem Tantali hortos quoſdam ſcitis eſſe,qui nulli ſunt? inquit Apol
lonius.Nos uerò,aiunt illi,eos demum apud Homerum ſcimus eſſe,ut quibus ad in
feros deſcendere non contigerit. At uos,inquit ille,iſta quę cernitis,hoc omne orna
mentum eoſdem ipſos hortos exiſtimatote eſſe.non enim hæc materia, ſed materiæ
eſt opinio potius. Quò autem ipſi uera eſſe cognoſcatis ea quæ ego dico, iſthæc bo-
na ſponſa,Empuſarum eſt una,quas quidam lamias eſſe,quidam laruas arbitrantur.
amant autem Empuſæ,ac rebus uenereis gaudent,tum carnibus præcipuè humanis
delectantur:& quos homines quidem comeſſe ſtatuerint, eos antè ſolicitant moti-
bus uenereis. Tum mulier ipſa ſponſa,Heus tu,inquit homo,melius ominare,& apa
geſis,aiens.execrari ſimulabat ea quæ dicentem audiebat Apolloniũ:deinde philo-
ſophos cauillari muliercula ut plerunq́ꝫ deliranteis. Verum aurea ipſa pocula argen
teaq́ꝫ cuncta ſupellex,ut quidem eſſe uidebantur,inania & euanida interim abierũt,
ipſa refellente Apollonio.ſerui etiam uinum miſcentes,& concinnatores opſonio-
rum,atq́ꝫ omne illud famulitium atq́ꝫ miniſterium, repente non comparuerunt cum
Apollonius præſtigiam refutaſſet.ſimul ipſum illud phantaſma lacrymabundũ ora-
re Apollonium inſtitit,ne ſe torquendo cogeret fateri quid ipſum eſſet. Vrgente aũt
Apollonio nihilq́ꝫ indulgente,Empuſam planè faſſa eſt eſſe: eamq́ꝫ ob cauſam Me-
nippũ epulis ſaginare ut eius corpore ueſceretur.Menippeis igitur delicijs ſimilia et

omni-

A omnino phantasmatum instar, speciosa illa profanæ sapientiæ atque ascititiæ, promissa & miracula esse mihi uidentur, quod quidem certe attinet ad fines bonorũ & malorũ. At ex eo loco pendet summi quæstio & adeptio, qui terminus est, quod extremum, quod primum, quo omnia referri debent humanæ mẽtis seria meditata: Quo omnia bene & inculpatè agendi, rectè & innocenter uiuẽdi appositè & optabiliter moriendi, consilia spectare. Quapropter in ea commentatione, si minus florentẽ ætatem traduxerimus, senectutis saltem tabernaculum, scenamque extremi actus quasi fabularis huius uitæ & umbratilis, collocare debemus: ut olim multi fecerunt annis melioribus, qui rectè constitutam studiorum rationem habuerunt & explicatã, florente pietate illa memorabili & exemplari. Miseranda uerò eo nomine prisca philosophia, quòd summi boni fructum posthumum, atque eius studij multò maxima pars doctissimorum nullum esse arbitrati sunt præter propagationem nominis & memoriæ. Tametsi Plato eorum Homerus, columen & decus philosophici nominis, nonnihil de eo suspicatus est. Qui si immortalitatis humanę rationem finemque enucleatè intellexisset, quas tandem iliadas, quàm disertas, quàm admirabiles de expetendo summo bono, Socrates iam dictus apud eum commemorasset? quantas autem odysseas uitæ ciuilis atque urbanæ, quæ monstra, quos errores in huius freti transitu, quot pericula subeunda disseruisset? Quare antiquorum in hac parte philosophiæ ignorantia, nihilominus uirtute philosophica prædita, nobis culpam capitalẽ exprobrat, neglectumque indeprecabilem redarguit cogniti nobis summi boni & propositi. Mihi uerò hæc nostra philosophia, familiæ dominicæ & cœlitus adoptatæ, peculiaris dos esse uidetur literarum studij: non aduẽtitia, ut illa prisca, & extrinsecus allata, sed ab ipso patre hominum creatoreque profectitia, diuinitusque oblata. Quæ quid tandẽ habet ipsa non solidum, non eminens, non expressum? omnia enim uisenda, exoptanda, exposcenda, impetrabilia, propria & æterna mox pollicetur sacrosancta philosophia: eorumque spem locupletẽ interim repræsentat ea pars ipsius quæ hierographia dicitur, ijs quibus familiariter insinuare in sapientiæ sacrarium & pinacothecam cõ-

B tigit. Nec uerò mortaliũ animos inani sagina sapientiæ imaginariæque explet: id quod externa in Platonicis fecit, ut Stoicos nunc omittam ob uaniloquentiam irrisos: sed solidis, ut dictum est, epulis salutaris doctrinæ, speique certæ atque beatæ quadam uelut ambrosia alere solet ac uegetare. Quoniam uerò huius Ægeriæ congressus familiares non cuiuslibet hominis sunt, non cuiusuis aut loci aut temporis: ideo eius amoris æmulos nobilissimos quosque fecisse ferè nouimus, ut è medio discedentes, locos expiabiles quærerent procul uulgi strepitu, unde præcepta ac monita sapientiæ exaudiri ab hominibus, & intellectu percipi non ægerrime queunt. Tales secessuũ amœnitates, imò uerò illas macarôn insulas à priscis decantatas, nobile par amicorũ Eusebius & Gregorius, alijque permulti in oriente olim habitauerunt, quasi aureã uitam Saturniamque agentes in theoriæ specula, cum ad lustralem illam contemplationem abstrusamque se contulissent, quam indagatrix illa & curiosa non nouit philosophia. In ponto autem negociorum ciuilium, in freto cupiditatũ, in euripo ambitionis, quę tranquillitas mentis esse potest ad oracula sapientiæ interpretanda, animoque uersanda? At uerò illa philosophorũ schola, quæ Plotinos, Amelios, sceleratosque Porphyrios edidit, cum passim iam ueritas illuxisset, in amœnis illa quidem floridisque cãpis, sed à summi boni domicilio deuijs, grandes illos animos fallaci commentatione pauit, atque eousque frustrata est, ut uelut in hortis Hesperidum aurea mala legere se existimarent, quæ in penum philosophię sanctiorem recondenda ducebant: nec nisi uiris summis suique similibus impertienda. In ea etiam opinione miseri ditoque animi pabulo, uita ut arbitror functi sunt. Quibus quàm felicius ipsis atque auspicatius ad philosophiam incubuerint, ij qui indidem profecti, atque eorum æquales nonnulli, secũdo flatu prouidentiæ in mari scopuloso uelificati, ad extremum tenuerunt portum orthodoxiæ, nemini non planum est sana mente prædito, & nos maioribus ire per altũ auspicijs manifesta fides, quàm illis ire contigerit quamlibet magnorum nominum philosophis. Nisi forte hodie quoque in cõtrouersiam cadere potest autoritas Christiani dogmatis, cuius olim tantum fuit numẽ, ea uis diuina, ut passim mortalibus ius gentiũ

& naturæ extorserit, ratas generis humani opiniones inustasq́ antiquauerit: quibus tot annorum millibus imbuta communis prudentia atq; etiam incocta fuerat. Quid autem mirabilius, q̄ tot hominum myriadas, qui sibi tuendam prædicandamq́ ueritatem entheo afflatu instincti persuaserant, nō dico à sensu communi, errantiū duce & magistro: sed à stemmate sui generis unumquenq;, à sanguine deniq; suo, & uerò à corpore proprio animaq́ desciscere, & trāsire agminatim ad spiritum euocatorē? Eorum igitur exemplo quos supra cōmemoraui, omneis qui rectè philosophari uolunt, oportet in anchoris theoricæ philosophiæ, & interdū in salo, expectare fati uadimonium. Quo insipientius atq; absurdius de conditione sua mereri mihi uidētur, etiam si frugi & rerum periti à multis esse cēsentur, ij qui sublatis illis anchoris studiorum tranquillitatis, & post primæ philosophiæ studium, ambitioni uela pandūt, rursus altum pelagusq́ petentes. Sed quid nō designat sacra cupiditas atq; auaritia? quibus animo utcunq; incessentibus, facessit amor actutum rerum immortalium, qui in ijsdem præcordijs æmulum non admittit in diuersum hominem ab sese abducētem. Quare qui hoc facere non uerentur, mirum est quod nunciū ipsi remittere sustinent philosophiæ: id quod sine perfidia uix fieri posse uidetur. nec id tamen tam rarū est q̄ halcyonem uidere. Quid aūt solidæ religionis intus fouere eum putemus, qui studij diuturni & sacrosancti segetē, iam uenturam ad messem tam uberem, inarare denuo non uereatur & euertere? nimirum qui ita consulto & meditato faciant, eos cōsilij & propositi uitæ summā, nec compositè nec constanter institutā habuisse oportet: quo nihil est turpius & damnosius. Quo accuratius uidere ij debent & attentius, ij quibus adhuc consulere integrum est & explicatum, ne in eandem fraudem incidant. Siquidem è ratione male putata, & uel temere uel oscitanter subducta, fieri uix potest, ut summa & fructus homini constet ætatis contritæ, uel in literarum studio, uel in alio quocunq; instituto uitæ commode & feliciter agendæ. At eò fere omniū spectare hominum uidetur intentio, laborumq́ contentio, ut commode uitam & salubriter agamus: nisi si ludere nos uitam, non agere serio fatebimur. Quid autem miserius est, quàm post tot labores excolendis moribus animoq́ componendo exhaustos, pœnitendam senectutem frugiperdamq́ philosophiam esse? Quid damnosius ac lamentabilius, q̄ oleum & operam florentis ætatis uergentisq́ perdere? Noxam porrò inexpiabilem admittere ob neglectum cultum animi, ob floccifacta sapiētiæ monita & præcepta, ob immortalitatis adipiscendæ disciplinam desertā aut obliuione transmissam: cuius propter inanem imaginem consectandam nullum non saxum mouit & uoluit antiquitas ingeniosissima, dirum id uerò atq; abominādum. Deniq; quid potius, quid salubrius, quid porrò oblectabilius senecta saltem ætas & emerita agere potest, interim dum tanquam animam agit: q̄ sublimia meditari & suspicere, speratamq́ immortalitatis pollicitationem commentando sibi repræsentare? Et quidem aduersus appetentis mortis tumultus, qui imperitos homines ferè territant, lucisq́ q̄ par est cupidiores, septum esse oportet uallo philosophiæ, quæ mortis est cōmentario ut Marcus inquit Tullius, id à Platone mutuatus. Tum uitæ æternæ cōtemplatio in exhedris primæ philosophiæ, spem non euariātem efficit, omnia mox hinc digressis longe uberiora expetibilioraq́ futura. In summa hoc habeamus: huius philosophię studium, doctrinam inspiratam, ueramq́ & salutarem consectari sapientiā. Quæ cum olim ipsa per uaticiniorum ambages, oraculaq́ figurata cœlitus demissa esset, atq; prodita tantum mysticè & symbolicè, dei filius tandē inter homines mortali specie, sub carnisq́ ueræ integumento uersans, interpres eius esse uoluit. Qui cū ipse præcepta multa monitaq́ dedisset, humanæ sapientiæ fastigio multum excelsiora, quædam etiam paradoxa, atq; è regione prudentiæ mortalium opposita, in populos omneis nationesq́ promulgasset incredibili assensu quàm plurimorum: eò amplius craterem inexhaustum beatricis sapientiæ reliquit in medio mūdi positum: ex eoq́ singulis tantum hauriendum doctrinæ dedit, quantum unicuiq; satis est ad immortalitatem sempiternam & beatissimam consequendam. Ipse uerò prouincia sibi mandata perfunctus, ac suo tempore inde decedens, legatis suis quos alias in prouincias dimissurus erat: cum imperio & potestate inusitatis, mœroris poculum laborisq́

A risq; eodem è uase propinauit, unde ad fæcem usq; idem ipse hauserat. Ita non modo mortalibus se magistrum sapientiæ, ærumnarumq; uitæ exhauriendarum præmonstratorem, sed etiam præitorem uiæ ad cœlum ferētis, quà discipulos suos atq; sapiētiæ non ire modo docuit, sed uenire præcepit & hortatus est. Proinde omnium disciplinarum longe censenda est princeps sacra illa philosophia quam theologiam uocāt, eiq; eam ob causam submittere fasces omneis alias professiones æquū est. nosq; literarum bonarum cupidissimi cum de ea loqui instituerimus, caput adaperire continuo debemus, ut est in prouerbio. Hoc igitur pietate imbuti studiosi teneant, quasi musarum elegantium simul & piarum oraculum: adolescentis ut animi pædagogon Philologiam, ita senescentis philosophiam gerontagogon esse debere. ipsum porrò nomen philosophiæ, ita demum uenerandum & augustum esse, si commentationū suarum sanctarium in arce theoriæ collocauerit: quam nobis prouidētia humani generis cupida & euocatrix, in monumentis sapientiæ architectata est, quos libros sacros uocamus. Nequaquam autem ad auspicandum philosophiæ studium, expectādum esse donec emeritos iam oculos, effœtamq; speculationem homo studiosus habeat. Et uerò homini studiorum liberalium curriculum ita ingresso, ut inde ad primā summamq; philosophiam transitum sibi muniat, plerunq; satis esse debet, si id quod Græci dicunt τὸ ὅτι assecutus sit: artiumq; singularum professoribus τὸ διότι reliquerit, ne ad Sirenios scopulos tandem ipse hæreat, oblitus sibi sedem esse propriam & perpetuam petendam. Non enim doctum esse continuo præclarum est & optandū, sed sanè quoq; doctum esse & salubriter oportet. Quandoquidem multi fuerūt egregie uiri docti, quos sinistras literas, non dextras, musæ docuisse dicūtur, ut inquit Athenæus. Musæ autem quanquam liberales & ingenuæ, uocibus tamen suis lactare primum animos iuuenum solent, atq; ducere. deinde magis ac magis trahere ac rapere. postremo agere ipsos, ut aiunt, ac ferre studiosissimos sui, omnibusq; fortunis interdum euertere & spoliare. Cum interim ita ingenio suo quisq; eorum indulgeat & obsequatur, ut cū genio proprio belligeret, ut utar uerbo Comici. Vnde fit ut literæ spe

B ciosa nomine bonæ & elegantes dictæ, sæpe tamen male audiant ut ingratæ atq; damnosissimæ. Cum autem ætas imperij tui æqualis princeps benignissime, ad lucernam iam plane illustrē recognoscere instituerit in Francia antiquę doctrinę reliquias tum latinas, tū Græcas, tuæ posthac liberalitatis erit, obstrictæq; fidei, ut nosti, & beneficentiæ, spei bonæ & grauidę donatiuo hominum uerè literatorum contentionē alere, tueri, & adaugere. Reges enim & monarchę, tametsi legibus soluti sunt, nec ciuili tenentur actione, honoraria tamen ipsi in iudicium famæ uocari possunt, atq; etiam periclitari. Liberales autem disciplinæ, quas nostra cōplectitur uno hodie nomine Philologia, libertatem, ut ita dicam, liberalium eandemq; perpetuam poscunt, cum illæ quæ ad quæstum institutæ sunt aut certe moribus iamdiu cōparatæ, Saturnalium libertate tantum temporariaq; egeāt. Quare illæ liberales & ingenuæ ab obseruantiæ & famulatus mancipio apud tuæ maiestatis æquitatem quasi apud maximum prætorem asserendæ sunt, eorum suffragationibus, qui apud ipsam maiestatē magna pollent autoritate. Ita autem fert natura, ut q̄ quisq; maximè ad colendā Philologiam feliciter natus est, tam ille ab obseruantia illiberali & suæ operæ uenditatrice, maximè alienus sit. At id organum est ipsum præcipuum cum gnaua impudentia illius hominum industriæ, quam opificem fortunæ fictricemq; unicuiq;, uulgo hominem esse dictitant, auctricemq; fortunarum. Hæc habui ferè, quæ scribenda nunc ducerem de bonarum literarum studio instituendo, tuendo, & moderādo, sub tuo Frācisce Rex fausto felicíq; literis nomine in publicum proditura. A te enim expectatur cùm meo, tum aliorum non paucorum exemplo, ut Philologia diu in Mineruę ludo eo quo dictum est modo exculta, deinde honoris officinis pro cuiusq; captu & ingenio perpoliatur, contra q̄ moribus Franciæ ante te receptum erat. Id quod si facere constanter in animum induxeris, tu tibi nouo exemplo maiestatem constitueris, non regiam modo & augustam, appellantiumq; identidem sermone contritā, & qua si obsolentem, sed maiestatis ipsius primordialis germanam aut similem: ut iam dicere Ouidij uerbis possimus, Hinc tibi maiestas, quæ regnum tempetat omne. Quaq;

die per te eſt edita, magna fuit. Aſſidet illa duci, ducis eſt fidiſſima cuſtos. Et præſtat ſine ui ſceptra tenere duci. Nō enim tibi minore gloria dignum erit literarum decus in Francia, ingeniorumq́ honorem reſtituiſſe, q̄ olim Romę fuit Auguſto, Parthica ſigna tanto interuallo in urbem retuliſſe. Nihil autem Philologiæ tantum obfuit ante te Regē, quàm cum poſita ſit in oculis maxime gratia, illa audita tantum fuit ſando in aula: idq́ obſcura fama atq́ maligniſſima. Nunc autem non tantum acroamata philologica primas gratiæ partes, in conclaui regio, & ſuper epulas tuas obtinēt: ſed etiam generoſiſſima tua proles, excellētiſſimis ingenijs prædita, incredibili ſub oculis tuis profectu, nobiliſſimi cuiuſq́ ſtudium aut fauorem, ad cauſam literarum tuendam & exornandam accendit. Cuius rei reputatio ancipitē me tenet, incertūq́ iudicij. etenim antea ſemper ipſe affirmare, palamq́ perhibere ſolebam, unum te omnino adnotaſſe me, non regem tantū, non principem, non corporis inculpata beataq́ conſtitutione præditum, ſed hominem omnino equeſtris ordinis, cætera nō infeliciter aut natum aut ſortitum, cuius ego omnes animi dotes exoptandas mihi ducerem ad claritatem nominis adipiſcendam. Nunc autem in eo ſum poſt compertū liberorum tuorum ingenium ad literas diſcendas incredibile, cum eximia uoluntate, igniculis gloriæ in iſta ætatula extimulata, ut quaſi ex Thetide eos tibi natos eſſe cenſeam, qui parentis quoq́ luminibus ea parte gloriæ olim obſtructuri ſint, deo beneuolente. Adeo in primaria naturæ officina & Promethei ſummi figlina, eaq́ peranguſta (in qua te fictum eſſe omnes non imperiti iudicant qui propius & ſatis æſtimauerunt) non candidiſſimo luto tantum, ſed etiam candidiſſimo candidiore & puriore, uaſa finguntur, animorumq́ conceptacula configurantur. Comparandæ autē à literis gloriæ immortalis ſubſidium unum hoc habes maximū. Si enim facere perſeueraris id quod iamdiu non obſcuriſſimè ſemper tuliſti, ut doctiſſimorum hominum decurias, iudicum aliorumq́ magiſtratuum, in omni regni tui parte ſuppleuiſſe merito dictitere, (id quod mox futurum eſſe ſperamus) cùm maioribus tuis longe inſigni gloria præſtitiſſe: tum uerò poſteris tuis facem præluxiſſe amplificandæ eiuſdem gloriæ uidebere.

DE PHILOLOGIA LIBRI II. GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS, CONSILIARII REGII, LIBELLORUMQ́ ſupplicum in Regia Magiſtri: Ad HENRICVM Aurelienſem, & CAROLVM Angolismenſem, Regis filios.

A

LIBRORVM DE PHILOLOGIA

PRAEFATIO AD HENRICVM AVRELIENSEM, & Carolum Angolismensem, Regis filios.

LITERARVM optimarum studium rectè nunc comparatū esse, generosissimi Principes, lętari uehemēter ipse cœperā: eamq́ ob causam in meo uitę instituto suaui cum gratulatione mecum ipse acquiescere: quippe quòd nationum penè omnium cōsensu, quarum ad nos usq; fama pertinet, probari intelligerem. Grę carum uerò literarum studiū luculenter & passim apud nostros efflorescere, quod annos ego complureis sine æmulo deperieram, qui quidem certè quoquomodo innotuerit, gaudio triumphabam. Iuuabat enim audire explosam non paucorum hominum diliectamq́ coitionem, facinorosam & capitalem: qui literarum claritati denuo recens exortę, tenebras offundere Cimmerias obstinauerant. Verùm quoniam ita rem natam esse uidebam, ut qui iusta animi contentione atq; acriter ad eam curam incubuissent, ij liberali ingenio magis homines esse & ingenuo, q̃ frugi existimarentur: ad uulgusq́ ea de causa non magnopere eorum cōsilium, ad ordinesq́ probaretur: uereri mihi subijt, ne ea contentio literas bonas certatim perdiscendi, quæ repēte extiterat, citò quoq; consenesceret. Nam cùm singularum ferè artium professio reddere fœneratò soleat quod ei expensum ingeniosissimus quisq; tulit atq; strenuissimus: è diuerso literarū optimarum studium, quod uniuersarum summam artium disciplinarūq́ complectitur, in sortem quoq; decoquere diligentissimo cuiq; hodie manifestum est, iccircoq́ malè audire apud multos solere: apud eos etiam pessimè, qui rei augendæ curā conditionisq́ amplificandæ, omnibus alijs curis præuertendam esse rentur & consectādam. Et quidem ut nunc sunt mores, cernere est luculenter in liberalissima sorte studiorum geminam eandem summamq́ indignitatem. Nisi uerò non summa est indignitas, quòd homines honestissimæ doctrinæ amantissimi, publiceq́ honorificētissimæ, nullo loco hodie numeroq́ habentur, ne extremo quidem in congiarijs liberalitatis regiæ distribuendis: quæ tamen ipsa imprimis præmia uirtutis esse deberent, animorumq́ iacentium propter fortunæ iniquitatem, suscitabula, atq; intermortuæ eorum contentionis. Nisi etiam non pudendū est fronti publicæ, quòd longe lateq́ pauperies in eorum patrimonijs conspicua est, qui liberalissima studia atq; iam olim nobilissima, negociatorijs studijs & quęstorijs anteferenda duxerunt: quo nihil nec acerbius doctæ ac facundæ senectuti potest esse, nec inuidiosius callilogiæ, apud ingeniosissimum quęq; hominum iam mire gratiosæ. Hæc igitur animo mihi uersanti, Principes suauissimi, (à natalibus ipsi ac generis fastigio non magis illustrissimi, q̃ generosissimi ab ingenijs præcellentibus, uoluntatūq́ indole eximia) cupido incessit haud ita pridem, periclitandæ uoluntatis regię. Hanc enim ego numinis instar esse existimabam, ad dispellēdam illam, ut ita dicam, nubem hallucinationis publicæ, quæ certam Philologorum nationi calamitatem importatura uidebatur, nisi obuiā mox iretur. Operæ autem precium non mediocre facturum me putabam, si deo bene iuuante parentis uestri maiestatem cum benignitate nobis nota, literarum bonarum nomini, præsentes, propitias ac fauentes redderem. Id quod facere me posse eò sperare facilius & confidere cœpi, quòd uberrima naturæ dote præditum ipsum esse noueram, atque beatissima. simul eruditionis germanæ & antiquæ admiratione non uulgari, quasi naturæ sponte magisterioq́ imbutum. Quo nomine cùm apud ipsum in opinionem non quamlibet pridem ipse uenissem, insinuantis demum famæ, non etiam cuiusquam hominis suffragio, quod mihi quidem ipse uel precio uel prece comparauissem, personam aliquando mihi patroni in uniuersum ordinis literarij, assumendam esse duxi. Id uerò mea causa facere minime institueram, ut qui iam mihi quicquam amplius sperare desiissem, non modo flagitare: cùm aliâs, tum ob ætatem iam affectam, & uitæ conditionem, spei eiuscemodi uacationem iam habentem. Aliorum uerò commodis speiq́ prospiciebam, quiq́

B

in medio cursu sunt, quiq; in posterum in spatiū nobis quoquo modo decursum, ingressuri sunt, simul qui nuper egressi sunt è carceribus. Quòd si literarum natalē instaurativum (qui in id tempus in Francia incurrit, quo tempore parens uester Regū illustrissimus, auctus est tanto diademate) benignitas afflauerit quam speramus syderis natalitij, (quod non sine lætis ominibus mihi ipse omnibusq; spondeo) doctorum utiq; iam centuriæ ex quinta, quod aiunt classe, in primam secundamq; transferibentur, duntaxat sui quæque ordinis & generis. Id porrò ne frustra, ne de nihilo, ne temerarijs de causis sperare ariolariq; uideamur, regij adhuc fauoris præiudicia habemus nec pauca nec contemnēda: quædam etiam clarissima, non ex tempore effusa, non in labris, non inter buccas nata, nec uerò quæ ore ipsi Regi excidisse uideātur aliàs res agenti: sed quæ inita, ut aiunt, subductaq; ratione, non in occulto, nō obscurè, sed palam, ut ipsi scimus, & tanquam pro solio regali pronūciata. Atqui regiæ non modo sententiæ, sed etiam opinionis tanta est autoritas apud Francos, quanta usquam maxima esse potest gentium. tanta uis ad incitanda studia uel inhibenda, eò ut uergant statim omnia & ferantur, quò sensus eius & uoluntas propendere noscūtur. id adeò, regiorum ut oculorum circumactu, scena, ut sic dicā, ipsa Reipub. theatrumq; totum communis prudentiæ, cum orchestra, cum ordinibus, cum cauea deniq; cuneisq; uersetur. Quod si in hac fatali inclinatione animorum quæ hoc principatu extitit, priuata fortè nostra ratio hactenus implicita esset, ut ordo literatorum apud eum adiutus & subleuatus meo patrocinio & suffragatu, sua deinde ui in priscum honoris gradum opinionisq; reponeretur: id mihi non minus amplū apud nostros, tam commemorādum in præsens & in posterum, fore existimabam, q̃ si ordo ipse Philologorum, aurum ut dicitur coronarium, ad statuam mihi contulisset in Athenæo collocandam. Huiusce autem generis argumentum, tantummodo inchoatum, cum epulāte more suo Rege, serij satis acroamatis uicem, grauisq; sermonis nō semel præbuisset: me primas semper agente: idq; ad primores aulæ atq; interius ministerium non frigere adnotauissem: periclitandum tandem audentius esse duxi, nauiterq; tentandum, ecquid profici hac ratione posset à nobis in commune. Ad quod sanè feriatis auribus Principis opus erat, magnaq; et multa tranquillitate ab interpellationibus. At uerò quoniam ea res non tam consilij esse solet atq; prouidentiæ (ut quidem sunt aulæ commercia) q̃ fortis fortunę muneris, atq; occasionis ex tempore arripiendæ: id demum meminerā in nobis situm esse, appositissimè ut exciperemus quod inde oblatum foret articulo temporis imminentibus. Expectata igitur sæpenumero opportunitas, cùm se mihi quodam die sistere ex animi sententia uisa esset, uacuasq; aureis regias & attentas ad causam attulisse: ilicet è re nata exorsus, eò statim sermonem ipse detorsi, quò causa ipsa poscebat: effeciq; protinus, Rex ut audire ipse causas non abnueret, quamobrem cum literis bonis iniquè in Francia & præpostere actum esse ad eum diem uideretur: tumq; ut opinor docui, communem sensum Franciæ, in reddendo iure distributiuo litem suam hactenus fecisse fœdissimè. In eo autem sermone causam ego egi Philologiæ, tanq; ad me delatam, quam olim ipsam meam propemodum unius aut paucorum, nunc plurimorum communem, non minus iure expostulantem induxi, quàm ius æquumq; postulantem, quàm potui enixissimè atq; fidelissimè: cæterùm spem omnem obtinendi iuris sui ponentem in imploranda fide Principis, optimi uestri parentis: obsecrātem etiam numina benignitatis regiæ summæq; æquitatis: ijs enim præsentissimis opus erat atq; fauentissimis literarum elegātium nomini germanæq; eruditionis assertoribus. Verum enimuero eius sermonis seriem & contextū, illustrissimi Principes, cùm librariorū officinis permittere statuissem: uobis herilibus filijs natura germanis, ingeniorū exosculandorū similitudine fratribus, ad literas condiscendas concordia & facilitate geminis, charissimisq; ipsius Regis secundum Cæsarem nostratē pignoribus, ideo dicandum esse duxi: quod magnopere & promouere incœptum nostrum possunt & secundare uestræ apud ipsum suffragatiunculæ. Iis enim gratius utiq; nihil, nihil ijsdem iucundius esse potest indulgentissimo patri, eidemq; Principi. Ad quod libentibus ut animis propensisq; accingamini, oro uos atq; obtestor per eam claritatem gloriam'que nomi-

nominis, quæ uos olim ob literarũ studiũ supra cætera manet. Quarũ uos causam su-
A periorem facturi estis proculdubio, si nobis eam actitantibus, cũ aduocatiõis uestræ
gratia & adstipulationis affueritis, atq; defensioni literarũ propense ipsi subscripseri
tis. Quippe quibus mox ipsis, ut primũ adultior ætatula se protulerit, magnarum re-
rũ auspicia aut rata facere, aut dirimere eiusdẽ Principis ac parentis indulgẽtia dabi-
tur. Tametsi uerò ipse à Regis colloquio repulsũ uultu nunq̃ discessi, dũtaxat eum
mihi rem geretẽ: horum tamen postulatorũ fiduciam, tum in eius benignitate, ut di-
xi, tum in interuẽtu uestro gratiosissimo apud ipsum, æquã propè partem sitam esse
duximus. Vos aũt cum dico, Regis regniq; delicias dicere me sentio. Quos duos, ut
ita dicã, stolones, liliata stirpe enatos, breui futuros uiuiradices speramus, in partẽq;
transferendos capessendæ reipub. cum florentissimo Delphinate germano uestro,
ætatẽ iam ineunte. Vosq; ueluti Dioscuros uidere mihi uideor, seruatores olim futu
ros rei literariæ, emersæ ab diuturno naufragio: utpote quibus exẽplo apud nos in-
audito contigerit, uel longissimo certè interuallo relato, elegantis & iustæ doctrinę
incunabula & elementa discere, præceptore sub doctissimo, idq; in ætatula patri sua
uianda. Quam ob causam cũ in uobis puræ adhuc parmæ Principibus, indolẽ ferme
tantũ suspicere & admirari, eaq; ob causam nobis gratulari literisq; possimus: ac na-
turæ præstantiã prædicare, ne paternæ quidẽ fortasse concessurã: quo nihil maius di
cere possum: præscisscere tamen & prædicere uirtutẽ posthac sese ptolaturã iuuat, o-
risq; dignitatẽ agnoscere ante annos pubescentẽ, æmulam quoq; ipsam paternæ ac
simillimam. Fuit aũt eius sermonis summa in eam propè sententiã, quam subijciam,
quantũ quidem complecti memoria potui. Verũ enimuero cũ ego alacri admodũ
animo laborẽq; non sentiẽte scriberẽ: id demũ mihi molestũ fuit, quod rem ipsam nu
dam ac merã, quasiq; mimũ quendã assum sine actionis condimẽto, prodere me sen-
tiebam. Quòd si in rem præsentẽ homines stylo perducere potuissem, libẽtius nihil
hilariusq; fecissem, q̃ ut oris primũ regij dignitatem, deinde audiẽdi uicissim loquẽ-
diq; benignitatẽ, deniq; ciuilẽ in principali sermone urbanitatẽ & comitatem, elocu
B tionis pigmentis coloribusq; adumbrarẽ, quandoquidẽ uerbis tantũ puris exprimi
illa nequeunt. Hæc sunt quæ mihi fiduciã disserendi, & uerò libertatẽ eũ Hero disce
ptandi, nõ Decembrẽ modo, ut ait Horat. & Saturnalitiã: sed etiã perennẽ, omniũq;
horarũ penè dederunt, tanq̃ perpetuis in Liberalibus agenti, cũ de studijs literisq;
ingenuis sermo apud eum excitatus est. Quidnam aũt, dicebat ille quondã Rhodijs
de Demosthene, si truculentã ipsam ferã audiuissetis? Quid aũt lectores de eo quod
scripsi existimassent, si facundiã, si humanitatem, si candorem regium decenter & cũ
dignitate ueluti morigerum oculis & auribus haurire contigisset ipsis? Sed iam ad
rem ipsam ueniendum est, cuius fuit exordium huiuscemodi.

DE PHILOLOGIA LIBER I.

ENIMVERO Here ueteri mihi sępe subijt, ne studiosior ip-
se fuisse sapientiæ uiderer, q̃ prudentiæ, idq; hominum ser
mone agitatum in cauillationem uertisset. Quam id tan
dẽ ob causam, Rex inquit, Budæe, aut quî fieri potest? nõ-
ne sapientia, ueri, honesti, & utilis cognitionem cõplecti-
tur: ut qui horum causas & rationes teneat, eaq; ita conse-
ctet ut homini expetenda, is sapiens haud dubiè prudẽsq;
meritò dici atq; existimari debeat? Certè quidẽ ego sic sem
per arbitratus sum. Est ita, inquam, ut dicis Here, sicq; sæpe
numerò autores magni locuti sunt, scriptoresq; nobilissi-
mi: Græci præsertim, Sapientiã ut appellarẽt, artiũ liberaliũ consummatã cognitio-
nẽ. Prudẽtiam etiam Plato, hoc est phronesim, pro scientia sæpe accepit, & nos eam
ob causam quosdam iuris esse prudentes dicimus & appellamus: hancq; esse aiunt,
mentis & intellectus exactam quandam constitutionem & absolutam. Verùm sa-
pientia

pientia proprie uirtus est,contemplatrix rerum sempiternarum,atque earum quæ sem per eodem modo se habentes,non admittunt mutationem. Cùm interim prudentia in ijs percipiendis occupata sit,quæ mutabilia quidẽ ipsa, sed tamen ad humanã uitam agendam conducibilia esse manifestũ est,duntaxat ut est comparata iure gentiũ uita. Ac tametsi sapientia cùm nominis maiestate , tum re etiam ipsa dignior sit prudentia,nam digniora excelsioraque contẽplatur,hominibus tamen utilior est cõmodiorque prudentia. Et quùm omnes quidẽ ferme uirtutes actuosæ sint, omniũ ipsa actionum prudentia à uirtute manantiũ, quædam est uelut architectura. Nam & Anaxagoras & Thales & cæteri,qui sapientes olim appellati sunt,sapientes quidẽ reuera,non etiam prudentes fuerunt,inquit Aristoteles. Vt enim sciẽtiam habuerint rerum eximiarum & mirabiliũ & diuinarũ,ut fertur,nullius tamen usus illis ea fuit sciẽtia,cum humanorũ bonorum rationẽ uitæque cõducibilium ipsi ignorauerint. Quippe ut medicina ualetudinis,nauigationis gubernatio:ita uiuendi ars quædã est prudentia,ut inquit M.Tullius. Vereri igitur Here non ab re mihi uideor, ne ij qui me omne pene tẽpus ætatis florentissimæ,omnẽque animi qualiscunque contentionẽ,in hisce literis consumpsisse uiderint aut meminerint,haud cõmodè memetipsum de me meaque familia meritum esse,ridiculè dictitent & cauillentur. Certè quidem nulla maior esse potest aut dãnosior inscientia, quàm uitæ,rectè,cõmodè,atque ordine constituendæ. Ita hæc quam graui nomine ac specioso uocamus philosophiã quasi studiũ sapiẽtiæ,quòd rerum utique humanarũ intelligentiam diuinarumque cõsectatur , & præfert, sapientiæ quidem titulum sibi tueri potest,non item prudentiæ: nisi hominibus unà quoque id præstet,unde conditionem quisque suam uberiorẽ facere ampliorem'ue possit:quem fere finem esse uidemus omniũ more hominum uiuentiũ. Quis uerò nunc non nouit,& exprobrantis more sæpe memorat,quàm exiguè,quàm dispẽdiosè, quàm exiliter, quàm obscure denique,& pene dixerim calamitosè,cum ijs agatur hominibus,quàm uoles ingeniosis,qui in hoc studio paulò uehementius diutiusque detinẽtur. Proinde ut docti esse dicantur,& uiri probi:(harum enim laudum copiã homines quoque aliàs tenaces & præparci,facilè ijs largiuntur)parum tamen frugi uulgo existimãtur,ut parcissimè loquar. Quin & nonnulli ad rem paulo auidiorũ,ad agnatos eos, ut dicitur, & gentiles deducẽdos esse censent,qui aridas istas & ieiunas artes insano studio inanique prosequantur. Quippe qui sapientiæ pollicitationibus & festiuitate nominis capti,in rei familiaris incuria interim acquiescant:atque aduentantem egestatem, obrepentemque asseclam eius ignominiã,non prouideant.cum etiã alioqui nihil hebetius atque contemptius ijsdem ipsis esse artibus uideatur, quæ nec rostratæ, nec unguibus formidolosæ ut aiunt, propulsare famem nequeant,iniuriãque cum opus est, aut arcere aut inferre. Vnde fit ut homines frugi,id est rei augendę prudentes & studiosi,musarum cõmercio interdicere liberis suis alũnisque soleant,ut patrimonijs exitiali & cęsibus tabifico. Tabifico autem? Rex inquit. Quid hoc tandem uerbi est Budæe? uide ne temetipsum forte religione ad populum eruditum,piaculoque alligaris,qui literas tantoperè iam celebres & expetitas,ut noxam nocẽtes crimineris. Mihi enim quodam modo uidere Mineruã ipsam,& si alienis uerbis,conuicio tamen affecisse, ut impostricem & maleficam. Atqui,inquam, Here,propitium mihi numen eius diuæ imprimis semper esse optaui, nec habeo quod ei priuatim succenseam, nisi quòd me supra modum affecisse philtris suis, & sirenibus miris pellexisse dicitur: id quod non tam mihi uitio, quàm illi crimini ab hominibus, me reclamante uersum est. Et quidem quando nunc feriatas aureis tuas Here, & propensas huic sermoni nactus sum (ut opinor) non ab re id, nec iniucundum fortasse maiestati tuæ futurum est,si à carceribus,ut ita dicã,cõmemorare studiorũ meorũ cursum progressumque ad hũc diem,cœpero, qui mihi cũque exitus eorũ futurus est. Id quod si per tuã mihi notam nobilẽque adeò humanitatẽ perorare licuerit,eoque tute animum istũ tanti sper aduerteris,inde iam utique exemplũ statuetur,unde iuuenes ingenio præditi,cõsiliũ sumere debeant tanquã in uiarũ diuortio existẽtes, aut sapienter uitã aut prudẽter instituẽdi. eius enim cõsilij examinãdi capiẽdique momẽta,sic è regia pẽdere sentẽtia quasi è libra lances, homini dubium est iam nemini. Quonam aũt pacto, Rex inquit,

quit, rectè nos censere ijs de artibus possumus, quas nunquam coluimus. Vtinã inquam, Here tam id uelis q̃ potes. Nam quod in omni artificio instituto q; ciuili semper ualuit, tanti ut unumquodq; esset, quanti à regibus uel quibuslibet æstimaretur, in hoc quoq; studio non dubiè, in istacq; præcipuè maiestate ualebit. Proinde in eo sum, ut quum ærumnas permultas discendi cupiditate susceperim, diuq; pertulerim, hauddum tamen statuere possim, prudenter an secus studiorum meorũ rationẽ comparauerim: nisi sententiæ regiæ calculus rationi à me initæ accesserit & subscripserit, quasi cõsilij mei propositiq; ornamentũ, operæq; literis à me nauatæ, ab alijsq; adeo nauandæ, clara, ut ita dicam, & memorabilis indicatio. Id uerò si mihi ut spero contigerit, æquis, iniquis, maioribus, æqualibus, huius deniq; temporis hominibus & posteris, illico persuasero, non pruděter modò me & frugaliter, sed etiam feliciter & auspicatò uitæ instituendæ consilium cepisse. Tametsi certo quodam consilio, ut ingenuè loquar, ad id studium me contulisse affirmare non tam ausim, q̃ fateri nõ pudet, rem eam fati fuisse sideris q; mei natalitij: qui nullum eius instituti exemplũ nec uidissetunc uernaculum, nec meminisse possim: ne translatitium quidem externumq; sequerer. quippe qui tridui nunquam aut quatridui ab incunabulis meis digressus essem. Memini uerò, Here, quum ante aliquot annos nescio quid huiusce seu consilij seu euentus & sortis coram te commemorarẽ, tuq; admirantis speciem uultũq; præ te ferres (eram enim recens in aulam mandato tuo literisq; accitus, famaq; tantum tibi, aut sermunculis hominum notus:) Verum memini adesse tum forte in eo sermone, qui super mensam itidem tuam, uel à mensis protinus ultimis habitus est, uirũ mihi & municipij iure & necessitudine quadam coniunctum, nunc primario in magistratu urbano constitutum, tunc in aula fungentem honoratissimo munere. Is igitur admirantis similem te intuens, Atqui, inquit, Here, cum Budæus è regione ædium mearum plus decennium iam habitarit, tum autẽ ego uicinus illi eram magistratui, nunquam uidisse eum memini, non festo, non profesto, in limine domus, ut assolent nostrates, ociantem: nunquam horis pomeridianis circulantem, aut uiatores & prætereunteis circumspectantem: nunquam deniq; tempusculum animi causa contere̅tem & transmittentem. Tum alia addidit nonnulla, noui quidem illa & rarissimi exẽpli, sed in uiro iampridem & parente, omnino inusitati: addo etiam publico munere prædito, & cætera ciuili more uiuente. Quæ cum ille dixisset, ibi tu ad me conuersus leniter, & tanquam expectatione suspensus: cum & sciscitari ex me aspectu tuo placido uiderere, ecquid ille uera prolocutus esset, & sermonem, ut fit, longiorem quæreret: Sanè, inquam, Here sunt ista ut dixit ipse uera: & ijs uerò ego alia maiora perdiu facere perseueraui, quæ foras non prodierunt: & quæ si prodita essent, fidem, ut opinor, non inuenirent. Sed omnia maiorem in modum facere, atq; etiam maximẽ mihi necesse erat, homini nec ingenio felici prædito, & qui in adolescentię clausula, non dico discipulus, sed tantum tyrunculus huius studij esse cœpissem, & uerò gentilis illius Aristippi qui Metrodictatus appellatus est: deniq; qui à memetipso omnia mutuarer: siquidem nullus erat unde rogare possem. Hęc autem magna ex parte patris mei obitum consecuta sunt. Quem cum indulgentem ipsum principio nactus essem & benignè suppeditantem, tametsi tres me fratres ætate anteirẽt, quatuor sub sequerentur, erat enim ut temporibus illis, satis amplè prædiatus, & stipendijs munerum publicorum classicè constitutas habebat facultates, post aliquot annos sensim fauere studijs meis destitit. Namq; is ut me sensit cuncta iuuentutis studia, omnia ludicra atq; seria quibus antea flagraueram, literarum studio planè posthabere constituisse, feruentisq; ab ætate & natura animi contentionem ad solam Philologiam detulisse, quam sine riuali perditè amare me tunc absurdum uidebatur, fortunisq; meis & fortunæ calamitosum futurum. Igitur simul ut quem impetum cepissem animaduertit, homo tum septuagenario iam proximus, cuiq; ægra ualetudine assiduè ab anno quinquagesimo laborare contigisset, ob idq; medicinæ studiosus experiensq; euasisset, reuocare me & retrahere instituit tanquam uehementiorem in modum incitatum, & iamiam præcipitaturum in exitium. Itaque suadere, monere, distinere in diuersa me parte, imperatisq; operis alijs super alias auocare. Id uerò eius com-

commentum non mihi minuere laborem & industriam, sed geminare cœpit. cum ego nihil mihi deperire temporis literis destinati sinerem, quin tantundem lucubratione & uigilijs exactè rependerem. Tandem autem, quum ipse tum indulgenter, tum pro suo iure mecum agendo perficere non potuisset, ut temperatius id quod agebam, agerem, atque ex aliorum more, mihi enim nunquam sic temperare potui, quin ultra stadij sulcum, ut est in prouerbio Græcorum, iam tum assilire gestirem, rum deniq; ille offensiore iam animo fremere, indignari, non obscurissimè ferre deniq;, me unum habere se deploratæ spei filium, in quo tamen non quamlibet olim spem collocasset subsidij familiaris & imaginum gentis: erat enim iam olim multis honoribus publicisq; muneribus ijsdemq; perpetuis ornatus indulgentia Regum: quos etiam auus meus gesserat. Harum autem personarum ciuilium, quum mihi unam ut sit uenia Regis impetrata induisset: quasi eo autoramēto abduci à literarum studio possem, & ad maioris ornamenti spem erigi: sensit se non hominem, sed statuam, ut dicitur, eo facto titillasse. Id igitur & supradicta quum infensius aliquando, quasi in literarum amorem proloqueretur, non miserescere tamen eum sortis meæ ut fatalis non poterat, quòd diceret insani me studij fructum geminum non dubiè laturum, patrimonij qualiscunq; luculentam tabem, corporisq; perennem infirmitatem, aliàs non infeliciter constituti. Hoc eius ego uerbum serò experimento cognoui, non tam irati parentis dictum, ab indignatione ut fit, expressum, quàm hominis prædictum sagacis & prouidentis fuisse. Nam ut mittā facultates ut in hac sorte mediocres, quæ sensim illa tabe philtrorum delicuerunt alias res omnino me agēte, ad ualetudinem insuper profligatam delapsus sum per incuriam corporis, ac sæpe iam conclamatam: ipse adeò mihimet, Here, ut Virbius alter esse nonnullisq; uidear, cui numerum augere comitatus tui postea contigerit identidem cōmeantis. Quod nunquam profectò facere potuissem, ni tua me singularis humanitas quasi Peliam recoxisset. Quidnam ibi tum ego, arridens Rex inquit, Budæe, meministi quid dixerim, quum tu hæc palàm commemorares? Memini uerò, inquam, Here, atq; ita memini, sic mente adhuc teneo, spem ut inde certam assiduè in sinu meo fouerim, magnū tandem specimen edituram liberalitatis istius & beneficentiæ, ad literarum elegantium illustrationem apud nos, ornamentumq; sanè literatorum propensæ. Et uerò te, Here, uerbi tui dictiq; memorandi, quod sæpè ego studiosorum iuuenum nationi denarrare solitus sum, admonēdum fortasse habuissem, nisi ultro satis memorem esse intelligerem Cum enim in geminam illam fraudem capitali non absimilē, incidisse me dicerem, quam mihi euenturam parens meus prædixerat, deterrere me uolens ab illo literarum amore præcipiti: tua extemplo maiestas (siue illa fuit benignitas tua potius) sermonem excipiens, profari hæc uerba non dubitauit, Sarcire quidem nos patrimonij tui iacturam Budæe, ac si ita res tulerit, naufragium facilè poterimus: de eoq; magnopere te angi ueto. quod pater iratus, tibi ominari uisus est hæreditatis, ut aiunt, cynicæ delationem, baculum & manticam. Valetudinis autem affectæ detrimentum non item nobis promptum est, ut tuarum tabem quam uocasti facultatum. quare id tuæ ipsius curæ medicorumq; delegamus. quanquam morbus uicenario iam maior, ut audio, non quamuis manum, sed Pæoniam poscit. atq; eam fortasse quæ ea conferre potest, quæ humanum fastigium excedunt: ut malorum finem, & mentis tranquillitatem. cætera te iubemus in uniuersum bono atq; alacri animo esse. Tum ille, Ecquid igitur spes illa Budæe in sinu isto tamdiu concalefacta, quamq; domi & militiæ diu & sedulò circumtulisti, contepuit tandem ipsa, irritaq; facta, decollasse, ut dicitur, tibi uisa est aliquando? Decollasse autem? inquam deus diuiq; omen auertant, Here. Memini enim assecla tibi castrensis cum essem in expeditione Belgica, grandiuscula iam ætate, homo pacis alumnus quietisq; domesticæ noctu sæpè & interdiu ad arma conclamari. me etiam secunda interdum, tertiaq; uigilia semisomnem è lecto prosilire, cum quibusdamq; alijs tumultuari, bellicarum rerum & ipsis insolentibus: non nusquam etiam in procinctu satagentem, ut assolet; suprema consilia animo agitare. quum interim hæc ipsa spes nunquam mihi è sinu exciderit: non armato, non inermi: non accincto, non discincto. utpote quam toto

ut

(ut aiunt) pectore complexus eram. Et uerò nũc eam ipsam ad futuros usus assertio. ac tametsi eius militiæ emerita iam accepi luculenta, nihilominus tamen æra, non castrorum illa quidem, sed comitatus mereo, quæ iamdiu procedunt uacationem habenti, cùm inter honestè & bona cum uenia missos, humanitate tua conniuente me ascripserim. nosti enim, Here, causarium me esse cum ab inualetudine, ut dixi, tum uerò ab ætate iam grauiore, tum ab re œconomica. & quidem munificem hanc quam usurpo uacationem, nõ supinam ipsam nec inertem instituisse, quam te mihi tacitam indulsisse libens feci ut iudicarem. At uerò munus me id à te accepisse, quod nominatim antea in diem incertam depoposceram (in locum enim primum demorituri pẽtieram) amplum quidem per se fuit, amplius eò etiam, quòd homini mihi nouò delatum. præsto enim erat eorum non nemo qui crescere licendis honoribus cupiunt, digitum tollere paratus, si quis censu olim equestri eum ipsum indicaret magistratum, quo tua me ornatum liberalitas uoluit summa humanitate coniuncta. Noui etiam aliàs & certò scio, qui pulpamentũ illud benignitatis regiæ, mihi à te semel desectum (ut aiunt) atq; desponsum, aliud agenti præripere, cæca & surda machina nequicq; experti sunt. eadem enim Vulcani coniunx, quæ me in regiam admiserat primum, absenti quoq; strenuè suffragata est, atq; ipso in articulo temporis, & cardine (ut ita loquar) ornandi nostri genij. Illa igitur etsi ampla sunt & sanè clara: tamen nihil amplius esse & memorabilius homines honestissimi, rerumq; harum experientissimi existimabant, quàm quo exemplo tu id factum concupieras, faciendumq; conceptis uerbis ac dictatis, pro imperio iusseras. Nam quid maius sperare, quid uoto exoprare ingentius sine amentia aut summa uanitate potui, quàm ut mihi, inter aulæ tuę clientes tyroni, decem amplius dierum itinere ab comitatu tuo agenti, uel domi potius cum meis me amoribus, id est Philologia, procuranti & oblectanti, codicillos Octouiratus prætoriani ultrò mitteres, tanquam stipendia iusta solenniaq; emerito aulicæ obseruantiæ? Quibus ad me allatis, non minore ipse lætitia repentè perfusus sum, quàm ij ferè solent affici, quibus caducæ hæreditatis nũcius, eiusdemq; locupletis affertur, nihil suspicantibus. Quid quòd honoris eximij gratia, benignitati tantæ etiam corollarium humanitatis addidisti, sanè commemorandum & prædicandum? Quippe epistola ad me missa cum codicillis ipsis Octouiratus in uerba concepta herilis comitatis, ne quid amplius dicam: qua non inferiora etiam sperare me iubebas, atq; suspenso alacriter animo tanquam porrò meritum ad aliam expectationem esse? Et maior erat reuera fides atq; locupletior, quam superiore illo sermone & aliàs prolixè pollicendo, uultu & uerbis mihi feceras, uberiorq; modus quem tecum utiq; ipse destinaueras, quasiq; præfinieras liberalitati regiæ, quàm ut uno munificentiæ impetu, aut in uno capite consumeretur. Beneficentiæ enim mihi desponsæ modulos, ad mea etiam pignora dimanare tute uelle uidebare, siquãdo sese illi in medium protulissent, indeq; beneficentia regia non indigni apparuissent. quod quatenus & quomodo euenturum sit, prouidentia ipsa uiderit. prolixæ enim tuæ uoluntatis atq; propensæ prædem habeo locupletem: fidem à te mihi uerbo quidem datam, sed uultus festiuitate factam. Qua in re meritissimo tuo deprædicanda, si non tam multus, certè penè tam libens esse soleo, quàm Marcus olim Tullius in Nonis suis Sextilib. iactandis & inculcandis, quas alterum natalem suum esse dicebat, & Græcè palingenesiam appellare solitus erat. Hoc à te profectum ornamentum, Here, decusq; (ut ita dicam) impensi in literis temporis, capiti meo impositum, mihi quidem ipsum honorificum sanè fuit & festiuum. quippe quod turbam statim salutatorum mihi gratulatorumq; excitauerit, operam & fortunas, ut fit, urbana comitate prolixè offerentium. Cæterum tibi, Here, tibi inquam Here illustre & fuit, & olim futurum est, ad benignitatis istius eximiæ commendationem, fideiq; gentilitiæ insignem memoriam, quam tu iurisiurandi peculiaris usurpatione nobilitatam & illustratam, factis quoq; clarissimis sancire uoluisti. Res uerò ita euenit, diplomatis ut regij cum epistola aduentu, quæ per stationarios ipse cursores mittenda mihi mandaras, secundiorum iam rerum omina magnifica, amici, propinqui, necessarij, & aliâs familiares, & coràm & absenti largitentur: nimirum præterquam quòd hominum sermo & augurium, ad auram pro-

ſperam & aduerſam huc illucq́ uerſatilia eſſe ſolent, etiam coniecturam ex tuis moribus ipſi ingenioq́ factitantes. Ob eam autem fidem à te mihi, cum acceſſione ſplendida, ut dixi, & benigniſſima præſtitam, omnes iam ad quos ea res fando peruenit, quæ clariſſima fuit, auream fortunam ſalute perenni coniunctam, in regiam tuæ maieſtatis immigraturam certatim ominabantur, à deoq́ expoſcebant uotis penè conceptis. adeò popularis ea fuit beneficentia, quam non homini ſed literis delatam eſſe omnes opinabantur. Enimuero id mihi præter multorum opinionem contigit, aulæ quoq́ comitum: utpote quem homines ex comitatu tuo ſemel abſceſſiſſe exiſtimarent. alieno enim tempore & repentè apparere tibi pro more mihi omnibusq́ ſolenni, deſieram. at diuina primum, deinde tua benignitate res malè conſulta, commodiſſimè uertit. Quod autem ad me attinet, omnia ut euenerunt, ita uel expectatione penè certa antè præſumpta erant, uel augurio (ut fit interdum) lætiore anticipata. In eamq́ ipſam ſpem aut aliam non imparem ipſe ſuſpenſus eram & diuinitus & humanitus, etiam ſi intus animum meum ſubgeſtientem premebam & continebam. Quæ cum ego dixiſſem, Rex uultu leniter ridibundo ad circunſtanteis conuerſus, hæc attentè auſcultanteis, Equidem, inquit, nunc in memoriã redeo, cùm Budæus hic Bleſios ad me uenit, quò Lugduno profectus paulo antè ieram, amictu nouæ perſonæ conſpicuus, quam recens induerat. ſic enim res ferebat, ut ſacramento togatæ militię rogatus, in numeros conſultorum in urbe, atq́ in noſtro comitatu ſeſſum admitteretur. Is igitur cum ad me uenerabundus adſtiſſet, ſupplicesq́ gratias ob acceptum honorem illum ageret, memini ipſum ita mihi dicere, ſe honorẽ quidem acceptum plurimo, ut erat, ęſtimare: ſic autem à ſe acceptum, & à nobis ultrò domum ſibi delatum, quàm plurimo. Cæterum tu Budæe meminiſtin' (inquit Rex ad me reflexus) quid tibi tum reſponderim? Commemini uerò, inquam, Here, & ſæpè commemorare libenterq́ ſoleo. dixiſti autem, nõ mea tantùm cauſa fidem ita mihi præſtandam, ſed tua etiam te duxiſſe. eiuſmodi enim pollicitationem fuiſſe, quam non mihi magis q̃ tibimetipſi ac regiæ maieſtati, debere te arbitrabare. Quam ob cauſam nec à me nec à quoquam ea de re appellari ſuſtinuiſſe, ſed primo quoq́ tempore repræſentandam eam exiſtimaſſe. Cuius etiam dicti tui interpretationem meam eſſe, omniumq́ uolebas, ad quorum aures aliquando id perueniſſet. Verum heus tu, inquit, Budæe, quænam te tanta fiducia ad eam expectationem erexerat, cùm uenia abeundi non impetrata, atq́ etiam tibi à me pernegata, è comitatu noſtro te furtim ſubduxiſſes? Qua culpa à te admiſſa, ſi tecum lege agere, ac ſummo uti iure uoluiſſem, quid te tandem hominum iudicio factum eſſet? age, fac ut ex reis ob hanc culpã aut cauſa quædam ſpecioſa, aut clementia te noſtra eximeret: ære certè dirutus eſſes annuo, & è numeris expunctus ſtipendia facientium: ignominiaq́ notatus inſuper abijſſes, ut deſertor apparituræ. Etenim quid erat aliud è conuentu prætoriano excedere contra interdictum noſtrum, quàm ueluti ſalute ultimum nobis dicta, augendæ rei tuæ, lariſq́ familiaris exornandi, incuriam contemptumq́ conſciſcere? Spiritus illos, ut opinor, alacres, aliqua offenſione aulica perturbatus abiecetas, homo utiq́ aulicis in rebus non ſatis experiens & ſtrenuus. Hic ego cõſcientia perculſus & obſtrictus, cum æſtuare cœpiſſem, aliquandiuq́ hæſitare, ſubinde ita reſpondi, Equidem Here, ſi hanc anſam reprehẽſionis præcidere cupiens, quam in me non tibi modo ipſi (cuius in caput meum, & in fortunas diuinitus datum eſt) ſed compluribus alijs dedi, qui improbare tantum uerbo factum id meum poſſunt, quippiam excuſare occepero: uereor ne in aliquam plagam inextricabilem me induam. forſan enim parum ſpecioſum uidebitur colorisq́ non probabilis, quod in medium afferam. Nam ſi interuiſendæ tantiſper Philologiæ meæ cauſa, id conſilij cepiſſe me dixero, cuius deſiderio omnino iam impar eram: & ut aliquot menſium uſu interpolisq́ contubernio, familiaritatem illam noſtram, arctamq́, ut noſti, neceſſitudinem denuò cõglutinarem, metuo ne imperitum tute me arbitrere temporũ occaſionumq́ aucupem: qui retia tum collegerim, biennium totum expanſa, cum præda luculenta capiti meo impenderet. Id quod me ignoraſſe excuſare non queo. qui antè quàm è comitatu digrederer, eum demoriturum ſuſpicari debui, in cuius locum ſuffectus ſum, cum graui illum morbo

correptum

A correptum esse constaret: & in eum ipse euentum nossem esse mihi certò desponsam prouinciam. Si quid igitur huiusmodi excusare institero, id in me protinus utiq; ualiturum est, quod prouerbialiter aiunt, dum ansulatum hunc nexum & ductilem digitis esse censeres, nodosius temeripsum imperitia & errore obligasti. Potius est igitur (ut arbitror) & culpam agnoscere, & mulctam deprecari. Quin & si mihi caussificator nunc quispiam præstò sit solertissimus, qui uelut tragicus, ut aiunt, deus, ex hoc æstu me eripere possit, excusationesq; alias atq; alias mihi, quasi pragmaticus iura causidico imperito, subministrare, uti ego Here sanè ea occasione nolim: nec quicquam apud te aut alium quempiam causari sustineam, quamobrem id me admisisse non fatear, quod inficiari non impudenter nequeo. Neq; uerò libens alioqui facerem, ut munificētiæ tuæ atq; humanitatis magnitudinem claritatemq; imminuerem: quod hominis esset inepti, nec satis gratam beneficij accepti memoriam habere significantis. Id est autem huiuscemodi, sicq; à me tibi acceptū referri debet, atq; commemorari, ut quod numeris omnibus beneficentiæ elegantis & decoræ, & porrò ap positæ danti & accipienti constitit, siquidem ineunda eius ratione calculi utrinq; plenè ponantur, & scitè subducantur. Sed enim Here, quanquam inconsultius furtiuo illo excessu de ratione mea statuisse me post aliquot dies animaduerti, non tamen statim mihi ignauum & socors exilium à comitatu tuo consciscendum esse censui. magnam enim spem ueniæ in clementia tua collocaueram, uel in humanitatis potius singularis conniuentia: quæ erroris quoq; confessionem condonare ferè & remittere la psis unà cum animaduersione solet. quod genus liberalitatis mihi uidetur esse candidissimum & generosissimum. Recordabar etiam obstrictam tuam fidem me habere, obsidem expectationis meæ, non illam modo communem ordinis gētilitij, quam tu peculiari iureiurando (ut suprà dixi) nobilitatis imaginibus condecorasti, aureorumq;, ut ita dicam, annulorum iure donasti: sed sanctiorem illam fidē & augustam, ferijs rebus seuerisq; dedicatam, qua tute eas sancire sponsiones solitus es, quarum fiduciam certam esse iubes, atq; expectationem nec anxiam nec sollicitam. Huiusce fi

B dei pignus, & si uerbis mihi dederas nequaquam conceptis in iurisiurādi formulam, tamen rata pollicentis speciem, uultumq; eum præ se maiestas ista tulerat, chirographi ut loco numeroq; ducere id deberem. Accedebat augurium ex genio frōtis tuæ, mihi interim semper ita festiuæ: sic spei meæ confirmatricis, ut expromissoris instar eam ipse ducerē tum locupletis, tum quotidie denuò constituentis quod semel sponsum erat, nec tamen stipulatum. Verum enimuero, Here, cum honoris literarum caussa fecisse ab omnibus existimeris, ut ornamento me non uno, sed altero iam ita cohonestaris, ut paria propemodum utriusq; commoda sint: alterum, nō modo ultrà mihi necopinanti, sed etiam primo dederis, additoq; elogio, ut suprà dictum: officij mei esse duxi, quando ipse abstuleram à te quæ optaueram, in communem iam causam incumbere, ac de me conquiescere, cùm me sponti meæ reddiderim bona, ut spero, tua uenia optimaq; conditione. Itaq; quod nunc & aliàs à te contendendum suscepi, literarum ut bonarum existimationem, iacentem nunc & prostratam in regno tuo, alleues & erigas, non eam mihimetipsi operam menauare, sed cunctis ijs contestor & profiteor, qui ad tutelam earum atq; patrocinium nomina iam dederunt, in posterumq; certatim daturi sunt. Querelam autem & postulata ad maiestatem tuam ea de fero, quæ sine ignominioso præuaricationis crimine, non recipere ad me delata, non potui, cum eam mihi personam benignitatem tuam imposuisse, Aius ille Locutius, tacente me, uel reclamante potius, peruulgauerit. Quæ'nam sunt ea tandem querimonia & postulatum? inquit. Vtrum ex eo genere quod cognitionis est Octouiratus tui, an alterius cuiusdam generis, & cognitionis maioris, quæ præfatione ista quasi sollicita egeat? Eget uerò Here, inquam, non præfatione modò, sed & oratione iusta, & peroratione diserta atq; etiam eloquenti: si quidem causidicum tam facundum ipsa, quàm fidum nacta esset. Quod quoniam nō contigit, id quod in promptu fuit non respuit. ad eum se contulit, quem gratiosum satis, & iucundū ad tribunal tuæ benignitatis esse arbitrabatur: tum quidem certè, exponēdi locum, horamq; obtinentem, cùm huic generi postulatorum operam dare tibi uacat & libitum est, quod fre-

quenter euenit. Nempe eiusmodi(inquit Rex)quæ ad te non Octouirûm & sup-
plicum libellorum præfectum,sed bibliothecæ nostræ scriniorum magistrum(quod
alterum est munus tuum & primi ut dixisti) deferri solent,uel ad Budæum ipsum pu
rum potius & uacuum omni persona. Purum uerò Here (inquam) Budæum,atq;
etiam putum,ut uerbo utar antiquo,id quod facilè iudicaueris,quum rem ipsam indi
cante me,non eloquente, nec acrius exaggerante cognoris. neq; enim est hic locus
uehementius rem augendi, ne exordium quidem utendum rogabo ab ipsa eloquen
tia,quod superuacaneum esse censui,cum apud te ęquum,ut spero,iudicem huic cau
sæ & attentum,uerba mihi facienda sint.Rem ipsam statim exponam. Queritur au
tem chorus ille disciplinarum ingenuarum atq; liberalium, quem Græci eruditionis
orbem patrio uerbo appellauerunt,non eodem se numero , nõ pari loco uniuersum
haberi,quo singulæ artes longè illiberaliores habentur. Iamprimum medicinæ pro-
fessores,artis quidem mortalibus cõmodæ & utilis,sed tamen quæstuariæ,apud om-
neis ordines ferè gratiosi sunt.Theologia quasi morum censura, uerendos & hono-
ratos sui studiosos efficit.cuius studij doctura , populi magisterium defert ad multos
non peritissimos hominum.Iuris uel prudentes uel uersuti interpretes, causarum di-
sceptandarum artifices,litium consarcinatores,quos Græci δικορράφους appellant,prę
ter honores supra cõmoda,quæ multa ex publico à singulisq; accipiunt, in hanc etiã
autoritatem uenerunt,id sibi ius omnium consensu,moribus quidem certè nostris et
multorum,asserunt,unicuiq; ut hominũ inermi,quà principi, quà priuato cõstituant
suis responsis,consultis & decretis: quid sui habere,quid alieni : quid sacri, quid reli-
giosi:quid iure,quid iniuria,quibus deniq; finibus,quo iure, quatenusq; uideatur.id
quod meri,pleni,iusti imperij conspicuũ instar habet,latissimè patentis quoquo uer
sum in capita fortunasq; mortalium,atq; etiam in nomina, in bona iam diuorũ. Quũ
interim(si diuis ipsis placet)pontificij iuris professio pomœria quædam effata suæ di
tioni circundederit,angustiora quidem illa,sed non minus superba , alteq; minantia.
At orbicularis ipsa doctrina omneis numeros professionis complexa,omnium scien
tiarum elementa rationesq; cõmentans,earum etiam disceptatrix honorariaq; arbi-
tra, quam Pædiam Græci,nomine parum ambitioso , nos literarum scientiam uoca-
mus:ex adytis quidem ipsa sanctioribus, ex editis tribunalibus,è curijs , è consilijs,è
conuentibus iuridicis,è concilijs panegyricis,iamdiu summota est,& uelut quędam
rhapsodia,inter ea censetur acroamata , quæ animi tantum causa in ocio quæruntur.
O multa Here absurdè,ô indignè quædam & præposterè moribus comparata.Cæte
ris artibus legitimum tempus ad magisteria sui generis adipiscenda constitutum est,
& tanq; ad clepsydram dimensum contentionis spacium : at studiis literarum elegan
tium tot lustra non sufficiunt,quot anni singulis aliarum attributi sunt. Nam etiã hu-
ius studij magisterium,sapiẽtia dicta est antiquitus,princepsq; philosophia:quo no-
minè meritissimo(ut temporibus illis)indito,nullum nec amplius nec augustius ex-
cogitari potest.Hanc indignitatem,Here,quot quãtosq; Democritos passim nobis,
nostratibusq; adeò omnibus excitasse censes,homines acutissimos ac rerum perspi-
cientes,ut recti prauiq; discrimen ignorantibus? Memini uerò, cum primum à te ac-
cersitus sum,inter alia hoc te de me perconctatũ esse,Cuinam maximè disciplinæ stu
derem,& quo nomine studium id uocarem quo ardere dictabar:ipsum autẽ aliquan
diu addubitasse,deinde in hanc sententiam respondisse, Viam discẽdi me ingressum
esse non leniter accliuem,duabus uelut orbitis cinctam,quas duas linguas esse dice-
bam omnium linguarum celeberrimas.Hasq; duas orbitas uaria dicebam habere di
uerticula:quibus in ipsis per illustria interdum & plana expatiari,interdum per opa-
ca & salebrosa necesse esset,ijs duntaxat qui ad duo iuga montis euadere constituis-
sent.In his porrò iugis priscæ sapientiæ gazas,quarum philosophia indagatrix est,&
admiratrix,conditas esse dicebam doctorum hominum opinione:ijs omnibus inac-
cessas,qui fallacia discendi deuiaq; compendia capessenda censuissent & consectan-
da.Cumq; me Here urgeres,scitè & appositè repetita perconctatione,ut huic siue di
sciplinæ,siue studio,in quod incubuisse uehementer dicerer, nomen suum attribue-
rem,quo significari posset atq; ab alijs artibus internosci: neq; enim nefas esse aiebas

hodie

hodie nomina disciplinarũ uera prodere, ut olim fuisse urbis Romæ fama est, nec in-
A effabilem artem ullam uitæ innotuisse, ne maleficã quidem. Ibi ego uelut depreben-
sus & aliquantisper, æstuans, porrò fari non audebam, quoad regiæ frontis bilaritatẽ
festiua cõfirmatus, periclitari iudicium tuum, magnopere iam tum celebre, ac fando
mihi sæpe auditum, constitui. Equidem inquã, Here, nec sapientiæ studium nobis id
appellandum esse duxerim, quam oracula sacrosancta insipientiã appellant: nec pri-
mæ philosophiæ, quod nomen mea quidem sententia iam desponsum est diuinarum
rerum studio & cultui. Itaq; nõ alio uocabulo utar, q̃ quo à peritis uocari passim cœ
pit, bonarum hoc literarũ studium Here meritò, nisi fallor, appositeq; appellatur. Vt
enim prisci Romani deam quandam delegerunt ex illa ui innumera cõmentitiorum
numinum, quam bonam illi deam, Græci muliebrem nuncupauerunt, ueluti castita-
tis præsidem & custodem: sic literæ, lautæ, & elegantis, & perpolitæ eruditionis ma-
gistræ, bonæ appellatæ sunt: nimirum quo nomine sine fuco & illecebra inani, om-
nia summa significantur atq; cõmodissima. Hęc tum ferè inter nos, Here, nisi memo
ria lapsus sum. Mihi uidetur, inquit. At uerò, inquam, Here, peruelim ipse & opta-
rim, in animum ut inducas, studio in Francia ignobili, ac penè adhuc ignoto, ut qui-
dem est sensus multitudinis, nomẽ aliquod iam indere, quod claritatem literis splen-
doremq; conciliet, quando bonitatis significatio frigere nũc perhibetur apud homi
nes frugalitatis amantissimos. Nam cum in tuum principatum literarum bonarũ stu-
dium apud tuos incurrerit, ipsæq; literæ impietatis seruitutem pertęsæ, seruire iam re
ligioni rectæ, transscribiq; in familiam Christianæ sapientiæ gestiant, operæ utiq; pre
cium, Here, facturus es, si unicus tute arbiter initialis huius sacramenti, nomẽ earum
studio prodas: ut assolent nomen prodere ij qui manus officiosas terni morib. nostris
homines mares atq; fœminę adhibent ad sanctificũ fontem, mystico parente homun
culos intingente ad alteram genituram, quæ παλιγγενεσία dicta est. Id quod si tibi cor
di erit, obsecro te & obtestor per tuę maiestatis genium, ut fausto, felici, fortunato, di
gno deniq; te nomine, nedum Regis autoritate, id studiũ nuncupes. Nam cum inditi
B à te nominis omẽ omnium ordinũ sensus haud dubiè secuturus sit, literas nõ tantum
ipsi bonas, sed fortunatas quoq; colere uidebimur. Tum Rex subridens, Nõ enim-
uero, inquit, Budæe, id temerè facturus sum: non, inquam, id faciam, nisi prius à te ca
uero, neminem eo nomine acturũ mecum de tutela, alimentisq; istarum literarũ, qua
rum tu me initialem nominis proditorem esse postulas atq; nominatorem. Est enim
ita, ut audio, morib. comparatum, si aut infantibus, aut pueris, aut etiã iam maiusculis
egentibus esse cõtigerit, uel parentib. propinquisq; destitutis, ut honoraria quædam
actio ad eorũ nutricationem in eos prodita sit, qui in Christianismi tyrocinio, & dum
aqua lustrali persunderentur, arbitri & aduocati, in sacroq; cõtractu stipulatores as-
fuerunt. Quid igitur futurũ est, si simul ut nomen quale tu postulas indidero, tu aut a-
lius quispiam uestri ordinis, lege aut more mecũ agere institerit: atq; eatenus agere,
ut natalibus (sic enim dicam) literarum bonarũ, quibus tu tot asseclas artes, tantũ co-
mitatum tribuis, educationisq; tempus nullo fine præstituis, pro dignitate quoq; ali-
mentorum constitutio respondeat? scilicet hoc illud est, idq; agere te uideo, ut parẽs
ego sim ac dictiter literarũ, cùm illæ sint mihi numero ac loco filiolarum. Quanq; id
ego facilè fortasse admitterem, nisi simul atq; filiolæ illæ agnitę à me fuissent ut paren
tes, continuò alumnæ quoq; regiæ futuræ essent magnis cum impendijs. Quod etiam
si tibi aut alij stipulatori publico & cautori, hoc à me cõtendenti, annuerim, ecce tibi
alter, aut idem rursus, simul ut quæ nunc infantes sunt literę, adoleuerint, qui mecum
ob collocandas easdem nuptui luculento & illustri, experiatur: qui mundum etiã for
tasse muliebrem, qui alia atq; alia, ut fit, postulet. Hæc autem quam tandem accessio
nem expensorũ, quantam paginã pensitationũ allatura sunt rationario regni nostri?
Ne id quidem modo, inquam, Here, sed etiam qui tecum iam agat ex sponso ob lo-
cum incunabulorũ ipsarum literarũ, & diuersorium Pædiæ, quę aut genitrix est ipsa,
aut certè altrix earũ. Isq; memoriam tuam atq; conscientiã tibimetipsi iudicem ferat
nedum arbitram: testimoniũ etiam tibi apud te denunciet: deniq; sacramento tecum
contendat, ac spõsionem nomine publico faciat, ni tu palàm, iterumq; & tertiũ pro-

 nunciatis

nunciaris,id quod meminisse te cum satis norim,commemorare necesse non habeo. C
Cæterùm hanc hirudinem abundanti ærario admouisse haud dubiè iuuabit in poste-
rum,quæ & modicè sorbere & salubriter solet:nec uerò ęgrè exemptilis esse,cum ita
res fortè tulerit:non ut aliæ permultæ, quæ auelli citra mortem nequeunt, dente in-
tus affixo. Ecce autem Rex inquit.deinde paulum immoratus,& deliberanti simi-
lis,De eo uerò Budæe mox uiderimus, uel prima quaꝗ occasione potius, quãdoqui
dem tu mecum tanta causæ fiducia iam agis.fuit enim si rectè commeministi,pronun
ciatum illud tametsi purum, non tamen præsentarium, sed quod in primum quodꝗ
tempus conceptum esse uideatur.Neꝗ dum uerò satis literæ istę bonę se mihi suasꝗ
facultates approbauerũt,ut sciam quibus finibus architectari illa earum incunabula
debeam,uel theatrum potius Pædiæ uestræ,in eoꝗ orchestram chori disciplinarum,
ut tu aliquando inter sermonem de literis dixisti: quibus modulis admetiri frumen-
tum stipendia illic merentibus:quæ emerita,quantaꝗ statuere post missionem hone
stam.Per me tamen interim dum splendidius nomen meditor, aut etiam appositius,
licebit literæ ut bonæ appellentur:regij quoꝗ placiti autoritate,nomine(ut mihi ui-
detur)uobis non pœnitendo.siquidem (ut tu aiebas) ad locupletissimũ illud priscæ
sapientiæ gazophylacium deducere ipsæ studiosum hominẽ possunt. Nam & uitam
ciuilem antiquorum inuentis ac præceptis temperatam esse uidemus & exornatam,
mores etiam inde compositos,omnis deniꝗ disserẽdi eloquendiꝗ facultas,omnesꝗ
adeò artes,quibus homines erudiuntur,originem suam & primordia, ad priscam,ut
uos dicitis,sapientiam referre nõ grauantur. Verum ut apertè dicam,quod suspicor,
uel uerius quod mihi in mentem te hæc disserente uenit,literarũ ista bonarum uendi
tatio ex uaniloquentia nonnihil (ut parcissimè loquar) haurire uideri potest.Quam
enim tãdem eam professionem esse oportet,ꝗ superbam, ꝗ impotentẽ sui & alieni,
quæ nullis finibus ius suum cognitionemꝗ suam terminarit? quæ uelut quædam ar-
tium regina præpotens,uectigales cæteras artes sibi, & tanquã clientulas in fide sua
semper esse dictitet? Vide igitur,uide inquam Budæe, ne si illæ scientiæ, quibus su-
pra dixisti studiorum suorum fructum uberius constare,controuersiam sui isti uestrę D
grandiloquæ,artium ut perhibetis & scientiarum dominæ,facere instituerint, cliente
lamꝗ abnuere, uos deinde hominum iudicio inane nomen bonitatis studiosissimè
colere amplectiꝗ uideamini. Enimuero, inquam, Here, non magnopere mirum
est tibi id in mentem uenisse,qui ex sensu institutoꝗ nostræ, auorumꝗ & longè supe
rioris memoriæ,iura & fines studiorũ metiaris: quod multò maxima pars hominum
facit,eorum quoꝗ qui docti esse uulgo existimantur. At uerò nos eloquentiæ studi-
um,quod præcipuè consectantur homines literarum bonarum cupientes,finib.anti
quis complecti instituimus,qui laxissimi fuerunt: ut qui diuinarũ humanarumꝗ re-
rum cognitionem & prudentiam ambitu suo cingant: ætates autem recentiores sua
iam & ueluti propria peculiariaꝗ tractare uolentes, uelut societatis ipsas pertęsum
esset,cõmuni diuidundo arbitros delegerunt,haud scio an pusillos metatores & im-
peritos. Quorum arbitratu factũ est,illos ut in campos uetustissimæ sapiẽtiæ,incuria
& inertia ad fines regundos missæ sint,indignitate,ut mihi quidem uidetur,non absi
mili,atꝗ si clarissimus aliquis potẽtatus in plura imperiola obscuraꝗ tribueretur suc
cessorũ ignauia,qui cum impares se sentirent ob socordiã uniuerso imperio obtinen
do,in suis ipsi modulis ignauè acquiescere instituissent. Ita multipartitò diuisa est u-
na illa amplaꝗ professio philosophiæ,quæ parens prima fuit altrixꝗ eloquentiæ: cu
ius æquales fuerunt homines illi doctissimi,qui quæstionẽ poscere,ut dicitur,in con
uentibus amplissimis non uerebantur,cum res ita tulerat:parati de re quacunꝗ disse
rere explicatè atꝗ facũdè,quam quis in mediũ attulisset. tametsi eo potissimũ nomi-
ne professioni sapientiæ inclarescere non contigit: quæ suarũ facultatũ copias expo
nere decenter & compositè,non uenditare didicit & ostentare. Huiuscemodi autem
sapientiæ,cuius nos maiestatem colimus & ueneramur, ne aut cõmentitia esse exem
pla,aut de medio sublata dicere isti possint,extant Aristot.monumenta,in quib.ma-
gnitudinẽ eius sapientiæ intueri effigiemꝗ licet:illã uerò & in Platonicis expressam
& eminentẽ.hi duo aũt pręcipuè philosophi,eorumꝗ familiæ,finiũ regundorũ arbi

tros

A tros nunq adeundos audiendosq duxerunt. Ne Marcus quidē ille Tullius eloquentiæ non tam parens ut appellatur, q̃ filius & alumnus, ac penè Græcorū gloriæ heres apud nos solus relictus: eiusdemq classis, non tam ipsi Tullio proximi q̃ secundi, ciues illi Romani, eloquētia quoq nobiles, orbis disciplinaris sectionem, minutamq illam concisionem probauerunt. breuioribus uerò partib. orbem doctrinæ coagmentandum sibi ad uitam ciuiliter agendam, meritò existimarūt. quod nobis, ut censeo, imitandum est pro cuiusq nostrum captu & instituto uitæ. Nosse etiam unumquēq se oportet. nec enim si heroica gestamina aut exuuias cōsecratas, uisendas interdum esse ducimus: etiam nobis aptādas esse aut tractandas arbitramur, sed tantū attingendas. Hodie aūt post constitutam religionem, post natales germanæ ueritatis agnitos & receptos, philosophiæ primæ nomen atq sapientiæ dicandū esse opinor sacrosanctæ philosophiæ, quam uitæ pædagogū prouidentia & mystagogū dedit: cuius quidem certè fundamenta iacta sint in orbe sæpe dicto disciplinarū, quas ingenuas uocant. Quem orbem qui aut amplecti aut ambire certè grauātur, superficiarij sint ipsi sapientes ac theologi necesse est, nulloq doctrinæ fundamento nitentes. Neq enim mea quidē sententia illius sinuosissimæ sapientiæ tam multiplices, tam Dædaleæ figuræ, totius uim naturæ arcanaq abdita tanq allegoriæ supellectilem complectentes, syluamq symbolicā, percipi satis possunt, priusq illum, ut ita dicam, cinnum priscæ philosophiæ discipuli ipsius sapientiæ hauserunt, ex mixtura expressum & cōfusum omnium disciplinarū. At summa diligentia, assidua lectione & diuturna opus est, ingenioq non quolibet, ut ex uniuersa lectione, non ex singulis modo orbis partibus, atq ex literatura plena, iusta, & proba, existat illa sapientia. At uerò eloquentia claris natalibus orta, præcipuè seruire tam amplæ cōmentationi debet, reiq summa ueneratione dignæ: atq ita seruire, ut fines suos pro cuiusq captu ingenijq facultatib. extēdat q̃ fieri potest maximè: duntaxat quantum rerū antipathia, ut Græci uocant, nō refragatur, quæ est diffidentiū inter se rerū pugna & collisio. Nam cum olim rerumpub. magnorūq imperiorū domina fuerit ipsa & gubernatrix eloquentia, nunc uerò

B à gubernaculis reiecta sit (è concionibus enim & foris, à capitalib. periculis, controuersiisq ciuilibus summota est: in quibus olim ornatus suos ingēteis, uestemq splendidam uenditabat, & expandebat, omnium oculos præstringētem): Verum cum hodierno tempore à publicis ipsa actionib. feriata sit, ubinam potius & clarius q̃ circa sacra monumenta uersabitur, quasiq in arce Palladia cōmentabitur? Nimirum ut uideo Rex Budæe inquit, tuam istam eloquentiam, cum suo quasi mundo matronali, lauto, nitido, & fulgenti, ad sacrosanctam philosophiam, ab ipsa (ut pleriq arbitrantur) abhorrentem, quasi ad aram inuiolabilē asylumq deportasti, metuēs illi fortasse ab illis superciliosarū disciplinarū magistris, qui censoria autoritate compellare uos, uenusti & elegantis sermonis amatores & patronos, ad populum solent, & ad primarios ordines. Quin & ista, quā tu Philologiā uocas, quæ intra sua ueluti pomœria omneis penè scientias non sine suspicione curiosæ auiditatis, conclusit, quantū ex te modo audiui, inuidia uobis non cōtemnenda nuper flagrare cœpit, ut fama est, quasi receptæ & fixæ iamdiu religionis labefactatrix, errorumq multorū institrix prouinciatim & adornatrix. Quæ inuidia nisi quamprimū opprimatur, in magnum fortasse incendium euasura, nomenq literarū bonarum (ut iam uerbis uestris utar) prorsus deletura est. Siquidem Here, inquā, cum eiusmodi calumnias aduersus honestissima literarū studia magno sudore isti proferunt, fidem apud tuā maiestatē hominesq rerum peritos atq ingeniosos, ut apud imperitā plebē faciunt: nec calumniæ planè manifesti sunt, charitati euangelicæ per lineam, ut aiunt, dimetiētem oppositæ. Qua de re quid sentiam, non necesse nūc habeo hic dicere: cum alioquin eam ob rem nō magnopere, ut reor, angere nos debeamus, qđ quidē ad te attinet. cuius iudicij acrimoniā cum animaduersam habeamus & perspectā, nobis utiq nō uerendū est, ne literæ bonæ indicta causa pro potestate damnētur, istorūq coitione tumultuosa è numero disciplinarum conniuente regia maiestate circūscribantur. Quod cum Rex mihi annuisse oris serenitate uideret, tum deniq uelut spe noua recreatus, Sed enī Here, inquam, cum dicendi facultas quam eloquentiā uocāt, ars una sit omniū temporum &

locorum: cum etiam in ciuilibus actibus publicisq́ rerum administrationibus, ingentem ac multiplicem usum præstare possit, si moribus rectè res esset publica atq; ordine administrata: nimirum ipsa antiquissimo quoq; loco, in consilijs, in curijs, in senatibus, in conuentibus & statis & extra ordinem indictis, sententiam rogaretur, ultro: etiam ipsa princeps iure suo censeret. ea deniq; eloqui exordiente, fauere omnes linguis non grauarentur, auresq́ expurgare & erigere ad audiendum, in eius sententiam partim pedibus consulti homines discederent, partim uoce ipsi assentirentur, postremo in eius uerba senatusconsulta fierent, leges & sanctiones perscriberentur. Iam uerò legationes apud exteras gentes maximis de rebus obire cōposite, apposite & efficaciter, quis sine comitatu eius possit, uel ea potius non præeūte? Quis cohonestare patriam & illustrare iuxta peregrè atq; domi? Age, quid si etiā reges & principes uiros, egregiè de patria singulisq́ meritos, immortalitate donare sola potest, atq; inter diuos propemodum cœlitesq́ referre? quo nihil amplius in rebus humanis exoptatiusq́ censetur. Iam bellorum incendia, seditionum flāmas, nónne hæc eadem restinguere nouit eloquentia? rursus cum opus est, & reipub. interest, inerteis homines ac pacis alumnos, ad aras focosq́ tuēdos, aut ad iura sua ferro, flāma, omni ope repetenda, extimulare & accendere? ad summā non aqua & ignis maiorem usum & commodiorem in re priuata præstant, q̄ ipsa præstare potest in repub. eloquentia. Hic circunfusam turbam Rex intuens ridibundam, quasi in uaniloquentiam præ impetu & feruore exarsissem, Equidem, inquit, expectabam, ut eloquētia ab Æsculapio artem mutuata, quem medicina deum sibi quondam adoptauit, mortuos exuscitaret: quæ cum omnib. è disciplinis coagmētata sit, si Budæo credimus, infinitam quoq; uim ut habeat utiq; consequens est. Quod si mihi planè tandem ipse, diuæ eloquētiæ numine tantisper instinctus, persuaserit, causam, ut opinor, haud dicturus sum, quin literæ ipsæ quarum beneficio hæc facultas tam utilis, tam cōmoda, tantarumq́ rerum conficiens paratur, non iam literæ bonæ, sed optimæ nuncupentur, quod hactenus dicere supersedi. Atqui, inquam, Here, quod de mortuis exuscitandis dixisti, aliàs fortasse uiderimus, si in eum sermonem opportunè incurrerimus: nunc autem perfecturum me spero, non modo, ut literæ quæ nunc mentes ingenuas exercent, quæq́ iam pridem exercuerunt, optimę & uoce tua & tuæ maiestatis auspicijs appellentur, sed etiam ut maximæ. Cuius appellationis honorem antiqua superstitio Ioui suo consecrauit ut amplissimam: sed ita, ut prius Iouem ipsum optimum uocauerit quàm maximum: maius esse significantes (ut Marcus inquit Tullius) optimum esse, hoc est beneficentissimum, quam summa potestate præditū. Perge igitur, inquit, quà cœpisti, quoniam auscultatore me non minus æquo quàm attento usurus es, atq; etiam clarè plausuro, si quidem in fabulæ clausula non hæseris. hoc tantum receptū mihi uolo, ut tam mihi percōctatorē, cum ita uidebitur, quàm auditorē esse per te liceat: ita ut eam ob rem ne conturberis, si omnia tibi non assensero. Enimuero, inquam, Here, hanc infinitam eloquentiæ uim dicendiq́ facultatis potentiam, ueteres illi sapientes per Mercurium significauerunt: quem uterq; Homerus ad superos identidem inferosq́ commeantem finxit, & utrò ierit ipse cunq;, aditum sibi liberum & patentem, reditumq́ præstruentem: ad cœlum animas quasdam euehentem humanas, ad orcum uicissim alias deducentem: tum homines consopientem quos uelit, & rursus excitātem quos libuerit cunq;. Quantumq́ inter numina patere potentiam Hecates antiqui poetæ prodiderunt (quam unam Hesiodus tantum honoris & præstantiæ sortitā esse dixit, quantum uniuersam cœli & terræ progeniem) tantundem eloquentiæ inter cæteras disciplinas patet facultas & amplitudo, cum eam prisci esse uoluerint herebo cœloq́ (ut ait ille) potentem. Num quid igitur causæ est Budæe (Rex inquit) si tanta hæc facultas uisq; adeò, humana illa quidem, sed tamen propè diuina (siquidem uera sunt illa quæ tu de ea nūc magna cum asseueratione dixisti) in hominē improbū prauæq́ mentis inciderit, quin cœlum ac terras, ut dicitur, miscere ipsa possit, & summa imis æquare? Ita Philologia tua, quam mihi ut potentissimam, sic optimam, & præstare & probare ex pacto te oportet, idq́ meo arbitratu, rursus in illam inuidiæ flāmam reuoluitur, quam ij homines quos supra diximus, uobis excitare nō sine colore luculento

specio-

ſpecioſoq; conantur, ex qua erepiſſe, quoquomodo ipſa te dicente uidebatur. Neq;
A hic tamen attingo, quod aliquando tibi obieci, cum tu eloquentiæ regnum & poten tatum magnopere imminutum fuiſſe diceres, ex quo in foro iudiciali ſpecimen ſui fa cere deſiiſſet. Mihi enim uideri reſpondi, Eloquentiam ipſam quam tu, ut opinor, ue lut exarmatam uocabas, & umbratilem, longè capitaliorem eſſe factam: quippe quę olim reorum patrocinia libentius atq; popularius quàm delationes ſuſciperet reo- rumq; damnationes, hodierno autem tempore hominum paſſim exiſtimationis car nifex eſſe cœpiſſet. tanta etiam contentione, ut fama eſt, nullo ut alio argumento qui dam eius ſtudioſiſſimi, ingenium commendare ſuum proferreq; niterentur: non acu mine figurarum, non troporum integumentis & uenuſtate gaudentes, ſed quò uulni ficentius eloquentes ſint, nominatiſſimum quenq; hominum, & ſummũ quodq; ca- put, integrum iuxtà ignominiaq; aſperſum, ora deniq; aduerſa ac iugulos petentes. quo quid inuidioſius literis eſſe poteſt nō pridem ut dicitis reſtitutis? At uerò, in- quam, Here, unum hoc fuit ſemper eritq; in infinita hac potentia eloquentię cautum atq; receptum, ne res præclariſſima decusq; humanitatis (duntaxat quod ad immor talitatis munia pertinet) ſit malæ mētis organum. Quippe ueteres illos & ſi ueritatis ignaros germanæq; ſapientiæ, puduit tamen uirum malum quenquam eloquentem eſſe fateri: neq; eloquentē hominē eſſe poſſe dixerunt, qui non idem uir bonus eſſet: adeò rem honeſtiſſimam atq; cōmendabiliſſimam, uſu indecoro obſoleſcere deus et natura noluerunt, mortalibusq; peſtifero. Neq; enim Herculis uirtutem natura Siſy- pho accōmodauit, quam ad iuuandos mortales comparauerat. neq; Pithò ſedere in labris eius poteſt, qui corde uitioſo ſit. & ut philoſophiam ἠθοποιὸν, ut Græci dicunt, id eſt morum informatricem eſſe oportet, ſi nomen ſuum tueri uult & dignitatem: ſic morata ut ſit eloquentia neceſſe eſt, quæ alumna eſt philoſophiæ. Dicendi autem fa- cultas, qua homines quidam mali omni ætate uſi ſunt ad res malas & ſceleſtas, in ſce- nam, ut ita dicam, in mediumq; producendas, aut longis interuallis reducendas, non eloquentia eſt illa quidem quæ tum efficacem uim habet tum perpetuam: ſed uerſu-
B tiloquentia potius, quæ tum deniq; fallere deſinit, cum color & fucus illitus exoleuit. Quare falſo crimine eloquentia ab iſtis hodie arceſſitᷓ, quaſi patrona & aſſertrix per- uerſarum opinionum olimq; exploſarum: quod non minus habet ipſum imperitię q̃ calumniæ. Quid enim ſit eloquentia homines infantiſſimos ignorare, non magno- pere mirandum eſt aut indignãdum. Alteri autem crimini ſi reſpondere cœpero, ue- reor ne ulcus ſit, ut aiunt, quod attigero. uſq; adeò ea parte noſtra cauſa laborat, quaſi diro quodam & fero malo. Diſcordia quam Græci Eridem uocāt, in deorũ olim con uiuio malum illud aureum miſiſſe dicitur: unde inter deas contentio Paride diſcepta tore orta eſt: haud ita pridem exitiabilior quædam noxa, liuoris ſtygij uirus in homi- num quorundam doctorũ præcordia inſpirauit, ex quo literæ male audire apud mul tos non dubiè cœperunt. nam quaſi materia iucundiore conſumpta ingeniorũ pro- ferendi, compellandi ipſi quos oderint, obtrectandi apertè, laceſſentibusq; reſcripti- tandi, argumenta cōminiſcuntur indies alia atq; alia. Quam ob cauſam, & ſi maximè pridem typographorum officinæ uiſebantur, nunc tamen ut obſoleta acroamata iam minus atq; minus uendibilia eſſe dicuntur. Mihi uerò aliquando experienti (ut apud te ingenuè fatear Here) id malum tametſi acre, tamen non ingratum uiſum eſt, quamdiu quidem certè tumebant præcordia: pudendum autem ipſum deinde & pi- gendum cum tumor reſederat. Quare felices quoſdam eſſe iudico homines doctiſſi- mos, quibus integris & puris ab hac peſte, ad extremum eſſe contigit. quam peſtem Achilles, ut diram & capitalem animorum contentionem, apud ſapientiſſimũ poe- tarum execrans, uelut ſera reſipiſcentia extimulatus, dulciorem melle ait eſſe, in ho- minumq; iratorum pectorib. quaſi fumũ gliſcere ac glomerari. Abſit igitur ne homi num uitium in crimen uertatur eloquentiæ, ſiue obloquētia eſt illa quædam potius, quæ animam in uulnere, non etiam perſuaſionis aculeum, in auribus linquere con- ſueuit audientiũ. Condoneĩ deniq; quoquo modo literis hoc facinus, quod fatale, ut opinor, erat huic ætati, ut & alia atrociora, impietatisq; impurioris redolentia. Poſtre mo hoc tibi, Here, mihiq; perſuaſum ſit, gladiaturã illam ſtyli, nō eſſe ludi eloquētię,

quæ summorum autorum elogijs testantibus, sese non nisi uiris bonis & æquis indulget liberè pertractandam. Mihi uerò (Rex inquit) ij qui eruditione eximia & eleganti, ad ornanda exacuendaq; maledicta, aut tuenda & armanda maleficia uti instituerunt, esse non absimiles illis semper uisi sunt, qui uasis aureis aut gemmeis ad propinanda utuntur ueneficia: aut qui prudentia, ad circumscribendum: aut qui scita ratiocinatione, ad astruenda commentitia dogmata & exitialia. Hi enim ut peruersam mentem habent ipsi, ita rerum quoq; peruertũt usum, sanitatisq; præsidia in exitium uertunt hominum. Quibus equidem ipsis nõ pudendam tantummodo, sed etiã esse dico pigendam doctrinam & pœnitendam: cum tot tãtisq; uigilijs, ut audio, tantoq; tempore à uobis comparetur. Vitium est hoc eorum Here, inquã, quos Græci apirocalos uocant, qui rerum honestarum compotes facti, aut absurdè, aut præposterè, aut deniq; ineptè ijs utũtur & incõmodè. Sed quemadmodũ (ut inquit Marcus Tullius) prouerbio testatum est, hominẽ frugi omnia rectè facere, quod Stoici de sapiente dixerunt: sic doctrinam eximiam, moribus cumulatam esse bonis oportet, ut eloquentiam pariat toto organo, ut dicitur, instructam cõmodissimè. & quãtum Pythagorici numeris & musicæ, tantum debent egregiè literati candori tribuere & probitati. Verum enimuero ô summã indignitatem Here, quæ inscitia matre orta, non modo multis seculis adoleuit, sed etiã publica autoritate regiaq; corroborata est, ut iam flecti nequeat. hæc tanta iuuandæ, componendæ, cohonestandæ uitæ facultas: hoc organum tam instructum reipublicæ splendidè administrandæ, moribus tamẽ Franciæ inter lucifugas disciplinas iacet, atq; etiam lucrifugas (ut multi cauillantur) in locis obscurissimis. Quippe cum eius disciplinæ professores ex eorum numero circũscripti sint, non modo qui æra merent Principum aut publica, sed quorũ ratio quantulacunq; habetur in cõmodis distribuendis. Nihil in anniuersarijs rationib. Regum expensum ijs ferri solet, non magistratus, nõ honores, non sacerdotia deferri. In classe deniq; formulariorum, libellionum, amanuensiumq; homines adhuc cẽsentur omnium doctissimi. nimirum quoniam eorum scripto plerũq; locupletes & ornati uiri; sed non perinde literati utuntur, quando orationes ipsi aut domi, aut peregrè habituri sunt. Nec uerò minus indecorè in Francia seruit eloquentia, quàm Hercules quõdam in Lydia dictus est seruiuisse. Et quidem sæpe mecum ipse æstimãs ætatis nostræ contentionem ad literas cùm Latinas tum Græcas in integrum uitæ restituendas, admirari soleo, quo numine tandem acti studiosi quidam homines, ijdemq; leuiter peculiati, nihil aliud pensi præter id habere uideantur. Nam cum in omni ordine conditione q; uitæ ciuilis, si unquam aliàs, nunc maximè, singuli uniuersiq;, rei quærendæ, augendæ, tuendæ, fastigio suo tollendo, amplificando, exornando, omnem curam animaduersionemq; impendant: hi abiecta patrimonij componẽdi nedum amplificandi aut expoliendi cura, toti optima fide incumbunt ad interpolandam, reconcinnandam, denuo perpoliendam eloquentiam, quę tot seculis in squallore iacuit & situ fœdissimo. cum interim nulla spes præmij aut numerandi tandem, aut rependendi oculis eorum obuersetur. Quos equidem ipsos non minus de posteris mereri æqualibusq; censeo, quàm illi olim maiorum (ut ita loquar) gentium autores Græci atq; Latini, inueniendis artibus prodendisq; promeriti sunt: etiam si fastigium ipsi inuentis, manumq; imposuisse ultimam iure debent existimari. Nam illi quidem, quod acumine & iudicio facilè præstiterunt, ea fuit temporum magis quàm hominum præstantia. Cæterum eorum industriæ non cedit memoriæ nostræ peruigil diligentia, quibus bona pars florentis ætatis in linguis ediscendis conterenda est, quæ prorsus iam alienæ sunt, & peregrinæ sermoni uernaculo uniuscuiusque gentis. At labori hominum ingeniorumq; præcellentiæ sua olim præmia semper, aut certè plerisque seculis constiterunt. Ex quo uerò homines nunc meminerunt, ueræ eruditionis æstimatio usq; adeò iacuit, ut iuuenes parum frugi indolisq; deploratæ iudicarentur, qui literarum discendarum studio unum aut alterum annum prorogantes ultra solenne uulgò spacium, tantisper fortunam ipsi suam morari, seseq; fraudare ijs artibus uiderentur quæ ad rem faciendam pertinent. Hancq; ipsam ob causam memini me olim ab huiuscemodi prudentum natione designari oculis nictantibus,

ut

A ut fanatico amore literarum inanium correptum, qui oleum cum opera perdere me non sentirem. ac nisi natalitius quidam instinctus, serò quidem ille, sed uehementi atque uniuersa animi contentione, mentem meam huic pistrino alligatam assiduè teneret, stimuloque Philologiæ indies magis ac magis exacuto assiduè perurgeret, amoribus illis meis utique aridis & ieiunis, nuncium iamdiu remisissem. Nam discendi cupiditas quanquam homini honestarum rerum admiratione imbuto, tum lectionis blandimentis, tum profectus illecebris, lenocinari mirè solet: tamen nisi pabuli quippiam extrinsecus obijciatur, pro quo ipso spei uel inanis & cassæ illicium sæpe cedit; animus sensim lassescens, ad extremum necesse est ut fatiscat. Iuris ciuilis ac pontificij non dico prudentibus, sed utcunque consultis, spes certarum capturarum proposita est ad cancellos forenses oberrantibus. Queis & ipsis cum forensem laborem grauari cœperunt, à togatorum ordine emigrare statim licet, si fortunam nacti sint adminiculatricem, ad tribunaliaque scandere, & in subsellijs liliatis enitescere. Ex nulla autem ferè uel disciplina uel natione homines tot euadere uidemus: non sua ui, non propria, non iusta magnitudine grandes: quasi quosdam grallatores. nam ut hi calopodibus sublati incessu prægrandi giganteam proceritatem ementiuntur, sic illi in summis magistratibus altisque cothurnis honorum constituti, summi sibi uiri multisque uidentur esse. Quo nomine præcipuè iuris interpretum libris officinæ palàm & tabernæ refertæ sunt, bibliothecæque ipsorum magistratuum, iuris quoque interdum imprudentium. Quippe lumen & foro & concilijs prætuli isse iuris enarratores, & ut uocantur, consulti, amplissimorum ordinum præiudicio existimantur, cum apud peritos constet, huiuscemodi commentarijs ius antiquum illustrantibus, ipsum ius ciuile excæcatum esse, nonnullaque ex parte pontificium. Huius autem scientiæ & aliarum discipulis, post annum unum aut alterum, & à primis statim rudimentis, excedere è tyronibus solenne est, ac tyrocinij depositi insignia capere, baculariosque, ut opinor, uocitari: postea aliquot annorum accessione pro cuiusque disciplinæ instituto, mellodidascalos moris est designari, ac prælegendi iure donari, qui secundus gradus est insi-
B gnium acceptorum in omnibus disciplinis: inde porrò ad docturam prouehi, qui apex est magisterij, ius iam plenum conferens ac decus publicè responsitandi. At uerò nostræ Philologiæ affeclis tanquam perpetuis discipulis ac semper tyronibus nunquam exanclatæ sunt ærumnæ studiorum, nulli tituli, non docturæ, non prodocturæ uel mellodidascaliæ, non cuiusuis magisterij propositi, nulla insignia honorum expectata, nulla decora, nullæ spes emeritorum. profectò cum multa iniquè & nostris & omnium penè moribus comparata sint hoc tempore, in omni parte uitæ: tum id iniquissimè, nisi nimium ipse hominũ nationi faueo arcta mihi necessitudine coniunctæ. Nam quid iniquius eo esse potest, quod quam disciplinam ad omniũ artium honestarum interpretationem, explanationem & iudicium, omnium honorũ administrationem illustrem & spectandam, uiam munire & gradum facere non dubiũ est apud homines peritissimos, ea una disciplina omnibus honorũ gradib. deiecta, omnibus cassa dignitatum insignibus est, ut nec in orchestra, nec in ordinibus theatri rei pub. nostræ sessum spectatumque admittatur. Momi certè hæc iam indigent, & momi sanè acris, & præuaricationis inscij. Quanquam huius indignitatis culpa penes eos est, quibus quasi designatoribus respublica usa est ad hunc diem, siue imperitissimi ipsi, siue fuerint iniquissimi, qui ijs locum nullum omnino quasi trioboli ciuibus reliquerint, quos primorum subselliorum sessores esse, & decebat & æquum erat. Atqui seculi cuiusque propudium est & grande opprobrium, cum uiri insigni doctrina præditi, & morum honestate commendabiles, nec alioqui socordes, aut egentes ipsi & iacentes domi suæ uidentur, aut in familia diuitum uersantes & oberrantes tanquam mediastini. Videlicet hoc illud est quod aiunt. Sed iam nimis multa huiuscemodi fortasse, & uereor, Here, ut de fece iam querelarum haurire apud maiestatem tuam uidear. Age, age porrò, Rex inquit, age quod agis Budæe, interim dum aqua tibi fluit: quandoquidem aurem uacuam tibi ac tuæ Philologiæ utendam accommodare nunc constitui. proinde tu non tanquam ad clepsydram, sed tanquam ad ampharam dicas licet: ac ne id quidem modo, sed dolium uel totum querimoniarũ ut exhaurias.

Pergam

Pergam igitur, inquam, Here, quando bona uenia maiestatis tuę licet, apud quam aliàs quoque ferè aqua non malignè mihi funditur, præsertim literarum bonarum causam defensitanti: sed quàm maximè potero de liquido tamē hauriam. Quod utinam mihi amoribusque meis, non uacantem tantum aurem & utendā, sed procliuem etiam & fruendam, Here, olim commodasse dicare, & uerò his & huiusmodi acroamatis animaduersionem strenuam accommodasse. Hoc igitur illud est, ut dicere cœperam, quod quidam olim uir prudens dixisse commemoratur, Mundum hunc tanquam theatrum quoddam esse prægrande, & uisenda uarietate distinctum: sed in quo deterrimus quisque optimum quenque locum occupare sæpe soleat, occupatumque eundem iniquè retinere, summotis inde uiris longè melioribus atque dignioribus. Legibus regijs atque pontificijs, iuris utriusque studio, medicinæ atque theologiæ, in conuentibus scholasticis Franciæ, gradationes suæ, annariæque denunciationes apud pontifices & alibi constitutæ sunt: indeque sacerdotiorum petitiones, ac legis actiones proditę: ne dialecticis quidē huius beneficentiæ regiæ exortibus, atque pontificiæ. Hac lege tertia pars sacerdotiorum earum artium discipulis ita contributa est, ut sint qui in candida pura petant, & qui in candida commendatorum: quos candidatos scholarum uel conuentuum scholasticorum, rectè, ut opinor, qui uolet appellauerit: ut olim candidati Cęsaris appellati sunt, ij qui à principibus Romanis ante sublata ab augustis comitia, nominatim tribulibus commendabantur. Et quidem moris est, ut ij quibus candidatos esse licet, hoc est, qui in unaquaque disciplina gradu aliquo pręditi sunt, anno suo petere se apud eos profiteantur, qui sacerdotiorum conferendi ius habent, cōstituto anni tempore, quod denunciare uocāt: & in candida uerò pura petentibus, & à scholasticis conuentibus proditis iuuenibus, quos nominatos uocant, utrisque sui mēses ad petitiones attributi sunt, si modo sint rite ex formulaque professi. Hæc igitur cū rectè atque ordine constituta esse uideantur, quæ nam est tanta uel hominum ignorātia, uel temporum iniquitas, ut circularis disciplina, ut omnium disciplinarū arbitra & disceptatrix in pontificijs atque regijs constitutionibus præterita sit, & exhęres planè omnium bonorum honorumque facta: quæ legibus, quæ decretis, quæ moribus institutisque deferuntur. Quis porrò non indignetur, eam disciplinam & professionem, quę omneis alias complectitur, atque intra suum orbem coercet, quæ suis finibus singulas quasi architectonico iure circūscribit, à schola Parisiensi (quę ut metropolis sit ipsa omnium scholarum, & censeatur: omnium, ut opinor, ipsarum bona uenia & assensione licet) inscitia temporum, & pauperie in re literaria facta, è numero disciplinarum exautoratam esse? è præsidijsque eiectam Palladis, atque eius ære dirutam? Quando autem eloquentiæ facultatem adeptis, & uerè doctis & literatis, eadem lege aut alia, anno suo petere? quando decimo lustro studiorum licuit? Ac enim si minus in legis autoritate, tamen aliàs spem habent subsidij in æquitate pontificum & antistitū: piaque eorum beneficentia & populari collocatam. Quotus igitur quisque pontificum, aut aliorum qui deferendi aut conferendi sacra beneficia ius habent, cum tot curialia flaminia, urbana atque rustica, tot sodalitates canonicas, tot primatus, tot honorata ministeria, tot ecclesiastica munera uarijs nominibus functionibusque distincta, quotidie in multos aut commendatos sibi, aut meritos uel de se, uel aliàs conferant, unum tantum imputare Philologiæ nostræ potest? Quis de literis bonis hac ratione bene merendo, gratiam à populo aut ab ordinibus aucupari uisus est? nam quę clientelæ longæ & famulatui deferuntur, non commendationi doctrinæ: sed obseruātiæ & obsequio tribuuntur. Quoto porrò cuique homini doctissimo eo nomine uidimus aut meminimus, eiurandi, ut fit, sacerdotij uenia impetrata, per manus traditum huiusmodi beneficium? Nullo igitur nec loco (Rex inquit) nec numero habetur, quantum ex te audio, ea studiosorum natio doctorumque hominum, quos solos Latinos esse & literatorum appellatione dignos, ab ijs censeri uideo, qui Latinæ antiquitatis periti esse dicuntur: cum tamen eiusdem ordinis scriptorum industria atque doctrina illustrium olim regum populorumque res gestæ, memoriæ proditæ sint, & ad hodiernum usque diem eorum memoria prorogata. Id quod moribus comparatum & receptum, iniquitatem non mediocrem, aut ignorationem summam apud nos eius numinis præfert, quod

tu

A tu religiosissimè ac diutissimè coluisti. Tametsi isti uestræ dicendi scribendiq́ facultati, insignis gens Gallorum (ut audio) nihil habet magnopere memorabile quod acceptum referat. Quod utinam nobis cōtigisset, ut tam accurati scriptores mediocris notæ, in ueris laudibus maiorum nostrorum extitissent memoriæ mandandis, quàm nobilis ille Romanarum rerum scriptor Liuius, cupidè fecisse uidetur ubicunq́ occasio homini sese dedit, Gallorū ut gentem nomenq́ in historijs suis maledictis concideret, cum indecora sanè & conspicua significatione inexpiabilis odij, nisi me fallit opinio. Equidem Here (inquam) memini haud ita pridem, super prandiū tuum (ut sæpe inter epulas reficere animum soles huiusmodi recitationibus) cum locus historiæ, Iosepi ut opinor, siue alius fuit autor Græcus, ad Gallorum laudem pertinens, recitaretur: te protinus lectorem reuocare, locoq́ explanatius recitato, dicere, Multum nos æquiore illo scriptore usos esse, quàm Liuio Latino quamlibet illustri historico: in quo inustum Gallici nominis odium propemodum Vatinianum, facile esset animaduertere: fidemq́ historiæ quatenus ad eam gentem pertineret, eo nomine labefactatam esse. me uerò subridentem respondere memini, Oportere hominem Patauinum, malè aliquando atq́ durè à transalpinis Gallis & agro Patauino finitimis, acceptum esse, & pugnis fortasse conuerberatum, qui acerbe magis & stomachosè, quàm historicè & compositè Gallorum mores uastos corporaq́ fingeret. eamq́ ob rem fortasse Patauinitatem in eo reprehēdi potuisse ut absurdam & indecoram. Verum quod Gallorum res post annos mille gestæ, parū feliciter proditæ sunt, aut proiectæ potius: nec tam posteritatis memoriæ commendatæ, quàm quouis modo mandatæ, culpa fuit principum, qui posteritatis rationem uel nullam uel minimam habuerunt, sicut nec anteriorum temporum, tanquam nihil ad se pertinētium. Nam ut uetustiora prætermittamus rudioraq́ secula, cui unquam post hominum memoriam in Francia ea cura mandata est, eamq́ ob causam stipendium constitutum, quod quidem ipsum commemorare nō pudeat, Gallicas ut historias scriberet? aut cui tādem in mentem uenit eorum, qui actibus summis rerum à regibus quaq́ ætate præpositi

B sunt, id ipsum esse magnopere uidendum & accurandum, ut è re summa Franciæ existimationeq́ futurum? Itaq́ ijs temporib. quibus lumina regiæ Francicæ, insigniaq́ regum laureata conspicuè fuerunt & augusta, literati nulli extiterunt, qui uictoriarum epinicia scriberent. Sicq́ magna ex parte lauri exaruerunt. Qua quidem in culpa, instar esse plenum capitalis criminis ausim ipse contendere hominū prudentium sententia, qui quidem uicem publicam doleant, ut par est, & indignentur. Etenim quid est aliud egregia maiorum facinora, instituta memorabilia, consilia eximia, deniq́ mores commemorandos deleri silentio obruiq́ sinere, quàm antiquissimi & celebratissimi imperij originem, incrementum, progressum, monumentorumq́ ueterum autoritatem & fidem, obliuione sepelire, & planè de medio tollere? Prorsus quidem, Rex inquit, nihil aliud. sed tamen qui cum maiorum nostrorum manibus indulgentius æquiusq́ agendum esse censuerint, excusare temporum conditionem ipsorum nomine poterunt, quæ literarum obscuritate quasi quadam caligine obducta fuisse offusaq́ nouimus: tum regum ipsorum procerumq́ inscientiam, qui historia quidem ipsi sermoni quid præstaret, nunquam suspicati sunt. Quippe qui commentitiarum coagmenta nugarum & anilium propemodum fabularum cōgeriem, pro iustis historijs ducerent & legerent. unde adhuc hodie dispulsa rudiorum ætatum nebula hac literarum luce, imbutas tamen imperitorum mentes uidemus. Qui postquam se in mari, ut uocant, historiarum ingurgitarunt, rerum gestarum cōmenta mirabilia in cœtu imperitorum fundūt. his nos historias suas interdum seriò & grauiter memorantibus (qui iamdiu emersimus ex eo fabularum figmentorumq́ pelago) uelut scurrilib. acroamatis auscultare solemus: easq́ nugas eo loco habere, quo mythistorias illas nobiles mensæ orbicularis, quæ tamen ipsæ lectores scita & artifici uarietate delectant, mirisq́ illecebris commemorationum, hominum attētionem illiteratorum retinent. Tum ego, Here, illico inquam, licebit ne adhuc pauca bona tua pace benignaq́ uenia? quando huc ego prouectus sum ubi insistere nequeo. Per me quidem licet inquit, & quidem paucis pluscula, & uerò etiam plura, & plena

cum fiducia,ad id quidem certè qua de re nunc agitur pertinentia. Bene habet(inquam) Here: utar non modo petita à me uenia & impetrata, sed etiam benignitatis tuæ corollario. Velim igitur ipse, per (inquam) uelim Here, ut recordere, ea rerum peritia quam uerè regiam & mirificam, cum ista maiestas præ se fert conspicuè & insignìter,tum facundia profert: & uerò isto omnium facilè inter reges atque imperitantes principe ingenio,ad omniumque rerum disceptationem apto atque accõmodato: quod in sermonibus serijs sese solet indicare natiua facilitate, quantopere temetipsum oneres.uelim(inquam)hoc ut animaduertas & recordere etiam etiamque.Caue uerò existimes in ordinem te Regum(ut ita loquar) hominum iudicio redactum esse, qui hactenus fuerunt in Francia,certè quidem nostra auorumque memoria.ad tua enim præscripta,non ad maiorum exempla spem de te conceptam homines metiuntur: dunxat qui te norunt,qui quantusque sis, quotque parasangis, ut aiunt, tute cæteris ingenio anteeas. Quare cum huiusmodi natura iudicioque præditus sis, & historiæ cupidissimus,& tuus principatus in hanc literarum claritatem incurrerit,tum præsto mox futuri sint quibus mandes quicquid uelis,homines doctissimi, nimirum nihil tibi in excusationem cesserit,non superstiti,non fato functo,non alias res agenti:istorum quidem certè, quæ antecessorũ regum nomine probabiliter ipse summaque æquitate excusauisti.Imò uerò (ut planè iam tecum,non cum maiestate regia loquar) nisi maiorum tuorum manes, in flumine Lethe summersos cum uetere regni gloria, in summum tute extrahas,splendorique suo restituas,omnem huiusce rei culpam ipse in præteritum & in posterum utique præstaturus es hominum opinione. His illud addam, Quòd si cuiusquam interfuit regum unquam,regni sui claritatem posthumam,splendoremque hæreditarium relinquere,tua id,Here,maximè interesse uidetur,qui & numerosa quidem satis sobole,& sanè eximia,ac lętæ spei auctus,hęredes,ut speramus, relicturus sis summæ liberos indolis & ingenij.Quos ad hunc diem impuberes,uiro utraque lingua doctissimo Benedicto Theocreno, sic erudiendos mandasti ac tradidisti,ut tamen sub oculis paternis & tanquam in sinu tuo instituantur, ingentem olim ipsi splendorem atrio addituri (si uota ualuerint) illustrissimorum Frãciæ penatium. Nihil autem potest nec excelsa tua mens,Here,præclarius instituere, nec imperij fortunæque magnitudo amplius efficere, ad tui tuorumque memoriam splendide propagandam,quàm ut honestissimæ doctrinæ atque probatissimæ cultoribus & exornatoribus,præsidia ad uitam subsidiaque stabilias, procul ab egestate agendam. nondum enim id ago,quod aliquando non grauatè,ut spero, concessurus es (qui mihi qualicunque homini,sed tamen eo nomine hæc ornamenta detulisti)dicendi ut facultas ciuili scientia imbuta, à te uelut prudenti taxiarcho atque designatore, in gradum suum honoris locumque congruum collocetur, uel tanto potius interuallo splendide reponatur. Verum,si quod dicere cœperam, Here, tute facere primo quoque tempore, ut constituisti,institeris,hoc te effecturum spondere,pignoreque capitali cauere non dubitabo,noster hic ut conuentus comes Philologiæ, non metropoliticus modo conuentuum scholasticorum,ut antè semper habitus est, sed Athenæ(ut ita dicam)togatæ ac palliatæ, existimetur esse ac dictitetur:ob idque agminatim uisatur omnib.è prouincijs atque gentibus,uel longissimè remotis.Quòd si quo minus id ex animi tui sententia facias, desiderijque nostri, humanitus quid acciderit (ut fluxæ sunt res mortalium, leuique momento interdum euanidæ) ominari non ausim, quò res nobis literaria,quæ gliscit nunc indies conspicuè,rursum sit recasura. Tametsi uix fieri posse puto incolumi re Francica & regia, ut ipsa Philologia ab animis generosis & strenuis pro derelicto habeatur:cum suapte ipsa gratia mira & incredibili prædita, cancellatis(ut dicitur)manibus amplectendam se præbeat illis semper atque suauiandam.Et ut primore statim accessu festiua est,& blanda hominum conciliatrix, ita postea præualida quædam habet philtra,illecebris illita liberalium ingeniorum, queis cum semel consilij & instituti rationes communicauit. De me certe cõiecturam aliorum facio, quem nemo non inuitum & gementem, animumque mox desponsurum,à literarũ cultu consuetudineque abduxerit,qui non idem cauum & conuexum(propè dixerim)diducere quodam artificio possit.Nisi uerò suo quis ingenio, sideri, & genio cum successu

ceſſu pugnare tandem poteſt. Vide uerò, inquit, Budæe, ne complexu quodã hederaceo iſta tua Philologia te ſemel complexa ſit. hedera enim, ut aiunt, ſic arborib. hæret, ut tandem eas enecet. tu uerò ne ſic in illam tibi deamatã incubueris, ut uiſcum in arborem: ut iam ſine ea uiuere & tolerare nequeas. & ſi ita uſu uenerit, tibi ut ab ea confeſtim abſcedendum ſit, tu protinus ægritudinem tibi exitialem conſciſcas, patriſq; tui ratum prædictum tua ingenti culpa facias. Eſt ita ut dicis, Here, inquam. Verum quid iam facerem? deſponſum ei ratis uerbis animum atq; in præſens, ut dicitur, conceptis, complexu etiam & ſuauio obſtrictum & autoratum, dirimere nũc ab ea nefarium eſſe cenſeo, & nihiloſecius tandem exitiale futurum. quin ut legibus id dirimere conſortium & moribus liceat noſtri ordinis hominibus, alioqui quoq; iam meæ ſpontis rem eam non eſſe memini. Valeant hæc fortaſſe inter eos qui translatitia formula, uitæ conſortia cum Philologia inierunt. ipſe uerò mihi reliqui feci nihil, quo numeroſiore nexu atq; tenaciore obligandum me illi permitterem. quippe qui non modo ſponſalia cum ea ſemel atq; præſentaria, ut dixi, & fide optima contraxerim: ſed etiam ſocietatem bonorum malorumq; coierim, ualetudinis atq; inualetudinis, aduerſarum rerum ac ſecundarum, domi deniq; & peregrè, eamq; perpetuam. Quam ita & ſanctam & ratam adhuc eſſe, & ad extremum uſq; diem fore ſpero, ut ad hæredes quoq; fortaſſe manatura ſit, ſi ſuprema mea mandata ualuerint: cõtrà quàm natura ſocietatis ferat iure ac moribus proditę. Iam uerò ipſa mihi ſponſalia, cum diu ſine dote quidem illa, & magno cum diſpendio, cæterum cordi mirũ in modum fuerint, propter gratias, ueneres & lepôres, quibus ipſa Philologia ſemper comitata eſt, indieſq; fit comitatior & auguſtior: qui fieri nunc poteſt, ut minus eius amore flagrẽ, minus in eius cultu acquieſcam, ac mihi cæteriſq; placeam, poſtquam à tua maieſtate dotem ipſa necopinatam mihi attulit? uberem quidem illam ut in hac uitę ratione, & uoto meo maiorem, ſed quo exemplo allata eſt, ut dixi, longè ſplendidiorem. Cæterum quoniam alienam nunc cauſam, Here, acturum me profeſſus ſum: ſi iam non mea ſed communis Philologia (æmulos enim iam æquis oculis aſpicio, tametſi ſemper eius amantiſſimus) ad bonorum poſſeſſionem ex illo tuo ſummæ expectationis edicto admiſſa fuerit, quod editurum te non ſemel palamq; pronunciaſti, non uenuſta modo comptaq; & lauta futura eſt Philologia, ſed eò amplius ornata, ſplendida & uiſenda, cum beneficentiæ tuæ & liberalitatis inſigni illuſtratione. Sin id ne fiat aut diuinitus quippiam, aut humanitus (quod ominari iterum nolim) euenerit, & ad bonorum poſſeſſionem à me eius nomine petitam, non admiſſa fuerit, ad hæreditatem illam utiq; gloriæ agnoſcendam, inde ut ſe cõferat neceſſe erit, quaſi ad ultimum bonorum unicumq; ſubſidium. Ad hanc autem cernendam hęreditatem communis iam illa Philologia, meam olim Philologiam ducem autoremq; ſecutura eſt: ſiue illa locuples ſatis per ſe eſt hæreditas, ut ab ingenuis animis eſſe exiſtimatur: ſiue inanis tandem & caſſa futura eſt quorũdam hominum iudicio. Nec uerò periculum eſt, ne ab ea ſpe adeundæ hæreditatis ſponſa ipſa noſtra, tot à procis expetita, deſtituatur, cùm à diſciplinis quæſticularijs hæreditas illa repudiata, ab omnibuſq; adeò artibus, degeneris cupiditatis ambitioniſq; pediſſequis, neglecta, ad ipſam haud dubiè Philologiam eandemq; Callilogiam, ut caduca reditura ſit. Nec præ bonorum poſſeſſione, ad quam uulgus animorum aſpirare magno ſæpe & ſudore contendit & horrore, ea hæreditas à nobis repudianda eſt, quæ in ære ſuo eſt multo ſemper, & nũquam in alieno. Abſit enim, abſit inquam à nobis tam præpoſtera animi ſententia, præſertim principum uirorum illuſtriumq; autoritate fretis, atq; æmulatione accenſis & ardentibus. quorum præſtantiſſimos quoſq; uidemus, meminimus & legimus, rationum ſuarum ſummam ad gloriam comparandam contuliſſe. Verum enimuero priſci fabularum conditores, cum alia ingenioſè permulta prudenterq;, tum illud commenti ſunt prudentiſſimè, treis ut eſſe Gratias dicerent, quas nominib. appoſitis ſingulas nuncupauerunt, præſides eas eſſe ſtatuentes atq; arbitras impẽdendi beneficij & rependendi: tum earum matrẽ ex Ioue, Eurydomen, eandemq; Eurymeduſam uocauerunt: his nominibus ſignificare uolentes, eos maximè munificos eſſe liberaleſq; debere, qui & amplis natalibus & ſplendidis orti ſunt, & quibus latè imperitare con

tigit. Quoniam autem beneficentia gratam memoriam, benignamq́ cōmemorationem promeretur, etsi suapte natura non postulat, ideò Mercurium Gratijs pręsidem moderatoremq́ ijdem designauere. eo figmento homines docere uolentes, insignitas liberalitates in eos exerceri oportere maximè, qui eas maximè testari & celebrare dicendo possent atq́ scribendo. Idq́ maximi olim Reges & Principes factitare in animum induxerunt: Alexander Magnus imprimis, eiusq́ successores. quorū unus Rex Antigonus, cum Demetrium filium eum magnis copijs grandiq́ apparatu ad Græciam liberandam à tyrānis tum oppressam, mitteret: ideò sese id facere dicebat, quòd intelligeret, eius liberalitatis gloriam sic è Gręcia quoquo uersus emicaturam, ut ignem prænuncium è specula toto orbe conspicua. Iam uerò Romanis principib. & augustis auream in cubiculo Fortunam habere moris fuit, tāquam insigne principatus: quam regiam fortunam nonnulli scriptores appellauerunt. Nempe hoc instituto significantes, se tantos principes esse tamq́ latè dominātes, ut fortunatores hominum esse & deberent & cuperent: ob idq́ auream ut fortunam quoquo circunferrent gentium. Verum inter fortunam illam regiam, & popularem fortunam, hoc uideri interesse uolebant: quòd hæc cæca & uolubilis, indignorumq́ fautrix, inquit Plinius, ut in quenq́ incurrit, illum beatum imperitorum opinione facit. At aurea fortuna, sceptrorum contubernalis & socia, perspicax est ipsa, eademq́ stabilis: hæcq́ ab ab illis pingebatur aut aliàs fingebatur, manu gubernaculum cum Copia dea tenēs. Proinde Reges rerum humanarum prudentissimi, quàm plurimos habere homines in comitatu suo semper concupiuerunt, dignos qui munificentia principali fortunarentur, honoribusq́ publicis aut regiæ cum primis ornarentur. Quid, qui Reges & Principes hoc parum animaduerterunt, Rex inquit, aut qui animaduersum, in animum non induxerunt? (pauci enim literarum & doctrinæ aut cupidi aut ornatores fuerunt) auream illorum negabitis fortunā aut argēteam fuisse, uos Philologię sponsi, & ab alio quodam inferiore metallo conflabitis? an etiam auream ut aliorum esse dicetis: sed cæcam tamen temereq́ uersatilem, ut illam popularem, nec hominum delectorum fortunatricem? facile autem erit, opinor, quemadmodum poeticæ, sic eloquentiæ artifici solertissimę alias atq́ alias, ut rerum sic hominum, species informare, & tanquam aureas statuas & argenteas quibus commodum ipsi fuerit, editis in locis & conspicuis undiq́, quasi ex Senatusconsulto Philologorum excitare & affirmare. Tales enim multas uidemus in historijs antiquis, quasi in theatris orbis terrarum erectas: nunquam ita uetustescentes, ut non indies magis uisendæ admirandæq́ existimentur. Sanè quidem Here, inquam, sic enim naturam huiusce rei ferre uidemus: ut auri argentiq́ in hoc genere materia, atq́ opificium ipsum, quò uetustiora sunt, eò uendibiliora sint, præstabilioraq́ censeantur. hocq́ in uniuersum ualet, ut in ijs quæ nec interitum nec uitium ab ætate sentiunt, senium ipsum & ueluti caries uetustatis, precium atq́ autoritatem intendat. Nec tamen statuæ huiuscemodi auro argentoq́ ætate hac conflatæ, non in secula quoq́ posteritatis ituræ sunt, materiamq́ suam atq́ artificium illis uendítaturæ. Prorsus quidem, Rex inquit, si ex officinis ipsæ celebribus exierint & mangonij nescijs: quod nota statim peculiaris cuiusq́ officinæ indicat quæ adulterari non potest. alioqui ut ex te aliquando audire memini, eorum similes futuræ, quæ uno aut altero lustro obsolescere solerent, dignæq́ existimari, quæ non in æde (ut tu dicebas) Saturni, sed quæ Vulcani fornacibus dedicarentur inspectorum ipsius artis censorumq́ arbitratu. at eorum ferè præiudicium tribus urbanæ sequi solent, iam uerò & rusticæ. Verum heus tu Budæe, Rex inquit, ad fortunam illam redeamus aut cæcam, aut oculatam, ut porrò intelligam quorsum id pertineat. Equidem, inquam, Here, qua de re nunc agitur sic sentio, quoniam in eo dicendi ueniam prolixè mihi & cum auctario tua admēsa est humanitas, quanq́ uerecundè petenti & exiguè. Reges ante te omnes Franciæ auream quidem illam fortunam habuisse in contubernio censeo: sed uel cæcam nonnullos, uel oculis fortasse peruersis, uel certè noctuinis, tenebras ut facilius ac iucundius quàm claritatem splendoremq́ cernerent. Quod per me quidem licet ut temporum magis quàm hominum fuerit uitium. Vereor autem, ut explanatè & aptè dicere possim quod animo cōcepi. Reges

duos

A duos consecrandæ memoriæ uidi, quibus tute succeßisti, Carolum octauum, & Ludouicum duodecimum socerum tuum, quorum manes rectè cōditos esse diuina benignitate, utinam non falsò cum multis, ipsorum merito sperauerim. A Carolo ego cōmodùm in aulam accersitus fueram, cùm ille repētino casu sublatus est, & exierat iam rumusculus quidam studiorū meorū, qui ad eum permanauerat, nihil minus me agente qui clancularius tum eram amator impuberis adhuc Philologię, & penè etiā infantis. Paulò superiora tempora meminisse magis poßum, quàm satis animaduersa compertaq́ habere. Verum ex quo certißimè memini, sic fuit Franciæ status constitutus, aurea ut illa fortuna (quantum quidem pertinet ad eam rem quam agimus, & ad literatorū hominum ornamētum) oculis atq́ auribus perinde capta fuerit. tametsi Rex uterq́ acrem unū oculum probumq́ habuerit, Guidonem ab rupe forti, uirum omnia summa meritum, si eo multum uti ad eam rem explorandam ipsi instituissent. Obrepunt autem sæpe cum priuatis, tum Regibus simulatio atq́ dissimulantia. quibus uelut præstigijs atq́ Gygis annulo, capitalis sępe fallacia, oculis pręstrictis se sub ducit alioqui non hebetibus, prauiq́ hominum mores, aut inertes, aut degeneres fal lunt sub integumento frontis uultuumq́ tectorijs. Sed longè capitalius est (ut mihi quidem uidetur) aurium ludibrium in Principe, quàm oculorum: quoniam in eo nō tam suo errore Principes, q́ imaginaria fide, elogiorumq́ autoritate ementita circūueniuntur. His autem morib. præditi erant illi Principes (etsi dissimili ingenio nati) ut si incorrupta hominū fama ad aureis aulæ interioris penetrare potuisset, cum mul tis ipsi benignè atq́ cōmendabili beneficentia acturi dubio procul fuerint, quibus tamen iuuandis sestertij unius numi instar sibi nunquam expensum ferri iusserūt. Contraq́ complureis ut munificentia sua indignos contemptui fuerint, quos opimis ijdem ipsi congiarijs prosecuti annuis quoq́ opimis insuper autorauerunt. Itaq́ uiuis illis principibus, famæ cōmendatricis inani prærogatiua, & uocis irritis popularium multos designari in urbe magistratus, antistitijsq́ ornari non paucos sacerdotes audiebamus, qui punctum ne unum quidem in comitijs regiarum regum ipsorum tule

B runt. Sed sic fuit semper fortunæ iniquitas, non cæcæ quidem modo, sed etiam cæcatricis eorum plerunq́ quos arctè complexa est, bonorum uirorum ut calculis ipsa & sententiæ, iniquis euentibus enixè refragaretur. Verum eorum regum tempore, literis bonis operam dare (id quod mihi maximè ut si cuiquam alij contigit) nihil ferè aliud, multitudinis atq́ etiam honores obtinentium hominum opinione fuit, q́ stultorum ferias, ut ita dicā, agere, qui dies olim festus apud Romanos fuit: in eorumq́ studiorū uacatione functionumq́ immunitate acquiescere, quæ ad fortunam unicuiq́ faciēdam, & ad fortunas augendas moribus comparatæ sunt. Tametsi Rex Carolus humanitate singulari liberalitateq́ memorabili præditus, & literarū elegantium opi nione quadam imbutus, quarum nomen tantum in Italia raptim quasiq́ per transen nam audierat, earum me gratia, & Græcarum præcipuè, quæ tum in Francia penè erant inauditæ, euocandum mandarat, ut supra dixi. eram enim tum plus minus quadriennium in rudimentis utriusq́ linguæ, nullo cum sodali, sed mecum ipse tātum & cum lare familiari clàm & uerecundè uersatus. quod ad eum fandò, ut fit, permanauerat. namq́ eam ob rem, non clarus ipse quidem apud nostros, sed spectandus tamē & monstrabilis eram: utpote qui ad musarum contubernium tunc infrequens atq́ inane, sic uiam affectassem ut qui ad desertum diuersorium, nulloq́ insigni notū obscurumq́ diuertunt. & erat tum in Francia literarum bonarum doctrina fermè tam uendibilis & expetita, quàm olim erat Lacedæmone ars scenica atq́ histrionica. Cæterum quod Philologia nostra eorum regum tempore sic iacuit, culpa fortasse nōnulla fuit ipsorum. Sed crimen & scelus penes oculos auresq́ regales fuit, à quibus ipsi Reges circumuenti sunt capitali coitione. Ita enim more hominum comparatū est, ut monarchi, ut populi, ut optimates, ut Senatus etiam frequentes interdum & curiæ, dolo & decuriatione paucorum circumueniantur, eorum præcipuè, qui super ad missiones præpositi sunt. Quæ uirtutis tanquam tabes quædam, atq́ interitus est tandem, præcipuè uerò ubi plurimum habet licentiæ atq́ impunitatis. Ab hoc aūt cæco serpentiq́ ueneno sacrosanctas esse regias aureis in magnis imperijs admodum diffi

cile eſt(& ſi id maximè par erat,& publicè conducibile) nec ad id excogitari antido tum tam appoſitum unquam potuit & ualidum, ut ſecuritatem præſtare ijs potuerit à captione tutam. ſicuti nec aduerſum ſycophantiæ uenenum: ut eſt in prouerbio apud comicum Ariſtophanem. eſt enim maius id malum humana prouidentia. Ea tamen, Here, expectatio & alacritas ſtudioſorum ex ſorte mea excitata eſt, qui ſolius famæ cõmendatione, ac ſine ambitus ineptijs & moleſtia à te tuli quod optabam, & uerò altero penè tanto amplius: ut Philologia iam noſtra candidatos ſuos comitia te habente & regente, deſignatum iri ad honores & magiſtratus, idq; ſua tãtum gratia, ſperare occeperit. Quis enim tibi fucum facere, quis imagines rerum pro rebus confidet ſe poſſe commendare? quis hominum ſimulacra pro uiris doctis & prudentibus approbare? quis deniq; doctrinam hominum & dignitatem pręuaricando, apud te diſſimulare auſit, qui ingenium tuum quidem, qui experientiam, qui iudicium norit? At ea uerò quis ignorare poteſt tuorum? ingenium dico & iudicium. imò uerò omnium (propè dixerim) diſciplinarum inchoatam nõ leuiter notionem atq; etiam cognitionem: partim informatam naturæ mira benignitate, partim frequentibus & aſſiduis doctis cum uiris diſputationibus? Et perridere quidem mihi interdum ac lætari ſupra modum contigit, cum quoſdam pinguis Mineruæ homines, & lemis, ut dicitur, Saturnijs lippientes, de literis ultrò cẽſentes & literatis, quaſi ſexagenarios de ponte deijceres huiuſcemodi ſuffragiorum. Quibus exemplis cæteri eiuſdem ordinis edocti, te ijs de rebus differente, aut ſermones laceſſente, fauere iam linguis ſoliti ſunt, ſtupentesq; auſcultare. Age, inquit, age porrò qua de re inter nos agebamus, & de me nunc Budæe conſileſce. Sanè uerò, quaſi ego illa artiũ principia diſcere potuerim, qui Latinæ linguæ tantum rudimenta, uel elemẽta potius puer attigi. Et quidem quod uernaculo ſermone tecum unà nonnunq; & cum multis, hiſce de rebus diſſero, non quaſi meo iure id facio, non ea fiducia fretus ſum. noui me nec ſecundas nec tertias huiuſcemodi actuum exequi poſſe, nec uerò mediocriter ſuſtinere. ſimiliterq; mihi facere, cum id accidit, uideor, atq; cum aduentitij quidam homines (ut fit interdum) muſica quoquomodo imbuti, & ſpecie cultuq; conſpicui à ſymphoniacis diſſentaneo, ad odeum delubrorum uerecundè accedunt inter ſacra peragenda, & ſenſim illis intermiſſimq; accinunt uoculoſis illis numeris & uibrantibus: ſic & ego de diſciplinis loqui exordientibus ſuccino interdum, haud ſcio quàm ſcitè & appoſitè. Iuuat etiam ſæpenumero fungi uice cotis, ut dicitur, aut incentiuæ tibiæ, diſputantesq; acuere ſermones laceſſendo. Hic ego enimuero facere non poſſum, Here, quin paululum digrediar, etſi me pergere porrò iubes. Neq; enim ueniæ quaſi liberalius datæ, repoſcitor eſſe, ut opinor, ſuſtinebis: cum rata, ut noſti, eſſe deceat & propria principum beneficia. ſinesq; meo me iure uti ex animi mei ſententia: quando etiam eadem beneficia pleniorem atq; uberiorem interpretationem admittunt iuris prudentum autoritate. nam quæ dicturus ſum in hac digreſſiuncula, non tibi iam, Here, ſed mihi intus, ut Aſpendius olim cithariſtes, ijsq; qui hic propter me ſtant, canere conſtitui, tantiſper à te auerſus. Tuo uerò, inquit, Budæe arbitratu, modo qua de re nunc agitur, ut prædixi, tute nunc quoq; memineris. At uerò, Here, inquam, æquum hoc ego eſſe cõtendo, ut mihi gratiam pauliſper legis à te latæ facias, dum ipſe hanc ab iſta maieſtate apoſtrophen facio. Vide igitur, inquit, ne longiuſculam, neu quid medium intercinat actum, quod non propoſito cõducat, & hæreat aptè. Quod cum ego annuiſſem, tum aliquantum ad circumſtãteis eoſdemq; attentos cõuerſus, Poſtridie ut opinor (inquam uoce iam ſubmiſſiore) aut ſummùm die tertio, quàm in aulam ab Rege pridem euocatus ſum Ardeam: quo reges charitate germani, ætate & aliàs florentiſſimi, ad colloquium coierant celeberrimum, atq; utrinq; ornatiſſimum: incidit epulante eo ſermo de noctium breuitate ſolſtitiali ad littus oceani. qui cum aliquantum progreſſus eſſet, ſuper ea re ſtatim hominem me tum huius aulicæ militiæ tyrunculum, ipſe Rex percontatus eſt. ego autem ita in comitatum ueneram, ut rerum mathematicarum inſcium eum prorſus eſſe crederem: & rei quam rogabar rationem tenere me confidebam. Rogatus igitur ſententiam, intrepidè cœpi ac ſine cunctatione ea de re differere, ut qui in ludo meo uerſari me putarẽ, nec mihi

ab

ab ipſo ſententiæ rogatore quicquam eſſe, aut aliundè metuendum. Ibi cum finito-
A rem orbẽ æquinoctialemq́ imaginaria deliniatione quaſi in abaco, ſic ſuper regiam
menſam digito circumſcriberem, indeq́ nocturni circumactus ſolis diurniq́ ratio-
nem ductu manus colligerem, uelut aliud agens atq́ in ſupina ſecuritate, hallucinari
aliquantulum cœpi, nullo circumſtantium præter Regem animaduertente errorem.
eram enim ſi unus ipſe Rex non affuiſſet, quaſi ſimiola, ut dicitur, inter aſellos ludẽs.
quod quidem certè ad eam rem attinebat. Ibi uerò ille ſermonem meum leniter ex-
cipiendo, erroris me admonens, molli, ut aiunt, brachio in gradum repoſuit. & erat
non imperitiæ culpa, ut dixi, ſed hallucinatiuncula mentis, quaſi oſcitãtius uagabun
dæ. Verum cum ego caſu necopinato perculſus, & rubore ſuffuſus, errorem illico a-
gnitum deprecando, in uiam rediiſſem, faciendum mihi eſſe intellexi, ut cautius in
poſterum attentiusq́ diſſerere pergerem. Ante hunc autem Regem, atq́ ante eum
fortaſſe diem, ſic ſenſus erat hominum peritorum, ut qui hiſce de rebus & ſimilibus
in regia diſſereret, is non modo ineptire, ſed myſteria, quod dicitur, effari in cœtu ui-
deretur hominum profanorum. Cæterum aderat tum ibidem uir quidam ingenio-
ſus, alioqui mihi notus, ex eorum numero, qui literas more hominũ & aliquãto am-
plius didiciſſe exiſtimantur. Is collecta de me opinione altioris doctrinæ ex hominũ
rumuſculis, præuaricationem eam eſſe ambitioſam ſtatim interpretatus eſt, aſſenſio-
nemq́ obſequioſam, regiæ utiq́ maieſtati cedentem: non ueritati atq́ conſcientiæ.
Itaq́ ille cum me poſt eum ſermonẽ ponè digito, ut fit, impulſum, paulum illinc con
cedere, ad colloquium innuiſſet, Euge, inquit, tyruncule, iam aulicæ urbanitatis ru-
dimenta, ut uideo, poſuiſti. nimirum depoſiti tyrocinij mox inſignibus decorabere.
hem, quàm appoſitè adueniens aulæ genio lenocinari in mentem tibi uenit? ut ſcita
autem doctrinæ ſubmiſſione gratiam hanc primam à principe ineundam duxiſti? à
quo (ſi diuis placet) cum in arena tua, ueſtigia credo nota fallente, lapſus eſſes, iure tu
reprehenſus es, manuq́ ſubleuatus: Vel hoc tandem Budæe quis non credat, quis te
& illum norit, quod quidem ad id certè, quo de agitur, attinet? Profectò ſecunda, ut
B dicitur, aui aulicam diſciplinam tute auſpicatus es, tantoq́ omini, ut opinor, progreſ-
ſus mox reſponderit, ſi ad ludum tute uentitare perſeueraris. Cum hęc & huiuſcemo
di ridens ille & cauillabundus diceret: egoq́ quę ipſe mihi ominabatur, nequaquam
agnoſcerem, homo ſtomachari penè cœpit & iraſci, quaſi delicias facerem, ſecumq́
uelut homine imperito diſſimulanter ipſe agerem. Quod cum ægrè ferre cum ani-
maduertiſſem non ante fidem ipſi conſcientiæ meæ feci, quàm aſſeuerantius & iure-
iurando confirmaui, ſimpliciter à me eam rem actam eſſe atq́ ex animi ſententia. idq́
multis pòſt ille exemplis edoctus, facilè uerum eſſe tãdem credidit. Cæterum hoc ut
certum tenetote, me primum panegyrica fretum fiducia cum Rege diſſerendo de re
bus ad literas bonas & eleganteis attinentibus, meticuloſum tandem eſſe factum ac
mihi diffidentem. Dein ad Regem ego reflexus, Noſtrum nunc, inquam, Here, ſer-
monẽ intercíſum ferruminaturus ſum, clepſydræq́ tantiſper obthuratæ iam demam
epiſtomium. Tametſi igitur proximo tuo ſermone intelligẽdum nobis dediſti, cum
de literis diſciplinisq́ uerba facis, non id tam iure tuo, quàm quaſi occupatitio facere, aut
precario, claris tamen exemplis admonitus ſum, ſolicita cum animaduerſione hiſce
etiam de rebus tecum ſermocinandum eſſe, cum ego in auſpicando ſpecimine impe
giſſem nimia ſecuritate. Quanq́ rurſus ut dominus es in officijs miniſterijsq́ exigen
dis minimè moroſus, famulisq́ tuis indulgens & miniſtris quos à cura corporis ha-
bes omniumq́ horarum apparitura, ut ſi quis unquam regum: ita in rebus diſputan-
dis diſceptator ſanè quàm æquus, & fortaſſe æquior æquiſſimo. Et quidem in inge-
nio tuo moribusq́ regijs nihil nec ſuauius animaduerti, nec cõmemorabilius, cùm
omnia ſint maxima & propè exemplaria, quàm quòd uel conniuere in eorum culpa
ſoles qui in diſſerendo coram te hallucinantur, uel ſi illi à te liberè diſſentiant, aut
molli articulo erranteis, ac ſine imputatione corrigere, lapſosq́ non ægrè erigere.
atq́ hæc ita facis naturæ mira dexteritate, imperium quidem ut interim ſceptrumq́
regium deponere, oris autem ſummam dignitatem, incredibilem facũdiæ lepôrem,
regiam deniq́ maieſtatem retinere, autoritatemq́ uideare. tute uerò ut etiam tuo de

 iure

iure decedere non graueris in cauſa apertè ſuperiore: ſi tamen eiuſmodi cum hominibus diſceptes, qui in ſua ipſi arena à te uinci ſine pudore nequeāt. quo nomine memini quantum etiam aliàs tuæ humanitati debeam. Iam uerò ſi te audiente (ut ſæpe fit) inter aliquos acrior diſputatio animoſiorq; exoriatur, auſcultatorem agere non modo ciuilem, ſed officioſiſſimum noſti: interim etiam cum opus eſt, exiſtimatorem in neutram partem propenſiorem, earum quoq; non minus rerum quæ cognitionis tuæ ſunt: quarum etiam diſceptator iure non regio, ſed priuato eſſe poſſes, iuſtusq; æſtimator. Quam morum æquitatem atq; ciuilitatem, in proceribus primarijsq; magiſtratibus atq; ſecundarijs indignabundi ſæpe deſideramus. Harum rerum exempla ſi tam hic memoranda duxiſſem, quàm alibi & paſſim memoratu digna ſunt, lōgior foret ab inſtituto digreſſio, quàm pro modo aquæ nobis fluentis, & tua me humanitas hæc tramittere iubet, quæ ad rem eam, quæ in cauſam deducta eſt, nihil pertinere cenſes. Ideò etiam memoranda mihi eſſe multa non duxi, quamlibet memorabilia, quia quotidiana atq; omnibus penè nota. Cum igitur, Here, eo ſis ingenio, eo iudicio natus inter ſummos principes, ut apud te facundia, doctrina iuſta ſubnixa, uiros bonos tam commendet, quàm uenuſtas mulieres & puellas honeſtiſſimas apud eos qui ſciti & elegantes formarum ſpectatores uideri uolunt: facere ipſe non poſſum, ut cuiq; iuueni ingenioſiſſimo occurri & indole magna prædito, quin omnes de literis bonis magnificè ſentire ſperareq; iubeam, ad ſtudiumq; earum uehementius cohorter: futurum etiam recipiam, atq; exiſtimationis meæ pignore cauere non dubitem, quicunq; ad doctrinam euaſerit partibus ſuis abſolutam: ſi modo induſtriam doctrinæ ingenuam moratamq; addiderit, atq; in regiam tuam nomen eius, aut cognitore graui dato, aut ingenij documentis quoquo modo inſinuarit, ut conſtet ei ratio operæ in literis bonis impenſæ. Cuius rei ſpes atq; expectatio, ideò geſtiētior eſt atq; impotentior, quòd ante hunc diem ſemper qui ad hoc ſtudium ita ſe contulerunt, ut in philoſophia conſeneſcerent, eos cum inſtrumento & cibarijs uenire oportuit quaſi irent Sutrium, ut Plautinum hoc loco uſurpem prouerbium. Neq; hæc, Here, quum fiducia benignitatis tuæ facio, fidem meam periclitari opinionemq; non recordor, poſſeq; me in ius uocari eam ob ſponſionem ad iudicium hominum doctiſſimorum: ut ſi in fraudem hac ſponſione iuuenes attraxiſſe captionemq; uidear, & me & prædes meos ſtylis indignantium ac frementium cōcidi uiſurus ſim & lacerari. Sed cum ad hoc ſtudium omnia mea pignora, omnia ornamenta, poſtremo ſpes omneis meas meorumq; etiam nunc contuliſſe uidear, quid iam habere potero reliquum cui metuam, ſi hæc mihi atq; alijs expectatio in te poſita, decoxerit? Quod autem ad cōmune eorum pertinet, qui ad literas perdiſcendas & docendas ob eam expectationem incuberunt, tanta eſt animorum alacritas, ita ſpem propoſitam auidè auribus haurire illi ſolent, cum hæc & huiuſmodi tanq; tuis uerbis, non à me modo, ſed etiam (quod aliquantum me ſubleuat) ab alijs pronunciantur, quibus excipere uocem ex ore tuo ſæpe licet, ut non tam ſpe homines ſuſpenſi, quàm expectatione certa erecti geſtienteſq; uideantur. Credūt enim hæc uelut oracula fundi ab Apolline, ut dicitur, reſponſa, hoc eſt à maieſtate tua atq; liberalitate edita in interiore adyto, & fide gētilitia ſancta & cōfirmata. Sed ita ut antiſtitē me tibi eſſe principē, oraculorū huius generis, inuito me illi quidem & reclamante, ſed tamen meo uel merito uel culpa mea ſibimet ipſi perſuaſerint. Quocirca etſi compertam me habere & perſpectam uoluntatem tuam confido, quod quidem ad iuuandam & ornandam Philologiam noſtram attinet, nonnunquam tamē reputare mihi ſubit ſi ſecus quippiam euenerit (multa enim mortalium conſilijs necopinata impendent, multa etiam inter calicem & labra (ut eſt in prouerbio) Sed ſi quid non ex ſententia ceſſerit, Here, quid me tum futurum eſt diui boni? qui ſponſionis aſſeclam noxam eſſe, cum hæc futura recipio, non meminerim, uel oraculo teſtificante nobiliſſimo. Verum hoc omen (ut ſpero, ut confido, ut non dubiè auguror) magnificentiæ tuæ aureæq; fortunæ genius primo quôq; tempore auerterit. Prorſus quidem, inquit Rex, cum deo bene iuuante: & quidem prima quâq; opportunitate, quam mihi ocium ab inſtantibus negocijs largietur, congiarium illud Philologiæ tuæ pronunciatum, bona fide dabitur, ad quod alludere.

C

D

ſermonem

A sermonem tuum iamdiu odorabar. nec ideò tamen à te aut ab alio tui ordinis admoneri, atque etiam appellari me ueto, fidem ut à te datam mea causa, ab alijsque, liberem: qui tantæ pecuniæ cõstitutum haud cunctanter strenueque fecisti fiducia nostræ pronunciationis, fideique palàm obstrictæ gentilitiæ: non mihi minus sanctæ, quàm Stygos olim numen fuisse deis poetæ cecinerunt. Id uerò constitutum ego, ut mandato meo factum, & agnosco libens & ratum esse iubeo: tantum abest ut à uobis laudatus autor in tanta causa, uos in lite destituam. Quidni enim, Here, id non hæsitanter faceremus, qui & uoluntatem tuam exprompta m, & facultates nulli non uoluntati pares esse sciremus? Sed enim quid tua efficere autoritas benignitate coniuncta possit, si Musæum extruendum (ut expectamus) curarit & mandarit, annuisque congruis & menstruis fundarit ac stabilierit, inde æstimari potest. Etenim quasi illa pollicitatione nobili atque etiam omnibus nota, utpote palàm ac testatò pronunciata, iterumque interuallo satis longo repetita, tesseram quandam uigiliarum studiosis hominib. dederis. omnes iam ferè ingenio felici ingenuaque uolũtate nati, è ueterno pristino incuriæ ac socordiæ excitati sunt, liberaliaque studia capessere, id est literas bonas lautioresque, certatim instituerunt, nauiterque colere. quippe egregij tui propositi institutique magnifici obsides habent regios prælectores: quos famæ tibi suffragio cõmendatos, speciminque sui ac doctrinæ antea factitantes, stipendijs constitutis auctorandos mãdasti, cum eos etiam corãm uerbis benignè singulos appellatos me spectante, cohortatus prius esses. Mandaui uerò, inquit, à te cõmonefactus quantopere iam flagrarẽt homines ijs studijs literarum, quæ tu dicere mihi soles expolitionem esse humani intellectus, quasique corruptæ humanitatis elaboratam quandã reconcinnationẽ. Et uerò tu eadem hac de re mecum sæpe egisti, cum uelut deprecandæ offensionis gratia diceres, te conuentus Philologici actorem designatum omnium suffragijs, id à me cõtẽdere. Quod nolim, ut dixi, existimetur mihi molestum esse, ne iniucundũ quidem. uelimque te huius mihi quasi æris alieni è rationib. meis honorarijs expungendi, assiduum admonitorem esse: nec ideò deterreri si interdũ aliud agã, hoc ipsum te agente. B Vereor enim ne in usuras quoque appeller ab ipso musarũ choro, quas debere me fortasse exitura iamiam die nonnulli arbitrabũtur, ut sunt iudicia imperitæ rerũ multitudinis. Equidem, Here, & si dimitti flagitatores istos Philologiæ nomine exopto & percupio, quorum uerbis necesse est ut sæpe te admoneam, & uelut iam morantis munificentiæ interpellem, tamen usurarum nomine repromittam neminem æquum & bonum quicquam à te petiturum, quamdiu prælectores supradicti, aut eorum similes annuis honorarijs ornati & allecti, publicè profitebuntur. Sit modo hoc semel ac satis nobis cautum, ne qui sub Palladis signis merent, unquam centurientur expunctis (ut Plautus inquit) in manipulis. nam cùm inter optima nomina illã maiestatis tuæ pollicitationem habeamus, quid est quod magnopere angamur, quoad hoc quasi interusuriũ pensitabitẽ, unde spem expectantiũ interim alere & sustentare possimus, quãlibet id auentem. Videre igitur, Rex inquit, ne nomẽ hoc locuples quidem & idoneũ, sed idem tardiusculũ esse existimetis. imò uerò uide tuipse stipulator Philologiæ, ut dies promissi donatiui cesserit & uenerit. huiuscemodi enim nomina non in præsens plerunque, sed in diem contrahi solent. Hoc autem ipsum eo amplius in hæc si nõ uerba, certè hanc ipsam in sententiam conceptũ est, quod quidem cõmodo nostro, quatenusque è repub. & quando futurum est. Sanè quidem (inquam) Here: & uerò si res esset priuatæ controuersiæ, non placiti principalis legũ nexu soluti, ex æquo tamen utique bonoque disceptaretẽ, quod ius plenum est indulgentiæ, nesciumque summi iuris: quod uinculis forensibus utitur. Neque nos nescij sumus, pace quãuis iam confecta, omnibusque numeris pacificationis, ac multis pignorib. tranquillitatis coagmẽtata, nisi quid fata, ut fit, moueant inuitis mortalibus, tamen reliquias negociorũ non mediocres superesse, cum rei numariæ difficultate plurima. quarum rerum explicandarum ratio antiquissimã curam poscit, nullique posthabendã. Interea igitur cum tu mihi admonendæ tuæ maiestatis fiduciam ultrò feceris, non cõmittam, ut causæ ad me delatæ (ut dixi) & receptæ, & uerò ut tuæ uoluntati egregiæ, defuisse uidear & regiæ. quodque nunquam in rebus mihi stipulandis facere potui, ut os natura uerecũdius quàm

mearum rationum familiæq; intereat, suffricare mihimet ipse imperitarem, quoad rem meam aliquantum auxissem, conditionemq; amplificassem: multis me amicis, ut inscitè atq; intempestiuè pudentem ueluti cubito crebro perpellentibus: id ego sub hac persona strenuè, ut opinor, & præfidenter fecero: quam tua mihi benignitas induit cum conuentu Philologico. Verum ut eò rursus quò tędebam redeam: quantum in singulis tuis uerbis, Here, atq; etiam nutibus positum sit, ad flectendas uoluntates hominum, & quo uelis cunq; circumagendas, ex eo declaratum est quod nuper exoptandum nobis euenit. Hac enim animi procliuitate ad literas bonas fouendas, quam haud ita pridem & præ te ferre cœpisti, & uerbis exprimere, literis etiam Græcis ciuitatem, ut ita loquar, in Francia tua dedisti. tametsi ciuitatem dico in Francia? imò uerò in regiam tuam aditum hospitalem, festiuũ & plausibilem. Nam quod Philologiæ nostræ riuales nobiles iam non paucos habemus, nonnullosq; domesticos tuos, & circumpedes famulos: ne id quidem modo, sed proceres & puberes honorarios, & pueros discophoros, literis Græcis imbutos (quod inter huius temporis paradoxa præcipuè numerandum duxerim) nihil aliud causæ est, quàm quòd cordi tibi esse cultiores literas iamdiu innotuit. Quare simul ut à curis antiquioribus feriatam mentem habueris, ad instruendamq; illam perpoliendæ humanitatis officinam animum applicueris, magnum utiq; atq; memorabile operæpretium protinus, æternumq; feceris. Quãtum enim diui iam immortales, quàm amplum, quàm ad memoriam tui principatus memorabile futurum esse censes, Pædiæ illius olim celeberrimæ, cùm Romanæ, tum Græcæ, diuersorium, domicilium, sedes deniq; ac tabulas in patriam deportasse aut asciuisse? Quale porrò additamentum, quãtumcunq; huic urbi florentis quondam Romæ nunc propemodum æmulæ, fore existimandum: in quam tute longo interuallo larem regium retulisti destinatione animi, si camœnarum ędes ipsi pro ornamento insigniq; accesserit? Equidem ipse dignam causam esse arbitror, quamobrem substruendis fundamentis, regia tua maiestas insignibus regijs gestaminibusq; ornata, primigenium lapidem iacere non grauetur, cùm ipse in forma operis eius arbitranda, architecti prius munere perfunctus sis. Hunc enim diem posteritas, quasi natalem palingenesiæ literarum ingenti studio colet & celebrabit. ne eum quidem modo, sed etiam ipsius quinquatria & octatria. Neq; uerò si in hoc esse tui similis perseueraris, satis esse arbitrabere, rei tam memorabili insigniq; futuræ, tum titulum atq; autoritatem regiam impertire, tum sumptus suppeditatorem benignum esse: nisi operis quoq; totius amplitudinem, descriptionem, rationemq; architectatus fueris (quod in multis operibus egregijs fecisse te nouimus) & ueluti primam manum operi, summamq; accommodaris. Regiæ certè magnificentiæ est, & tuę animi magnitudinis atq; prouidentię huiusmodi mausoleum extruere, omnibusq; partibus absolutum in regium modum reddere, in quo uiuus, ut aiunt, & uidens nominis tui atq; animi memoriam incisam esse noris, perpetuumq; manibus tuis monumẽtum futurum. Dignum certè prorsus opus, per, inquam, opus dignum, quod à te ipso inchoetur, Here, simul atq; uacabit, accurateq; & amplè absoluatur: non quod hæredi mandetur absoluendum, cuius tu exactor ipse sis, non mandator. quod tuis non tantum auspicijs, sed arbitratu tuo fiat. deniq; quod tibi superstiti Philologia, non manib. tuis tantũ & memoriæ, supremisq; mandatis debeat: cuius tu magnificentiæ recordatione atq; conscientia diu superstes senexq; perfruare. Nam ubi tandem potius nomini tuo, atq; honorificentius parẽtari te adhuc hic agente, ubi te fato perfuncto animæ tuæ sanctius uenia dei exposci & religiosius, q̃ in eo loco poterit, qui omnium gentium conuenis frequentabitur, beneficio tuo obstrictis? Id certè nominis tui monumentum, tanq̃ loco semper uernante situm, indies efflorescet. Nam cum illic Francia seminarium habitura sit elegantium hominũ, doctrinaq; iusta & multiplici expolitorũ, quod ex tuo instituto custodib. publicè præpositis, diligẽti & exquisita scholarum disciplina coletur, nimirũ ex eo uelut alueario Atticæ & Romanæ eloquentiæ, examina, ut ita dicã, iuuenũ quotannis, omneis in partes nobilissimi tui regni dilapsura sunt, quæ gloriã & decus pulcherrimi instituti ubiq; illustrabũt gentiũ. Verũenimuero Here, cũ hoc in expectatione nobis tã certa positũ sit, ut alias

res

A res iam curare atq; agere possimus post geminatam pollicitationem, & cõceptia uerbis agnitam, amplius etiam à te hoc postulãdum habemus : quod nisi me longè fallit opinio, iam exorsis non grauatè confestim attexueris, cum sit illis magnopere cõsentaneum. Nempe, inquit, ut Philologiæ post annua cõstituta annarias quoq; leges, & candidaa petitionum, & gradationẽ solennem fortasse, classemq; suã attribuam, scansili expectatione ornatam: id enim ex ijs quæ in querimoniam deduxisti facilè conijcio. Hoc ipsum, inquam, Here, par erat omnino si cõmodè cõstitui potuisset, certisq; finibus temperari. quod quoniam non potest, id modo postulamus, ut nos ex capite tantum censia, uel ex prorsua non censis, inter ciues, in classico a iam censosq; facultatibua primarijs transscribamur. deinde ut in comitijs flaminum, curionũ, archiflaminum, honoratiorumq; sacerdotũ, primatum, & cœnobiarcharũ atq; pontificijs, Philologorum nationem ita cõmendatam uelis suffragij tui prærogatiua, ut candidatos Règia esse eos homines intelligant. Inde enim sequetur, ut gloriosissima apud omneis ordinea Philologia quamprimũ esse incipiat & gratiosissima: simul ut primores & proceres ordinia cõsecrati, homines doctissimos habere nõ modo inter comitea, sed etiam inter beneficiarios suos cupiant & euocatos. Nec nobia iam dictia facultatib. uel censis uel cẽsendis, aut primã aut secundam classem petimus (nosti enim, Here, probè, quæ cõstitutio classium fuerit olim apud Romanos) sed ut iustæ, germanę, humanissimæq; doctrinæ (ut olim appellata est) autoritatem, in omni parte reip. fundatam uelis & stabilitam, atq; ita per omnia membra fusam, ut sanguis & succus ciuilis corporia esse existimetur. ita enim fiet potissimũ, ut loco iam & gradu moueri Philologia nequeat : nec ab suis inimicia imperitiæ patronis & cultorib. è medio rursus ut superuacanea exigi & explodi. Sic aũt homines docti & prudentes sentiunt, gymnasii instituti extructionem tanq; fundamentum ædis esse Musarũ: at literatorum hominum ornamenta, ueluti exædificationem ipsius esse musęi atq; expolitionem. Profectò, Rex inquit, Budæe, non primũ aut secundum locum tuę Philologię, ut dixisti, petis: sed summũ, imum, & medium flagitas subsellium in consessu reipublicæ : con-

B gruenter ijs utiq; quæ antea dixisti. ut ea facultas, quæ orbi disciplinarũ oram circunfusam cingit & cludit, etiam ad centrũ ex omni parte ipsiua circuli tendat: in eo enim puncto finis est, ut opinor, situs, & ueluti scopus hominũ qui ciuili ratione uitam sibi agendam esse instituerint. multiplex quidem ille pro ingeniorũ animorumq; uarietate: sed tamen eò spectana, ut quàm potest quisq; cõmodissimè inter ciues pro captu suo uiuat. Verũ enimuero cum sermonia nostri progressus inoffenso satis cursu porrò iuisse mihi adhuc uisus sit, hic ego tamen aquam, ut dicitur, hæsuram ad obicem suspicor: quem haud scio, an amoliri non pronum futurũ sit. Velim igitur ut quod Philologorũ ordini petis, quasiq; iure & æquo postulas, id cõmodè quoq; fieri posse doceaa: ac si factum fuerit, id è repub. futurũ existimationeq; nostra atq; regali. Ecce aũt eo adhuc loquente, importunua quidam nobis, reiq; literariæ obnunciator aduenit, qui colloquium huiuscemodi repentè nobis diremit, quod hactenua feliciter ac sine interpellatione cesserat. Quod cum ego fremerem ac gemerem in ipso penè cardine causæ in quo summa quæstio caputq; uertebatur, & iudicem mihi eo euẽtu ablatum, & coronam dilapsam esse, cogitare tamen cœpi, posse & aliam fortasse occasionem sarciendæ disputationis, ab eadẽ fortuna restitui quæ ipsam ademisset: id quod si eueniret, fore putabam ipse ut id aquæ quod fluxerat, causę nõ perijsse mihiq; uideretur. quapropter ei deinde occasioni imminere accuratè institi, metuena ne longiore interuallo ægrè conglutinabilis esset, cum differendi alacritaa & materia iam refrixissent quæ cõmodè antea incaluerant. Ecce tibi igitur tandẽ, cum dies complusculos uigilem & frequentẽ apparituram à primo accubitu ad clausulã epularum regiarũ fecissem, nactus sum fortè, ut dicitur, fortuna quod captabã. Rex enim qui tunc uel anagnostæ operam plerunq; dare solet, uel si literati uiri adsint, eos quæstionib. è re natis iucundè ipse ac ciuiliter exercere, aut inter se cõmittere, me uerò non in postremis, inde mecũ sermonem appositum exorsus est, unde ego statim eum in memoriã reducere interruptę dudum sermocinationis potui. Huic uerò sermoni posteriori librum alterum destinandũ esse censui, quoniam prior uisa mihi est disputatio ad iustam excreuisse magnitudinem.

DE

DE PHILOLOGIA

LIBER ALTER.

QVI prius igitur illustrissimi Principes, ereptam mihi in circulo occasionem perorandi, questus fueram atque ingemueram, simul atque sensi redditam mihi in manum ansam pertexendæ sermocinationis, præclarè mecum egisse fortunam intelligere cœpi, plaudendumque fuisse, & gratulatione dignum quod ægerrimè tulerā. Nam cum antea mihi pertimescēdum esset, ne longius producta loquendi uicissitudo tedium Regi afferret, auriumque fastidium, iccircoque aquam mihi fluere iamiam desituram semper existimaturus essem, factum est eo casu, aliquot ut dierum intercapedine instaurata audiendi uoluptate, tanquam denuò refusam mihi occasionis manu aquam in clepsydram interpretarer. Ab integro igitur opportunitate arrepta redordiendi quod inchoatum à me erat, aut iam orsis attexendi quæ animus ferebat, Res nata (inquam) Here id ferre mihi uidetur, ut sermoni tuo nunc respondeam, quem improuisus casus excipiens, ad hodiernum diem quasi competendinauit. Hinc autem, si placet, auspicabor. Cum literę uerè Latinę annos plus mille intermortuæ fuissent, Græcæ etiam conclamatæ citra mare Ionium, & tanquam funere elatæ ac conditæ, iamdiu tamen in Italia, regione literis semper hospitalissima, rediuiuam autoritatem ac splendorem utræque habere cœperunt. cum interim Alpes mulis etiam clitellarijs peruias, armillatisque tabellarijs cursu diurno ac nocturno superabiles, literæ ipsæ bonæ transire aut nequiuerint, aut respuerint, ut quidem ad nos accederent: quasi commercio nobis earum adempto, aut nostro illis interdicto, quoad tandem tuo appetente principatu, ipsas pedetentim quasique sese dissimulantes, Philologia mihi primo nostratium, & (quod equidem norim) uni diu, uerè familiaris, ingenti contentione accitas, ægreque euocatas, ea hospitalitate prosecuta est, ut iam ipsę diuersari in Francia non nollent: quanquam uel unum præter me, æquè eo nomine nobilem, dare cognitorem nondum poterant. Nuper uerò ex quo fauor tuus ipsis non obscurus accessit, non modo apud nos tuosque omneis passim peregrinari, sed etiam ad nos immigrare ptorsus constituerunt. quod sine captione aliarum gentium factum esse non nescius sum. In omnibus enim prouincijs, in quibus incolis illis esse contigit, liberaliter, comiter, benignè atque ambitiosè, æmula contentione acceptæ sunt. Proinde ipsa Philologia earum nobis conciliatrix, ut dixi, atque proxenetria, semetipsam & literas utriusque linguæ ueras, puras & germanas, ad fidem tuam liberalitatemque confert, ut eis in Franciam tanto ex interuallo redeuntibus, iustum esse primum iubeas postliminium: deinde ad tribunalia, ad subsellia (ut aiunt) stragulaque liliata, ad collegia honestiora, ad amplissimos ordines, aditum eis pandas, ibique sessum mandes admittendas: quibus in ipsis olim literas ipsas bonas clara sui documenta dedisse, antiqua monumenta testantur. Priscarum enim literarum splendori, caligine multa ignorantiæ priuatim ac publicè offusa, homines uere literati in scenam reipublicæ, atque in solem, ut dicitur, & puluerem forensem non prodire, non in gradibus sedere, non in orchestra uideri, ut homines sine re sine lare, soliti sunt: ob idque nullo loco numeroque haberi: certè quidem ut nihili notæ in abaco arithmetico, loca tantum lacunosa inaniaque occupare. Literis igitur conuersione temporum tuaque commendatione in lucem atque in publicum, ex umbratili studio ac labore domestico exeuntibus, in classes utique literati uiri iam permulti, in primasque centurias equitum & patriciorum pro cuiusque captu referendi sunt. Regiæ porrò uocis fauorisque prærogatiuā, cum omnes tribus principum, procerum, patriciorum, atque omnium ordines ducentium, protinus secuturæ sint, nullum maius operæprecium, Here, facere maiestas tua potest, quàm si & rebus, ut facis, & uerbis, luculentas significationes dederis quàm tibi ex animi sententia sit literarum bonarum illustratio: si mactos esse uirtute, studioque pertinaci & constanti, aliquot eorum iusseris, qui rei amplificandæ curam, ambitionisque studium, literarum peritiæ iccirco posthabenda duxerunt: quòd lucripe-

A tas homines atq; ambitus asseclas, Philologia e familia sua summouere ut spurios nothosq;, solita est. Id bonum & æquum esse, id bonis moribus conuenire, idē e rei Frā cicæ existimatione, regiæq; benignitatis illustratione futurum, nemo non arbitrabitur literis nō iniquus. Ita quod bona pace tuæ maiestatis, Here, dixisse mihi liceat, nō uideo prorsus, quo in obice aqua nostri sermonis hæreat, quod tu in altero sermone nostro suspicari uidebare. Neq; enim iam ut antehac, clitellæ bubus impositæ uidebuntur, cum honores uel ciuiles uel prætoriani, literarū studiosis mandabuntur: qua si asininis tantum tergis, quod ad literas bonas attinet, instrata huiuscemodi sedeāt. Nisi uerò literarum splendor, decus humanitatis, index & prolator ingeniorū in umbra atq; in tenebris exedrarum conspici & eminere potest: in luce & in sole non potest. neq; tu, Here, qua ingenij bonitate natus es, dixeris sic homines studiosos & literatos, in instituto uitæ tenebricosæ, splēdida fama esse, ut caudices quidam putres & aridi, noctu demum fulgent, aut nitedulæ uolitantes postquam cōtenebrauit: aut si quædam sunt alia eiusdemmodi, quorum splendor euanidus in luce exolescat. Mihi uerò literati homines sic in hominum grauissimorum celebritate illustrari posse uidentur, ut carbunculi, cæteræq; ardentes sua ui gemmæ, ad solem flagrare solēt: & oratores tum maximè diserti & eloquentes fiunt, cum maximam & honestissimam coronam sibi circumfusam esse sentiunt. Neq; enim æquè doctrina facunda esse potest in toga & in purpura. neq; tam in plano, quàm è loco superiore: qui cum ipse audientiam liberam unicuiq; largitur, tum fiduciam facit autoritate subnixā: hucq; pertinere puto antiquum prouerbiū, Magistratus uirum ostēdet. Ecquid igitur (Rex inquit) Budæe oblitus es, te me audiente pridem aut dudum parum certò memini, sed tamen aliquando dixisse, Mineruam illam iudicialem, squallidam & horridā (siue illa est musa quædam crassa atq; rustica, natalibus tetricis oriunda, & uirus barbaricum olens:) ita à uestra Minerua lauta atq; urbana abhorrere, Romani fori odores senatusq; prisci referente, ut in eundem ægrè hominem ambæ coire sine collisione non possint, grauiq; offensione? Atqui ipse memini cum diceres, iuris utriusq; disce B ptationem usumq; fori formularem, ita nunc esse cōstituta, ut siquis elegantis Mineruæ quasi iuris sui retinentior, uirus illud hircosum & alpinum cēsendo uitare uellet, antiquamq; notam dicendæ sententiæ quoquo modo imitari, iuris periti nomē protinus esset opinionemq; amissurus: duntaxat opinione & iudicio hominum eius ordinis, quæ multo maxima pars est eorum, ut aiebas, qui fata iurisdictionis regunt: & ut consecrata in ceremonijs sacrisq; faciūdis uerba mutare nefas esse ineptumq; existimatur: ita istum iuris interpretum sermonem, uerbis multis permixtum, è foro, nō quidē Romano ac subsellijs dicato, sed olitorio potius & boario suarioq; collectis, tum resonantem illos, rum plaudendum esse putare, atq; ad dicendam sententiā plenum autoritatis, & uillicum commendat, ut aiunt, animæ graueolentia, index alliati pulmentarij. Quem errorem usqueadeo aiebas inualuisse, ut antiquorum iurisconsultorum uerba, barbaris illis, tanquam sestiuioribus cesserint, aut significātioribus. Hunc igitur obicem necesse est ut summoueas, nisi aquā uis hærere. etsi enim libens iam facere solitus sum, ut quos stipendia multa secunda fama feliciterq; fecisse sub signis Mineruæ uestræ comperi, aut ciuilibus honoribus ornandos, aut sacerdotijs iubeam: tamen in iudicandi muneribus hoc semper exceptū uolo, nisi ciuilis iuris atq; pontificij ususq; adeò forensis, imperiti reperiantur. Quippe qui intelligam nec ciuiles facultates, nec usum formularum iudicialium, nec opinionem integram in quoquam desiderari oportere, qui iudicandi munere functurus sit. Id uerò præcipuè in ijs obseruandum est, qui in curias summas consiliaq; adoptātur; quoniam ita de causis ipsi disceptant omnis generis, & iudicia agitār tum capitis, tum fortunarum, tum fori translationum in ijs reis qui se eximi ciuili cognitioni postulant cœlibatus uncti patrocinio, ut ad maiores inde iudices prouocatio nō sit. Quare, ut nosti, in eos, qui à nobis codicillos eiusmodi muneris impetrauerunt, antequam magistratum ineunt, exerceri legem censuræ probatoriæ sinimus & iubemus, à maioribus nostris sanctam: nec antequam doctos & experiētes curijs sese designati ipsi probarint, aut ijs qui explanatores designatorum ab ipsis delecti sint curijs, rata esse nostra benefi-

cia uolumus. Voluisti uerò Here, inquam, eam legem ualere semper: & cum cætera rum legum gratiam quibusdam quasi tuis candidatis diplomate feceris, neminē unquam quod meminerim, sic eximium babuisti, lege ut exploratoria solueris. Cæterū tantum esse dissidium hoc tempore non puto inter Mineruā Philologiæ nostræ numen, & illam quæ intra cancellos & fori & curiæ, sanctius quàm par erat, & superstitiosius, multis iam ætatibus culta est, ut aliquatenus inter se conciliari nequeant. fuit ea tanta perdiu dissensio, nunc, ut nihil non dies afferr, societatem illę quidem coire, cæterum non omnium facultatum, non ægrè ut spero persuaderi poterunt: & uerò si autoritatem regiæ maiestatis interponere non grauabere, etiā facillimè. Profectò, inquit, interuentor rei bonæ, claræ & probabilis is futurus est, cui agglutinatori ipsi contigerit esse & dictitari elegantis doctrinæ atque sermonis, cum iurisprudentia forensibusque munijs: & quidem libenter ad eam rem perficiendam operā nauauerim, si fieri posse compererо non ægerrimè, nedum autoritatem meam auspiciaque regia accommodarim. Vide uerò Budæe, uide inquam etiam etiamque, rem ut satis cōsideraris, nec intercessores huius coeundæ societatis cōsestim duos, eosque peruicaces habiturus sis: morem uetustum cariosi illius sermonis ac mucidi, in mentibus hominū inustum, qui in cunabulis rancidis & barbaricis educati sunt: amoremque alliatę illius hircosæque Mineruæ, cum tabulis ipsis forensibus sic, ut ita dixerim, fixum, inde ut reuelli sine seditione nequeat: hunc nodum nisi solueris, id quod agis nunquam expedieris. Quid si, inquam, Here, tragœdia in comœdiam incurrere, & hæc in illam interdum sine offensa potest, quod Horatius autor est: desperare debemus patriciā & equestrem Mineruam, cum plebeia atque officinaria, in loco, interdumque posse nō dissidere? Sed fac esse difficillimum: potest ne quicquam quod bonum, æquum & honestum sit, non pronis bonorum animis, regiæ autoritati, non secundis classicorum uoluntatibus, iudicio tuo & sanctioni cedere? atqui digna res, Here, mihi esse uidetur, quam propter & fidem tuam ipsi & manum implorare debeamus & impetrare: ut Alexādri magni exemplo, si ita res tulerit, gladio imperij abscindas quod à nobis enodari ratiocinādo nō potuit. Sed enim quàm facile non dico imperio exprimere principali, sed æquis efficere plurimorum animis possis, eruditior ut illa ornataque Minerua, ius dicendæ sententiæ in curijs habeat, & uerò populariter ipsa, secūdisque auribus plurimorum atque animis, censeat, inde intelligere possumus. Fuit ex quo certissimè res huiuscemodi memini, atque adeò fuit adhuc iam te Rege, cum politior hæc eruditio sermonisque lautitia, ingrediendi fori, & repaguli curiæ superandi, prorsus insolēs & uideretur & esset, & si quando quis paulo liberalius institutus, quod tam rarū erat quàm Alcyonem uidere) rogatus sententiam, quidpiam censendo protulisset doctrinæ melioris & elegantis, uniuersi statim ut consessus obtutu ille obrueretur, quasi quid designasset & admisisset reclamatione dignum: adeò trita & duriuscula fronte opus erat, qui quicque huiuscemodi in medium cum fiducia afferret. Mihi uerò ex quo et in curia urbana, & in hac tui comitatus assecla, & in omnibus curijs, ius dicendæ honestissi no loco sententiæ, beneficio tuo consecutus sum, ita ferè comparata censendi ratio fuit. In tyrocinio magistratus huius initi, morem aliorum cum aliquo temperamento sequebar: postea quasi pedetentim & uerecundè Philologiæ meæ ornamentorum nescio quid, mecum in iudicium ferre, cum prætexta, ut ita dicam, & insignibus institui. Id cum ego iure meo facere æquissimo cuique uiderer, quod notū omnib. erat quo ex loco, quoque nomine à tua maiestate in eum ordinem traductus essem: primo non ingratum, deinde satis populare esse cœpit: id adeo, ut dimisso nonnunquàm cōsilio à quibusdam æquiorū reuocarer, tanquàm acroama quod placuisset. quod quoniā accidebat, cum quædam quasi sententiæ condimenta spargerē, quæ reconditæ apud collegia doctrinæ, atque foro inauditæ, instar quoddā habebant, ea ut sorberi potius auribus, quàm regustari ab aliquibus possent, cœpi hæc uerecundius deinde usurpare. Sed quia rursus interdū cum loquendo incaluimus, difficile est & scitum & appositum uerbū tenere, quod etiā non meditatis interdū inter buccas sese offert, mihi non nulla & musis, ut ille olim Antigenida, canenda esse statuebā. In deliberationib. aliquando insignioribus (non semel enim neque iterum tantum hoc genus quęstionum, tem-

A tempore meo in curia centenaria extitit)ita euenire memini, Qui à Minerua Attica & Romana sententias mutuari uerbaq; ausus erat in sententia diceda:is si scite, & ad causam tempusq; non inepte id facere uideretur, & ex ære idem suo illa nõ ex alieno proferre, ipse ita fere audiebatur, quasi personæ olim aduentitiæ, aut eiusmodi acroamata, quæ aut miraculi aut hilaritatis gratia in medium interdum prodeuntia, uidemus specimen sui plausibiliter facere. Græci ἐπεισόδια uocant. Nunc eousq; profectũ est & in toga & in prætexta, ut omnia fere usu eualescunt, etiam concessu multitudinis, certatim ut quisq;, iuniorum præsertim, uelut in ludo nitidiore uersatus & institutus, lepores sermonis, sententiarum priscarum autoritatem, figurarum troporumq; gratias, deniq; sententiæ expromendæ concinnitates, controuersiarumq; exponendarum, aucupetur atq; uenditet: adeò Philologiæ nostræ supellex, res suapte natura iucunda & gratiosa, omnibus probare sese iam cœpit, colendamq; præbere, quibus se cumq; uel tantulũ indulsit: simul enim, ut Ciceronis uerbis utar, aspecta & probata est, ut Minerua quondam Phidiæ. Nam paucorũ ducendam rationẽ nullã cẽseo, qui nimiũ memores ruris cunabulorũ, olentisq; pulticulę, & squallidæ, ut ita loquar, incocti rusticitati, alliatis magis epulis & succidia rancida, q̃ iucunde cõditis gaudẽt & opipare: huiusmodi enim sunt, qui pinguis illius & plebeiæ Mineruæ rudimentis perdite imbuti, in eius disciplina libentes acquiescunt: cuius etiam modi in omni arte professioneq; sordidi quidã atq; horridi reperiũtur. Qui cũ in prelis situ obsitis an nosæ imperitiæ, striaturã suam ceperunt, ut est in prouerbio, semel atq; irreplicabiliter, spei iam sunt depositæ, emendationisq; nescij: hos Mineruæ equestris & patricię discipuli & cultores, cũ audiunt differenteis, tam iniucunde ferme afficiũtur, q̃ ego in stupore aliquando dentium serras exacuentẽ audiui, aut pumicẽ secantẽ, aut asses subereos. At illi Latine loquentibus sic aurem uicissim accõmodant, ut aselli, quod dicitur, ad lyrã ipsi esse uideantur. Quanquã illis fortasse nonnihil ueniæ habendum est, in quibus tẽporum infelicitatẽ ea de causa miserari magis, q̃ culpã inscitiæ reprehendere iure possumus: si modo æquali sibi literatura acquiescere, non etiã gaudere

B præ se ferant, puræq; anteferre. Hic Rex ore renidẽti circumstanteis perlustrãs, En inquit, societatis conglutinandę exordiũ, quam iste meditatus est, & coitu facilẽ esse contendit. Iungentur iam gryphes equis, ut puer audire memini: Saturnũ & Ioue eodem in homine uidere erit consociatos, & utrãq; Mineruã eadẽ in ara uenerari licebit, si Budæo credimus, qui tantã antipathiæ intercessionẽ sustulit. Non in eadem ara Here, inquã, fortasse: neq; enim sunt illæ deæ, quod Græci dicunt ὁμοβώμιοι, ut Venus & Gratiæ, sed in eodẽ delubro: est enim est hæc animorũ dissensio, nõ tam hominum q̃ temporum, nec à naturæ ui dissidentis & renitentis nata: non magis q̃ illud, quod moribus nòn rerum dissidio inualuit ad hũc diem, consensuq; multitudinis inuenit patrociniũ, ut sermonis lautitiæ & nitores, ultra lustrale, ut sic dicã, labellũ non admittantur in templa, tanq; & aqua & igni sacris, interdictũ sit illis. Tum ut intra repagula, ut dixi, tribunalis curiæ, ijdem nuper non ingrederentur, quasi iuris dicendi munerũ non capaces. Indidẽ etiam enatum, quod uerba Græca non ita pridẽ in cœtu aut in concilijs grauioribus prolata à censentibus, dira & malefica, & fulmẽ, prope dixerim, elicere credebantur, ut magica, tonitruq; ciere. Hęc enim & alia huiusce modi, causam illa quidẽ publicam, moribusq; receptis corroboratã habent, & tamẽ perridiculã apud homines rerũ intelligentes. Illud uerò pene inexpiabile propudiũ est hodie iuris dictionis summæ, quod Latini sermonis illuuies commentitia, exqui sitaq; fœditatis barbaries, è tonstrinis, è sutrinis, ex circũforaneis locis studiose conuersis, collecta & corrasa, in actis, si diuis placet curiæ, & in formulis decretorũ ipsius, summa & solenni religione dedicata est: cum alioqui curia centenaria, in qua regia maiestas sedendi ac censendi principatũ obtinet, sententiasq; rogandi, cũ assessu xij. primorũ Franciæ, nulli nec priscarũ nec nobis æqualium cedat amplitudine, grauitate, maiestate, iudiciorum & consultorum autoritate, duntaxat secũdum Senatũ Romanum, atq; eum duntaxat qui sub Cæsare Augusto & ante eum fuit. Vnũ sane hoc ipsum ex omnibus est institutis, quæ cariosa illa, quasiq; nostratium aboriginum pinguis Minerua nobis peperit, quod ætatẽ iam prorsus ferre nequeat. Hic cũ Rex

quid indignitatis esset, ex me percontatus intellexisset, aliquot enim exẽpli gratia uocabula, quæ mihi tunc subierunt, ex illa colluuie cetarij fori salsamentarijq́ protuli: indigna quæ extra scenam prodeant, quæq́ sine honoris præfatione in cœtu Latinorum, aut citra ueniæ petitionẽ audiẽte Rege, proferri non impudenter nequeũt. Rei igitur putorem cũ Rex subodoratus ex illo specimine in uniuersum esset, Profectò, inquit, hæc mihi uerba non Latium, non rostra, non subsellia Romana: sed alpinam Latinitatẽ & montiuagã, sed lanienas & sutrinas redolent, aut si quis est alius locus & ager rusticitatis puditæ & obsoletæ, desputandæq́ retinentior: nostrã certe & curiæ regiamq́ omnino maiestatẽ imminuere & lædere illa sermonis spurcitia mihi uidetur, nec uerò regiam modo maiestatẽ minuere, sed etiã ipsum, pene dixerim, numen iustitiæ lædere, cui solenne puluinar non semel nos decreuimus quod uulgo lectisternium uocant. Id quod semper in more fuit regibus facere maximis de rebus relaturis ad curiam, omnibus suis numeris & classibus frequentẽ & celebrẽ, duodecim, ut dixisti, selectis primoribus euocatis, ordineq́ considẽtibus. Verũ hæc inquit fortasse tum uiderimus cum alijs nonnullis, quæ reconcinnatricem haud dubie manum poscunt, cum feriatos ab ijs esse licebit quæ curæ sunt antiquioris. Cæterùm ini quis, ut suspicor, usuri sumus, atq́ reclamitatoribus illis quos dixisti infeliciter antiquarijs, qui auitam, proauitam, uermiculosamq́ Mineruam, uenerandã esse credũt, ut æqualem pietatis atq́ innocentiæ, consertisq́ manibus publice retinendã & adorandam. Quod autem ad curiam attinet, inquam Here, autoritati tuæ rationiq́, ut reor, æquis animis cessuri sunt, si adurgere institeris: tametsi quis est, qui hac literarũ claritate, non ad imum exhauriendam tetram illam sentinam ducat: quæ auribus hominum iam purgatioribus putidior esse uidetur, quàm ut ultrà ferri possit? Sunt tamen, Rex inquit, qui aiunt mala quæ inueterauerunt, interdum utilius esse immota prorsus manere, quàm turbulentè moueri. Non negauerim, inquam, Here, nõ defuturos qui uetent eam camarinam tangere: quosdam etiam clamose intercessuros, quo minus religione non contemnenda curia obstringatur, si quicquam ex prisca illa maioribusq́ complacita Latinitate, & ueluti consecrata mutetur. Sed tamen Here, id Augiæ, ut aiunt, bubile primo quoq́ tempore repurgandũ est, quod in dies putoris incrementum accipit ex colluuione uerborum: quæ etiam ipsa colluuies in omneis Franciæ partes graueolenter redundat, ob late patentem curiæ ditionẽ. Quare uel exprimendum hoc istis uel eblandiendum erit, ut aut Latine loquentem regiã maiestatem in curiæ consultis sententijsq́ uelint, aut certe sermone uernaculo longè nitidiore, quàm ille est commentitius & barbarie concretus. Næ, & maiestatis tuæ refert, Here, & curiæ dignitatis ut id effectum huic ætati præbeas uel ui uel clàm uel precariò, ut inquit, ille amator Terentianus. Precario quidem illud, inquit, potius certum est, mihi tentare: sed tamen si porrò improba paucorum coitione curia esse obstinauerit (quod futurum non puto:) nec mihi sese dare indulgenter nõ summo iure agenti, non opinor committam, ut ignorasse modũ regiæ potestatis in causa tam æqua uidear, aut ipse impar fuisse paucorum pertinaciæ. Neque uerò nescius sum in armamentario monarchiæ multiplices esse machinas, quasdamq́ ad id olim comparatas, ut illis ea exprimantur quæ impetrari postulando nequeunt. Sed ueteris instituti fuisse nouimus, ut curiæ Areopagiticæ dignitatis æmulæ, quæ eximia semper regibus habita est, duodecimq́ primorum Franciæ collegio quasi insigni emblemate, nobilitata, propter augusti consessus amplitudinem, rara senatusconsulta reges expressa uoluerint necessitate & imperio: quapropter ipsi quoq́ maiorum autoritate & aliâs adducti, libenter hactenus fecimus, ut quæ ab ipsa decerni classibus (ut fit) coactis, interesse rei summæ comperimus, allegatis uiris primarijs è nostro selectiore comitatu atq́ contubernio, postulare potius, quàm mandare decernenda soleamus. Sane quidem Here, inquam, id rectè atq́ ordine cum faceres, ipsiusq́ merito curiæ (quæ seueritatis existimationisq́ maiestate ut uerè tu dixisti, Martię illi Atheniensi & nobili non cedit:) ex tua humanitate id facere nobis uisus es: nedum eorum è more regum, quorum iucunda & festa memoria in ore est hominum ob placidum ingenium ipsorũ & clementiã. Qui etsi iuris sui prudentes & consulti, &

pote-

A potestatis regiæ non ignari fuerunt, tamen principũ placiti pomœria, à quibusdã lõgius latiusq́ lege magis imperiali q̃ regia prorogata, intra æqui, boni, & honesti ambitum contrahenda cẽsuerunt: quamdiu rerum diuina benignitate potiti sunt. Nam machina illa toto, ut ita dicam, organo monarchiæ instructa & cõtenta, (quod imperium appellant absolutum, quasi iuris atq; legum nescium) est illa quidẽ legis imperialis atq; etiam imperiosæ æmula, & à regibus identidẽ in edictis ueteri instituto citata: cæterum perraro ad ceruices honestæ, piæ, francæq́ libertatis inflectẽdas & infringẽdas: ab optimis principibus, tuiq́ simillimis, adhibita & usurpata: quippe quæ ad ultimæ difficultatis tempora ad euentus necopinatos, ad tabernas, ut aiunt oeclusas, ad iustitij deniq; edicta, in tumultibus nobis abominãdis, destinata sit & reiecta: Iccircoq́ in armamentario sanctiore continenda, situ & squallore obsito, & claustris ferruginosis occluso. Verum enimuerò de abstergendo ex actis pedore illo barbarico, curiæ consultum simulac tu uelle cœperis, aufeiemus. Si non eblanditum, ut dixisti, certe molli brachio ereptum autoritatis regiæ, non illa Briarea manu placiti licentioris extortum, non minaci & sublata, aut capulo innitente. Et sunt fatales quædam temporum rerumq́ uicissitudines, quæ res quamlibet arduas, confestim planas reddunt, uersanteq́ se occasionũ cardine, deinceps magis ac magis pronas. Nam literarũ restitutio atq; cultus, nescias procliuioribus ne fatis, an animis cesserit, postquã eò homines incumbere bona fide cœperunt. Francia uerò tua earum illustrationem non multorum annorum felicitati debet, ingeniorũ fertili: & tuæ benignitati, qui earum studiũ partim elogij prolixi & frequentis suffragijs, partim liberalitatis adminiculis sustentare instituisti. Atq́ opportune? q̃ in articulo, ut dicitur, id facere diuinitus in mentem tibi uenit? cum quidam homines factiosi, literarum Græcarum nomẽ apertis coitionibus circũuenire, decuriatis & allegatis declamitatoribus obterere, decretis inconsultis præcipitibus & crebris pessundare cõniterentur, ad extremũq́ proscribere. Nũc uerò exibilata à pueris eorum temeritate & audacia, ob libros maximè Græcos tabernæ & officinæ bibliopolarũ uisuntur & frequentantur: ludi scho

B lastici conuentusq́ studiosorum, uocibus prælegentium Græcorũ scripta personãt. Id adeò eualuit ac in dies eualescit, luculentaq́ incrementa accipit, altero ut crure, ut ita loquar, calobatæ ij existimentur hodie, qui ad illum sæpe dictum orbem disciplinarum circumeundum, libris in linguam Latinam uersis utuntur pro autographis ipsis Græcorum. Huiusmodi temporum opinionumq́ conuersio in tuum principatum, Here, incurrit, tuisq́ auspicijs breui, ut speramus futurum est, antiquaria ut illa manus, columen factionis misologieæ, supercilio tantum amictuq́ censorio uenerabilis, stare iam in theatro secundis admurmurationibus nequeat: cum omnes, ut dixi, centuriæ haud cunctanter secuturæ sint regiæ procliuitatis elogijq́ tui non obscuri grauem & plenam autoritatis prærogatiuam. Iam uerò attica illa prædia, quę mihi iam penè uiro morose admodum sese & fastidiose indulsit: tametsi ambitu gnauo ac strenuo fidem eius imploranti (amore enim ipsius insano correptus, perdius ut dicitur, & pernox limen eius occentabam) nũc adolescentulis, ac pueris passim morigera est: adeò tam nihil ferum est, quin diu tractando discat mansuescere. Feram ne igitur tute tandem, inquit, doctrinam Græcam appellas Budæe, & tibi fuisse dieis ad eo intractabilem? quam mihi sæpe commendando, ceream esse aiebas, uitiliq́ quadam lentitia flexibilem, ductili etiam facilitate styli scriptitantibus mire obsecũdantem. Enimuerò Here inquam, id uerbum ut fit temere mihi ore excidit, contra q̃ animi mei sensus ferebat, feram ut eam linguam dixerim: cum Græco sermone nihil lenius esse sentiam & sequacius: atticum eò amplius, suauem supra mel hymetiũ semper esse duxerim, & tropis ac figuris lectori scriptoriq́ mire lenocinantem. Verum infantia, ut sic dicam, eruditionis meæ, qualis illa fuit cumq;, & ipsa discendi incunabula, in id tempus inciderunt, cum ipsa lingua Græca uix prodere nomen suum auderet, nedum mihi sese credere homini ex memetipso nato, & qui cognitorem uix ullum ei dare possem. Id adeò, ut lumbricus multis esse diu uisus sim, ut Plauti uerbo utar, qui è terra tunc erepsissem, quod quidem ad hoc institutum uitæ pertinet. Quo nomine non despicere ac miserari sortem meam æqualiumq́ meorum non possum,

præut eſt huius temporis iuuenum,ut dixi cōditio, omniumq́ rerum opportunitas ad ſtudia colenda utraq; lingua,qui uiam eam munitam complanatamq́ nacti ſunt, quam nos arduam permenſi ſumus & ſalebroſam. Memini uerò,Rex inquit,quē dam dicere aliquādo,te cum fictorem tuí non inuenires,ipſum tibimetipſi informatorem ac Prometheum eſſe uoluiſſe:idcircoq́ non magnopere uitio tibi uertēdum, ab hominibus æquis,ſi quædam in te hiulca fortaſſe & aſpera,ad unguem ſeueritatis non cohærerent. Qui artificio nullo,inſtrumento exili & incommodo formatus, etiam expolitricem manum adhuc deſideraſſes:cum eo quoq;,quòd in cūctis fere artibus,eos demum exacte inſtitutos eſſe dici ſolet,& palæſtram artis tenere,qui ab ineunte ſtatim ætate in ludum ac diſciplinā dati ſunt. Id quod ſerò tibi contigit: ſi quoquo modo contigit: certe quidem inter noſtræ militiæ experientiſſimos conuenit, uix iuſtum equitem eſſe poſſe, qui non equeſtrem diſciplinam auſpicatus ſit,priuſquàm ex ephebis exceſſit. Vtinam autem, Here, Prometheus,inquam,tantum,ac non germanus eius fuiſſem Epimetheus,quorundam opinione. Quid id eſt tandē Rex inquit,qua de cauſa Epimetheum te etiam fuiſſe dicis? audiuiſſe enim memini de Epimetheo qui fratri cœlibatus autori dicto audiens eſſe noluit:ante pœnitet igitur,quam aut cuiuſmodi uxorem,aut quòd omnino uxorem acceperis? parū rei Philologicæ fortaſſe cum uxoria conuenit, quæ examen ipſa curarum in comitatu trahit,quas illa planè ut libera & cum liberis agens,reſpuit. Non ea res, inquam, admodum male me habet, Here:non tam iſtorum prudentiſſimorū ſimilē & riualē eſſe mihi libuit,ut beatum illum & ſuauem amaſium, ſic arcte complecterer conſtāterq́ cœlibatum,& cum eo mihimet uni indulgerē procul omni anxietate:non tam Prometheum eſſe mihi contigit,non uiſum eſt, non libuit: ſtatui tandem cum plurimis non excordium hominum, periclitari eam uitæ conditionem in qua natos eſſe ſe omnes exiſtimari uolunt,etiam qui non nati ſunt:niſi ſi qui ſunt qui in notham gentilitatem principum ſeſe adoptant,à quibus agnoſcuntur. Altera eſt etiam mihi Pandora,quam Epimetheum feciſſe me nonnulli arbitrantur: altera inquam mea coniūx,quam ſæpe Philologiam nuncupando,uereor ne obſoleſaciam, præterquam etiam quòd à plurimis nunc attrectatur, cum uni mihi noſtrorum olim eſſet contubernalis:quæ cum deorum omnium muneribus ornata, locuples, cumulataq; à nobis eſſe dicatur:tamen multorum opinione,ieiuna & egenti ſapiētia prædita eſt magis,quàm prudentiæ dote beata & exoptanda. Id quod ſero ego intelligere cœpi,& noxa iam contracta ab eius contubernio:ut olim illi Epimetheo uſu uenit, poſt Pandoram admiſſam & deductam ab ſe domum ut errorem admiſſum perpenderet & æſtimaret. Ad exordium huius ſermocinationis,Rex inquit, Budæe,tute reuolui uelle uidere,ſi tamen ex animi tui ſententia,non aliquorum tantum loqueris. Id enimuero ttelim,inquam,Here,deus diuiq; ut prohibeant. Me ne ut Philologiæ meę pertæſum ſit unquam aut pœnitere poſſit? quæ mihi iam doti omnia bona ſua dixit: quibus ego in bonis cornu illud copiæ uberrimum ſemper eſſe cēſui? non uſq; adeò ſapientiam præ prudentia contemnendā eſſe reor. Quam ego etſi procis à paucis ita uti par erat flagitatam & expetitam ſcio, tamen locabiliorem eſſe cenſeo atq; dotatiorem Homeri Alpheſibœa,à dote inſigni nobilitata. Verum ex opinione illorum loquor,qui illius Mineruæ ſacramento dixerunt,quæ ære tantū numerato homines autorare nouit,non etiam annona antiquæ ſapientiæ,quæ ſtipendia ſunt & emerita mentium ingenuarū. At uerò ut ad rem redeam quam narrare occeperā, ita mihi res erat,nata,uel temere cōcepto literarum amore,uel aſpiratu quodam natalitio, ut cū eam feram (iterum enim feram dicam,quando hoc uerbū adhuc mihi inter labia oberrat) obſcuris ueſtigijs ac iam prope nullis indagare inſtitiſſem, fugacibus illa quidem me illecebris exerceret:non tamen eo uſq; ut aut exanimatum redderet, aut labore fatiſcentem,ne ut in ueſtigio quidem pauliſper inſiſterem,aut dieculam unam intermittendam ducerem. Vt autem rem abſoluam,nonnihil Here nunc per te licebit tuo ut ex ære mutuer. Tot illa me fera fugax,fallax,lubrica,tamq; longis anfractibus,perdiu fruſtrata eſt:quot tibi curſim uenanti & quo modo mæandros (ut ita dicam) fugæ implicare inſignes cerui ſolent,cum illud Dianæ latrabile ſatellitium tru-

ciq;

citq; rictu terribile eos e uestigio sequitur. Tum Rex ore hilariter diducto, Tute uero, inquit, ut audio Budæe, & ut conijcere possum, ex Cõmentarijs illis Græcis quos mihi nuncupasti, istius feræ tandem quamlibet frustratricis, ambages explicuisti: & tanquam in penetrale labyrinthi perseuerantiæ ductu gyroq; insinuans, ferã ipsam, ut audio, in latebra sinuosa se condentem, ad extremum ita comprehendisti, ut iam mansuescere nõ nollet. Nos quoq; in illo, uenatu præcipiti atq; irrequieto, non antè contentionem remittere solemus, quàm ceruum à nobis exagitatum, ita exanimatũ cernimus, ut iam latus ferro præbeat: quod olim in theatro facere, ut nosti, gladiatores iam fracti & femineces solebant: id autem nos pernici & perpetuo agitatu irrequietoq; consequimur. Deprehendisse certè, inquam, Here me spero, latebramq; eius iunioribus atq; integris ipsum iam fessum, ita aperuisse & indicasse, comprehendi ut ab ijs possit, nec in posterum fallere, si paulum adnitantur: illa porrò ut etiam feritatem ponere: uulgoq; tractabilis esse, nedum cuiq; solertissimo. At in illo montiuago tuo uenatu, nec alipedis feræ pernicitas, nec ueteratricis uafricia, quarundam, ut audio, penè præstigiatrix, uenatici comitatus fugere sagacitatem potest, uestigijs semper hærentis: non magis, quàm corpus umbrã fugit, aut quàm priores rotæ quadrigarum, longiusculè præterire posteriores possunt. Quòd si uis inueniendi (quam Homerus ille summus antiquorum sapientũ, propriam hominum esse dixit, hominibusq; ingenitã, quos ipse ideo alphestas sæpe uocauit:) si uis, inquã, illa inuẽtrix tam certa in hominibus esset, aut tam raro peccabilis, quàm est in canibus uenaticis uestigatio: illis præsertim quos tu instituendos in ludo Dianæ tuæ curasti, multo minus homines in inuentione errarent. Nam quæ tandem se tibi subducere fera possit, aut fato se eripere, cum uestigatores famulos habeas artis callentissimos, hiq; molossos echemythos quasiq; canes Pythagoreos manu regant, moderenturq; & imperitent eorum auiditati: quorum fit prudentia ut fera indagationis orbe in lustro suo circũuenta, canibus excursoribus improuiso obijciatur, qui recentia perlustrẽt & odorata uestigia fugitantis, ijsq; pertinaciter instent. Hæc autem exercitatio antiquã originem habet, auorumq; & proauorum memoria miris artis præceptis iucundisq; constituta est: à te uero, Here, ita culta & ad fastigium solertię expolitionemq; perducta, nihil ut reliqui posteritati feceris, quod inuentis tuis adderent & maiorũ: duas enim exercendi corporis species imprimis elegisti, uenationẽ id genus & alterã aprorũ, et Troianã sub armis decursionẽ in hippodromo, lanceis plerunq; pyxidaris aut aliàs hebetibus: non tam ipsam atrocem, q̃ minacẽ quandã in speciẽ & infestã hoplomachiã: atq; ita cæteris ferè omnibus in utraq; præstare te docuisti, ut in ijs ipsis artibus non modo egregius, sed etiã ab omnibus Roscius esse censeare: quanq; quid in his artibus dico? cũ in quocunq; genere periclitari corpus ingeniũq; uoluisti: cuicũq;, ut Græci dicunt, palestræ uestẽ ponere exuiq; instituisti: id simul ac facere studio acriore cœpisti, in tuo ferè semper puluere uersari certareq; uisus es. Cæterum, ut dixi, uenatorio ludo ultimos, ut fama est, plenosq; numeros addidisti. Spectaui te nõ semel cupidissimè in præludijs decursionum, socero tuo adhuc rege, cum ante oculos eius ut moris est, cum turma tibi peculiari, & tessera tua insigni, saltabunde transuehere, & iterũ ludicro peracto, cũ exodiũ classicũ, quasi plaudite ultimũ, tibicines canerent, quo spectaculi genere à puero uehementer delectari solitus sum, propter equitandi in adolescentia studium. Verum cũ tu in equo uolitante insistens nihilosecius hæreres, atq; si feminibus cum ephippio, calcibus cũ subicibus pedaneis coaluisses, memini tũ quosdã mecũ dicere, non equitẽ te equo insidentẽ uideri, sed hippocentaurũ esse: qualẽ, ut est apud Xenophontem in Pædia Cyri, Chrysantas homo Persa sese esse dicebat, uicissim, ut ille ait, coagmentatũ & compactilẽ, & rursum diuiduũ & exemptilem. Qui cũ eques eiusmodi sis, rursum pedibus ingrediens, aut inermis aut semiermis, decenti corporis proceritate uel Orioni illi inclyto cedere non uideare, quẽ etiam ipsum Homerus uenatorem fuisse prodidit. Mane dum mane, Rex inquit, Budæe: de me aliàs fortasse, deq; arte equitandi: in quã tu quasi desultor ab arte uenatoria repẽte trãsiliuisti. Vereor ẽm, nedũ ab instituto digredimur, fera illa quã sequebamur, quoquo abierit gentiũ: artis ẽm est uenatoriæ, succidaneã ferã uitare,

& quam primum destinaueris, eam unam urgere. Equidem uitium nõ esse, Here, magnũ rebar, inquam, in cursu nõ magnopere citato, quadãtenus in finitima animi causa digredi, quasiq; respirare paulisper: equitatio aũt in uicinia est equestris & rapidæ uenationis, ut mihi quidẽ uidetur, qui artis utriusq; uideo studiosam esse nobilitatẽ. Verum quandoquidẽ ultrà excedere tua me uetat maiestas, iam hinc ad cursum sermonis nostri reuertor. Cũ igitur in ista arte multa sint memoratu digna, quantum ipse capere qua oculis, qua auribus potui, tum uerò hoc quod dicã, imprimis est memorabile. Moris est tibi, Here, ijsq; qui principali apparatu regijsq; copijs instructã exercitationem ipsam habent, non gregarium ceruum, non quemlibet etiã soliuagũ uenari: solenneq; est uobis non minorem ad cursum eligere, q̃ qui iustæ proceritatis esse uideatur. Id aũt non aspectu modo cerui, sed plerũq; ceruinis uestigijs, excrementorumq; stereusculis iudicatur: quę inuenta uenatores diligenter colligere solẽt, atq; intra cornu uenaticum condere. Sunt & magnitudinis indicia: affrictus ad arborum stipites, qui conspicui sæpe sunt intra fines stabulationis eius: tum cubilis inuẽti amplitudo, & substramenti laxitas ubi interquieuerit: hæc enim & alia renunciari in cõcilio uenatico à uestigatoribus solent: quos uelut mancipes habetis instrumenti uenatorij atq; ministerij, eorumq; arbitratu concilio saltuensi dimisso, uenatũ committere soletis: quod sermone peculiari dicitur, ceruũ aut feram cuiusuis generis canib. permittere: & copulas canũ quasiq; iuga soluere. Proinde & inueniendi & inuentũ comprehendendi uos magnopere certã, aut minime certe erraticã uiam persequimini ac rationẽ. Enimuerò Rex inquit, Budæe eò sensim progressus es digrediendo, ut mihi ferã tuam illam Græcã & fugacem, pro derelicto habere uideare, dum obuiam tibi factã aliam quasi opportuniorem consectaris, qui ex tuo curriculo in nostrũ quasi imprudens dilapsus sis, in quo te existimo aliquando fuisse exercitatum. Sed tamẽ cum tu in iuris nostri spatium penitus ingredi nõ ueritus sis, iubeo te porrò pergere, ac ueto sine cõmeatu regredi aut digredi: quoad intelligam, ecquid è commentario, ut aiunt, in hoc sermone facundus esse meditatus sis: an oculis etiam aliquando uenatus processum tenoremq; arbitratus. Equidem Here inquam, & si mihi olim contigit ociose uenatum spectare indagine circũdata præfinitum, ita ut non modo numerum uenantium augerem, sed etiã ut penes me essent auspicia priuati uenatus in quo exercebamur: hactenus tamen præ me semper ferre uolui, me uelut hospitẽ & peregrinum uersari in hoc sermone, in quem nunc non destinato & cõsulto, sed aliud, ut fit, ex alio dicendo digressus sum. Itaq; uereor etiamsi minus tibi (qui omnia animo plusq; ciuili interpretari soles, quæ homines tua humanitate freti corã te proloquũtur) at coronæ isti uidear ineptire: quippe qui coram te, qui apud te, qui ex æquo penè loco tecum hisce de rebus disserã, quarum rerum Aristarchus inter artis cultores autoresq; tu unus esse dieeris: non aliter atq; peripateticus ille quondã Phormio philosophus, merito irrisus est, qui apud Annibalem de imperatoris officio orationem habere, & de strategematis ausus est. Age, age, inquit Budæe, pertexe quæ exorsus es, & pone metum à corona circumfusa: quandoquidem id per me licet, & tibi parere necesse est: cuius autoritatis placitiq; patrocinio, facile apud omneis te tuebere ab ineptiæ crimine. Nam & ego interdum de studijs tuis aliorumq; loquor, cum me in alienum ludum pedem ponere oblectandi causa animi meminerim: & cum de ijs, ut fit, sermocinando censeo, pedariam me sententiam habere nec ignoro, nec ægrè ipse, ut debeo, patior. Siquidem, inquam, Here ars est pene ulla hodie celebrata, in cuius ludum minime uentitasse te quisquam credat, qui scitè differentem te omnibus de rebus audierit: & si omnium minime hominum fucatas species peritiæ præferre consuesti, & ostentare. Qui etsi in huiusce generis disputationibus, nõ tam uel regio iure, uel priuato sententiam dicere solitus es, quàm in alterutrius partis sententiam transire: periti tamen & prudentes intelligunt, curulem, ut ita dicam, sententiã sæpius tuam esse, dignamq; in quam pedibus omnes transeant, qui peruicaces stultè uideri nolint. Verum age, si ita iubes, uerecundè utar, Here, uenia à te concessa: imò uerò te iubente & imperante uel ineptire sustinebo si res ita nata sit. Vereor enim ne intempestiuo pudori cedens, in rusticitatis crimen incidam: fiduciam etiam

mihi

A mihi facit non modicam, quod te sępe de uenationis arte ita sermocinantem audiui,
ut eius artis discipulum forsan agere iure possim. Quem ego compertum habeo in
ipsa ferarũ exagitatione, omnia uenatoris munera exequi solitum esse, pernici cursu
uenatus spacia permetiẽdo: cõtraq; cerui uafri, ut uos dicitis, & exercitati, strophas,
uenatorias antistrophas ex tempore cõminiscendo: deniq; per saltuosa loca, per dẽ-
sa, prærupta, spinis obsita, manus ori in cursu oculisq; prætendẽdo: cum interim per
stationes dispositas ex equo exanimato recentem in alterum, atq; in alium nonnun-
quam assilias: adeò tu non præceptis tantum artis atq; exercitatione, sed Dianæ ma-
gisterio medijs in saltibus usus esse mihi uidere. In aprorum autem lustra pedem om
nino non inferam, ne altius in luto hæream: & si te aliquando in sylua densiore spe-
ctaui spumantem aprum ex equo lacessentem, irruentemq; ultro eundem mucrone
conficientem: cum ego interea tutus, inermi cum comitatu, carbaseum septum curri
culo ambirem in equo sedens: capiteq; supra carbasa eminens, certamen ipsum arbi-
trari oculis, atq; circumspectare sine discrimine possem. Suspẽso etiam gradu ea uia
ingrediar qua tu me pergere iubes: pedemq; referã quàm citissimè potero, bona, ut scio,
tua uenia. Noui enim, Here, quàm turpe sit, & pene ignominiosum, in huiusmodi thea-
tro offensatorem esse. Quis uerò nescius est, cum de uenandi arte, de aucupãdi, de ca
strensi & militari instrumento, de apparatu bellicarum copiarum sermo in comitatu
præsente te & arbitro excitatus est, quàm callentem esse uerborum oporteat, quàm
accurate omnia tanquam numerata habere, quàm solicitum & anxium, aut certe quàm
impudentem esse & ineptum, qui ibi differere sine summa religione audeat: homi-
nem dico, non in campis, non in syluis, non in castris institutum: quare in hac uia mi-
hi & insolita & formidolosa incedere pleno gradu nequeo. Verum Here cum harũ
artium cunctarumq; nobilitatis exercitationum, sic rationem uniuersam teneas cum
decore & palæstra, ut qui unius artis maximè: cum in ipsarum disceptatione linguã
facundam imprimis & explanatam habeas, cum aureis ita teretes, ut nullam uel mi-
nimam offensionem sine sensu transmittere ac deuorare possint, etiam si dissimules:
B deniq; cum Ohe iam, inquit, ohe Budæe, etiã ne his iam tot dictis deniq; additurus
es? perge quæso aliquando qua cœpisti, nec ultrà suspensos auribus nos tenero. Sci-
re enim auemus an Minerua & Diana colloquia serere inter se consentanea didice-
rint, cum ex te alijsq; intellexerim orationem latinam hodie in multis partibus uitę,
morosam sese adhuc prębere, & restitãtem subinde cum à stylo ducitur: siue copias
suas ad insolita accommodare grauetur & pigeat, siue copijs huius generis defici sè
quidem illa sentiat, sed fateri pudeat. Equidem, Here, inquã, copiosam satis ac bea
tam linguam Romanam esse censeo, nec tam morosam aut contumacem explicãdis
copijs suis esse, quàm ob insolentiam uerecundari, cum reconditum quid exprome
re opus est, aut ad nouos usus promere, ut in cuiuslibet instituti, tyrocinio incessere
fere pudor ingenuissimo cuiq; homini solet. Atqui, inquit, si uera sunt, quæ audi-
re ipse ea de re memini, aut pudorem illum iamiã exuat necesse est, qui hodie illibe-
ralis esse malignusq; uidetur, aut multis è pattibus uitæ latinitas facessat, è foro etiã
explodatur, è curia, è basilicis, ne in conciones quidẽ sacras prodeat, locisq; deo di-
uisq; nuncupatis arceatur, dũ sacris homines operãtur, id quod tu ipse suprà indigna
ri uidebare. Itaq; iuris diuini & humani formularũq; forensium ignara, tum aucupan
di uenandi studiorũq; fere nobilitatis nescia: in curia muta, in ædibus sacris locisq; de
dicatis profana, deniq; in omni huius temporis recentiorũq; inuẽtis infans, in instru
menro uitæ, in ornamento & apparatu insolens, in aula erubescẽs & peregrina, è me
dio se subducat necesse est, atq; in umbraculis exhedrarum cum manibus ranrum lo
quatur, & cum umbris Romanæ antiquitatis: nisi ad mores præsenteis transcribere
antiquas suas facultates, ad usumq; adeò nostrũ assuescat non grauatè ipsas accõmo
dare, quod quidẽ sine captione iuris sui fieri & quatenus poterit, ac sine dispendio
integritatis priscæ atq; opinionis: quod tute cauere Budæe & excipere semper so-
les. Agedum igitur, tu qui linguæ Latinæ & parentis eius Græcæ, acer, ac fidus, se-
dulusq; defensor, ac ne id quidem modo, sed etiã largus, prolixus, animo susq; stipu-
lator apud me sæpe fuisti: doce nos, ut dixi, ecquid ipsa uersari Latinitas in concilio
uena-

uenatico poſſit,ſententiamq́ explanatè ac diſertè in conuentu ſaltuenſi dicere. Omnem equidem Here,inquam,aut pręcipuam certe in eo fiduciam pono,primũ quòd imperio tuo hoc facio,quod detrectare nequeo. Deinde quod tu ipſe talis es qualẽ ego dicere cœperam & gaudebã,ſi per te licuiſſet:poſtremo,quod cum tu felici, opima,ac beara iſta natura tam artiũ pene dixerim conſultus ſis,q̃ alij permulti diſciplina ſunt & labore,iudicio tamen uti ſoles æquiſſimo & indulgẽti, in noſtra & aliorũ interdum uel culpa uel imperitia exiſtimanda.Quare ita tecum diſſerẽtis modo uerba ſæpe facio,nt non è loco inferiore loqui me,ſed ipſe ex æquo exiſtimem,cum per tuam id liceat humanitatem & mihi,& alijs,duntaxar qui fidem tibi fecerunt non leuiſſimam ingenij ſui & induſtrię.Proinde ut quod agitur,iam agam,In more eſt hoc poſitum,Here,inſtitutisq́ uenationis,apud eos quidem,ut dixi, qui artis inſtrumentum & apparatum omnibus numeris plenum habent & abſolutum quiq́ nõ capturis præcipue,& augendæ rei culinariæ,ſed uoluptati ſtudent inde percipiendæ cum exercitationis utilitate:)Verum morem uobis hunc eſſe comperi,ut ceruus grandis uocetur is demum,qui decem corniculis,quod minimum ſit,inſignitus eſt: hũc ego eximium uoco & decumanum:non quaſi denarium,ſed tanquam eminentẽ & egregium.Eiuſmodi ceruus ſæpe comitatus incedit uno minore ceruo,qui nondum tutelæ ſuæ factus ſit,quem uos armigerum eius uocatis:ego etiam optionem decumani, & comitem,& paraſitum,atq́ emiſſarium uocari poſſe credo. Qui autem cerui ætate adhuc ſunt gregaria,aut licet ſoliuagi ſint,indigni tamen uenatu iudicantur, quaſi nondum annos ætatis impleuerint curricularis:rejculi,niſi fallor,à uobis appellãtur.Mediocrem etiam ceruum uenatores cum ſignificare uolunt,aiunt ceruum eſſe uenabilem,uenabili magnitudine,uenatui iam adultum,ſed ueluti tyronem & nouicium:his enim uerbis utuntur indagatores,cum indagationem antelucanam & matutinam renunciant in conuentu ſaltuenſi, ſignificantes ceruum quaſi ſubdecumanum.Conuentus porrò ſub diuo celebratur, ibiq́ cœtum omnem ſtratum per herbam,in ſtibadijsq́ folioſis diſcumbentem,ac toris uiridantibus, epulari moris eſt circa menſam regiam,aut principis:conſilia etiam agitari,quem potiſſimum ceruũ uenandum ſuſcipiant ex ijs qui digni uenatu eſſe renunciati ſunt. Diuerſæ autem prouinciæ mandari indagatoribus ſolent,ita ut quiſq́ ſuam obeat:in alienam pedẽ non inferat indagandi gratia,ne ue in ea quid obturbet,neu pro poteſtate faciat.Indagator porrò cerui ueſtigijs inſtat:aut ſoleatis,ſi locus uliginoſus eſt,uel pluuiæ anteceſſerunt:aut odoratis arente ſolo,ad quæ ſequenda moloſſo ueſtigatore utitur,atq́ eò uſq́ perſequitur,quoad decumanum recubuiſſe in proximo certis ſignis explorauerit. Verum ne ille fortaſſe aut acceſſu indagantis propinquiore,aut moloſſi fremitu, aut panico,ut fit interdum territus, inde exceſſerit (tametſi enim eiuſcemodi canes inſignitè auriti,generis ſint harpocratici,tamen cum propius acceſſere , neſcio quid præ feruore obloqui,atq́ gannire plerunq́ ſolent,malisq́ increpitare)ne igitur ceruus huiuſcemodi aliquo caſu aut culpa,è cubili matutino proſilierit, indeq́ longius abſierit,ſolennis eſt cautionis indagine latiore cubilis locum circumſcribere:moloſſum numella regentem & compeſcentem, nec inde diſcedere, donec exploratum habeat,feram intra ſpacium à ſe circinatum iacere.Hoc fere modo ſtatotes uenatici, quaſi apparitores quidam Dianę, decumanos ipſos ceruos uadimonio ſui fori obſtringunt:gyro claudere ceruum uocant, & ibidem ſiſtere. Id quod niſi accuratè ac prouidè fieret,cum ad commiſſum ludorum uentum eſſet, irrita ſæpe ſpectaculi expectatio,cohortem totam buccinatam numellatamq́ fruſtraretur. Tute uerò,Here, hanc propemodum formulam uenatici proceſſus,ut audio, inſtituiſti. Cum poſt renunciationem circuitorum,de concilij ſententia decumanum unum aut alterum,ad eius diei ſpectaculum delegiſti (nam interdum pomeridianam etiam uenationem matutinæ addere ſoles, cum ſuccenturiatas copias canum habeas geminumq́ inſtrumentum,)conuentus ſoluitur: ad uadimonij locum itur: moloſſus rurſus è loro numellæ,cubilis indicium facit:feram inde impetu facto excitat, quod uulgò lancinare(ut opinor)dicitur:tum decuriæ canum leuis excurſus ſoluuntur: buccinis ſignum uenatus commiſſi datur, & tanquam bellicum canitur ad canes exhilarandos

&

A & acuendos: subsidiariæ canum decuriæ ad locos destinatos dimittuntur, quæ fessis succedant, si res ita tulerit: & aliæ rursus ad postmeridianum missum asseruantur integræ: decumanus ipse ceruus canibus excursoribus, equis celeribus, buccinarum clãgore, uenatorum clamore, concentu allatrantium canum urgetur. Quòd si casu aliquo euenerit, ut ante uenatus auspicatum indagator non liquere renunciarit, certamen in posterum diem reijcitur: aut ceruus comperendinatur: nam ut diutius spectaculo eximatur & certamini, rarissimè contingit: sin cœli intemperie, aut antiquioris curæ auocamentis euenerit, uelut reus ampliatus, primo quoq; die uenatico ad cursum repetitur impetu atroci & peruicaci. Illud uerò quod dicere cœperã, præcipua admiratione dignum est, quòd is eximius ceruus, quem uenationi destinatum, canibus peritis magistri semel exagitandum dederunt, ita in prædam illis obiectus est, ut interdictum sibi esse omnibus alijs intelligant. In multiplicia autẽ sæpe uestigia medijs in saltibus ut incurrant necesse est: præsertim in quibus feri greges sacrosancti sunt legum regiarum sanctionibus: quas aquarias saltuariasq; dicimus. Verum enim uerò in auspicando uenatu nonnunquam noxia admittitur, & ab ipsis statim quasi carceribus perperam cursus instituitur, si impostura fiat canibus: quã huiusmodi esse frequenterq; accidere, constat. Diximus suprà insignem ceruum ætate & usu ueteratorem, solere satellitem suum ceruum, nunc pedissequum, nunc anteambulonem habere, quem armigerum dicitis, quasi grandi ceruo subseruientem. hũc ille insignis in cubili secum deprehensum & repente emicantem, interdum canum cæcæ auiditati obijcit, ueluti uictimam uenatrici deæ pro se succidaneam, prçstigia quadam eorum sese oculis naribusq; subducens. Verùm hoc illico animaduertere experientis est uenatoris, præcipitisq; canum impetus errorem compescere, & fallaciam cerui irritam solertia sua facere. Id frangere canes uos opinor appellatis, quod significat cursum illum male cœptum sistere. Agmine igitur retro per statorem illum uenatorem inhibito: quod clamoso, crebro, castigabundo uociferatu fieri solet: instauratiua indagatione opus est, & cane rursus numellario, ut agmen excursorium in uestigium maioris cornigeri reponatur. Qua denuo arrepta, decumanus ille corniger præcipiti primum fuga, deinde ludificante rapitur, loquaci canum agmine certatim eum urgẽte, clangenteq; comitatu: quoad diuturno cursu fractus atq; exanimatus, tandem ab uniuerso Dianç satellitio circumueniri se minaciter mordicusq; patitur, qui exitus est clausulaq; ludicri. B Post quæ uerba quasi penso meo absoluto, cum aliò flectere sermonem nostrum pararem, Hic hic insistendum, inquit, Budæe: præpropere enim feram missam fecisti, quasi iam confectam & exanimem: at multum adhuc fortasse superest ei animæ ad cursum instaurandum. Proinde adurgere eam perge, ne interim animam ab integro recipiat, & nobis negocium alterum denuo exhibeat. Necesse uerò est inquam mihi, Here, summas rerum sequi, qui ex digressione & obiter iam diu euagatus sim: cum eo etiam quòd uarietati rerum ob inopiam uerborum respondere non possum: qua tanquam insuperabili salebra inhibeor, ne penitus insinuẽ in uastam illam syluam nomenclaturæ uestræ, quæ linguæ Latinæ, ut dixi, penè incognita est. Atqui inquit, cùm hucusq; pedem promoueris, semianimi feræ instandum, quoad hoc uel spectaculum uel acroama nece eius claudamus. Quid si inquam Here, sic sancta est, & rituum uestrorum & saltuensium uerborum religio, ut uel tantulum ex tanta copia mutare, piaculare penè sit atq; ignominiosum: etiam ne periclitari me oportet, ineptiarumq; culpa tandem me obstringere? Vide Here ne sutor ego multa iam ultra crepidam, dum imperio tuo pareo: id quod uereri mihi subit quorsum ad extremum euasurum sit, nisi benigna tua uenia atq; indulgentia artem modo mihi cœptam, hic desinere liceat. Nõ enimuerò, inquit, licebit Budæe, ne frustra sis: iamdiu enim tibi quasi hoplomacho insto, medium, quod aiunt, septum catadromi fugitanti: uide igitur ut iam linguæ isti Latinæ hic finis sit delicias faciendi, quã tu mihi dicere solebas longe feliciorem esse lingua nostra uernacula, amplioribusq; copijs ac splendidioribus instructam & ornatam: meministi enim (scio) te non semel hoc dixisse: quod si uerè dixisti, non est hic locus detrectandi speciminis, sed copiarum protinus explicandarum: cum etiam Latinis & Græcis ars uenandi nota atque

celebrata fuerit. Est ita ut dicis Here, inquam, sed non si in uniuersum lingua Romana elegantior esse & uberior nostra à me dicta est, ideo non in quibusdam nostra felicior est & latina & Græca: ut in hac ipsa arte describenda & explananda, in qua certe tam beata & diues est prope nostra, quàm græca est in tractanda philosophia. Verum age, ne detrectator intempestiuus esse maiestati tuæ circumstantibusq; uidear cum ignominia linguæ latinæ, quam honori semper habendam esse duxi: quà potero in saltum diua bene iuuante pedem rursus inferam, quò euasurus cumq; sim tandem. Dixi suprà ueteratorem ceruum uersutumq; uocari, qui multa & exquisita perfugia atrocis supplicij nouit uitæq; præsidia. At uos maiorum, ut ita dicam, gentium exercitores ferarum, non ut alij, planum & uafrum ceruum, sed cordatum & prudentem uocatis: multaq; artis uocabula propria iam fecistis: è medio quidē illa sumpta, sed plenioris & uenustæ in saltu significationis: tum quidem certe, cum pronunciantur cum sua hypocrisi habituq; uenatico: quæ ad emphasim ipsa mirè faciunt. Sed operæ est precium indagatores ipsos audire et obseruare, cum ad senatum syluaticum inquisitiones suas, ut supra dictum, referunt, & cum qua de re agitur censere ipsi iubentur à senatus principe, quo tu Here munere persæpe fungi soles. Sermo rarus, & non nisi percunctando expressus: pronunciandi religio maior, quàm olim histrionū in proscenio theatri æmulis spectatoribus: non contemnenda autem pars pronūciationis atq; renunciationis, in nutibus, in uultibus, in gestibus, in academica cūctatione & consideratione eminet. Cordatos porrò ceruos & catos esse, & de salute sua cū quodam intellectu mire mereri aiunt ob incredibilem eius animantis solertiam, quà natura munita est, prçter uolucrem celeritatem & corniculare propugnaculum. Et hæc tot tamen tantaq; præsidia, paria esse nequeunt arti uenatoriæ. Solere ceruos aiunt, simulut senserunt rem sibi esse cum affeclis infestis simul & sagacibus, primum alios aliosq; fugæ lapsus & gyros agglomerare: deinde si porrò urgeātur, stabula ceruarum, populariumq; ceruorum diuersoria petere, ibiq; intra turbam promiscuā quasi intra nebulam erroris canini, sese condere. Interdum gregarios aliquot inde abigere, atq; ad aliquantum spatij permixtim uestigia facere, ad negocium canibus exhibendum. Cum autem aliquantisper hac ratione contechnati sunt, ab illorum comitatu repentè se subducentes: per tramitem deuium longiusculè abscedunt, deinde intersistūt, ut interim canes uestigia ceruulorum aut ceruarum excipientes, diuersi ab eis auferantur. Cumq; hæc stropharum commenta canum experientissimorum uis odorandi uicerit, circumspicientia utiq; uenatorum adiuta, ad alia denuo se uertunt subsidia salutis: cuiusmodi sunt per sua quadamtenus recurrere uestigia: deinde spiras fugæ intorquere multipliciter & uariè, & quàm fieri potest perplexissime: tuqu raptim longius procurrere: quæ omnia comminiscuntur aduersus solertem canum sagacitatem. Itaq; interim dum canes intenti sunt deducendis elapsibus & extricandis qui ab ipsis ceruis glomerati sunt, spatia magna illi permetiuntur: cum interea buccinarum hortamenta cursitantium canum hiantem acuant auiditatem. Mihi uerò aliquando Faunorum clangorem audire, Dianæq; cornicinum, uisus sum, cum syluæ baubantium canum uocibus buccinarumq; clangore circumsonarent. Venatorum etiam laborem per syluam uolitantium, canes, ut ita dicam, symphoniaci leuāt, quorum concentu mirifico nemus totum personat. Solent autem cerui plerunq; secūdo uento ferri, treis, ut perhibent, ob causas: principio cum aduerso uento feruntur, uentus ore & naribus irrumpens, fauces eorum uehementer arefacit, animæq; ductum nhibet: deinde secundo uento cedentes, cum canum uocem facile excipiūt, ex eaq; colligunt propinqui an remoti sint: tum uerò olfactum sui sequaci turbę adimunt. Inter exempla huius animalis, ultima perfugia exquisitaq; experientis hæc commemoratu digna comperi. Visum esse ceruum in armētum bubulum irrumpere, in bouēq; insilientem, primoribus cruribus armisq; complexum, ad longiusculum spatium uelut equo uehentem postremis tantum ungulis terram stringere, ut odorem sui canibus, quoad fieri posset, exilem incertumq; relinqueret. Ludouico Rege socero tuo, Here, uenatoriæ turmæ decurio, qui uenator maximus appellatur, ad duodecimum ab urbe lapidem uenabatur, ultro præsidi id spectaculum gratificans, qui me comitē secum

ſecum amicitiæ cauſa eò duxerat. Ibi cum mentio huiuſcemodi mirificentiarum cer-
A uinarum incidiſſet, recordor eum inter alia hoc affirmaſſe, Me, inquit, pridem uenan
te, ceruum quendam ab ætate & experientia uafrum, euenit feruente uenatu, & lon-
gè iam progreſſo, fugitiuus ut ille non compareret: & tamen canes nec ultrà proce-
dere uellent, nec in ſua ueſtigia redire. Ibi omnes ſtupere, circumſpicere, inter ſe aſpi
cere, lapidem, quod dicitur, omnem uenatores & magiſtri mouere. Res erat miracu
li plena, & Apollonianæ præſtigiæ ſimilis, quaſi ſublimis fera alipes abijſſet, aut terra
diſcedente, rurſumq́; coeunte, non compareret, aut oculos noſtros canumq́; pręſtrin
xiſſet. tandem omnia (ut fit in tali caſu) à nobis perluſtrando, deprehenſus eſt planus
ille cornipes in furto ſui manifeſto atq; memorabili. Alba ibidem erat ſpina enata in
loco denſo atq; opaco, quæ ad magnitudinem arboream excreuerat. in eam ceruus
dolis ſolennibus conſumptis ſaltu ſe coniecerat. ſtabat autem ille ſublimis, ramis fru
ticis ipſo ſaltu diuaricatis: ſic interceptus, inde ut deſilire non poſſet, ſiue erat forſan
exanimatus: ibi enim quaſi compeditus imbellisq́; confectus eſt. dignus certè ob rei
miraculum qui fato truci eximeretur, ſi deuotæ ſemel diuæ uictimæ miſereri liceret.
Sanè quidem, Rex inquit, huiuſcemodi præſtigiarum animans illa interdum eſt deſi
gnatrix: ita ut & claſſes multas canum quamlibet callidorum atq; emunctæ naris, ad
ſtuporem uenatorum decurias ad inopiam redigant conſilij: quod cum euenit, nos
uadimonium deſertum appellare ſolemus. Quòd niſi eadem hora ille uadimonij de-
ſertor, iterum ſiſti potuerit, diem diffundere moris eſt, matutinoq́; iterum uadari fu-
gitiuum moloſſo apparitore, nulla ſolennium cautionum prætermiſſa, ne illi ludifi-
catori ceruo impunè res abeat. Imò uerò, inquam, Here Chamæleonti & Proteo,
cui tam uerſatilem ſolertiam natura cum alijs adminiculis tuendæ ſalutis ſuę dederit.
Atqui, inquit, ut omnes ſeſe in facies Proteus ille uertat, niſi ſolum quoq; noctu uer-
terit, poſtridie latrabiles illas manus ac reſimas, auribusq́; inſignitas, minimè ad ex-
tremum eluctabitur. non ſi anhelus & ęſtuans in amnem ſe coniecerit, undisq́; ſecun
dis uehendum ſe dederit: quod ſæpe refrigerandi cauſa facit. non ſi amnem traiece-
B rit, ut canum curſum intercidat. non ſi incitatiore curſu diuturnoq́; profligatus, ani-
mum iam deſpondens, undis potius perire, quàm laniari malit. Mira eſt certè, in-
quam, agriophagæ illius turbæ pertinacia, dirum autem fatum cornigeræ animãtis,
cum ad extremum laſſitudinis adducta, opperiri cogitur atrocem illam clamoſamq́;
coronam, undiq; ſe rictu petentem minaciſſimo atq; infeſtiſſimo. Qua tandem cir-
cumuenta, poſt omnia ſalutis præſidia deplorata, repentè ſæpe aſſiliens, primũ quen
que uenantium in quem incurrit, cornu petere ſolet, niſi ferro protinus excipiatur.
Quod ubi factum eſt, aut ſi aliàs fera afflicta & ſtrata eſt, tum demum receptui cani-
tur ab eo qui primus in eam confectam occurrerit. Tum ſimonum chorus ille ſilo-
numq́; inclamatur, & uenatores coeunt quoquo uerſus palantes: quæ tanquam oua
tio eſt ob rem benè & feliciter geſtam. Quam deinde ipſam excipit uiſceratio extem
poralis, & tanquã extiſpicina uictimæ Dianæ immolatæ. quæ ſic debetur ipſa canib.
uenaticis, ut libamentum capturæ accipitribus in aucupio uolucri. Viſceratorem au
tem peritum eſſe oportet, qui lanienam ferinam uenatoria cum palæſtra exequatur:
qui ſcitè feram deglubere nouerit, membratimq́; incidere, & proſecare inciſam. Ter
gore autem detracto caput abſcindendum eſt, moloſſoq́; therelencho porrigẽdum
& permittendum: quem ſæpe indagatorem appellauimus. has enim ei primitias pe-
culiares placita maiorum largiuntur ob indicium feræ. nimirum ut in capite ferino
lacerando & obrodendo, fructum nauatæ operæ ipſe percipiat ante omneis alios, in
poſterumq́; irritetur, is cuius auſpicijs ductuq́; rem alij executi ſunt. cum interim ui-
ſcerator gratulabunda uoce fruenti parte ſua animali blandiatur, & tanquã mactum
uirtute induſtriaq́; therelẽchica ipſum eſſe iubeat. Deinde uenatoriæ plebi infimoq́;
miniſterio uenationis, ſuæ ſunt partes uiſcerationis ijſdem ſcitis attributæ. Epulum
autem caninum omnibus in unum euocatis uenatoribus, & cunctis claſſib. canum,
decurijsq́; coeuntibus, fieri hoc modo ſolenne eſt. Venatores intra tergus ferinum
panis fragmenta ſanguine ferè madentia, miſcent cum omaſo, in minutas particulas
conciſo. nonnunquã præterea ſi canes ſtrigoſi ſint & macie exhauſti, aut ſi ſtrenuam

insignitè operam eo die nauauerint, liberalitatis est uenatoriæ, opiparis eos impensius epulis accipere, ceruicem extis addentes, & nonnihil, ut ita loquar, è uiuo resecare. Hæc cum rectè atq; ordine facta, concinnatæq; epulæ fuerint exerti manu uenatoris: tum deniq; luculentos illos deæ uenatricis epulones, ad epulum sui generis admittunt cum ouantium uociferatu. Nam antea & interim dum epulæ illæ parabiles expediuntur, coronæ gestientis ac canoræ rapacitas, culinæ cirumfusæ nidoremq; captantis, à ministris arcentur fustes in manu gestantibus. Priore porrò epulo peracto, fit & alterum eodem momento, sed non eodem loco: ex interaneis perpurgatis & dilutis (sunt enim hæc quoq; Dianæ sacra eiusq; satellitio) non concisis frustillatim aut prosectis, sed integris: ita ut cum aliquādiu illa uiscerator sublimia tenuerit & ostentarit, ad irritandam edacis agminis uoracitatem, tum ea demum repente in medium porriciat. Inter cæsa uerò & porrecta, cuncta uenatorum cohors cum auxilijs, & calonibus, sublatis buccinis canere capturam quam uocāt, debet, eo quo supra dictum est modo, cum ceruus in potestatem uenit agminis uenatorij. Iam uerò buccinaturæ modos uenatores alios atq; alios habent pro significationum uarietate: quandoquidem indagatores non alio uocis cōmercio utuntur interim dum in quæstione cerui sunt. qui absq; eo foret, aut inter se ipsi cum noxa incurrerēt, aut longius interdū euagatentur inquirēdo, cum receptu opus esset. Nam si unus fortè, ut fit, fortuna, primore inquisitione ceruum decumanum indagine opportuna uadatus fuerit, confestim signum receptus cęteris buccina sua dabit, ut illi ad conuentū extemplo se recipiant. Est autem interdum uenandi ratio ita constituta, aut casu comparata, pręsenti ut consilio opus sit. ut si diffusus dies hesternus fuerit, & sisti tum ceruus certo loco nō possit: aut si ceruus, qui ad quęstionem destinatus est, stabulum certum nullum habeat: si meticulosus & panico consternabilis, qui interquiescere interdiu, cubileq; mutare identidem gaudeat. nam & ij qui recenti uenatu exagitati fuerunt, ad omnem strepitum consternabiles, statarij ferè nō sunt. Sunt & qui cubili excitati, illico in pedes ita se conijciant, ut non per finitima stationis suæ loca cursitare, & commeare remeareq; soleant (quod pleriq; cerui faciunt) sed rectis itineribus porrò semper excurrant. In hac igitur specie is qui canibus regendis præfectus est, simulac id comperit, signū canorę buccinæ dare solet, ut ij qui in subsidijs locati sunt, & reliqui omnes uenatores atq; auxiliarij, calonesq; uenatici, sui ministerij protinus uasa colligant, cum ceruus castra mouerit. In superioribus autem speciebus signum copulis soluēdis canitur in semita uestigiali, simul ut inuenta fera est. Hæc habebam ferè, quæ de arte hodie clarissima, tuisq; auspicijs, Here, ad summum sublata fastigium, Latino sermone dicerem. Id quod nisi maiestatis regiæ imperio facerem, non ineptus esse utiq; ac uideri non possem. Sed nescio quo pacto aliquādo (quod nimio plus ꝙ mihi opus erat, maiestas tua meminit) cum huius artis eiusq; uocabulorū uarietatem admirari uideres, tuq; de me quæsiuisses, an Latinè ars ipsa scribi posset: ego qui multum tribuere Latinæ eruditioni gaudeo, in hanc sententiam respondi, Here, inquam, & huius instituti & multorum quæ recentia secula pepererunt, summam adhuc esse uerborū inopiam Latinorum uideo, quæ quidem certè in usu hodierno notam perferre antiquę autoritatis possint, locabiliaq; esse apud eos qui religione imbuti sint Mineruæ sanctioris & delicatæ: quales iam omnes ferè esse literati & cupiunt & cœperunt. tanta tamen est mea quidem sententia Latini sermonis utilitas, translationum eius usus tam multus, tamq; fœcundus significationum, usq; adeò morigera uersabilitas, tractabilis & cerea flexibilitas, nihil ut nobis non sperandum sit: si ut ad literarum Græcarū cognitionem studia exarserunt, ad hoc quoq; meditādum ingenia incubuerint. Quod omnino futurum est, si huic certamini digna palma proposita fuerit, & corona: non lemniscata modo & regia, quales à te aliquando literis eximijs deferendæ sunt, ut & tuis uerbis, & significationib. non obscuris adducti, credere instituimus: sed etiam si ciuica & popularis. Simul enim literæ honori utcunq; habebuntur, ingenia se proferent olim gestientia. Hæc igitur cum te sciscitante non ita pridem dixissem, ausus sum sermonem hunc lacessere, cui iam par esse non possem si longius prorogaretur. quanq; domesticum mihi habere eundemq; uernam nomēclatorem iamdiu institueram. ex

quo

A quo multa discere harum & similiũ rerum nomina potuissem, atq; in re præsenti tanquam è penu domestica promere, cum usus ita tulisset: si omnium dierum & temporum nunc quoq; ut pridem, discipulus esse possem. Verum enimuero quod nota & exercitata priscis Romanis & Græcis uenatoria fuit, non magnopere nos adiuuat ad uerborum copiam conquirendam & colligendam. Nam quæ de uenatione Xenophon Græcè scripsit, ad eos tantum pertinent, qui tendiculis ac pedicis, reticulataq; indagine & tibicinibus arrecta, ceruos & ceruas hinnulosq;, & alia uenãtur. Nec uerò Cephalus, nec Æsculapius, nec Nestor, nec Peleus, ne Meleager quidẽ carmine Homerico nobilitatus, nec uniuersa Chironis schola, quos antiquitas ut maiorũ gentium uenatores fama ad cœlum tulit, ad eam amplitudinem artis & magnificentiam uenationem perduxit, ad quam tuo principatu peruenit. Si quidem maioribus omnino auspicijs, uisenda magis specie, choragioq; ampliore, hoc ludicrum hodie quàm olim peragitur. deniq; tam amplum, sic accinctum & comitatum (ut ita dicam) genium, hæc exercitatio nequaq; tunc habebat. elegantiam enim & palæstram artis antiqui non nouerunt, quantum conijcere possumus ex monumẽtis autorum. Quin & uolatile aucupium, cuius est hodie studium flagrantissimum, atq; omni organo oblectandi animi instructissimũ, antiquitas ipsa nũquam suspicata est. quod certè mirum uideri potest, cùm in tantum hodie creuerit id aucupãdi artificium, ut nec ardeæ nec milui intra nubes conditi, euadere humanas manus possint. imò uerò cum huiusmodi alites sublimipetæ, cum genere illo prædonum in nubium superficie tanq; in theatro cõmissi, spectaculum suæ necis præbere adigantur aucupantium oculis: sic uociferantibus auiatrijs dimicantes certamine atroci & capitali, quasi lanistis imperantibus. usq; adeò pollet hominum artificium in auctorãdis accipitribus, & ad uenatum sublimem instituendis & mansuefaciendis ad obsequium. Enimuero, Rex inquit, etsi minimè tu quidem de gallinaceo, quod aiunt, in asellum, qui de altero nobilitatis studio ad alterum transieris eius penè germanum, uelim tamẽ ut in eo quo de agitur, adhuc paulũ immorere. quod mihi paulò magis cordi hactenus fuit semper, propter

B exercitationem corporis: etsi aucupandi disciplinam non leuiter colui & exercui, libensq; nunc ipse, sed animi tantum causa spectare alites illos prædones in campestri & lacustri riualiq; aucupatu soleo. Qui uenatus tamen quidam sublimis uidetur magis esse, aut uolaticus, quàm aucupium: tametsi in utroq; ludicro, non tam capturę & prædæ studere instituimus, quàm uoluptati aucupandæ aurium & oculorum. Nam ut in syluestri uenatione omnes aditus ceruis liberæ fugæ pandimus: sic in illa sublimi & aerea, miluos & ardeas non humi captare, non in uolatu depressiore opprimere, aut incautis anteuertere solemus. sed alite prius emissario generoso more utimur: imbelli quidem illo, sed tamen eas aues anfractu inaniter infesto, consectante & territante, quoad sublimes euaserint: cum interim prędones illos alites, sinistro brachio gestemus, obnuptis capitulis: nec antè manumittamus, quò sublimius sit aucupium & cœlestius. Verum ex ijs quæ supra disseruisti, nondum planè mihi liquet, attentus ne artis auditor tantum fueris, & auscultator in umbraculis, an exercendarum quoq; ferarum in syluis spectator socius. quod tu non aliter istis persuaseris, q; si à capite, & uelut à repagulis ipsius curriculi ceruini incipiens ordinem & ductum ludicri explanatè enarres & percenseas. Ita enim Budæe de arte uenatoria differere ipse exorsus es, ut longè certiora sequi nos uideremur uestigia inuentionis in nostris indagationibus, quàm uos scriptores in uestris cõmentationibus. nimirum qui Dianæ nostrę tramites quamlibet, ut apparet, labyrinthosos, tamen minoris errationis esse duceres, q; Mineruæ illius uestræ quas methodos appellatis. In quo tibi iam uidendum ne opinio te fefellerit: qui tantum nari caninæ tribuas, uenantiumq; solertiæ: simul Dianam nostram saltuariam & montiuagam, procul urbe summotam, literarioq; cõmercio, iterum Latinè loquentem audire nos iuuabit, quod futurum non cogitaram. Equidem, inquam, Here, quantum ipse meminisse possum, siue eius rei olim arbitro & spectatori fuisse mihi contigit, siue fando audisse & didicisse: uenator totius ludicri architectus, anteq; manum excursoriam soluit, ita uniuersi actus scenam instruere potest: sic secundarum ac tertiarũ partium manus locis opportunis locare: plus ut in sua in-

dustria canumq́ natura docili, positum esse confidat ad prædam illam palmarem, nõ sine multo puluere sudoreq́ potiundam, quàm nos in nostris cõmentationibus auspicandis situm esse in nobis meritò sperare possimus. Vix est enim, ut ita descripta omnia sic digesta habere nos queamus, eorumq́ coagmẽtationẽ compositionemq́ expectationi hominum responsuram, confidere ut merito debeamus, laborum nostrorum clausulam, uos plaudite, futuram. cum interim uenatores instar propè dixerim olympionicarum, clamore, canore, clangore, testari ac celebrare exitum certaminum suorũ soliti sint. Nec si actus nostri statarij sunt & umbratiles, uestri motorij & pulueris excitatores, ideò nostri minus turbulenti sunt, animiq́ exercitatores. In utrisq; uerò summa uoluptas est cum bene instituti sunt & opportunè, laborisq́ uehemẽtis sensum ex æquo propè adimens. Verũ quod me syluis cursim egressum, Here, iterum reuerti penitusq́ insinuare in eas iubes, uereor si imperare perrexeris, ut perinde iterum inde pedem referre possim: ita plenæ sunt interius salebrarum opacæq́ densitatis. ubi si deprehensa Latini sermonis elegantia, quasi iam inops & exhausta hæserit, num inde tandem ipse reuerti, & uelut pro derelicto illam habere, sine crimine temeritatis potero? Nam quòd semel in aspera & sibi inaccessa ut descenderet autor ego ipsi fui, id mihi non imperiũ modo regium & autoritas, sed aspectus iste summæ humanitatis index & fiduciæ largitor expressit, quodammodo uel excussit: cum sermonis tui lepôre atq; illecebra, quæ mihi obrepserunt incauto, & quò progrederer non prouidenti. Quin & rei uenatoriæ syluam, ut sentio, incompositam fundere tibi uisus sum, nec rectè & ordine de arte disseruisse. Id quod si iterum committam ut faciam, non uideo quid mihi aut insolentis sermonis crimen, aut inepti ignominiam uel leuare uel deprecari queat. Agedum, inquit, age Budæe, & bono esto animo. ars enim ipsa uenandi suapte natura liberalis est, & amœnitas syluæ in qua nunc spaciamur, tibi materiã affatim in re præsenti suppeditabit. cuius ipsam utiq; benignam esse suggestricem oportet, cum tu materiam primam appellatione syluæ significari, mihi non pridem tute dixeris, ut meminisse uideor. Ibi tum egò quasi regi dans manus, Quod felix igitur, inquam, faustum, fortunatumq́ sit, Here, mihi uniuersoq́ nomini Latino, ingrediar, iterum fiducia tuæ humanitatis, atq; indulgentiæ plus quàm sodalitiæ: easq́ mihi præsentis cuiusdam mercurialis numinis instar esse existimabo. & ita ingrediar pedetentim si potero, ne ad caudices cæcos, ut aiunt, aut cespites, in opacis locis offendam. Sit autem hoc mihi ab eadem humanitate tua & cautum & exceptum in hoc nostro cõuento, mihi uitio ne uertatur impetitiæ, si minus enucleatè de hac arte atq; exactè differam, cuius incunabula nunquam percognita habui. Quàm uoles, inquit, cautè & pedetentim ingredere, modo ne præuaricabunde. nolo eñ te salebras quaslibet superstitiosius uitare, per quas ingredi strenuus homo possit, idemq́ religione perimbutus conseruandæ comiter Latini sermonis maiestatis. Audendum est enim aliquid, ut tu dicere soles, qui rediuiua Latinitate uti uelit ad res nobis æquales & recenteis translatitia. Faciam, inquam, Here quàm potero accuratissimè: frontem etiam si res ita poscere uidebitur, leuiter perfricuero: ne defunctoriè (quod dicitur) uoluntati tuæ seruiuisse, & imperio obtemperasse uidear. Verum hãc partem, quam recepisse me te deferente contestatus sum, non mihi depoposcisse, nudam ipsam ac sine exordio exponam, ne longius exornando aut altius repetẽdo, negocium maius mihi facessam. omittam artis præludia: transmittam auspicandi certaminis palæstram, atq; omneis concinnitates, quibus uelut digestis frondib. festis & uirentibus, ludi uenatorij uestibulum artis ipsius magistri uisendũ faciunt & spectandum. non dicam quòd uiridi ueste ad uenatum cerui, fusca & uillosa ad apri utẽdum est maiorum instituto. quòd certo quodam modo amictum esse oportet. quòd ense succinctum & cultro ad improuisa munitum. quòd ternos aut minimũ binos equos uno die, eosq́ pegasidas, oris morigeri ac ductilis habere, ad desultoriam uicissitudinem è fesso in recentem assiliendi. non uenatoris insignia, non gestamina, non instrumentum enumerabo. non genera canum, non formas, non naturam, non educationem, non institutionem, non probationem generosorum, non degenerum notas dicam. non blateronum atq; petulantiũ castigationem attingam. Qua ratione fortasse

fieret

fieret,ut opus à maiestate tua locatum tametsi non mediocre,gratuitis tamen fortasse accessionibus atque additamentis cederet.Omittam etiam quod ut pueris ingenuis pædagogi,sic canibus generosis cynagogi sui attributi sunt. Principio igitur,ut accepi, cum post coitionem illam syluestrem de cerui nece coactam & solutã, ad locum indaginis uentum est à cohorte uenatoria: princeps ille uenator, qui ductor esse canum moderatorque iussus est,& penes quem fasces (ut ita dicam) eius diei esse contigit:priusquam paria canum resoluũtur,statuere solet quo loco grandiores canes ueloces que locandi sint.quos licebit ceruarios uocemus:quamuis eos in ordinem leporariorum lingua uernacula redegerit:quomodo & suarios lupariosque,qui etiam ceruipetæ,apripetæ & lupipetæ dici possunt. Sic autem ferũt placita huius iuris prudentum,ususque comprobauit,ut pernices illi canes atque emissarij, stationatim collocẽtur in locis abditis,latera procursus ceruini cingentibus. Quem procursum ad apertum locum syluæ,& ueluti glabrentem,uel in syluam glandiferam proceram & illustrem pertinere oportet,ut natura habitusque locorum tulerit,quà maximè uerisimile est ceruum tandem trãsiturum:quia ea uia forsitan fert ad amnem, aut ad aliud perfugium, aut stabulum ceruo notum & amœnum. Iustum esse aiunt ternas quidem stationes disponere,sed geminas.senos uerò in singulis ceruarios, hoc est utrinque ternos, medius ut ceruus transcurrens utrinque ab ipsis urgeatur.Senis autem ceruipetis(qui terni,ut dixi,ex aduerso sibi collocati sunt)latrunculi bini è numero ministerij assignantur,quos uos titularios appellare soletis,qui numellis eos cohibeant, quoad ceruus præterierit: tumque demum à latrunculis canes emissi, illicet emicantes & improuisi, ceruum tanquam ex insidijs territum adoriuntur. Interdum etiam bini ternorum uicem supplent,si fauces procursus longiores sint, pluresque latrunculorum statiunculas poscere uideantur. Procursum autem ipsum cõstitutum oportet loco delecto,& quàm fieri potest,ut diximus,apertissimo:quippe in quo syluaticum spectaculum editur uel principib. fœminis uel proceribus, quorum gratia interdum unius diei uenatus comparatus est,quique per syluam euagari grauantur, aut ceruum è uestigio persequi.Pernicissimorum porrò canum latebra primo loco statuenda, & deinceps pernicior um ad ultimam procedendo,quæ ipsa esse debet ualidissimorum atque atrocissimorum.id quod ideo constitutum est, ut primi qui sunt uelocissimi, præcipiti cursu alipedem ipsum exerceant:tum deinde secundi primis succedentes & accedentes,& tertij rursus secundis,si quatuor sint statiunculæ,fractum iam & exanimatum ad ultimos urgeant:si quidem ad triarios,ut dicitur, res ipsa redierit, & manus supradictas ceruus eluctatus sit.Hæc porrò manus non à tergo,ut aliæ quæ uelocitate ualent,sed aduersæ feræ obijcienda:quia robore & ferocia præualens,sistere eam potest,& morsu retinere, cæterisque lacerandam ociosè præbere. Cæterum non cuiuslibet ministri latruncularium munus est.nanque nisi canes emissarij tempestiuè emancipentur & appositè,extemplo insidias fera suspectans,ac tergiuersans,retro rècurret, aut transuerso impetu aliquà erumpet ex angustijs illis,sicubi rimam nacta fuerit aut claustra curriculi perrũpet.quòd si semel fecerit,nulla ui postea subigi poterit,in eandem ut curriculi nassam uel caput solum inserat.Id ne qua ratione eueniat,alarijs astitibus latera procursus uos frequentare soletis.Quorum munus est, simulut fera carceres curriculi ingressa est,eam uociferatu & equitatu utrinque absterrere, quo ipsa intra septa curriculi compulsa,ad ultimum tandem sinum fatalemque irrumpat:cum regressus nullus ei pateat,propter asseclas illos quadrupedes, uociferatores infestissimos. Est præterea supradicti uenatoris,primarum partium actoris, subsidia canum uestigatorũ qui excursores uocãtur,opportunis stationibus deponere,ministrisque cõmittere.ad hoc autem sunt decuriæ canum integræ comparatæ, quas relictas appellatis, ut decurijs iam fessis succedãt, aut temerè expatiatis:ceruumque qui sui furtum fecerit, si per subsidiorum loca uestigia duxerit,recenti uenatu profligant & exaniment. Secundæ igitur tertiæque manus excursorum ea de causa disponuntur: ut si res ad subsidiarios aut triarios deuenerit, ab ipsis uenatus denuo instauretur. Verum hoc maximopere cauendum, ne subsidiarij ipsi canes auersa uestigia protinus pro aduersis ineant: quod tanquam in portu est impingere,auersaque,ut aiunt, aui certamẽ auspicari. Cum uerò

architectus ille,& inspector arbitratorq́ uenationis,supradicta recte atq; ordine di- C
sposuerit,quasiq́ omnes eius certaminis acies instruxerit, ad eum ipse locum reuer-
titur unde copulæ resoluendæ sunt, ceruusq́ agmini latrabili ad excursum obijcien-
dus,& exponendus ad prædam.Sic autem(ut comperimus) rem temperant,ut ab i-
pso commissu uenatus, hortamenta primum remissiora faciant: quia canes suopte
ipsi impetu ab initio ardentius feruntur.leniter igitur uenator cogere agmen Flacco
rum gĕtis debet,sinereq́ eos certa uestigia legere. simulac uerò ceruus longius in pe
des sese dederit,gyrosq́ quosdam circumscripserit,solet primum per uestigia sua re-
gredi,ut derelictæ stabulationis memor, æstiuorumq́ suorum amœnitatem requi-
rens,blandam atq; iucundam: quam tamĕ postq́ persentiscere cœpit se retinere sine
præsentanea certaq́ nece non posse:tum deniq; salutem illi quasi ultimam dicit,iden
tidem restitans,& mœstus solum uertit. Est etiã cum præceleri fuga ingens spacium
syluæ præcipiens, exin arbitratu suo alias atq; alias in alijs strophas cõminiscitur.Po
scit autem ipsius uenatoris officium,ut ipse agmini illi clangenti atq; excursorio, as-
seclam sese e uestigio præbeat quoad fieri potest: & ut uos dicere soletis, ut actus ca-
nini tractum inoffenso tenore perequitet.actum appello uerbo quasi uestro & saltu-
ensi, semitam per quam canes ipsi uestigatores agere ceruum dicuntur. Sin salebra-
rum mõtiúmue occursu homo inhibeatur quò minus id faciat,debet quàm citissimè
potest,aut circuitu aut flexu compendioso canib. occurrere:idq́ aduerso uento.tum
actum ab eo intercisum illico repetere. qui nisi sub oculis identidem agmen suũ ha-
buerit,mendosam eorum excursionem emendare non quibit. At ubi conticuisse ca
nes senserit,aut incertas uoces ambiguásue edere,metuere iam à cerui dolo malo in-
cipit,aut ab hallucinatione canum uestigia eius legentium: ne aut semita excesserint
actuaria,aut uenatum uerterint, & ceruum ipsum decumanum temerè pro quolibet
ceruo dereliquerint.quod ut cõperire possit, receptui canere moris est, & retrorsus
retrorsus, iterum atq; iterũ ingeminare canoro uociferatu. Fecerint porrò uersuram
cerui canes,nécne fecerint, hac ratione quispiam maximè compererit. Alicubi insi-
stat,unde canes arbitretur & obseruet commeanteis & remeanteis. nam si dolus fu- D
gitiui in causa est illius repentini conticinij,omnis canum caterua eodem stupore af-
fici uidebitur.sin uersura temerè à canib. arrepta est (quod uos colligere quasi agglo
merare permutationis actum dicitis)classis excursoriæ ductores, & coryphæi cani-
næ symphoniæ,qui ad huiusmodi species usu occalluerunt,actum uersuræ cum tyro
nibus nequaq́ exequentur. huiusmodi enim excursores uix unquam nunciũ remit-
tunt prædæ sibi ab initio desponsæ ac destinatę.Errore igitur intellecto actuarius ue
nator eos retro inhibitos reducet,unde repetere pristinum actũ certius legitimumq́
poterunt,cum clangore symphoniaco.aut si error dolo ferino admissus est,unde eos
in gradum,ut ita dicam,reponere legitimæ excursionis, ex adulterina aut subdititia
poterit. Ecce autĕ rursus aliud atq; aliud incõmodum,quod sæpenumero negocium
illis exhibet,& quasi uitium auspicantibus affert. Canes sic errore aut fraude lapsi,in
integrumq́ subinde restituti,in errorem nonnunq́ denuo ęquè grauem impingunt,
auersis ungulis uenatum illum ineũtes repetitum : totaq́ adeò sylua quasi toto cœlo
(quod aiunt) aberrantes,excurrunt, nonnunq́ huc illucq́ transuersi rapiuntur,fera-
rum gregariarum sequĕtes uestigia,aut ceruorum etiam quorumuis abgregatorum,
quibus syluarum semitæ tramitesq́ referti sunt.In qua specie non modo uenatore cir
cũspecto,sed perspicaci opus est,qui fugacis feræ uestigia ungulata colligat cernuus
ex ephippio,uel equum habena post se trahens:alioquin inter artis magistros præua
ricari per inertiam dicitur.Et quidem ut in cane uulturina sagacitas,sic acies aquilina
in uenatore necessaria.Iamuero unius eiusdemq́ cornigeri uestigia soleata,odorata,
cubiliaria,sedentaria,& curricularia,non eadem,non paria,non similia ubiq́ sunt:ex
quo alia rursus existit nec modica difficultas & erratio. Interdũ enim euenit, ut sele-
ctus ceruus,nactus uiam quampiam squallidam & puluerulentam,tum diu,tum lon
gè per eam uestigia faciat:in quo canum sagacitas cum experientia fallitur.Nam prę
terquam quòd canes tum existimant ceruum uiam ab hominib.tritam uitasse,in den
saq́ & auia penitus se condidisse, ob idq́ uia trita decedunt, exilis quoq; admodum
odor

A odor & fugax, in locis illis hæret glabris, & squallore puluereq; obsitis: cum alioqui solis ardor in uniuersum omnem statim humorem in quo uestigij odor hæret, haurire & absumere soleat. Contrà in locis herbidis & in uepreculis odoratiora ideò sunt uestigia, quòd non solo tantum pedum, sed & cruribus, & corporis affrictu, uestigiatia semita odorata remanet. In locis etiam opacis odor minus fugere solet. Iam pastores loca in syluis caluentia, & retorridis herbulis scabrisq; uirgultis obsita, ob id sæpe incendunt, ut ex solo concalefacto herbida seges exoriatur, quæ armentis perutilis est. Ita cum per busta (ut sic dixerim) illa, recentibus adhuc fauillis ceruus uiam fecerit, canes odore fuliginis offensi, ac crebrò sternutantes, uestigationem deserunt. qui si etiam ipsi ibidem pertolerarint, tamen odorari uestigia nequeunt, hebetante utiq; sensum & præualente odore fuliginoso. Hoc ubi uenator actuarius animaduertit, lacunam illam, ut ita loquar, uestigiorum, circumactu uitare debet: deinde intercisam uestigij semitam farcire, & actum repetere: duntaxat nisi ceruus in sua retrorsus uestigia cesserit. In summa autem addubitatione harpocratidem illũ Labeonẽ è numella uenator ipse consulit. quem therelenchũ supra ab indicio feræ diximus. qui quasi quidam antistes Dianæ, non uoce, sed caudæ uerberatu atq; murmure & gãnitu dare responsa solet: non flexiloqua, non ambigua, omniq; uestigiali argumento indicioq; certiora. Solet etiã in huiusmodi casu ductor ipse agminis ac moderator actus, cum fera per detrectationem ac dolum abest, & buccinæ canore & inclamatu palabũdos canes, sociosq; ludicri & ministros iubilatu euocare, & celeusma requisitorium edere, quod uos requestam, ut opinor, canere appellatis. Id est fermè perinde, ac si iurisconsultorum uerbo dicerem, ceruum requirendum adnotare, ut delatũ ac reum doli mali, buccinæq; præconio peruulgare furtum sui fecisse. Tum autem operæ esse putant precium, caninum comitatum, squallore, cruore, lassitudine cõfectum, ob idq; imperia hortamentaq; detrectantem, quæsito fonte recreare: ibiq; pane & quasi curandis corporibus reficere: tum cornuũ clangore alacritati restituere, plausu & blandimentis ad uenatum ab integro ineũdum exuscitare. Interim etiã, ut opinor, actum

B à capite denuo arcessere, quasiq; ad carceres reuocari excurso penè spacio. Mos uerò ceruorum est, cum profligatos se sentiũt & exagitatu enectos, aut (ut uos dicitis) durè & atrociter actos, syluarum opaca relinquere, atq; in campestria se conijcere. interdum ad uicos uillasq; propius accedere. quod ferè non ante facit quàm animum desponderit, omni spe deposita solennium perfugiorum. Eo tamen pacto sæpe euenit, ut canibus se subducat. in campestri enim planicie, locisq; proscissis & in ueruactis, & uero in noualibus, tractus uestigiorum non æquè odoratus est, ut suprà dixi, atq; in uepribus & in syluarum cęduis quia soleata tantum uestigia relinquuntur exiliterq; odorata, nullo nec crurum contactu nec corporum. In recens autem inaratis eo amplius negocium exhibet canibus odor soli subacti. Sed tum uenatoris est officium nec inertis nec præuaricatoris, oculis uestigia in mollibus locis legere: tum canum langorem impetumq; senescentem hortatu classicoq; syluestri erigere & renouare. Verumenimuero & uenatoris ipsius, & canum calliditas & solertia, & ut uos appellare soletis, sapientia, in uersuris extricandis, & in emendanda canum hallucinatione, maximè uendibilis est, ut si in ulla uenationis parte. Versuræ duplicem modum esse aiunt. unum, si ceruus selectus & curriculo diei præsentis destinatus, aut satellitem suum, aut uegrandem alium ceruum, si monibus illis pedissequis suis obiecerit quasi pro se piacularem hostiam: tumq; intorta uertigine impostoria protinus se subduxerit. In qua, ut suprà dictum est, specie, uenator peritus & ueterator, non temerè fallitur, si modo canes prætereunteis obseruauerit, aut eorum tantum clangorem exaudierit. Quippe omnium cerui affectatorum uoces notas habere debet, eorum præcipuè qui classis ductores appellantur, & naris emunctioris esse noscuntur. Vos sermone syluatico fauces & actum cuiusq; canis nosse uenatorem dicitis. Alter modus est, si decumanus, qui primum quenq; ceruum in uenatum, aut parasitum suum in discrimen, quasiq; in reatũ transscripsit, socium fugæ sese transcripto illi adiũxit. quod idcirco interdũ facit, quò maiore stupore & perplexiore uenatu homines canesq; afficiat atq; implicet. id quod ubi accidit, dicere (ut opinor) uos soletis,

legitimũ actum unà ferri cum uersura. Huiuscemodi imposturæ duas indices notas minimè ut perhibẽt fallaces, à technologis uenationis proditas esse comperi. si compertæ fidei auriti excursores nec uaniloquentiæ quoquomodo suspecti, repentè ita insistant, ut nec progredi uideantur nec regredi, sed quasi stare in uestigio. aut si porrò ita agant, ut inerter id se facere ac sine spe præ se ferant, ob idq; uocem baubãtium non edant: nimirum quos ueluti deprehensos pigeat & pudeat incassum porrò progredi, quasi per caliginem. Is casus etiam præsentis consilij hominem poscit, qui strategematibus aliquando uenaticis documenta luculenta solertiæ suæ dederit: qui in eodem, ut dicitur, uestigio, consilia expedire strategematica, alia atq; alia possit. Postremo ceruus diu exercitus & iam fatiscens omnibus cõmentis fugæ ac pręsidij consumptis, solet (ut ante dictum est) aut flumen aut stagnum perquirere, in idq; se saltu conijcere. Quod interdum refrigerandi causa facit, sæpius tamẽ Nympharum ædem quasi asylum ultimæ spei & deploratæ petens. ob idq; inde plerunq; non nisi captus eijci potest. Ibi autem modo aduersa unda, modo secunda fertur. Quò cum uenator festinus & curriculò uenit, imprimis animaduertere solitus est quo loco ceruus in flumen insilijt, locumq; animaduersum destricta frõde, aut humi strata notare, aut ex arbore suspensa. Reliqua iam uix memoratu digna, quę in utraq; ripa faciẽda sunt: quibus modis innatans corniger urgendus sit & lancinandus, quomodo fugitiuus enatator persequendus, si ulteriorem ripam superauerit, aut si per citeriorem retrocesserit. Proinde cum è sylua in flumen, Here, & ad locum supplicij ceruum ipsum quasi reum peractum damnatumq; deduxerimus: ad catastrophen (ut opinor) actus prius quidem comici, postea uerò tragici capitalis, peruenimus. Istam uero, Rex inquit, Budæe uel artis uel historiæ uenationis commemorationem, sic fermè tu orsus es, ut Homerum audiui Troianũ bellum exorsum esse. siue ita res nata tulit forte fortuna: siue id à te actum est, aut idoneã ob causam ut ille maximus autor fecit: aut quod magis censeo, ut tot rerum nomenculationis compendium faceres. quod tamen consilium si secutus es, quo usq; tibi lucri ratio constet, tecum ipse uideris. nam ego uersuram etiam soluisse te arbitror, in explicandis illiberaliter & grauatim linguæ tuæ copijs. Non inauditas autem tibi, aut aliàs non cognitas reliquas quoq; partes huius artis arbitror, qui supradictas noueris. quanq; à te inuito non magnopere iam contendam, & usq; ad umbilicum (quod dicitur) & extremam coronidem progrediare, si id ipse ultro facere grauabere. Tute uerò uideris ecquod ulterius etiam specimẽ sui, quasiq; imperatę operæ corollariũ, prębere Latina lingua in hoc genere possit. Rem enim ferè tenes, ut uideo, totam. Digitis (inquam) Here fortasse primoribus. Imò uerò, inquit, perceptam satis & comprehẽsam, ut ab homine quidem in diuerso foro assiduè negociante. Atqui, inquam, Here uereor, ne in his paucis quæ dixi, fanda infandaq; dixerim: qui in regiam palæstram imprudens primũ ingressus, deinde humanitatis tuæ illecebris prouocatus, disserere ausus sim de muneribus ipsorum palęstritarum. Qui si etiam porrò appendices supradictorum accessionesq; attingere te iubente cogerer, è superiore illa hæsitantia, in qua uereor ne indecore conflictatus sim, ad infantiam fortasse redigerer. Nam quis antiquis & probis uerbis exprimere uel summas rerum possit, quas uos copiosissimè eloqui & explanare summa cum sermonis uenustate & dignitate nouistis? Et quoniam egregij cerui & spectandi, cornibus maximè insigniti sunt (uideo enim quid hisce uerbis tuis agatur) ab ea parte exemplum sumam ex quo coniectura logodædaliæ uestræ in uniuersum fieri possit. Primum exuuias illas anniuersarias, quibus orbati latent cerui, quasi honore atq; insigni amisso: non cornua ut Latini, sed caput, quasi decus ferinum appellatis. Quod cum significare uenatores eximium esse atq; honestum uolunt, ab eoq; cerui spectandi atq; memorabilis iudicium indicaturamq; facere, Capite, inquiunt, præditus est commodè nato, compactili, concinno, rectè, ordine decenter constituto: hancq; censuram his penè uerbis faciunt sigillatim æstimantes. Stipitem enim corneũ quam uos materiem dicitis, aptè aiunt erumpere è molis suis & existere: quæ sedimẽta sunt cornuum, tum tabulata ipsa fruticantia è molis concinnè in ramos esse expansa. scapos è caudice proportione enatos: è scapis porrò cornicula producta in mucrones

congrue

congrue desinere: non contractiora ipsa quàm iustum est, non diffusiora, non absurdè confornicata, tum probè clauatum esse caput, & congruenter patulum, & æquabili fruticatu decorũ. materiam autem ipsam caudicis, pulchrè sulcatam esse, atq; inter sulcos striásue (quas uos quasi colliquias appellatis atq; stillicidia) scabritiem eminere æquabiliter unionatã: quod mihi uerruculosam significare uisum est. Tam multiplici uarietate uocabulorum atq; etiam aliquanto numerosiore, decus illud ceruinum coagmentare à maioribus institutum est. Quod mirum est id animal quotannis exuere quasi uernationem, restibili sobole uelut materiam recidiuam paucis mensibus in integrum restituere, quemadmodum & ipsum ex macie hyberna, ac tabe libidinosi temporis sub mensem uicissim Maium cito in corpus ire, è gregarijsq; cateruis ac locis abditis & abstrusis in quibus delituit emigrantem, in loco delecto stabulari, unde cõmoda & propinqua sit pabulatio, illicq; uelut in æstiuis instauratiuum decorem ac saginam recipere. Rursus ad decimum octauum Cal Octobris, ceruos libidinari incipientes, catulientium ceruarũ conciliabula quærere, & uelut ad forum Veneris undiq; conuenire. Quo tempore si ceruũ uenandum quis duxerit, indagandi ratio mutanda est. Neq; enim à circumscripta indagine uenandi initium faciunt, ut solenni tempore, quoniam rabie pruriginis admissarij efferati, & canes & homines atrociter inuadunt cum primum aspexerunt. Rancere fictitia uoce tunc dicũtur. rancentes autem ololygones (sic enim tum uocantur) diluculo uenator secundo uento exaudiens: decumanumq; esse rancore dijudicans, aut aliàs memorabili magnitudine: eò decurias canum admouet, indagatore numellato uenatus auspicatum præuente, ut ferè aliàs solet. Libidine autem flagrantissima admissarij ad mensem agitantur. deinde paulatim desæuientes, alterum paulominus mensem absumunt. Hac habitudinum uicissitudine nunc flaccentes, nunc strigosi: tum eualescentes, tum obesi: aliàs corniculosi & sublimes, aliàs mutili & inermes, & tanquam pudibundi. Apri etiam, ut opinor, circa Cal. Decemb. subantes sues sectari solẽt, indeq; callum obducere uenabulo quoq; refractarium. Vnum penè præterij, quod est uenatori necessariũ, ijsq; qui asseclis illis symphoniacis instare equo uehentes instituunt, ut insignia loca saltuum, ferarumq; cõuenticula nouerint, ut triuia & compita syluarum quasi Fauni ac Syluani memoriter recenseant: ut anfractus eorum circuitus & compẽdia tanquam digitos suos teneant: ut deniq; uelut arenæ suæ omnes angulos, diuerticula, anticos & posticos exitus & meatus notos habeant. Quod mihi cum semper perdifficile uisum sit, tibi adeò facile est, ut cohortis uenatoriæ principes audierim supra alia eo nomine maximopere te admiranteis: cum dicerent sic ad hoc te factum esse, ut non minus q; syluicolæ & saltuarij syluas notas haberes, quas quidem iterum modo aut tertium certè uenando perlustrasses: cum tamen iam omnes penè regni tui egregiè nemorosi, saltus magnos permẽsus esses. Insignium porrò syluarum in quibus frequentior esse solitus esses, non modo iuga nobilia, aquationes, & stabula decumanorum, nympharumq; domicilia: sed etiam naiadas (ut ita dicam) ipsas & oreadas, hamadryadasq; penè in numerato haberes, quæ quidem insignes essent. Cæterum hora est iam (ut opinor) Here, ut ex hac saltuensi opacitate emergã, ac post tantã digressionem, eò quod agebamus, redeam. Esto sanè, Rex inquit. nam ut tu è medio tuo stadio in curriculum nostrum me autore ingressus es: sic & ego libens in campos illos eloquentiæ hinc egrediar, ad spectandam illam indagationem inuentionis, atq; elocutionis oratoriæ, quam ego semper etsi non uisam admiratus sum, ut quidem eam audio à uobis commẽdari. Nos uerò uicissim, inquam, Here admirari cum plurimis solemus, tam tibi artem inueniẽdi quid dicas, familiarem esse, in cuius ludum scimus nunquam te uentitasse. quanquã quod ad me pertinet, ego longè magis suspicio elocutionis facultatem in oratione tua conspicuam & luculentam, quantum quidẽ esse potest in linguã uernacula. neq; nunc de oratione extemporali aut sermone quotidiano loquor. auditor sæpe fui spectatorq; è propinquo panegyricorum tuorum: in quibus inuentionem propemodum carneadeam, tropi oratorij & figuræ uerborum sententiarumq;, non artis illa quidem præcepta, sed prudentiæ cõmunis quædam uelut dictata, copiosè exornabant. ex quo tibi euenit, nunquam ut quicq; publicè perorando

orãdo, aut à populo, aut ab equestri ordine gentilitioq; cõtenderis & patritio, quod non illico expromptum, secundisq; animis & pronis abstuleris. Nec uerò hominum doctorum iudicio, nõ dico Rex ullus, sed omnino postulator, aut princeps, aut alius à regib. allegatus, nostra fuit ætate, quem in eiusmodi genere ęque atq; tuam maiesta tem palæstra oratoria, &, ut ita dicã, Attica, in pulpito cõmendarit. Enimueto, Rex inquit, iamiam me, ut opinor, suppœnitebit, quòd tibi syluestri indagine deprehẽso retia submiserim: unde te cito egressum, equitẽ ut uideo pedes ipse prouocaui in hũc campum. Etiam ne, si diuis placet, eloquentiæ instrumentum, uestem, copias & orna mentum Budæ, orationibus meis nudis & ieiunis accõmodasti? etiam ne me ijs usum è suggestu regio persuadere mihi sperasti? cui ne ad inuẽtionis quidem quos appellatis locos, accedere unquam contigerit, ne laciniam quidem uestis eloquentiæ primoribus digitis attingere? Vide uerò Budæ, uide, inquit, ne tibi fortè plus tribuas, atq; sumas quàm regiæ licet potestati. Ibi ego subito metu perfusus, quasi supra crepidam sutor, aut ultra clepsydrã orator quippiam ipse dixissem, Quònam modo, inquam, Here, obsecro te suppliciter, si quod uerbum mihi imprudenti excidit, id ne uertatur in culpam arrogantiæ, quam etiam inter mei ordinis homines semper auersatus sum. Quia memini, inquit, cum descripto aliquando mihi literarum fauorem ornamentaq; cõmendares, dicere te, Tempus uenisse cum ego possem magnos poe tas & oratores facere: id quod tu instar esse creditorum olim aiebas numinũ Apollinis atq; Musarum. nullum enim præsentius numen esse excitandis hominũ ingenijs, inuentionisq; feruore & elocutionis ui afflandis, beneficentia atq; honorificentia: quorum numinum potentes esse imprimis reges Franciæ, ut si quem alium diuorum mortalium. Amplum igitur ego esse putabam & regium, è permultis hominib. inge niosis, qui discipuli diu Mineruæ illius elegãtioris liberaliorisq; fuissent, paucos me poetas oratoresq; posse efficere: at tu tibi hoc sumere non dubitasti, ut me, cui in pue ritia tantum discipulum esse literarium contigit, mirifica illa donares facultate, quam ex omnium pene disciplinarũ compage recordor te non pridem coagmẽtasse. Qua liberalitate ac largitione priuata, omnem haud dubiè regiam munificentiam supera sti, diuinam etiam beneficentiam æquasti: si quidem donum tuum ratum futurum est hominum non imperitorum opinione. quod si fore cõsiderem, delphici illius oracu li inscius aut aspernator esse, ut opinor, dicerer. Tum demum ego, pauore illo inani sed uehementi posito, recreatus, Enimueto Here, inquam, si meum hoc donũ esset, mihi uidendum esse ducerem, id ut proprium tibi perpetuùmq; futurũ satisdato promitterem. existerent autem ultrò homines multi locupletes, eorumq; partim mihi amici, qui causa mea & publica fortasse, id fide sua apud te esse iuberẽt, quod compertum haberẽt ipsi & exploratum: prædes etiam ipse fortasse tibi darẽ, orationes quasdam tuas panegyricas: quas asseruari à quibusdam scio qui eas uel exceperũt, uel ab alijs exceptas utendas rogauerunt & describendas. Nunc cum hoc elogium publicam causam habeat atq; autoritatem, ut ipse gratiam eo nomine falsam inire nolim, nec te mihi priuatim acceptum id referre postularim: ita causa nulla est, Here, quamobrem eo nomine solus periclitari debeam: cum omnes aut docti, aut aliàs cordati, qui quidem te pernouerunt, cõmuniter id tibi detulerint, repromitterẽq; eo nomine parati sint: eorum uerò permulti iure id iurando & existimatione sua cauere. Et tamẽ quatenus in causa uniuersorum, singulorum quoq; causa implicita uideri potest, ipse quod ad me res attinet, præstare non recusabo, id tibi per doctissimum quẽq; & nostrorum & exterorum (duntaxat nec nobis iniquorũ, & qui nosse rem qua de te agitur potuerint) ratum, firmum, non cõtrouersum futurum, quod publicè delatum esse dixi, priuatimq; à singulis. Hesiodo fides habita est se à musis edoctum esse, poeticaq; facultate donatum, cum greges ipse pasceret sub monte Helicone: non credetur tot testibus, tam idoneis, populorum te pastorem, ut reges appellare solet Homerus, & regiam genituram sortitum, anima diuinitus esse donatum, ea quam diximus dote prædita, atq; etiam ampliore? certè naturæ largitionibus an fortunæ ditior sis & beatior, non facile est perpendenti existimare. Ad naturæ liberalitatem accessit accurata meditatio. tum dignitas oris & maiestas, non regia modo & personata: sed

A sed etiam insignibus positis semper hærens, multum ad facundiam innatã addit. Iam quæ puer in ludo labris primoribus degustasti, quæ adolescens in educatione principali, quæ deinde Rex in audiendis & regiæ tuæ & regni Nestoribus in deliberationibus rerum magnarum, denicp quæ ex sermocinationib. grauibus didicisti, atcp ex hominum peritorum cuiuscp artis auscultationibus, mirum quantum additamẽtũ ad naturæ prolixitatem liberalitatemcp attulerint. Quos enim differẽteis explanatè de re quacuncp uel semel audiuisti, hominum quidem facundiam, rerum sciẽtiam in meditatis orationibus refers, & nõ leuiter in extemporalibus: literarum uerò bonarum, omnis historiæ probæ ac receptæ fidei, uniuersæ autoritatis & sapientiæ priscæ admiratio, in auribus tuis (nisi fallor) atcp etiam in pectore defixa est cum nostra fortasse aliquatenus, tum aliorum sedulitate, quæ alimenta sunt ipsa, & sanguis, succus, animacp eloquentiæ Denicp Hesiodus idem homines quosdam in sanctiore naturę officina factos esse dixit, qui ipsi per se sine magistro intelligunt quę dictu & factu potissima sunt. Quorũ obseruatio (ut Cicero inquit) atcp imitatio, artem oratoriam peperit. Adde quod Plato in Sympofio dixit, quiddam mediũ esse inter scientiam rerum atcp inscientiã. Vt enim, inquit ille, sciens dici non debet, qui rectè de re aliqua opinatur, sed tamen rationem scientiæ non adeptus est, ut sunt artiũ professores: ita nescius uel inscius dici iure non potest, qui rei ueritatem assecutus est, & rectè de ea censet. id quod & iudicium singulare & prudentia eximia tibi dant quotidie, quæ in dotem, ut uocant iurisconsulti, profectitiam, naturæ tuæ magnam partem cesserũt, & porrò locupletata sunt postea auctu aduentitio. At literarum doctrinam, inquis, nõ nisi puer attigi. non igitur arte ulla ciuili ita caruisti, ut regiæ unquam tuæ maiestati, intelligendi dicendicp facultas defuisse uideatur: etiam si ars ipsa absuit quam disciplina paritẽ adeò quæ magno à multis parantur, in te naturę plena manu insita sunt, & cum ætate adoleuerunt. Verum quod liberalitatẽ meam plus ꝙ regiam, quasicp profusam esse dixisti, & maiorem priuata largitione, uelim Here rem ipsam ut intelligas quò pertineat, ne gratuitam ipsam fortè & proiectã liberalitatem esse putes, hominiscp parum

B frugi, nec sese respicientis. malo enim modicã à te gratiã, eandem ucram & solidã, ꝙ multam illam quidem, sed falsam & inanem inire. Quorsum tandem, Rex inquit, istam tuam pertinere uis immẽsam erga nos facultatis donationẽ? Vt hanc eloquentiæ facultatem, inquam, cuius ego patrocinium apud tuam maiestatẽ atcp benignitatem recepi, atcp suscepi, cognatam tibi primũ, Here, deinde agnatã intelligas, ususcp multiplicis necessitudine coniunctam. Quod si tibi persuasero, nostra uticp Philologia, quę eius olim ornatrix fuisse, hodie instauratrix atcp interpolatrix esse merito existimatur, dote sua te superstite nõ ultrà fraudabitur: id quod hac maximè (ut ingenuè fatear) sermocinatione agitur. Nõ de nihilo erat igitur, inquit, necp temerariũ, quod mihi illa ornamenta eloquentiæ induere conatus es, si tibi humeros & brachia præbere uoluissem & expandere, in quibus ego uidebã sedere illa ipsa non posse. En illa mihi eloquentiæ insignia, senatusconsulto doctorum atcp intelligentiũ decreta atcp delata. nempe ut in familiam uestram adoptari me sinerem, in communemcp causam tuendæ Philologiæ uestræ, & uenustioris istius Mineruæ ornandæ, uobiscũ incumberem. Ita tua illa quæ profusa mihi uidebatur largitio, multum frugalitatis habuit & prospicientię. Nam si tibi me, alijscp, magis de me credere ꝙ mihimetipsi persuaseris, in asse uestro fortasse atcp uestræ Philologiæ, ego quadrantem meum aut sextantem agi existimabo. Atqui Here, inquam, si tuum fastigiũ & eloquẽtiæ natales diligenter consideraris, è re atcp existimatione istius maiestatis esse arbitrabere, tuendæ quidem atcp alendæ Philologiæ nobis partes relinquere: tibi uerò eiusdem cõmodis augendæ, honoribuscp illustrandæ officium, ut æquũ est, sumere. Id uerò tum, ut spero, facies, cũ literarũ bonarũ professionẽ: quę nunc sine nomine ut ante dictũ, sine tribu, sine cẽsu, sine lare est publico, nominatissimã omniũ, ꝑfessionũ clarissimãcp reddere, plenius in animũ induxeris. Id quod negare nobis non poteris æquitate tua disceptatrice, cũ te in familię nostrę patronũ, decus, atcp columẽ, honoris tui causa, ac beneuolente, ut spero, eloquẽtiæ numine, adoptarimus. Nã si humanitate tua nobis atcp omnib. nota, nõ dico disceptante, sed tantũ auscultãte, quasi iudiciũ æqui & boni tecum constitui

cõstitui patiare, quid causæ est quo minus exornatoris Philologiæ nostræ personam tibi indui statim uelle debeas: cùm mihi personam uenatoris pro imperio imposueris? Quæ cum ipsa Philologia, cognomento Callilogia, parens sit & nutrix eloquentiæ, quam Homerus κυδιάνειραν uocat, ut hominibus decus & illustrem famam conciliantem: parum ex animi tui sententia fecisse mihi uideris, ut in eius patrocinio atque defensione sextantem tuum agi diceres: cùm tibi non semis modo causæ, sed as totus periclitetur, si rectè animum tuum noui. Qui cum sis rerum humanarum intelligentia, existimatione, atque æstimatione eximiè præditus, pluris utique sextantem propriæ & perpetuæ hæreditatis atque etiam semunciam facturus es, quàm dextantem bonorum possessionis, iure ciuili magis quàm honorario adipiscendæ, nec diu retinendæ. nosti autem qui magistratus rei literariæ, qui prætores urbani & peregrini, & domi & peregrè ius dicere de hæreditate eiuscemodi possint. De eo, inquit, cùm licuerit Budæe & uacarit, iterum uiderimus: nunc ad indaginem illam tuam reuertere. Si uis illa (inquam) igitur Here inueniendi, quam ingeniorum apex Homerus, hominibus ut propriam & peculiarem tribuit, tam certa in nobis esse posset, quàm est in sagaci illo genere animantium uestigatio, præsertim adiuta uenatoris prudentia præsagiente, minus omnino homines in inuentione peccarent & laborarent. nunc adminicula quædam artium prisci excogitauerunt, naturæ quidem illa infirmitatẽ fulcientia, sed usus non admodum tractabilis, & sæpe infeliciter cedentis. Nam ut ars naturæ sit, assecla quodammodo atque æmula, non tamen est eò usque ut naturæ sit æquiparanda. Quidnam est igitur, inquit Rex, quod audire memini cum diceres, tum omnem eloquentiæ in inuentione positam esse & in elocutione: atque earum utriusque artem fuisse mirabilem antiquitus inuentam, ab Aristotele digestam, celebratã, & pertractatam: à Cicerone probatam & in compendium redactam: omnia præterea eius artis indagine quadam circumscripta & obsepta, uix ut quippiam indagatorẽ acrem fugere possit? Quippe rebus inuestigandis locos esse numeratos ac demonstratos: & cum notas rerum indices, tum rerum ipsarũ sedes domiciliaque insignita sigillatim & uniuersim: quæ omnia in monumentis extare antiquitatis aiebas. At uerò elocutionis multò maiores copias esse: artem penè infinitam, nullis certis coercitam finib. aut pomœrijs. Porrò autem ad perdiscendas artes singulas rationem quandam esse proditam: quam uiam, ut opinor, dicebas à priscis appellatam: etsi nomine Græco utebare, sed idem significante. unde intelligi uolebant, omnia quæ ad disciplinas spectarent, in inuestigatione esse posita, hominesque ipsos artium autores, inuestigatores fuisse. Quæ si uerè à te dicta sunt, & ego probè commemini, non uideo quid obstet, quo minus ars illa inueniendi tam commodè digesta in parteis atque descripta, quasi dux quædam certissima, diligentissimo cuique eidemque perspicaci uiam ad rerum inuestigationem præbeat, in quali illa cunque iaceant aut condita sint latebra. Similiter atque tute nuper aiebas, Labeones illos nostros inquisitores, & Flaccos sagacitate & experientia præditos, nullas fugere posse odoris reliquias, uel saltuatim tantũ, summisque ungulis impressas. euoluere enim eos solere uestigia duplicia, multiplicia, recta, praua, contorta, clauiculata, perplexa, denique in orbes circumacta quamlibet implicatos. & uerò ea ui inueniendi tandem non destitui, ne si subdititius quidem ceruus aliquantisper interdum pro selecto ceruo fallere instituerit, ad curriculum destinato. Istarum quidem rerum, inquam, Here contentio, non tantũ instar habet, mea quidem sententia, quantam similitudinem præfert. præsagire usus Latinè loquentium uocat, cum mens humana aliquid futurum indicijs quibusdam coniecturisque prouidet, aut se prouidere putat. at coniectantis animus fallaces sæpe notas sequitur, cùm interim sagacitas illius gentis Flaccorum raro à notis suis fallatur, ut quæ natura constet simul & experientia. Nec uerò canum cuiusque generis familiæ sagaciores, uestigia tantum ferarum odorantur, sed feras, & perdices, & lepores: eorumque recentia cubilia persentiscunt è longinquo, utpote aduerso uento eorum odorem captantes erectis naribus & exorbentes. Equidem ipse sæpe admiratus sum perdicarios & campestres, quum cursu præcipiti in longum contendere spacium eos cernerem, non aliter atque si obiectam prædam oculis sequerentur, quoad uiderem emicanteis inde & euolanteis

A lanteis perdices quò illi contenderant. Quocirca artis ad naturam est quædam imitatio, non æquiparatio. Sunt enim longè uberiores uenæ naturæ atq; capaciores, quàm loculatæ illæ sedes artificis inuentionis. magisq; est ars naturæ felicis & beatæ accurata adiutrix ad delectum, si quid hac in re mei iudicij est, quàm ad copiam prolixa suppeditatrix & magnifica. ad eundem fermè modum, quo modo ij qui in foro olim pragmatici dicebantur, magnos oratores eloquentesq; adiuuabant in causis ipsis orandis. Arti autem qui priores in dicendi facultate tribuunt, eos Crassus ille orator scriptis Marci Tullij imprimis nobilitatus, ridendos esse censebat: apud quem in libris de Oratore Antonius etiam alter orator illustris, ut Crassi ipsius æqualis, ita etiã ipsi æquatus, Cum ad inueniendũ, inquit, tria sint in dicẽdo, acumen, deinde ratio, quam licet si uolumus appellemus artem, tertium diligentia, non possum equidẽ ingenio non primas concedere: sed tamen ipsum ingenium diligentia ex tarditate incitat. Et rursus paulò post, Inter ingenium quidem, inquit, & diligentiam paululum loci reliquum est arti. Ex quibus uerbis apparet, eos qui natura duce consulti sunt & diserti, copiosiores in oratione, & ad tela oratoria intorquẽda magis exertos esse, quàm qui arte magistra utuntur, arida, ieiuna, & morosa. Quod eò, Here, pertinere recordari te oportet, quod suprà de natura tua diximus, singulari, eximia, & beata numeris omnibus ingenij. Hic cum auersa statim facie Rex abnuere uideretur quæ de se dicerẽtur: Verum esto, de te ultra nihil, inquam, Here: de arte iam ego & natura disputo. Horatius cum de arte scriberet, alterum sine altero prodesse non posse dixit: & tamen aut suis aut Democriti uerbis, miserã artem uocauit. Quin & ipse Marcus Tullius, quod Fabius testatur Quintilianus, inuentionem ac dispositionem prudentis esse hominis putat, elocutionem oratoris. Quod si uerum est, ut omnino est, iam hoc confectũ habeo, eam partem eloquentiæ deesse tibi non posse: quod non tua iam, Here, sed mea causa dico, ne hic quoq; ualere interdictum humanitatis tuæ & maiestatis æquũ censeas. Nolo enim qui hæc audiunt, ij existiment ingratam me tuæ maiestati gratiã nequicq; inire à te uelle: dicendiq; tibi facultatem, quam ut tuam non agnoscis, parum

B probabiliter ac uerisimiliter elargiri. At uerò eloqui (inquit idem Fabius) unde eloquentia dicta, uis est omnia promendi quæ mente conceperis, atq; ad audientes perferendi: sine qua superuacua sunt priora, hoc est inuẽtionis munera: similiaq; gladio condito, atq; intra uaginam suam hærenti. Hæc igitur pars sine arte, ut censeo, ac docente quæri non potest: hicq; omnis ætas consumitur, ut inquit ipse Fabius. nec mirum: cum idem Marcus Tullius ad Brutũ scribens, ita dixerit, Nam eloquẽtiam quæ admirationem non habet, nullam iudico. Proinde hanc partem eloquẽtiæ, quæ artis multæ indiget, ob idq; ab eodẽ Tullio refractaria aliquando appellata est, tibi tribuere nec uolo, Here, nec possum, quæ hodie in foris obsoleuit, ut omne ferè genus iudiciale. Cur autem alia duo genera habere nequeas, nullã causam esse uideo ex ijs quæ supra dixi: quatenus quidem ferre hodie castrensis nostratium sermo, epidicticaq; dictio & concionalis potest. Verum ut ad scopũ huius sermonis tandem, & ad causam nostram redeam, Ipsa quam Cicero eloquentiam esse uoluit, cum instrumentum copiosum, nitidum, lautum habeat, mirificeq; descriptum, ornamentum etiam uarium, splendidum, uendibile atq; illustre: utrunq; quidem illud, ex diligenti, multa, & multiplici lectione ut comparetur necesse est, sed lectissimi cuiusq; autoris atq; probatissimi. Hæc ipsa porrò eloquentia cum orationem tractare, ducere, fingere uariã & multiplicem potest, tum uerò probabilem & illustrẽ. Probabilis est autẽ, ut inquit idem Marcus Tullius, quæ mediocriter compta & expolita est, quæ autoritatem & põdus in uerbis habet & sententias uel graues uel aptas opinionib. hominum & moribus. At uerò illustris est oratio, si & uerba grauitate delecta ponuntur, & translationibus superlationibusq; insignia, ab ipsa actione rerum imitationeq; nõ abhorrentia. estq; plus aliquanto illustre genus dicendi quàm dilucidum. altero enim fit, ut intelligamus: altero, ut uidere uideamur. Porrò autem huiuscemodi eloquentiæ supellectilem habere in numerato oporter, & tanq; in promptuario quodam memoriæ conditã: quippe quæ ad usum scitè promenda sit, & expeditè interdum (ei quidem certè qui hoc susceperit, ut & probabiliter & ornatè dicere se posse profiteatur) quatenus quamq;

partem eius aptam esse nouit ad id quod usuuenit ut dicendum sit aut scribendum. Varietatem uerò sensuum rerumq; intellectarum, è quibus uerba ut enascãtur opor tet, ita demum mens hominis rectè concipit, cum rerũ simulacra, quæ aliqui (ut idem inquit Tullius) spectra appellauerunt, in sese incurrentia hausit. & horũ spectrorum unusquisq; nostrum cogitationem habet irrequietam assiduamq; informatricem. at ipsa uis informans & specifica, ab ipso sensu communi docetur formas rerum menti deliniare. Sensus porrò ita demum peritus est magister & idoneus, cum è ciuili uita & peregrina, ac multifariã exercita conuersatione, ea prudentia tinctus est quæ com munis uocatur, à qua ipsa necesse est, ut admirãdæ orationis opifex, translationes, superlationes troposq; mutuetur. quæ eum locum ipsa numerumq; in eiusmodi oratio ne obtinent, quem nardus in unguentis. Et hęc omnia in felicem quandam naturam liberalemq; incidentia, eloquẽtiam efficiunt dilucidam, ornatã atq; illustrem. quam multa exercitatione, plurimo usu coagmentatam esse oportet. & sententiæ enim & uerba ex uaria, ex multa, ex accurata & multiplici lectione comparata promuntur, quæ deinde perpensa & retractata, deligũtur cum quodam fastidio iudicij stylo condocefacti. Proinde qui hanc dicendi facultatem supradicta ratione consecutus est, is demum orationem texere potest, æquabilem, cohærentem, sibi semper eodem in argumento genereq; eodem similem, non hiulcam, non lacunosam, nõ structura, non materia, non filo, non textura sibi dissentaneam: tum numeris pedibusq; astrictã generi orationis consentaneis: postremò non aliqua sui parte eodem spiritu eloquẽtiæ defectam: qui sicubi destituerit, uela ut reflaccescant persuasionis necesse est: nec ad finem perferant oratori propositum, in quo demum situm precium est operæ. A qua insuper ipsa abesse oportet omnẽ insulsitatẽ, & cum uerborũ electione enã constructionem eorundem cuiusdam modi esse. his etiam accedere lepôrem, urbanitatem, concinnitatem, grauitatem, & deniq; dignitatem quandam moratam & plenam autoritatis. Iamuerò huiusce facultatis, & tot tantarumq; rerum studium capessentibus, adesse quoq; necesse est uacationem rei familiaris cæterarumq; curarum certam immunitatem, ab eo quidem certè studio alienarum. Nam quæ tanta mẽs est uel in corpore feliciter constituto, quæ res tam multas tam uarias complecti eodem pectore possit, unaq; animaduersione? & uerò qui uelit, & sustineat cum possit, nisi cętera im munis sit ipsa & feriata? Animi profecto tranquillitate & securitate opus est concipiendis sensis altioribus: tum musarum afflatus qui suppeditator est sensuum eiuscemodi, hauriri non potest ab animis non compositis nec apud se existentibus. at sine eo nihil nascitur excellẽs, quodq; illustre esse possit, cum alioquin omnium studium disciplinarum sit ociosi hominis negocium. Omnia porrò supradicta in unum competere raræ est felicitatis. certè quidem nullum apud nos nec uidi nec memini in studioso iuuene huiusce competẽtiæ exemplum. quo fit, ut nullus fortasse memoria nostra eloquens extiterit, si ad priscam formulam exigere eloquentiã uelimus. At uerò in posterũ fore non paucos in Gallia uel eloquentes, uel (si religiosius loqui placet) disertos, sperandum est, si literarum splendori luculenter augescenti, liberalitatis tuæ modulos aliquot impertire in animum induxeris, ex ijs etiam qui è copijs exundantibus manant, & plerunq; redundantibus. Id quod utiq; facturus es si nõ primo quôque tempore: tum quidẽ certè cũ planè intelligere cœperis, unus homo quid quamplurimis quaq; præstet ratione. Id tamen ut me superstite facere uelis, id est sine cunctatione, oro te, Here, obsecro, atq; obtestor, per illam quæ te manet cum aliàs, tum è museo per te (ut speramus) peragendo, gloriam propriam & perpetuam. Cuius postulationis exordium fecisse me (ut reor) meministi, in Cõmentariorum præfatione, quos in linguam Græcam nuper edebam nomini tuo dicandos. Disciplinæ autem liberales, humanæ quoq; ideo appellantur, quia mores hominum excellẽtius alijs expolire merito existimantur. At ex illis existunt decor, dignitas & maiestas in specie reipublicæ, quæ regum gentiumq; nomen & gloriam illustrant, & memoriæ cõmendant in perpetuum: quo honorificentius nihil esse, nihil magis expetẽdum in rebus humanis potest. Thucydides, Herodotus, Plato, Aristoteles, Isocrates, Xenophon, Demosthenes, alij permulti, Græcorum memoriam ad hunc diem, Atheniensiumq;

impetij

imperij effigiem, luculentis monumentis expressam eminentemq; reliquerunt: quæ A nulla unquam carie situq; uetustatis obliterari poterunt, aut aliquatenus exolescere. Romanorum res gestas Liuius, Polybius, Appianus, Plutarchus, alijq; prodiderunt, quasi rerum gerẽdarum potiundarumq; illustria exemplaria. Quorum omnium eloquentia, rebus suapte dignitate claris splendorem insuper addidit, illustremq; commemorationis fidem atq; autoritatem. At uerò Gallicarum historiarũ scriptores, de quibus nonnihil suprà dictum est, res ipsas quolibet modo posteritati, non item eorum claritatem mandare potuerunt, nisi fortè caligine fœda dictionis obductam & inuolutam. multa uerò præclarè & egregiè gesta & instituta à Frãcis, silentio sepulta ob scriptorum inopiam, memoriæ hominum exempta sunt in æuum. Cum igitur literas uitæ restitutas postliminio ætatis nostræ uideamus, cum nihil iam hoc tempus ad numeros ultimos scribendi facultatis, præter regum & principum hominũ opitulationem desideret, quid iam uetat nos sperare Demosthenes, Platones, Thucydides, Tullios, Liuios, eiusdemq; notę scriptorum & supparis, mox in medium prodituros, non imitatores tantum illorum antiquorũ, sed etiam æmulos? Sint modo præmia sua uirtuti ꝑposita, honestissimisq; studijs. fiat tua benignitate ut, & laboris in literis impensi, & exhaustarum corporis uirium & facultatum, constet ratio animis ingenuis, ut olim constitisse legimus & nouimus, continuo futurum spondebimus ut prisca literarum claritas in Francia rediuiua uideatur. Cuius exoleta iam uestigia, cum auorum nostrorum ætate reperta sint, tametsi deinceps magnopere profectum est ad situm squalloremq; eorum excutiendum: ultima tamen ærumna huic tempori destinata est, ut mea fert opinio, ad consummandã fatalem apocatastasim antiquę sapientię. tanta enim sunt hominum studia, tam fœcunda est hæc ætas ingeniorum, tanta felicitas propagationis uoluminum in utraq; lingua, nihil ut desideremus præter certam spem emeritorum. Nam quis artes, quis studia, deniq; quis uirtutem amplectitur ipsam, præmia si tollas? Quanq; non mercedem contritæ ætatis florentissimæ poscimus, quæ rependi ne auro quidem & gẽmis potest: sed honorarium huic facultati pe B timus, quod negari certè nisi summa iniquitate nequit. Quid uerò fieri hoc tempore desperemus, quod olim factum fuerit? etenim quid memoria nostra & parẽtum non inuentum est, quid non editum & proditum, ad uitam iuuandam & ornãdam, aut ex antiquitate relatum? Quod utinã ad uitam cõmodius agendam atq; elegantius, non etiam ad onerandam luxu & delicijs ac penè obruendam multa naturæ & artibus inuentio actuosa extudisset & excudisset. adeò hæc ætas non modo res priscas, desitas & deploratas, uitæ restituisse, sed & artibus & naturæ ultimas operum notas uidetur excussisse. De hac re uerò tecum Budæe, Rex inquit, si ex animi sentẽtia loqueris, dissentio. diuinam enim prouidentiam rerum huiuscemodi architectam sic cum mortalibus agere reor, ut naturæ & arti suis fabris atq; opificibus, unà & eodẽ incumbentibus, per singula fermè secula, aliquid noui designandũ præscribat & imperet, quasi quo & ætates ipsæ insigniantur, & uita uberius instruatur uelut in dies, sic in ætates. Sed quædam sunt fatalia tum naturæ tum artis operum ueluti diluuia, quibus res inuentæ interdum usui hominum cõmercioq; auferuntur, cum interim aliæ quædã existant, quæ ordine fatali adhuc in imo erant naturæ arcanorum. Recẽtia autem secula res inauditas pepererunt, & quas antiquitas quamlibet ingeniosa, nunquam, ut opinor, suspicata est, ut machinas belli ignarias, inauditamq; illam antiquis officinã stygij Mulciberi, strenuæ uirtutis internicionem, & Martis ingenui deletricem, tam malesicè ferè aperta ui in mortales grassantem, quàm ars uenefica, in eosdem artificio cęco & improuiso: idcircoq; capitaliore grassatur, & sæuiore. Contrà autẽ ætates recentiores artem librariorum formulariam ediderunt: ualidum ut mihi uidetur adminiculum ad exuscitandum & erigendum literarum uestrarũ nomen: quod tam diu iacuit ut exanimum & emortuum. Multa etiam & alia, in utranq; partem ualitura adhuc in altis naturæ cryptis condita esse censeo, quæ suo quæq; seculo in lucem depromẽda sint. Nec uerò omnia, quæ diluuijs illis rerum obruta fuerũt, adhuc emersa uidemus, aut quadantenus existentia: etiam si ætas nostra omnem, ut aiunt, lapidem mouet, nihilq; non audet ipsa, moliturq; ad summersa tollenda & eruenda. Nę Here (inquam)

h 2 perpauca

perpauca ac fortasse etiã nihil iam desiderare uita uidetur, quo fiat instructior, si modo literæ bonæ ultimam manũ restitutionis utraq; lingua acceperint: quod in tua maximè benignitate situm est, ut ante mihi satis dixisse ac docuisse uideor. Quo autem fiat sanctior, quo moratior, quo ex dignitate Christiani nominis compositior & candidior, non modo non nihil, atq; etiam nihil non propemodum, desiderare: sed poscere indies magis, & uero flagitare uoce oraculari uidet̃ & prophetica. adeò uel natura uel prouidentia ita comparatum est, nulla ut ætas undiq; beata sit. Verum enimuero ne sermo gliscens longius nos, Here, ab instituto abducat, eò unde digressus eram redibo, nec dubitabo dicere, posse antiquam quam uocãt sapientiam, ad mores humanitate condiendos & perpoliẽdos, iusto penè postliminio intra ætatem unam restitui, quod plurimum sit: nisi res pulchrè nunc cedens aut aliquo casu incõmodo (quod deus omen auertat) aut hominum culpa hæreat. Penè autem Budæe, Rex inquit, etiam in posterum penitus, ut opinor, dicere uoluisti. Id uerò Here, si dicere iterum & ad extremum sustinuerim, uereor ut tueri æquis doctissimorũ animis possim, qui religione & cultu antiquæ sapientiæ perimbuti sunt. & nunc demum ipsi ad limatam ueritatẽ & exactam loquimur. & ætas enim nostra, & omnis, ut opinor, posteritas, non inuita semper factura est, priscis ut eloquentem, nobis ut disertam eruditionem tribuat: inter quas intercedere Crassus orator summus, interuallũ magnum putabat. Id adeò ut fasces, ut ita loquar, doctrinę, maiorum illis gentium patricijs, Romanis ac Græcis scriptorib. submittat, felicioribus utiq; auspicijs ac maioribus Philologiæ sacris initiatis præterq; sapientiæ ipsius externę atq; eloquentię conditoribus. Imò uerò, Rex inquit, cum Palladem uos perhibeatis armorũ iuxtà disciplinarumq́; præsidem ab antiquis esse habitam: si huius temporis res bellicæ sunt antiquis instructiores, ad uimq́; oppugnandi & propugnandi multò apparatiores, cur in literarum exercitamentis desperandum est, huius & posteriorum ætatum ingenia, si paulò magis aduigilarint, cum antiquis certare ex æquo posse. Etenim si in armamentis loricatæ Palladis & scutatæ, tam multæ conditæ olim erãt machinæ, tum miræ, tum horrendæ: quæ auorum memoria demum leuiter & utcunq;, nostra planè promptæ fuerũt, & in usum martis editæ: quid causæ est, quin etiam in sanctiore quodã musæo, pallas ista uestra inermis artifex atq; placida, abdita quædã habuerit eademq́; uisenda, quæ iamiam in mediũ ipsa sit editura? mihi certè causæ nihil esse uidetur, contendente tantopere Philologia, quæ apud omneis ordines, ut dixisti, gratiosissima cœpit esse. absit enim ut concedamus hanc ætatem ad martem exasperandum & bellonam cruentandam ingeniosam, ad Mineruæ expolitionem antiquitati cedere. Siquidem (inquam) Here, ad eam Philologorum contentionem, maiestas regia & principalis autoritatem suam passim opemq́; munificã prolixè detulerit: digna etiam sint publicè non operæ dicam precia, sed honoraria tantum cõgrua, causæ nihil esse uel perparum ipse fatebor, quãdo ita tibi nec immeritò uisum est. Quod utinam opitulatrices tuas manus uel largè suppeditatrices potius, incõmodum quoddam nobis fatũ non alibi distinuisset: nimirũ ut animus tuus iam tum hominib. innotuerat, melius omnino atq; luculentius rei literariæ conditio comparata iam esset. Verum quantũ palladis numini non in castris tumultuosis & in hostico, sed in statiuis tranquillis & in pacato, tribuendum sit à regibus, ab alijsq; principibus uiris imperijs amplissimis præditis, huiusmodi figmento sapièntia prisca adumbratũ reliquit. Mythologi tradiderunt Iouem quondam Metim in modum catapotij deuorauisse, ex eaq; ueluti sapientiæ hausta turunda Palladem concepisse, ac deinde peperisse. Volunt autem Vulcanum obstetricis munere in ea partione fungẽtem, Iouis caput securi allisa dissecuisse, sicq; Palladem ipsam è Iouis emicuisse capite. Metis apud Græcos, consilium, solertiam, prudentiam, sapientiamq; significat: quo nomine deam quandã illi intelligi uoluerunt per prosopopœiam. Quare hac mythologia intelligendum nobis dederũt, nec sapientiam, nec rerum humanarum prudentiã homini esse congenitã: neq; enim ex utero matris editam esse, ut ungues & capillum. Quapropter Palladẽ sine matre genitam prodiderũt: diuinoq; munere sensim ipsam homini accedere hac ratione significarunt: sed nõ sine Vulcani opera & auxilio. At Vulcani appellatione uniuersa

fabricæ

A fabricæ ratio significatur, artiumq́ perdiscendarũ labor & contentio. Summa autem fabulamenti eò pertinet, inde ut cognitum hoc habeamus & perspectum, artiũ & disciplinarum scientiam, quæ ab antiquis dicta est sapientia, rerumq́ instituendarum atq; administrandarum rationem & prudentiã, in diuina mente quasi in natiuo cõceptaculo locisq́ maternis ortam esse ac subsistere: easq́ curis, uigilijs, laboribus, industria, contentione sedula, deniq; corporis animiq́ agitationibus fuisse in lucẽ editas, simul in usum uitæ hominumq́ utilitatem ab hominib. paucis traditas, ingenio præstantissimis. Iam quod Palladem ab ortu statim armatam esse tradiderunt, id uerò intelligendum nobis dedit, artiũ literarumq́ scientiam: ex eaq́ prudentiã emanantem, suapte ui & consilio, copijsq́ proprijs instructam esse atq; munitam, ad se suaq́ tuẽda domi & militiæ, in hostico iuxtà & in pacato. Quare & ad quieta consilia & ad bellica, primam hominum doctissimorũ & disertissimorũ quasi quorũdam Nestorũ Homericorum sententiam exquiri oportere: eam ob rem maximè, quòd præter rerũ causas, quas literarum scientia tenet, etiam exemplorũ euentuumq́ memorabiliũ plena est historia, plena etiam alia monumenta antiquitatis, ex quorũ lectione & memoria prudentia & consilium oriuntur, aut naturæ certè benignitate enata, aluntur & cõfirmantur. Porrò autem Pallas cõmunem cũ Ioue gerit ægidem, quod pectoris est munimentũ. In cuius medio Gorgonis caput esse aiunt, exerta lingua terribile, seseq́ intuenteis homines stupore penè saxeo afficiens. Quo figmento uis illa eloquẽtiæ demonstratur, quæ admirationem ciere solet, ut supra de ornata atq; illustri oratione dictum est. Siquidem lingua in pectore exerta, index est facundæ ac disertæ orationis: quę nõ intra buccas ipsa temereq́ nata est, sed quæ manat è præcordijs uiri docti atq; experientis, & è pectore prudẽtiæ grauiditate fœcundo. At uerò quòd eandẽ deam poetæ artium præsidem esse dixerunt, quidnam id tandem aliud q̃ symbolicè docet, nullum ualidius esse præsidiũ unicuiq; genti & imperio, q̃ illam à nobis sæpe dictam orbicularem doctrinam, humaniorum disciplinarũ choro, & tanq̃ reste consertam, omnium antiquitatis arcanorũ consciam, uniuersarum gẽtium, cunctorũ seculorum

B moribus, legib. & institutis ornatam? deniq; inueniendi, inuẽtaq́ eloquendi facultate tectam & loricatam? postremò aduersus uim humanam & fortunæ insidias pręsenti consilio semper accinctam, contra fraudis & perfidiæ strategemata munitam & instructam sapientiæ simul & prudentiæ antistrategemate? Est præterea in arce tanq̃ in specula sita: loco ut undiq; cõspicuo & insigni, sic arduo & multitudini inaccesso. inde omnia oculis illis glaucis (ut est apud Homerum) perlustrans: ex præteritis futura conijciens & perpendens: longè eadem respiciens & prospiciens: postremò altius iactu telorum assurgens, & domicilij fiducia tuta atq; secura. Hęc dicens ipse cum incaluisse uiderer, inoffensoq́ satis cursu orationis res mihi procederet, aureis etiã pronas audientium haberem: tum linguis omnes animisq́ fortasse multi fauerẽt, ut mea ferebat opinio: ecce tibi repentè nihil propius factum est, q̃ ut de statu fiduciæ uno Regis uerbo deijcerer ac deturbarer. Enimuero, inquit ille, Budæe, tu isti tuæ Palladi perquam ualidum præsidium circundedisti, egregiaq́ adeò propugnacula facilè architectatus es: multa quidem illa, rerum uerborumq́ uarietate coagmẽtata, sed haud scio an cõpage solutili, & fortasse cum ipsa, ut dicitur, oratione uolucri euanida. Non ego, inquam, Here (quod pace tuę maiestatis dixerim) sed prisci illi uiri, summis ingenijs summaq́ rerum prudentia præditi: quorum architectura Ægypti pyramidas regum opera, mausolea, & cætera mundi miracula, nõ artificio modo, sed etiam perenni memoria longè superat. Sed tamen eandẽ illam, Rex inquit, & Palladem & Mineruam, quam tu eorum, ut opinor, autoritate fretus, in arcem tam editam dicẽdi uolubilitate, quasi trochlæis eloquentiæ sustulisti, ijdem ipsi poetę (ut puer legisse mihi uideor in fabulis) ad lanificium muliebre texturasq́ delegauerunt, quæ in hypogeis ferè fiunt. ex quo fit, ut iste uester orbis disciplinarũ, imò uestra illa comptior Minerua, nunc in cœlo esse, & cum cœlestib. uersari, nũc de cœlo deiecta, aut fune remissario depressa ad ima uideatur: & si cui cauillari libitum sit, infra Vulcanias etiam insulas relegata, Titionariasq́ officinas. Quare uide Budęe, ut illam tuam mythologiam satis contemplatus sis. Ibi ego deprehensus necopinato, & aliquantisper æstuãs atq;

hæsitans, ad infantiam plane redactus eram uerum cum corona mensæ regię mihi aquā clepsydræ ad hunc obicem repente hæsisse existimaret (neq; enim Vlyxes apud Alcinoum & Phæacas illos eram, qui in Regem incidissem, cùm ingenij præsentissimi, tum iudicij acerrimi) ipsam mihi Mineruam quasi deum, ut Græci dicūt, e tragœdia, adesse pręsentem, & uelut posticam admonitricem, repente animaduerti. Itaq; animo confestim recepto, Eia uerò, inquam, Here, quasi tu nobilem illam illustremq; Mineruam, ideò de cœlo, ut aiunt, detractā esse censeas, quòd texturę quoq; numen & præfecturam sortita esse dicitur. Id quod te lacessendæ urbanitatis causa magis & ex animi sententia, apposite ad risum interlocutum esse, quis horum qui adsunt non intelligit? qui quidem nō ignoret quot quantisq; dotibus sanctioris eius numinis selectiorisq; præditus sis, & natura perpolitus. Ipse certè ordiendi scientiam, exordiendiq; & contexendi, non iam artis illius sellulariæ, in cellis depressi orib. atq; tenebricosis opificio suo utentis, sed artis clarissimæ, & in luce splendidissima specimen sui præbentis, propriam esse dico: artis inquam oratorię: tametsi oratorię dico? quid si etiam imperatoriæ? quid si regiæ? age, ut uetusta attingā, quid si etiam prætoriæ, si consularis, si deniq; senatoriæ? Ohe, etiam ne regię subridens (Rex inquit) atq; imperatorię? Etiam enimuero, inquam, atq; ita, ut iam textrinarum pudere eam cœperit, quasi tantum artificium, tam amplum, in locis sordidis atq; obscuris obsolesceret. Enimuero audire, inquit, gestio quomodo id nobis probaturus sis, & an ex hypogeis Philologiam tuam sic expedire possis, ut ex locis syluestrib. & abstrusis sine memorabili (ut ego quidem opinor) offensione eandem recepisti. Atqui inquam, Here, de illa syluatica expeditione, quam quasi in tumultu te urgente suscepi, tuum & aliorum iudicium expectandum est. hoc autem omnino quod nunc ago, futurum non dubito ut mihi protinus astipuleris, simulut audire cœperis. Nónne filum orationis dicitur, & cōtextus & exordium? Mitto quòd cœlestes illæ, uitæ humanæ & fatorum potentes, atq; rerum, ut dicitur, arbitræ, Parcæ, & nere dicūtur & stamina torquere: quo nomine saltem Minerua in cœlum restitui potest, unde eam detractā esse tua maiestas perurbanè atq; in articulo cauillata est. Age iam, nō dico quòd naturæ primordia Lucretius antiquitatis cōsultissimus, appellauit quatuor illa rerum omnium principia, sed nónne telam ordiri summi interdū autores dicunt, quasi prima manu moliri quippiam ardui negocij & momentosi: quo in ipso tractando, sensim progrediendum sit & quasi pedetentim, & ita ut æquabili uel prudentia uel astutia ad ultimam manum perueniatur, extremamq; lineam rerum absoluendarū: non aliter atq; telam in textrinis æquabili opificio artifices detexunt & pertexunt? Sic enim M. Tullius in tertio De oratore usus est: & ante eum Plautus exorsam telam eadem significatione dixerat. quin & uocalissimus ille Triton diuinitus afflatus Esaias uates, in medio mari huius mundi, olim inter sublimia prædicta & fatidica hæc quoq; uerba cecinit, Vt faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & nō per spiritum meum. Quare eiusdem Palladis est arces condere, arcibusq; præesse: & telas rerum nouarum ordiri scitè & circunspectè, in ijsq; res, personas, partes, conditiones, quas ordienti commodum sit, intexere & attexere: tum cōsilia agitare rerum utilium, & explicare: ac ne id quidē modo, sed res malè consultas etiam & institutas, antiquandi & abrogandi prudentia pollere. simul telas aduersarum partium in necem patriæ & sociorum uel orsas uel iam detextas, contrarijs consilijs retexendi ac dissoluendi. Ad summam, mille dea est operum Minerua, ut inquit (si memini) in Fastis Ouidius. quātumq; Orpheus lyra quondam potuisse dicitur, tantum stylo eloquentia semper potest, poteritq; in posterum. Atqui, Rex inquit, Budæe uestram iam inde Palladem tantarum rerum præsidem ac magistram, libens credo fecero ut in regiam admittendam, nō modo in curiam censeam: idq; additamento & elogio autoritatis meæ regiæq; confirmem. Nihil enim iam causæ esse uideo, nec causam quispiam æquus ac bonus dixerit, idemq; doctus, quin ita uideri omnibus debeat & necesse sit. Æquiore igitur me posthac & faciliore, ut opinor, usurus es in collaudāda Philologia tua, cum Mineruam in suum gradum apposite restitueris, unde eam tantisper summouere exercendi tui causa in mentem mihi ex tempore uenerat. Post hæc regis uerba, cum ego quasi uoti com

pos

A pos uictorisque propositi, ab omnibus plausum non mediocrem expectarem: ecce tibi rursus ab improuiso unus è decuria selectorum, literarum nec ignarus, nec magnopere peritus, qui mihi iamdiu imminebat in primam quanque occasionem, ridiculi tantum gratia lacessendi ut postea apparuit, in æstum è portu longiusculè me reiecit. Is igitur uerba mea ultima quasi ansam sermonis arripiens, Here, inquit, licebit ne mihi pauca cum ipso bona tua uenia? Quod cum rex facilè ac pro humanitate homini illi nota annuisset, Sanè quidem, inquit, Budæus regiam quandam, & supremi, ut dicitur, licij textrinam, Mineruæ suæ architectatus est: in qua tanta tamque sublimia texi, ac tam multifariam possint, si illi credere animum induxerimus. sed tamen Palladem ipsam fulgentibus armis uisendam, ægide terribilem, in arce sapientiæ collocatam, idem Budæus Penelopen tandem fecit fœminam imbellem, & castitate tantum fideque coniugali ab Homero nobilitatam. Quam aliquãdo legimus cum Vlyxem maritum desideraret, à procisque multis ad secundas procaciter nuptias flagitaretur, telam quandam, siue illa rotunda uestis fuit, texere instituisse: eamque texendo interdiu, noctuque accensis facibus retexendo, procos illos infestos frustratam esse amplius triennium. Quónam id modo tandem inquam? Quia ista tua uersatilis in sese, inquit ille, doctrina dicam an sapientia, nondum statuere possum, in texendis ac retexendis telis operam suam uenditat. ut si libeat argutari ex ijs quę tute dixisti, operam eius totam in astruendo & destruendo consumi colligere possimus. Quod pueri lusitando sæpe faciunt, lapillorum congeriem aut nucum extruentes, deinde ubi eius struis per tesum est, eandem euertentes. Quòd si Homericam illam texendæ ac retexendæ uestis ambagem, ad ludificationem uertere quis instituerit istius tuæ Mineruæ, quæ iuuenum mentibus obrepit, obiectis inanibus simulacris sapientiæ, haud scio an scitè & commodè fabulam explicuisse meritò uideri possit. multos enim uidere est homines ingeniosos & natura industrios, ad istam eloquentiam quasi bonorum summam uehementer uiam constanterque affectare: in studioque eius perdito atque insano per inopiam cõsenescere. uerè ut dicere & merito quis ualeat, eos esse tanquam sponsos Penelopes, ut inquit Horatius, qui in oratione ornanda & comenda longe plus æquo

B occupati sint. Quis autem si artium uera operæprecia, non uerborum pompam, inanemque speciem lenociniorum attendimus, non melius, non commodius, non prouidentius uitam ad studia literarum comparasse eos fateatur, qui frugi illas artes altricesque discipulorum suorum, consectati sunt, quàm quibus in senectute & olei & operæ in ista palæstra atque exercitatione impensæ ratio parum constat: & quos plerunque sero pœnitet, quantum de semetipsis tanta animorum contentione, familiaque sua meriti sint? Sed uos inuidioso nomine lucripetas illos & quæsticularios, & alumnos litis & controuersiæ uocatis, cum ipsi uicissim uos lucrifugas appellent & damnosos rei amplificandæ, & artis uitæ nescios, quæ pudenda est inscitia. Quòd si arbitram uobis ferri & controuersiæ nostræ disceptatricem, communem prudentiam non recusatis, sponsionem equidem facere tecum hic iam paratus sum, altero quoque tanto maiorem, aut alia gratiore tibi conditione, ni classicorum ego ciuium centurias auferam, cum tu hominum non censorum tabellas fortasse paucas è iudicio feras, si res & controuersia in disquisitionem populi, & equitum, senatusque missa fuerit. Enimuero, inquam, absurdam istam mythologiam esse atque ineptissimam, tute (ut opinor) ipse intelligis. quasi uerò ignores, eandem Penelopen stultorum hominum ac nebulonum expectationem, illo commento texturæ elusisse. Vlyxem autem suum in patriam & ad penates suos reuersum, restituisse ipsum sibimetipsi, atque sibi uxori: uirum recta mente præditum, philosophiæ studiosum. philosophi enim hominis animus indagator ueritatis, & captus amore ueræ sapientiæ, cui se semel ipse despondit, uel cui dei prouidentia potius desponsus est: ciuilis ille quidem uitæ doctus est existimator, sed tamen assecla auditorque philosophiæ. hic ea quæ interdiu ipse & in hominũ celebritate agens, texuit, scenæ, ut dicitur, multitudinique seruiens, noctu ad sese reuersus, & secum ipse existens, retractat atque retexit: luminibus, ut ita dicam, disciplinarum accensis, mentique prælucentibus. secũ etiam idem & cum philosophia summi boni excellentiã ad cotẽ limatę ueritatis explorat. fallaces bonorũ imagines sursum intuens,

despicit: quas ambitio & cupiditas, hiantes & pronæ consectātur. quippe quas nihil aliud quàm oculorum & aurium sensuumq; aliorum ludibria esse perspiciat, exitiosaq; animi illicia. Philosophiæ uerò suapte natura parum comis & blandę, iisq; queis eum nondum consueuit morosæ atq; refractariæ, conciliatrix est optima Philologia nostra parens eloquentiæ. Ipsa porrò eloquentia interpres est philosophiæ disertissima, eiusq; oraculorū. id quod te ignorasse oportet, uel minimè certè ex animi tui sententia locutū esse, quod ego mihi magis persuadeo. Cæterum quòd animosus sponsor, ad prudentiæ communis disquisitionem me uocas quasi ad Areopagi aut duodecim, ut dicitur, deorum consilium & iudicium, nihil nunc in mētem mihi uenit appositius quod respondeam quàm illud Isocratis, Eiusdem esse aut iniquitatis aut absurdæ ignorantię, & Busirim laudare & Socratem uituperare. sic quęsticulosas quidem artes & cupiditatis ministras, ut utiles commendare: liberales autem easdem & uerè fructuosas, ut inaneis floccipendere. Hic cum Rex arrisisset, & ille subinde renidēs, cedere mihi sponsione non inultus uideretur, satis intellectum est animi eum causa & risus excitandi non contendendi studio id fecisse. At ego, Eloquentia uero, inquam, nunquam satis laudata, Mineruæ quidem ipsa alumna & discipula sola omniū artium res astruere satis potest & euertere. Siquidem quæ bona esse imperiti putant, ipsa plus mali habere quàm boni facilè docere potest atq; persuadere, quod cæteræ artes nequeunt. Tametsi quid si etiam passim mortuos excitare, sermonemq; ita iis tribuere, ut audientes uiuos se audire & superstites atq; spirantes putēt? Quid autem si plus quàm medicina pollet? plus quàm medicina dixi? quid si plus quàm Æsculapius ipse deus, & decus & autor medicinæ, quondam potuisse dicitur: quem ego te admirari in sermone memini ob facultatem diuinam? paucos enim fortasse mortuos exuscitasse, non etiam semetipsum traditus est. atqui eloquentia uirtutum sola, à sese illa quidem non dubiè euerti, cæterum à nulla alia facultate potest: illa porrò iterum sibi ipsa & uitæ à sese restitui. Huius deniq; uim & potentiam facultatis ueteres per Orphei lyram significasse dicūtur, quæ suis sonis ac numeris omnia ad se trahere, omnia permulcere perhibita est & mansuefacere: quanq; non mulcendo tantum pollet, molliq; articulo tractando: & quidē torrentior interdum ipsa Niliacis cataractis, omnia secum uel obstantia rapit, & aufert quo commodum cunq; ei fuerit. Hæc ego dicens, in regis uultu oculos defixos habebam, eminente in uultu animi contentione: quem cum suspensum ex ore meo uiderem & altè meditabundum, uereri statim mihi subit ut satis ei approbassem quæ supra de Penelope dixeram. Itaq; ad eum rursus sermone conuerso, Equidem, inquam, Here, quæ de Penelope isti respondi, metuo ne non satis tibi probabilia uisa sint. multa sunt enim eiusdē modi apud nobilem illum uatem, quæ perdifficilem habēt interpretationem, cum inter magnos autores constet huiuscemodi fabulamenta, non sine symbolica significatione ab eo prodita esse. Verum si benigna tua uenia licet profari quod nunc mihi in mentē uenit, illum ego de Penelope quasi tropum, alludere ad mores ætatis nostræ ostendā, si quid mei iudicii est, ut more prisco loquar sententiam dicentium, quod omnino, Here, in tuæ maiestatis arbitrio situm est, à qua omnium & magistratuum & priuatorum iurisdictio manat. Nam siquando de iure cognitionum controuersiæ in foro oriuntur, à capite illico quæstionem arcessere, id est à regiorum iure sceptrorum, ab ipsoq; diademate monarchico solenne est. à quo ueluti perenni fonte imperii, ditionisq; exundantis, omnes riui iurisdictionis olim ducti sunt, & quicūq; iudicia exercent, aut pro uinciarum præsides, aut præfecturarum iuridici, aut curiarum collegæ, aut recuperatores uel uniuersarii, uel ad certam causam cognoscendā dati, aut unam aut alteram, eos omnes iudicandi ius habere & potestatem à regia maiestate oportet, quasiq; iurisdictionis spiritu inde afflatos esse. Nā prima & ultima ditio, & uel mulctę uel sentētiæ dictio, à numine diuino regibus credita & mādata est in uniuersum, iisdem finib. cum imperio. Haud absimili igitur modo, in hoc quod mente nūc concepi, nihil mei iudicii esse intelligo, nisi eadem tua maiestas me iudicem esse iubeat. Age, age, inquit, subridens, quod bonū faustumq; sit, quæ res tibi nunc in mentem uenit, seu qua de re inter nos agebatur, seu quauis alia ei affini uel cognata eiusce rei dicendæ pro

potestate

potestate nunc indulta, ac pro tribunali temporario, sententiæ ius tibi esse uolo, iu-
A beo, pro imperio monarchico sentio & statuo. Quod cum ille protulisse placido uultu, liberæq; sententiæ largitore uisus esset, Penelope, inquam, Here, princeps fœmina, castitate illustri & decantata nobilis, mihi uidetur fuisse tua memoria, magnáq; partem tuo principatu, Francia, gentium omnium prouinciarumq; (absit inuidia uerbo) clarissima, cum aliàs multifariam, tum ideo quoq;, quòd denominationis piæ decus atq; insigne, consensu mortalium diuinitusq; inuenit. Hæc autem annos complureis uel inuidia quadã fatali, uel quia diuinæ gratiæ patrocinio, ad tribunal prouidentiæ, orbata fuit tantisper aut destituta, uicinorũ armis infestissimis petita est, atrociq; coitione circumuenta, cum interim ad hunc diem stupente mũdo ob rei miraculum incolumis ipsa semper eademq; permanserit: etiam si turbine illo perstricta nonnihil libata fuit. missum enim sanguinem ueteris ac recentis inuidiæ oportuit, quod ita temperatum est diuinæ manu indulgentiæ, ac tua felicitate, ut citra animorum deliquium euenerit omnium eius ordinum. neq; enim in iugulariam scalpellum adactum prouidentia uoluit. Interea igitur ipsa (si animaduertere paulò attentius uelimus) quid aliud quàm belli, pacis, induciarum, fœderum, martis deniq; intermortui uicissitudine, telam ueræ pacis & solidæ texebat & retexebat? satagitans quidem ipsa nequicquam, cunctantibus adhuc fatis, & actuosa, ac sibi negocij non minus quàm aduersarijs atq; inimicis facescens. Quod utris partibus utilius tãdem futurum sit, non facile est, ut censeo, iudicare, omnia suis momentis perpendere non grauatis. Nam cum Cadmiæ interdum utrinq; uictoriæ fuerunt, tum nescias fortasse uictoriæ an offensioni ipsi plus debeamus. Tametsi rursus quid Franciam tuam dico Penelopeam telam texuisse? quam & cæteræ quoq; prouinciæ nominis Christiani texuerunt, longè plus Bellonæ & Martis ipsæ etiam, quàm pacis & quietis studijs tribuentes. Quippe telam diuinitus quodam modo exorsam, etsi humanitus detextam, ex euentis iudicare planum est, ex ipsaq; actus cothurnati atq; atrocis placida catastrophe, & geniali atq; comica. & consilia quidem hominum, si cum dei consilijs conten-
B dere institerimus, tantum interesse aut amplius comperiemus, quantum inter telas lineas aut carbaseas, & telas phalangiorum: reticulatas quidem illas & captiosas, sed facilè dissipabiles. Quocirca nosse sese ut quemq; hominum sigillatim, ita & omnem gentem uniuersim oportet: senatusq; consultis prouidentiæ cedere, atq; in eis acquiescere. Cæterum nunc causis iræ diuinæ (ut speramus) magnam partem expiatis, cum duo potentissima orbis nostri imperia, auspice prouidentia connubiali uinculo coniuncta sint, pax utiq; trabali (ut aiunt) clauo fixa, Bellonam in exteras illas gentes deo bene iuuante ablegasse creditur, quæ pacis aurorem ipsæ conditoremq; non norunt. Quo facto uniuersam pietatis ditionem sartam ac tectam seruauit ab imminente iam clade & aduentãte. Valeat igitur Bellona, cruenta palla deformis & auersanda. satis enim superq; pyrrhicam saltauimus tibias inflante discordiã contentiosa, aurei quondam pomi autore. Pallas contrà etsi belli potens (ut dictum est) ac Vulcanijs armis insignis, tamen pacis alumna, & lætans concordiæ sodalitio, religiosè iam in Francia bonaq; fide colatur, quæ æqualis semper fuit felicis status publici atq; principum. Quæ tamen & ipsa semper nouerit hastam & caduceũm in consilium proferre, utrunq; suo tempore. Verum enimuero maximus ille uates Vlyxis & Penelopes nobilitator, quem Democritus aiebat ingenium fortitum esse maius & sublimius humano fastigio, Mineruam Achilli moderatricem in Iliade sua magistramq; adhibuit, eandemq; Vlyxi in Odyssea, cum sub Achillis persona ostendere uellet, quid robur corporis summum cum animositate posset: contra sub Vlyxis, quid uis mentis & ingenij præstantis & eximij. unde fit, ut Poetæ sapientissimi atq; ingeniosissimi autoritate & monumentis doceamur. Sapientiam literis institutam, & bello & pace utilem ac necessariam esse. Proinde post hoc alterum iam colloquium, Here, ad quod maiestas tua, regia semper comitate coniuncta, descendere cum nostra tenuitate, non indignum regio fastigio esse censuit, ego uotis conceptis à deo iam exposcam, ducem tibi Mineruam dari, perennem & assiduam comitem, beatæ isti naturę multifariamq; locupleti consentaneam & respondentẽ. Homericam

ricam dico Mineruam,illius haud dubiè germanam & tanquam uterinam,quæ philosophiæ præses disciplinarumq; potens inter doctos existimatur. At uerò Mineruam illam Homericam antiqui existimarunt, prudentem & opportunum esse receptum sui,quæ etiam tempestiua,resipiscentia dicitur.Qualis est illa,quę in primo Iliados Achilli præsto fuit,eum in Agamemnonem regem,uniuersi exercitus Græci nominis ducem,ille uehementius excanduisset, ipsumq; Achillem ponè apprehensum capillo,strictum iam in regem ipsum gladium,condere in uaginā adegit, iramq; confestim cohibere ac supprimere. per capillum enim uerticem capitis intelligimus,ubi sedes est prudentiæ.Hanc & Palladem & Mineruam regiæ maiestati atq; imperatoriæ nuper affuisse in consilio credimus,cum ad pacem componēdam,fœdusq; ineundum, & arctissima necessitudine iucundaq; sanciendum animos repentè ita appulistis,generis ut propinquitatem affinitate blāda cumularitis. Nam quid id aliud fuit, quàm Palladem Marti galeam trucem demere,ipsiusq; frameam, ad piarum gētium internicionem denuo grassaturam,semel in uaginā condere? Verum enimuero prudentia est illa quidem luculenta dos naturæ atq; magnipendenda, præsertim cum adminiculis experientiæ subnixa esse cœpit.Sed tamen si literarum scientia uacat & historiæ antiquæ cognitione,est ueluti Pallas semiermis atq; ægide sua orbata.Quocirca peritissimos homines non paucos cum princeps maximus habuerit, tum ipse deniq; Palladis ægide & reuerentia tutus erit, nedum Martis copijs impedimētisq; succinctus.Quod munimentum cum securitatē perinde ab inimicis & ab hostibus, tum ab occulta itidem oppugnatione præstat ut ab aperta.Regē porrò tam maximè magnorum pectorum principem esse conuenit,quàm maximè multorum capitum populum regēdum diuinitus accepit. At pectus optimi principis & maximi magna ex parte in consilio eius est.& id ex omni ordine(nisi fallor)consertum aut compactum esse debet, cum omnium generum quæstiones in eo agitandæ sint. Proinde qui primus regum in animum induxerit ex Mineruæ comitatu, qui iam ubiq; numerosus est,nonnullos in selectum consilium accersere,in curias allegere,in decuriam deniq; cubicularem asciscere,& cohortem iuratiorem:præclarū utiq; ille exemplum æqualibus posterisq; prodiderit, atq; commemorādum. Nihil enim ad posteritatis memoriam commendabilius, nihil splendidius esse potest & prædicabilius, quàm Palladi eidemq; Mineruæ,arcium olim,& regiarum,curiarum, & senatuum præsidi & principi,tot annorum situm,squallorem,sordesq; excussisse, eandem ex umbratilibus illis textrinis & studiorum obscuritate, ad conditiones uitæ illustres, solemq; comitatus regij asciuisse.Deniq; ipsi,prisca honorum insignia, magistratuumq; fasces ademptos, tanto interuallo reposuisse decus erit eximium, historiæ imprimis festiuum & celebrandum. A te autem, Here,eo amplius hoc expectatur à multis, & fortasse ab omnibus:ut ijs qui illustrandis literis aut explanandis ætatem addixerint procul à curijs atq; tribunalibus,subsidia uitæ posita in beneficentia tua uelis.quibus utiq; ipsis, ut si cuiquam hominum nationi, in Franciæ prytaneo alimenta debentur. Quippe literarum restituendarum illuminandarumq; principes in unaquaq; prouincia,quasi quidam Hercules sunt & uictores sacrorum certaminum, quæ certamina hodierno tempore magnopere ubiq; celebrantur. hicq; non minus suas patrias quàm seipsos coronant, ut olim athletæ coronare solebant, quod Plinius prodidit. & illis ea mens est, ut & facultates & robur corporis, & spiritus omneis effundant & exhauriant in leuando labore æqualium & posterorum,ciuium iuxtà & externorum.Hoc certè Franciæ tuæ,hoc memorię tui principatus,literarum in Francia interpolatoris & propemodum parentis:hoc deniq; debes,Here,hominum de te expectationi,amplæ & magnificæ.Et quoniā tu tanti nominis esse me exactorē non noluisti (ut nihil amplius dicam) & me iuris sui cognitorem literæ bonæ atq; etiam optimæ,actorem quoq; suum eundemq; defensorem esse uoluerunt:libentius nihil facio, nihil promptius cum occasio se dedit: quàm ea ut de re te planè appellem, quam tibi cordi satis esse noui, & è re atq; existimatione tua futuram esse scio. In cuius rei euentum cum magni uoti reus sim, eiusdem ipse damnari percupio antequam è uita excedo. Cum enim aquam (ut dicitur) & ignem communia cum amoribus meis hactenus

habuerim

A habuerim semper, ex quo amare cœpi: utiq; extremum uitæ actum pro ipsis deuouere si ita res tulerit, non dubitarim. Nunc autem ego maximè eam deuotionem commissam esse lætarer, quando uiuus adhuc & uidens conuincerer tanti uoti. Quod uti nam deus diuiq; faciant ut non frustra adhuc expectē: dum prima & recta (ut inquit ille) senectus, dum superest Lachesi quod torqueat: & pedibus me porto meis, nullo dextram subeunte bacillo. Ipse mediusfidius, ut Pelias ille quondam, ad aliquot annos, ut opinor, recoctus esse non recusarē iisdem studijs amoribusq; colendis: si eum honorem ipsis habitū hisce oculis cernere putis adhuc & nudis possem. Capitalem enim illam carnificemq; grauedinem, quæ mihi annos ferè duodetriginta infestior fuit commentanti, quàm cani cynomyia in sole dormiēti, uel prouocare iam possem. Hic cum loquendi finem fecissem, sermonis uicem Rex excipiens, Atqui, inquit, Budæe, tibi intus hanc cantilenam raro, uniuersis riualibus sæpe canere ipse soles. mihi uero eam rem curæ fore iterum iterumq; promisi, omnemq; mihi ansam exceptionis ademi præterquam temporariæ, quam iura & instituta moribus nostris recepta, ut priuatis, sic regibus & augustis indulgent æqua conditione. neq; enim si non quatenus, non etiam quando commodè facere possum, appellari pollicitationis debeo. Proinde iubeo te paulisper, ac si qui sunt alij tibi ut stipulandi sic uouendi correi (ut esse permultos non dubito, & certò scio, cùm plurimi iam sint, ut audio, amorum tibi æmuli) Interea igitur dū tantæ expectationis rem ipsi architectamur, cuius nondum fundamenta iacere nobis uacauit. Et simul hæc dicens: cum ad strepitum ingredientis undæ procerum clientiumq; eorum, respexisset: sermone protinus interciso è sella hilaris exurrexit. ego uerò inde ita domum abij, ut horis meis perparum eo altero casu detractum esse existimarem. Cæterum in eo Philologiæ atq; Callilogiæ patrocinio non attentum nobis, non beneuolum auditorem, non ad libellam, ut ita dicam, æquum iudicem, sed coronam desideraui atq; aduocationē in eam causam propensam. Spero tamen nihilosecius indicijsq; & argumentis non leuibus colligo, futurum tandem cum deo beneuolente, ut Philologiæ nostræ professio, quæ uno no-

B mine liberalia studia complectitur, liberali ab ipso Principe manu, è sordibus inopiæ, è nominis obscuritate, in lautas uitæ conditiones splendidasq; asseratur.

FINIS.

GVLIELMI BVDAEI DE CONTEMPTV RERVM FORTVITARVM LIBRI TRES, AD DRACONEM Budæum fratrem, Præfectum Scrinijs Regis ſanctioribus.

C.

LIBER PRIMVS.

COGITANTI mihi Draco frater, quodnam induſtriæ meæ documentum nomini tuo dicarem (tibi enim debere me nonnihil ex ea ratione exiſtimabam, quam maximè in ære meo & cenſu eſſe duco) cum in hoc ocio uel m ijs ferijs potius mihi magnopere cultis argumentum quærerem ſtyli reconcinnandi, quem non neglectu literarum, ſed ſtudiorum intempeſtiuitate hebeſcere, iam diu marceſcereq; ſenſeram, annis iam aliquot curriculo inſtituto exemptis, redditæ tuæ literæ, ſcribendi materiã non illæ quidem uberem & copioſam mihi, ſed ueluti thema dederũt in fortunam declamitandi, nec ut imaginem mihi litis fingerem ex rhetorum officinis deductam in iudicium hominum lecturorum, ſed ſolutam legib. artis, & propiorem ſimplicitati philoſophicæ. Nam cum his in literis obiter fortunæ meminiſſes (ut aſſolet interdum cum uitæ moleſtias queribundè commemoramus) id tute mihi feciſſe de induſtria uiſus es, pro tuaq; in me beneuolẽtia, nimirũ ut in loco (quod aiũt) prurienti me ſcalperes, quem ſcilicet aliquando ex eorum eſſe numero animaduertiſſes, quos Græci appellant μεμψιμοίρους. Itaq; nec grauatè nec cunctanter faciẽdum mihi eſſe duxi, ut quaſi apud acta tibi teſtatum relinquerem, qui meus eſſet ſenſus de rebus fortuitis. Verebar enim ne tu aut ſententiam aut opinionem eſſe crederes pertinacem, quod temere interdum me iactare memini de fortuna. Et noſti quam uberem materiam habeam inuehendi in illam ſtolidam & proteruam rerum humanarum arbitram: nec tecum, quem illa nunquam magnopere pepulit aut commouit, ſed cum alio quopiam cui uehementius illa incommodauit, incumbendi in accuſationem temeritatis eius, numẽq; falſò creditum deteſtandi. Neq; uero te præterit bona ex parte, quàm infeſtis illa me telis aduerſorum caſuum labefactare, quàm acuto crebroq; mucrone iniquitatis ſauciare inſtiterit, quàm diu de ſtatu graduq; deijcere conſtantiæ atq; tranquillitatis, quoad poſtremo, animo iam confirmatum, atq; intra philoſophiæ præſidia uel tutum uel ſecurum, uelut in gratiam mecum reditura pellexerit, per ſpeciem rerum nouarum, in locumq; protraxerit iniquiſſimum, unde ne intellecta quidem fraude, tumultuoſiſq; eius inſidijs abſterritus, in præſidium redire meum potui, antequam pœnas pependi ſtationis derelictæ. Hoſce uero tu ludos ſpectabas ex umbraculis uitæ ciuilis & compoſitæ, ita ut nihil oculos tuos falleret, aut certè tuas aureis. Quo tempore tibi amiciſq; meis, ad res nouas me ſollicitantibus, ac uelut ignauũ maleq; de me liberiſq; meis meritum increpantibus, illa omnia quæ ſpeciem haud dubiè luculentã præbebant, fortunæ ludificationes eſſe prædixi, eum exitum habituras, quem uos poſtea uidiſtis. Siquidem certo quodam ac pertinaci augurio conatus illos meos, ſeſeq; proferenteis ſpiritus retundente identidem uer-itus ſum ipſe, quaſiq; commonefactus ab aliquo non maleuolente numine, quo minus perlectanti fortunæ crederem me, auræq; blandienti uela ſtatim pãderem, ſimul ne ueſtris adhortantium me & confirmantium ſponſionibus plus tribuerem, quàm meo iudicio, quod memetipſum ſperare non ſinebat. Meminiſti quidem certè cum tu ſuratiſſimiq; amici mei grande aliquid portendi mihi haud uanis de cauſis conijceretis, me nunquã agnoſcere fatidica ueſtra adhortamenta ad eam ſpem uoluiſſe. Nec tamen ob id poſtulo ut tu meam uel cõſtantiam uel rerum futurarum præſenſionem

D

protinus

A protinus ob id probes, nisi mihi, tibi, alijsq; constet iudicij mei ratio in præteritum & in posterum, quantum quidem in me situm erit, & in homine. Et spero prouidẽtiam quasiq; persentisco cõsilium propositumq; meum approbaturã. Id quod porrò ipse ex re ipsa cognosces, si me expectatio mea, certaq; & meditata ratio non fefellerit. Quam ita me subduxisse ad peragendum extremum uitæ actũ confido, ut quod esse uidebatur fortunæ iniquitatis, quæ me semper irritum fecit conatuum meorũ & inceptorum, id prouidentiæ altum quoddam consilium tute sis existimaturus in posterum. Certe utcunq; sit futurum ad extremum, res hactenus (ut interpretor) haud mihi male uertit. O crassam ignorantiæ meæ nebulam in æstimandis rerum euentis, & ego rerum expetendarum auersandarumq; male consultus, querebar iniuriam fati, quasi scilicet consulta mea recte atq; ordine constituta, abruptis atq; inexorabilibus decretis fatorum discuterentur, conniueremq; adeo ipsam summam rerum arbitram prouidentiam interim existimabam, summissim etiam interdum sic cum ea quasi expostulabam, ac si mihi ipsa in hoc seculo nollet bene accommode consultum, idq; tũ maxime cum ipsa de me commodissime, ut spero, atq; etiam indulgentissime consuluerat. Equidem Draco etsi uereor ne præpropere quidpiam pronũciasse uidear de rebus futuris adhucq; ancipitibus, apud te tamen & fratrem & amicum summè mihi familiarem, non uerebor dicere quasiq; gloriari, tantum me Marliana philosophatiũcula paucorum mensium profecisse quam tibi prædixeram, ut nunc primum uidear mihi uiuere, non item ante, quum tantum eram in uita, animamq; ducebam. Eat igitur iam fortuna, & se suamq; illam mirificam uenditet potentiam inter istos quibus literarum ipsis ignaros esse contigit, & expertes philosophiæ. Ego ne ut rursus cũ genio meo belligerare insistam, atq; obluctari Mineruæ, ut officinam illam fortunæ, illam constantiæ labem adeundam mihi iam esse putem & consectandam? illum iterum scopulum tranquillitatis atq; innocentiæ periclitandum? Non faciam, nisi si genium præstitem mihi datum, autorem ac ducem eiusce consilij habeam. Tametsi uisendum id spectaculum esse non negem ijs etiam qui citra personam ac prætextam

B instituerunt curriculum suæ uitæ, ijs quoq; qui intra umbracula scholæ philosophicæ. Quo magis scilicet discant ipsi internoscere uitam beatam à fortunata, adulteramq; fœlicitatem, & imaginariam à iusta, germana, & syncera. Tantum abest ipse ut pœnitendum esse ducam aut pudendum, quod id mihi non semel inspicere conuenarum conciliabulum licuit, ociosecq; lustrare. Sed nullus locus æquè lubricus, cũ alioqui nihil ferè sit in uita tam stabile, in quo humanum uestigium non fallatur & lapsetur, terra utiq; fallaci usquequaq; & cœlo tantum certo. Atqui ego me non tam mea prudentia quàm fortunæ malignitate, hominumq; fortasse opera non mei amãtissimorum, ne æquitatis quidem, ut opinor, hoc assecutum puto, ut in loco discriminis pleno, quasiq; in conuentu pestilenti fuerim, ita ut noxam nullam contagij contraxerim, ut uastam erroris colluuionem ingressus, in luto non hęserim, quo multi etiam acres mortales & prudentes hausti sunt. Vnde si mihi pronus liberq; ultro citro commeatus fuisset, fortunæq; aspiratio uoto meo amicorumq; competijsset, pedes ipse utiq; nunquam expediuissem. Tametsi tu mihi in primis conscius es (nullius alioquin consilij merito non particeps) quàm certus semper huius propositi fuerim, quàm fixo consilio ac confirmato auspicans, progrediens, ac decedens eo munere defunctus sim, quod mihi hilari serenaq; fronte munificẽtissimi Principis, lætisq; & faustis multorum ominibus iniunctum erat, nihil minus aut expectanti, aut postulãti. Tũq; etiam aulæ salutem, ut dicerem primo quoq; tẽpore fecisse cupidissimè, amicis reclamantibus, qui ut satis causarius missionem flagitarem, uereri se dicebant, si tamen missionem flagitare, est ultro se & prima occasione sacramento soluere. Quorum autoritati in ea re me non cessisse, propinquorum nonnulli tecum mihi succensuere: antequam scilicet certioribus argumentis euentuq; consilium illis meũ tibiq;, ut opinor, approbaui. Nec dum enim commiseram, ut illiberali autoramento imperiosæ illi curiæ animorumq; autoratrici obstringerem fidem Philologiæ meæ, quam liberaliter semper habui, omniq; nexu solutam. Quare libertate consulta unà cũ honestate, quid obstat, quo minus exautorare me impunè potuerim, & inculpatè? Hoc

certè non inficiabere, te, aliosq; longè me fortaſſe prudentiores, conſilio meo intellecto, pedibus ſtatim iuiſſe in ſententiam meam. Cuius conſulti, decretiq; mei, & facti deniq; adeo me non pœnitet (quod tamen ipſum tantum abeſt, ut frequenti ſenatu amicorum factum ſit, ut huius ſententiæ princeps Philologia illa mea fuerit, cuius prærogatiuam opinionem, eiuſq; germanæ Philoſophiæ autoritatem, uoluntas & arbitrium ſummo ſtudio ſecuta ſunt) Verùm, ut dicere cœperam adeo mihi factum, id meum non excuſandum uidetur, aut ſilentio diſſimulationeq; premendum, ut non modo rationem eius ſperem mihi conſtaturam in poſterum, ſed etiam huius, ut officij fructum quendam mihi ſpondeam, & uberem, & copioſum, ad quem percipiendum Attico ipſe uſurus ſum, & Romano inſtrumento, nam utroq; Marlianum hoc meum inſtruere iam cœpi. Nec uerò me nunc ulla res magis cupidum lucis facit, ualetudiniſq; paulo firmioris appetentem, quàm eius temporis expectatio, cum mihi libero & feriato uti frui liceat ingenij prouentu, quod mihi mediocre ſanè, ac tenui dote inſtructum, quum natura dediſſet, multos iam annos ſummo labore, omniq; animi contentione colui, ac ſubegi, multipliciterq; uerſaui. Quarum rerum fructu ſenectutem iam appetentem fraudaſſem, liberorumq; meorum hæreditatem, illam quidem haud ita multum alioquin opimam, niſi homines quidam, uel mei, uel literarum parum amici mente male diſſimulata effeciſſent, ut reſpicerem ipſe me, oculoſq; curioſos aliorſum detorquerem. Quorum, ut ipſorum oculis morem gererem, haud inuitus equidem feci, ut ex eorum ſtatione faceſſens, in mea mox ſtatiua redire properarem interuallo haud ita longo, à quibus infenſo iam numine Palladis emanſiſſe me cenſeram. Ad ea autem mihi iuſtum eſſe poſtliminium ideo confidebam, quod nulla unquam illic hominum comitate, nulla præhēſatione, nulla rerum nouarum ſpecie atq; feſtiuitate uſque adeo captus ſum, ut ea deſerere præſidia meditarer, in quibus conſeneſcere ſtatueram, animamq; profundere. Nunc eò mihi primordia huius conſilij propoſitiq; euaſerunt, ut ijs telis in fortunam uſurus ſim, quibus illa me ſternere ac conficere adorta eſt, eius etiam copias, haud ægre proculcaturus, quas bona pars hominum, aut certe pars maxima, cum ſtupore ſuſpicit. Quorū enim telorum ictibus improuiſis perculſus primum eram, & penè labefactatus, ea ipſa tela ſtatim atque ſubſiſtere cœpi, & in pedes erigi ac confirmari, uitalibus haudquaquam hæſiſſe intellexi, aut alte deſcendiſſe, ſumma tantū innocue ſtrinxiſſe præcordiorum ſenſi, tumultuq; magis animum, quàm uulnere conſauciaſſe. Nec tamen illud nō memini, ne glorietur accinctus, ut diſcinctus, quod ſacer autor inquit. Quare uereor, ne propoſito meo nondum plane exorſo, mihi ita gratulari uidear, atq; ſi omnes meas rationes detextas abſolutaſq; haberem, belliq;, quod mihi fortuna indixit iamdiu, & commiſit, ob id ſecurus eſſe, quod uno aut altero rerum aduerſarū conflictu decretum iri ſperem, uel quod egregiam quandam fortitudinem ad extremū in eo exhibiturum me confidam, quod non tam humanæ uirtutis, quàm arrogantis eſt, & Stoicæ uanitatis. Tibi autem Frater, quemadmodum negocium hoc ſuccedat aut procedat, non ſatis ex literis tuis intellexi, quarum non hoc erat argumentum. Hoc ſcio, niſi ex æquanimitatis gradu; quem iamdiu occupatum conſtanter inſediſti, leui moleſtia deiectus es, euentuq; incommodo, niſi rationem iſtam longo uſu confirmatam, nouus hic tibi caſus excuſſit, & abſtulit, quod fieri uix potuit, non magnoperè conſolatione mea te aut cuiuſquam egere. Noui æquitatem iſtam animi, memini te aliàs fortunæ tragulis alijs atq; alijs ictum, nec tamen unquam uel afflictum, uel turbulenter concuſſum. Quodq; nunc apud me fortunæ iniuriam queſtus es, feciſti id tu quidem, nimirum æquanimitatem mihi magis labantem, ut confirmares communitate ſortis, quàm, ut ægritudinem animi tui leuares, ac lenires commemoratione doloris. Sciebas me annos iam plus quatuordecim ita ualetudine conflictatum, uel conflictari potius, propè menſibus ut alternis animum deſponderim, aliquot etiam annis in diem, in noctemq; uixerim, dolore noxaq; noctu graſſante præcipuè, inſomniſq; interdum iugulum appetente tumultuoſè, ſæpè adeo, ut poſtridiè incolumem me mirarer, & nunc etiam mirer, nec inter ſuperſtites me magis, & mortaleis, quàm inter manes mortuoſq; cenſerem. Cuius inualetudinis tempus, & ſi mi

hi

bi multum hilaritatis è fronte, alacritatis ex animo, festiuitatis in occursu, urbanita-
tis & comitatis in conuictu, exemit & detersit, gliscentem etiam in dies literarum a-
morem, uitæ alioquin abiectæ retinaculum, discendiq; contentionem retudit & in-
fregit, tamen non usquequaque iners mihi, atque calamitosum id fuit, neque omnes
tot annorum dies, ideo atris calculis numerandos censui, etiam si uix centesimus
quisque mihi purus ab eo morbo fuit, ut sæpè testatus sum, stupentibus medicis, qui
bus nunquam (ut opinor) fidem feci tanti mali, cuius exemplum non meminerunt.
Nam præterquam, quod scripta mea, qualia sunt ea cunque, intra id tempus ferè in-
stituta, orsa, & edita sunt, etiam hanc uitam tam obnoxiam pro nihilo ducendam
esse didici, experimentoq; cognoui, ut cuius dies & noctes, earumq; momenta sin-
gula ad functionem cedunt extremi, tumultuosiq; fati, quod omnes auersamur. Id
quod etsi philosophia docet, quæ mortis est ipsa commentatio, euentaq; & exem-
pla quotidiana oculis subijciunt, multum tamen altius, multumq; stabilius in ani-
mis humanis persidunt documenta monimentaq;, quæ tam præsenteis repenteisq;
subinde cient tumultus. Sic autem sunt res humanæ, eaq; est uis & ratio casuum &
euentuum, ut pro hominum opinione, & ratiocinatione ad quos eæ res pertinent,
commodè uel incommodè cessisse uideantur. Vt enim rationem eius, quod accide
rit inieris, ita id ferè in utramque partem ualebit. Quo fit, ut si quis dono quodam
diuino, atque etiam uberrimæ cuiusdam uirtutis largitione, hoc assecutus esset, ui-
tæ ut degendæ rationem scite subducere, ac colligere posset exacte, in eum utique
nullum fortuna ius haberet. Ita quam late patere uidemus, & in omnia penè fortu-
næ ditionem, qua sacra, qua profana, non iure ea naturæ, sed hominum errore, mo-
ribusq; constituta est. Cum uerò huiuscemodi uirtutis, ac prudentiæ rara iam sint
exempla, & penè inusitata, secunda sors utique primæ uicem obtinet, fœlicissimæq;
sortis esse cœpit ita ratiocinari, ut plurimos calculos aut notas plurimas numero-
rum in dextra & candida parte abaci collòcemus, si tamen rationem ob id subduci-
mus, ut ex ea summam fati tandem ipsi colligamus. At hoc cum rectè atque ordine
facere philosophia doceat, & profiteatur, nimirum eam nos colere omnifariam at-
que obseruare debemus. Nam quod tutius tandem suffugium humanæ infirmitati
esse potest, quàm si in id se contulerit præsidium, intra quod missilia fortunæ non ni
si cassa decidunt & languida? Quod maius hominis altiusq; fastigium, quàm sub il-
la cœli rapida uertigine constitutum, casibus tamen aut temerarijs, aut ab ortu, occa-
su, situ, contuitu syderum manantibus, non ita esse obnoxium, quin sui semper iu-
ris animus, sui sit arbitrij ac iudicij ad confingendam sibi conformandamq; fortu-
nam? Age nunc contra. Ecquid humilius, abiectius, submissius, ecquid denique in-
dignius hominis sacramento, quàm hominem obnoxijs quidem incunabulis ortū,
sed à Deo statim natalibus restitutum initiatione lustrica, ius deinde à fortuna pete-
re temeraria, atque impotenti arbitra, ordinis, discriminis, delectus hominum re-
rumq; nescia? tum pœnam præmiumq; (quæ duo sunt præcipua mundi administran
di instrumenta) non ex iuris præscripto, non de æqui boniq; sententia, sed sortis suf-
fragio, sed temeritatis alea distribuente. Porrò autem cum multa indigne moribus
hominum erroreq; publico recepta sint & confirmata, tum longè illud uidetur in-
dignissimum, quod prouidentiæ sæpè attribuimus id, quod temeritas casuum aleaq;
ediderunt, cum interim diuersissima sint natura, prouidentia ac temeritas. Atq; ea-
rum rerum cæcas esse causas, nunc autumant ferè Theologi, intra caliginem multam
iudiciorum Dei conditas. Quasi uerò functiones prouidentiæ circa ista terrena con
cretaq; consumantur magna ex parte, diuinumq; sit opus ima summis, non dico per
miscere (id enim non dubiè Dei est prouidentiæ, quæ hac ratione condidit id, quod
uniuersum dicitur, apteq; coagmentauit) sed ita confundere, ut sursum deorsum sit
ordine rerum inuerso, & præpostera digestione partium, ut nec pes, nec caput com-
pareat suo loco, iusq; distributiuum præpostere sit constitutum. Ita ne uerò, ut etiam
extorres sint Aristides, & esuriant? Socrates & Phociones supplicijs extinguantur
capitalibus? Sylla omnium propè hominum sæuitiam improbitatemq; supergres-
sus, cognomentum Fœlicis non Dictator, non priuatus, non post mortem tetram

i 2 amit-

amittat: ut hodie tam sit quisq; ferè copiosissimus atq; existimatissimus, quàm est ab eruditione morumq; probitate alienissimus: ut ij fata mundi regant, summamq; rerum sæpissimè moderentur, & pro arbitratu suo uersent, qui nec artes ciuiles nouerunt, nec hominum uirorumq; delectum: deniq; ut doctrinæ elegantis & decoræ professio, morum constitutio, reipublicæ charitas, nullo loco sint, nullo numero, hactenus quidem certè ut ad gerendos honores commodaq; accipienda, prophana, sacra, religiosa ualeant? Postremo ut mundus, qui Græcè nomen habet ab ornatu & ordine, & rerum distinctione, certis, ratis, concinnis ordinibus descripta, tanta iam indignitate, licentia, deformitate, indecora ordinum peruersione nomen illud suum decorum amiserit & augustum, nec iam mundus, sed orbis iners sit & inconditus, duntaxat quod ad centrum eius pertinet? Nam, proh diuum hominumq; fidem, quid tam præposterum esse, tam cum prouidentia diffidere potest, quàm quod decus uitæ, ornamentum regnorum, columen rerumpublicarum, scientia & facundia Herculeo nodo complexæ, moribus consentaneis conditæ & expolitæ, ingenia excellentia, numeris compluribus exculta & locupleta naturæ & doctrinæ, pro cuiusq; seculi regionisq; captu, inter inertes, plebeios, in ordinemq; coactos ferè iacent per conniuentiam publicam ac principum, & fortasse per factionem paucorum, ne in classibus quidem ultimis locum habent, nisi tot tantaq; uirtutis naturæq; insignia turpiter, obnoxiè, suppatasitabundè fascibus submiserint proteruæ insolescentisq; potentiæ? In quibus omnibus id demũ mea sententia opus est prouidentiæ luculentum ac mirificum, quod in tanta, tam fœda, tam turbulenta caligine errorum, tamen religio, pietas, iustitia, æquitas, atq; innocentia permixtæ & ueluti obrutæ, suam dignitatem, suumq; splendorem obtinent sentẽtia populari, tanto etiam illustriorem, quanto lumen intensius fulget in tenebris quàm densissimis. Quis est enim adeò perditus, ita facinorosus, quem sanctitatis atq; innocentiæ nomen, non aliqua ueneratione ac religione ita obstringat, ut malæ mentis impetum inhibeat aut infringat? Quicquid autem scelerum, flagitiorum, indignitatum, piaculorum quotidie existit noxa passim bacchante, quicquid anceps ac contingens rerum exitus edit, quicquid naturarum cœlestium sphæricarumq; defluxus exprimit, quod necessitatis instar habere dictitatur ob uehemẽtiam effectus, id ad prouidentiam referendum censco, duntaxat ut conditricem, omniumq; rerum causam remotissimam & primariam. Quippe quæ creatis à se rebus suisq; opificijs à principio uires æternas atq; effectus quibusq; suos & peculiares indidit, mirificos sanè, sed haud scio an indeprehensos ingenijs humanis. Quemadmodum (nisi fallor) prouidentiæ diuinæ opus esse perhibetur quicquid benè secúsue admittitur ab unoquoq; nostrum aut in se aut in alterum, quanquam aliæ sint causæ complures intermediæ & admotæ, quibus in ipsis liberum arbitrium uice sua fungitur, ad quarum effectiones prouidentia plerunque patientiam miro quodam modo atq; indeprehenso accommodat atq; conniuentiam diuinis utriq; modulis attemperatam, non item afflatum & assensum. Tametsi in magnis rerum temporumq; inclinationibus, in expiandis sceleribus publicis aliqua insigni clade, in priuatis etiam interdum piaculis conspicuè uindicandis, in tuendis deniq; aut tollendis uniuersitatibus destinatam Dei prouidentiam rerumq; propriam experimur, tantumq; non cernimus oculis ac sensu percipimus, cum ita uisum est & libitum Deo optimo maximo, à cuius haud dubiè iustitia & clementia tantarum rerum causæ cæcis quibusdam ductibus & in alto prouidentiæ abditis proficiscuntur, & manant. Hoc prisci animaduertentes uiri ingeniosissimi, ueræ quidem ipsi pietatis imprudentes, sed tamen numen illud unum summumq; olfactantes, Deam quandam nomine Adrastian diuinitate religioneq; donarunt. Quo figmento intelligi uoluerunt animaduersionem diuinam, in eos uindicantem qui superbè, arroganter, insolenter, tyrannicè, scelerate, perfidè, proteruè in uita uersabantur, nomen ex eo sortitam quod nullus animaduersionem eius uitare effugereq; possit. Eandem etiam Nemesim cognomento uocarunt, eo nomine diuinam iram significantes, tanquam inuidia instinctam ac percitam in eorum euersionem, qui rerum successu insolescentes, & fortunæ indulgentia corrupti, impotenter efferuntur, eo usq; fastu

A fastu atque insolentia erumpente, ut humanæ ipsi conditionis non meminerint tot casibus obnoxiæ. Mihi uero uidetur prouidentia functione quadam uberiore, ueluti cura præcipua animis humanis incumbere, in ijsq; immorari, ut simplicibus substantijs suapteq; natura abstractis, & ad similitudinem Dei conditis ad intelligentiam, licet consociati sint corpori & illigati. Quod si porrò conditionem hominis spectemus, ex quo natura nostra cum diuina consociari cœpit, cum scilicet caligine ignorantiæ discussa, ueritas ipsa sese protulit, uiamq; nobis sapientiæ tradidit & præiuit, inueniemus, ut opinor, hominem mortalem eundem & immortalem natum, ita in mundo statutum esse à Deo & editum, quasi athletam in arena, ea lege & conditione nascendi in medium prodeuntem, ut prout sors exierit, aut occasio tulerit, aut temporis, ordinis, alia'ue cuiusuis ratio qualitasq; postularit, itéq; ut æquitas agonothetarum iudicumq;, aut rursus iniquitas imprudentia'ue fuerit, in hoc aut illud ipse certamen aut plura, in durum aut facilem obluctatorem incursurus sit, & facile aut ægre labore perfuncturus, non eodem ille quidem exitu, nec pari honore ignominia'ue, præmio supplicio'ue, sed pro modo exhausti certaminis exantlatiq; laboris, ijs qui rectè & gnauiter, aut detrectati & auersati, ijs qui molliter & incompositè defuncti certamine fuerint. Huius porrò certaminis & arenæ huiuscemodi opifex est prouidentia, architectiq; rationem obtinens, Agonothetis etiam ipsa summa, reiq; totius moderatrix. Hoc enim sibi theatrum instruxit Deus, in quo tanquam delectum copiarum suarum factitaret. Verum munus id Deus non tam suo ductu quàm auspicijs administrat suis & imperio. Itaque legatos suos & præfectos primum habuit acres homines ex familia sua delectos, quasiq; è sinu prolatos prouidétiæ, quos huic muneri prouinciatim destinauerat, quibus etiam leges ponendas, constituendosq; ritus atque tuendos mandauerat. Summa autem administrandi huius muneris, fungendiq; certaminis, cum in præmiorum pœnarumq; distributionibus duobus quasi cardinibus regendæ huius uniuersitatis uertatur, disciplinam eam esse uoluit summam & præcipuam de elogijs diuinis eorumq; traducibus descriptam &
B consecratam, quæ Pontificia iura uno nomine uocantur, iuris ciuilis ac prisci quoad eius fieri potest æmula. Ab his fontibus æquitas distributiua autoritatem suam maiestatemq; & adepta est olim, & diu conseruauit. Sed ut sunt res humanæ natura comparatæ, & in deterius procliuæ, potissimam huius functionis partem fortuna uendicauit sibi & retinuit principum hominum culpa, qui quod uirtuti debebatur, muneris ipsi sui fecerunt & liberalitatis. Ex quo ueluti fonte iniquitatis, tanta indecentiæ, dedecoris, fœditatis, indignitatisq; colluuio orbem nostrum inundauit in sacris & prophanis, ut iam uirtus non plaudenda, non palmaris in theatro, sed deiecta & exacta explosaq; esse uideatur. Hæc culpa, hic error, hoc caput, quo ex capite malorum omnium Ilias, errorumq;, ut ita dicam, Odyssea emanauere, incrementumq; sensim habuere, & progressum quem uidemus. Indidemq; error ille ortus est, ut temeritas fortunæ & propudium, ut planè loquar, administrationis summæ rerum, autoritatem sibi mutuetur è cœlo quasi affinis prouidentiæ. Accedit huic culpæ uel arrepit potius ueterator ille Stygius, errorum nostrorum architectus & adornator, rerum quamlibet compositarum interturbator, quamuis fixarum legum labefactator, qui quod ipse in ordine cœlesti decoreq; acquiescere nequiret, è sublimi deturbatus est, in tartarumq; deiectus. Hic fortunæ olim diuinitatem, nunc, quod demum potuit, autoritatem ita asserere instituit, ut fortunæ largitio prouidentiæ benignitas esse credatur, & pro augusta illa uenerandaq; prouidentia, si diuis placet, pseudopronœam laudemus, autorem eorum quæ temere, perperam, & conscelerate fiunt. Iam uerò, quum diuinis elogijs testatum habeamus & persuasum, experientia insuper cognitum & perspectum, uitam humanam partim pugilici certaminis, ut dictum est instar esse, partim iustæ militiæ similem, eosq; longius à discrimine abesse, extremaq; & horrenda internicione, qui in castris labore ac calamitate cinctis æra merent in mœrore, ne ipsa quidem ante persoluenda, quàm extrema peracta sint stipendia, milites q; Christi sigillatim missionem obtinuerint, quam uix fas est ipsam flagitare. Quid est tandem quod queri iure possimus? An quia nos prouidentia, tentoria aut

ſtationem habere, opusq́ ibi facere aut præſtituit olim, aut ſinit nunc, ubi ægrè & cum tumultu munera obeuntur? At id fit imperio & auſpicio ſummi ducis & ſeruatoris, qui ex eo imperator eſt conſalutatus, quod ſignum mœroris in locum illum editum arduumq́ multo cum ſudore pertulit, unde teſſeram ſalutarem petimus uenerabundi, ab ærumna nomen habentem. Nempe in ijs ſtatiuis, cum ipſe non neſcius eſſes multa iam me æſtiua hybernaq́ egiſſe non ſatis æquo placidoq́ animo (identidem enim me quaſi oneri ingemiſcentem meminiſti ac uidiſti) quo me nunc redigeres ad æquitatem animi, de induſtria feciſti, ut re mihi literis uelut manipularem adiungeres, in contuberniumq́ adoptares. Quæ tuæ literæ cum in negocio ſubacerbo animi quandam ſuauitatem reſipiant inter querelas retentam, mihi ipſe non ſuccenſere non poſſum in hac conſcientia. O me miſerum, qui multis iam ſtipendijs id aſſequi nequeo, quod in rerum minus ſecundarum tyrocinio olim tu adeptus (ut memini) etiam nunc retines, ut ſentio. Nam cum natura inferiores animi uires mihi dederit, quàm ut deſpicere impetus aduerſarum rerum queam, nec fortuna faceſſere mihi negocia deſinat, (tædia enim eius infeſta pertuli propè iam, ex quo certò memini, cum adoleſcentulus eſſem, crebra, uaria, ornamentisq́ meis incommoda) in locum quendam ſane editum ipſe, ut conſcendam, neceſſe eſt, quem in locum minus certos ictus ac liberatos habeant eius pila, ſimul unde propior ſit receptus ad præſidium philoſophiæ. In quo ego, ſi quando caſtellum aut propugnaculum nactus fuero, Deo benè iuuante, ſecuritate iam ſuccinctus, in numen iſtud tetrum fortunæ probra ad ſatietatem ingeram. Sed redeundum ad rem. Age eſto, ut fortuna quietis meę ſtudioſæ ſemper interpellatrix, animum, ut opinor, exoſa internis bonis, quæ dicuntur, longè plus tribuentem, quàm externis & fortunæ, ita nunc mecum redeat in gratiam, ut quod hinc eſt intercapedinis ad fatum meum ultimum, liceat mihi curis, angoribus, ægrotationibus, atque ægritudinibus uacuo, quaſi diem unum feſtum agere, uacationem tædiorum mœrorumq́ præſtantem, num debeam protinus hanc cõditionem arripere & amplecti, ut fœlicem me facturam haud dubiè & beatum? Equidem non arbitror autorem te mihi, & ſuaſorem futurum, ut qui probè noris indulgentem homini fortunam atque obſecundantem, ſæpius maleficam fuiſſe damnoſamq́, quàm aduerſam & infeſtam. Neque nunc iſta ad normam inſpiratæ philoſophiæ exigo oraculis'ue proditæ, cuius tu in primis dogmata uenerаris & amplectere. Loquor ipſe ad captum communis prudentiæ, cuius expertes quoque literarum compotes ſunt & capaces. Nam noſtrorum philoſophorum, qui ex ſecta germanæ ſapientiæ aſtruunt ſua decreta, ut quiſq; maxima cum autoritate, ſummoq́ ſcholæ piæ aſſenſu de iure diuino reſponſitauit, ita ominoſum eſſe maxime fortunæ, fortunatorumq́ nomen ferè cenſuit & infauſtum. Conſtatq́ inter autores ſalutaris doctrinæ conſultiſſimos, tam diuerſam eſſe appellationem iſtam à uia mortalitatis ad immortalitatem ferente, quàm deliciæ Sybariticæ, uitaq́ numeris omnibus uoluptatis hilaris atque feſta, à uita remota eſt ærumnoſa atq; cruciabili. At huius ipſius uitę inſignia pro ſacro amuleto & geſtamine alexicaco, optimus quiſq; hodie & prudentiſſimus libens exoſculatur, geſtat & complectitur. Quem enim regum, principum, primorum, eorumq́ omnino, in quorum atrijs fortuna uim ſuam ſane mirificam uenditat & oſtentat, ác propemodum numen nomini ſuo aſſerit, non pigeat, pudeatq́ ſanctius quippiam magisq́ ſuauiandum ducere, quàm Chriſti ſeruatoris geſtamina, quibus os oculosq́ luſtrare ſolent, exuuias ſcilicet ipſius ſapientiæ, cuius præceptis, interdictis, conſultis, exemplis, & inſtitutis, reipublicæ ſumma qua ſacra, qua prophana, inſtituta eſt, & confirmata? Nec eſt ulla pars reipublicæ, ut omnia percenſeas, in qua huius doctrinæ non acris ſit memoria conſignata & conſecrata, etiam ſi mores rurſum in licentiam uetuſtam reuoluti ſunt, eorum utique incuriam, qui habenas rerum tenent, noxa ſtygia excipiẽte omnium illa quidem occaſionum aucupe ſolertiſſima. Proh diui immortales, non'ne hoc, ſi foret in terris, rideret Democritus? quæ nos auguſta, ſanctifica, hominumq́ tandem beantia ducimus & fatemur, hæc ipſa uelut auerſanda fugimus & repudiamus. Verum illa errorum ſatrix noxa, exitiabiliumq́ rerum conciliatrix, fortunæ diuinitatem lege pœnitentiæ

mœren-

A mœrentis abrogatam, scitis cupiditatis ambitionisq; relatis iterum esse iussit. Itaque furoris atque amentiæ instar est, si recte æstimetur, quod cum quisque præ se ferat, & dictitet se in uerba Seruatoris adactum, nemo etiam aquæ & ignis communitate dignum esse censeat, qui non huic ipsi duci se autoratum, atque in fide esse eiusdem profiteatur, uniuersiq; quotannis cum rarissime, plærisq; sæpius ad tentorium eius sacrosanctumq; augustale conueniant, solenne sacramentum mystica dape cœlestiq; instauraturi: uix interim unum & alterum inuenias, qui uiam illam arduam inire uelit, sudanti demum & algenti permeabilem, quam ipse nobis præmonstrator præiuit. Atqui ijs qui in fidem fortunæ se suasq; fortunas conferunt, nihil quicquam negocij esse potest cum Christo in hac uia, aut commercij, ut ne asseclis quidem illis Iesu Christi fuit olim cum fortuna, ne esse quidem hodie quicquam debet nobis, si illorum nobis instituta cordi sunt, eorumq; sanctitatem bona fide colimus. Siquidem cum Iesus ipse Christus paupertatem, inopiam, calamitatem, ærumnam, conflictationem, mœrorem, uitam lamentabilem, immortalitatis uiam ingredientibus, pro uiatico statuerit, quarum rerum auertendarum causa fortuna inuocatur, quid causæ est tandem, quin si fortunati esse uelimus, cœlestium numerum augere nequeamus? Qua fronte igitur nitimur fidem nostram Seruatori nostro probare, si uota nostra ac desyderia cum religione eius institutisq; discrepant? si ea uitæ instituta sequimur, ac persequimur equis (ut aiunt) uelisq;, quæ e diametro opposita sunt eorum disciplinæ, quos, ut diuos colimus ac suspicimus? Hoc illud est profecto, illa, quæ in fide posita sunt, eaq; persuasione, quam Orthodoxam uocamus, remissius ac lentius humanos sensus mouent, quàm ea quæ oculis atque auribus alijsq; sensorijs partibus percipimus. Quod si rerum intelligibilium spectra sensus nostros, tam ualide pellerent, quàm rerum uisu, gustu, tactu, aliisq; perceptarum & comprehensibilium, ecquem esse putas iudicij, tam infœlicis ac præposteri, quin uecordiam esse fateretur, ac profiteretur bona hæc temporaria, caduca, fluxa, & imaginaria, æternis, fixis, solidis, ueris, & exemplaribus denique permutare? illorumq; curam antiquiorem ducere & habere, sola repræsentatione adductos? B Nisi uerò perinde interest existimationis humanæ, utrum aliquid in præsenti fruitione positum sit, an in spe potiundi, & longa expectatione. Nonne multis in rebus natura comparatum est, ut acrius incumbamus animo, in spem rei potiundæ, quàm in re ipsa potiunda & fruenda acquiescimus? Vt cætera nunc argumenta rei desint, satis (nisi fallor) ad iudicium esse potest, quod ferè homines animi magnitudine præditos uidemus bonam ætatis partem in arduis rebus persequendis atque intractabilibus conflictari & confici, illud demum operæprecium ex petentes, ut beatius atque honorificentius consenescere liceat, imò uerò ad senectutem usque supremam enectos cura & sollicitudine uideas, quo beati, id est, locupletes aut honoribus præditi fessam iam animam exhalent. Nonnullos etiam ætate ac robore florenteis uideas æquis ac præsentibus animis mortem oppetere, ea demum gratia, ut se pulchris ossa sua tegantur elogio cohonestatis. Tanta uis est immortalitatis, quæ igniculos ciet in animis nostris ad cœlestia suspicienda, si non errabundos oculos aliorsum detorqueremus. Mihi quidem hæc & alia huiuscemodi æstimanti, arbitrari interdum euenit, nihil ante Christi aduentum inuestigabilius ueritate, ab eius uerò decessione nihil fugacius fuisse, quippe quam tot ingeniosissimorum hominum conuentus, tot scholæ certatim inquirentes, ac per omnia naturæ uestigia indagantes, cum argumentosos disputationum labyrinthos nequicquam implicuissent, nihil aliud, quàm pro ueritate uestigata laborem, fatigationem, errationem ancipitem posteris reliquere. Deinde cum ipsa ueritas in medium prodijsset sub uelamento personæ, disciplina quidem illa sua effectus mirificos edidit ad discutiendam caliginem ignorantiæ, quam tenebrarum præses Horcus orbi terrarum circumfuderat. Hanc cœlestem disciplinam ueritas e terris decedens, partim manibus traditam, partim consignatam reliquit, testatamq; deinceps locupletissimis testimonijs. Cuius disciplinę uenerandis atq; augustis ambagibus in æternũ consecratę; cũ tot extẽt cõmentarij, tot interpretum enarrationes, quibus ex ipsis uelut quibus-

dam conspiciis ueritatem ipsam eandemq; sapientiam, tanquam in sacrario conditam cernere nobis licet, si animaduertere uelimus (etsi enim in abstruso est ueritas, nec cuiq; obuia, post integumentum tamen eloquij sacrosancti ac mystici nuda iacet ipsa, transpiciendamq; se præbet, ac penè intuendam propius accuratis quidem oculis, non item curiosis:) Fit tamen nescio quo modo, nec sine diro stupore, ut tantæ rei, tam uisendæ spectrum animo nostro non satis adhærescat, quamlibet impressisse meditatione uideamur. Nam simul, ut ab eius contemplatione digredimur ad actiones solitas, & functiones uitæ, rerum utique mirabilium spectandarumq; simulacra è principatu mentis exolescunt, non aliter atque fugacia uestigia, le uiterq; impressa. Quin & eò euasit obliuio, socordia, stupor, ut homines rerum secularium atque interiturarum prudentes, in rebus ipsi sensilibus & concretis philosophentur cataleptice, in rebus æternis soloq; mentis incubitu perceptis, consyderatorem illum Arcesilam non respuant autorem in assensu summè illiberalem. Tali autem iacto in animi principatu fundamento, qui fiet tandem ut ea cohæreant stabiliter, quæ superextrui necesse est ad finem adipiscendum bonorum? Nihil uerò perinde ualebit ad despicandam fortunæ potentiam & fastum, quàm si toto pectore incubueris ad eam cogitationem, quæ nulli non est in promptu, fore scilicet tandem cum omnium rerum, quæ in commercium hominum cadunt, eadem sit indicatio, nec pluris sit centies sestertium quàm mille æris possedisse. Tandem dixi? ceu uerò in conflagrationem illam olim futuram te reijciam. Breui, mox, propediem, iamiam hoc erit, nec minus paucis mensibus quàm annis paucis, nec minus cras quàm perendie. Quid breuius esse potest? momenta etiam singula cedunt, nec minus uiro, quàm adolescenti, seni, quàm iuueni, ualenti, quàm infirmo, stanti quàm decumbenti, in pacato, quàm in hostico, salubri, quàm pestilenti. Oriendi profectò & occidendi conditio omneis homines æquat. Census & classes & ordines uitæ tantum comites, in morte destituunt. At intra id spatium fortunæ imperium cluditur, & uita controuersos cum morte fines habet. Terminos enim fixos nullos esse finit nascendi conditio misere obnoxia. Quod nam igitur illud est tantum, tam exoptandum, tantopere persequendum, omni ope, omni contentione quærēdum, quod fortunatos scilicet homines facit & beatos? Heu dementia, fortunatos istos fortunarum suarum non pœnitet? Imò uerò nos ipsos hebetudinis & stultitię non pudet, quorum mentis aciem splendor ille inanis & uitreus honorum bonorumq; præstringit, quibus fortuna congiaria sua farcit? Si tu ista magnopere suspicis, eorumq; compotes ob id felices putas, non iubeo te in æuum cogitationem producere (quanquam id uehementer ad rem pertinet) dieculam modo expecta, & præsto uel tibi uel illis erit fatum, cum quo extrema sensa subibunt, longe ab ijs diuersa atque abhorrentia quæ mentem nunc nostram & uersant & diuexant. Dieculam dixi quasi decennium aut altero tanto maius spatium (quod raro indulgeri ingenti fortunæ solet) cum interim inexorabilis Atropos, dispensatrix interuallorum, in annuam fortasse aut bimam diem æuum nobis proroget, cum certo certius sit unumquemque mortalium simul ut in lucem editus est, ex edicto mortalitatis perpetuo atque æterno, non magis in perendinum diem quàm in crastinum uadimonio esse obstrictum. Vt autem in conflagratione orbis, quam etiam prisci poetæ suspicati sunt (cum compage soluta secula tot mundi suprema coegerit hora, rerum omnium indicatura ad assem reducetur, atque etiam ad quadrantem, nec quicquam inter opulentiam intererit & inopiā, honorem & ignominiam, fortunam & infortunium, sic in morte cuiusque qui quidem sensum habeat immortalitatis animi, necesse est utique ut nouis subeuntibus & inusitatis recordationibus uetustæ illæ obsoletæq; facessant, nisi si stupor dirus est in quorundam mentibus (quod in nobis abominor) fidentes que adeo & iniustæ sunt cogitationes rerum mox relinquendarum, ut mortem illi quidem obeant pecudinam. Proinde decedentibus pristinis sensibus, uoluptatem, hilaritatem, iucunditatem, diuitiarum, prædiorum, prouentuum, honorum gestorum recordationem atque meditationem (quæ sola mensura est diuitiarum) consentaneum est & uerisimile decedere. Ita deinde miserum

rum animum de rerum fortuitarum migrare possessione, quam manuum, pedum, omniumq́; sensuum ministerio quæsitam retinebat mordicus & perdite & exitiabiliter fortasse. Quare causam haud dices (ut opinor) quin despicabilis nec prædicanda harum sit rerum possessio, quas ne longissimi quidem temporis usu suas ita quisquam possit facere, ut non precarias facultates habeat, idemq́; ueluti fiducia cum fortuna contracta beatus demum sit & copiosus. Iam uerò præter casus fortuitos, quantum uim maiorem improbioremq́;, cui etiam fortunæ subiectæ sunt, quantum inquam demere precio & æstimationi censes huiuscemodi rerum quæ arbitrariæ sunt fortunæ, quaq́; ueluti mercede licetur libertatem improba plagiaria ingenuarum mentium sese ipsi mancipantium? Tametsi alioquin harum facultatum æstimatione, non tam copia exuberans & redundans, quam utendi fruendiq́; scientia refert & commoditas, benignitasq́; possessoris aut malignitas, qui si sibi ipse uni possidet, non humano more, sed canino possidet, si nec sibi nec alijs, ut plerique prædiuitum, non possessor est iustus, sed draco Hesperidum, & custos hæreditatis quæ hæredi asseruatur intacta, sin alias perperam utitur, fœlix esse quonam pacto potest eo bono quod in malum tandem uersurum est? At rarissima sunt exempla inculpatè possidentium & utentium, ita uides quid sequatur. Vndenam autem tanta ista æstimatio? unde tam acre desyderium rerum fortuitarum? Nempe ab errore atque hebetudine sensuum. Quis enim accuratè intuens & perpendens, non perspicit opes, honores, diuitias (quo ueluti pabulo inani & imaginario cupiditas humana explere ingluuiem suam nequit, ac diram illam famem sedare habendi & fruendi) non suapte natura bona esse & commoda, sed bonorum tantum simulacra, ludibriaq́; sensuum? Quorum ipsorum hallucinatio, quum assensorem sibi animi mentisq́; principatum asciuit, hominem statim alligat culpa atque errore capitali. Nam quibus in rebus Deus & natura inspectionem & arbitratum rationis esse uoluerunt, autore ipse cupiditate ad sensus aut stolidos aut stupidos iudicium reijcit. Ita ex cordatis excordes fiunt homines, tum scilicet quum huiuscemodi illicijs cordis ac mentis humanæ corrupti, iudicium præposterum faciunt, honoratissimo utique loco ponentes ac censentes ea sæpè quæ infimi ordinis sunt constitutione naturæ. Quum autem in opinione hominum sursum deorsum fit (ut aiunt) & rursum prorsum, uix est utique ut in eorum actionibus & consultis quicquam rectè atque ordine statuatur. Quo modo igitur nos Christi sacris initiati, præmonstratorem ipsum sapientiæ, salutarisq́; uiæ ducem sequimur? Nemo est enim qui non id habeat in uotis, nisi mente captus est, idq́; sperare se dictitet. Nempe, ut præposteri uiatores, qui auersi & impediti sarcinis eò se peruenturos haud ægre sperant quò aduersi alij & expediti cum labore ac fatigatione euadunt. Proinde præcipuam atque antiquissimam ipsi potius earum rerum curam habeamus, quæ iure optimo & possidentur & ad usum habentur, optimoq́; iure eas esse res censeamus, quæ nec sunt ipsæ fortunæ nec principum uectigales, nec cuiusquam omnino potentatus infra superos, cuiusmodi sunt dos & instrumentum animæ, quæ à Deo supernisq́; potestatibus conferuntur, quæq́; res aliæ hoc instrumento, cultu & subactione animi, multipliciq́; (ut ita dicam) spiritalis soli uersatione quæruntur. Quandoquidem hæc propria & nostra sunt, si tamen quicquam suum hominis esse potest, cum interim quæ possidemus omnia, quo iure cumq́;, tituloq́; ea possideamus, à Deo profecta sint, si ius à capite (ut dicitur) arcessere uelimus, ab origineq́; repetere. Sed tamen esto ut proprium habere quippiam serui Dei possimus, tam erit certe unumquodq́; maxime hac conditione, quàm minime obnoxiam causam habebit. Atqui eiusmodi sunt, quæ nec homini nec fortunæ debentur, quæq́; nec tyrannica ualet auferre uiolentia, nec pignerari iudex, nec sunt in ea causa ut iniectare ijs manum fortuna possit ut precarijs suis aut fiduciarijs. Cui etiam libertati accedit, quod ita huiusmodi pignora possidentur, eoq́; mancipij iure accipiuntur, ut quum eorum usu fructuq́; unusquisq́; nostrum in uita potitus sit, indeq́; largè ac prolixè benigne se cerit, cum hoc ut nihil eorum usu erogationeq́; detritum sit aut intertritum, ad hæredem etiam aut bonorum possessorem dominiũ non transeat, aut alium quẽpiam. At

bona

bona fortuita seu hæreditate deferantur, seu emancipentur, seu titulo quocunque ciuili quærantur, eo ferè iure sunt ut possessionis asseclas & comites nec festiuos nec iucundos habeant, solicitudinem anxiam, metum illiberalem, custodiam peruigilem, auiditatem in dies in horasque gliscentem. Tum si quid deperit aut intertrimento imminuitur, si seruando non seruatur, si amicus rogat utendum, si propinquus cuius fides non admodum perspecta est, mutuandum, admetiendum, appendendum stipulatur, si uicinus præpotens aut improbus agri particulæ oculum adiecit, quantum inde indignationis, pauoris, palloris, ruboris, æstus enasci potest, interdumque liuoris? quantum præcipitis iræ & sæpe uecordiæ, si iactura luculentior admissa sit? Fortunam te ueluti iniquitatis arcessere ex literis tuis uideo ob ereptam tibi bene gerendæ rei facultatem, reique potiundæ spem incommode præcisam, non modo tibi prædiatorio iure debitæ, sed etiam iam desponsæ. Quid tandem facturum te fuisse censes, si quæstuariorum unus fuisses, qui pluris compendium quàm famę integritatem atque innocentiæ conscientiam æstimant? Equidem te arbitror pro eo ut dolori nunc adluderes (quod literis tuis fecisti nullam animi saucij speciem præferentibus) superos (prope dixerim) conuicijs insectaturum fuisse, ut mos inoleuit capitalis, si secus quid fortuna de fortuitis statuerit quod ad nos pertineat, iram non ut in ipsam damni aut maleficij autorem importatricemque noxam, sed in Deum diuosque innoxios obuertamus, tum furias cieamus atque intemperias, quibus interdum ipsis agimur ac ferimur destituente prouidentia, pœnas nimirum pendentes nimiæ ac perditæ rerum fluxarum friuolarumque curæ. Atqui inter illa tergemina ora Cerberi teterrimum id esse puto, quod hiantem illam cupiditatem habendi humanæ uitæ exhalat. Et Veneris enim titillantis, & iræ præcipitis patrocinium quiuis suscepturus, excusare naturæ uitium posset, cui par esse ratio non nisi ægre potest. Infrenis autem illa cupiditas & incitata, quæ multos eximios animos tragicis facinoribus conscelerasse comperta est & nostra & maiorum & omni denique ætate, nescio improbior iudicari debeat, an ab ingenuis & honestis disciplinis abhorrentior. Quippe quæ nec fines ullos nec numeros modosque nouit, nec quid satis sit, quid quadret, quid excurrat, quid exuperet, quid modum impleat, quid circumfluat, percipere unquam potest. Quo fit, ut undique & quoquo uersus, & ut Græci dicunt, πάντη πάντως inepti, inscij, absurdi sint, & à commodis suis aliorumque auersi, nec sui, nec alieni quicquam uere habentes, qui bonorum suorum finem, aut in capsis condiderunt, aut humi defoderunt. Nam per diuos immortales, quid pugnantius esse potest cum ratione, quid minus iuri natura comparato consentaneum, quid denique propius amentiam accedit aut insaniam, quàm hominem uiatorem eò deinceps amplius atque amplius ad unamquamque mansionem uiaticari, uiatoria etiam uasa anxie corrogare, coemere, ac congerere, quo minus minusque superest ei uiæ? Eat igitur & ualeat Fortuna, donatiuis suis uberrimis inter eos sese iactet, qui fortunas loculosque distendi, & utilius & amplius esse putant, quàm animũ lautis moribus, disciplinis elegantibus, philosophiæ præceptis institui, excoli, perpoliri. Quibus ex rebus cum homini humanitas accedit & induitur, tum uerò ratio & intellectus natura tantũ inchoata, instituũtur & consummantur, sine quibus nec expedite satis, nec commode, nec eleganter pensum uitæ agendæ absoluere possumus à Parcis nobis tributum. Id quod si rectè, si probè fecerimus, si agnita fide bona depositum reddiderimus, quid causæ est, quin uitam auspicatò initam, fœliciter actam, fine quoque beato cluserimus & expetendo? Det id demum prouidentia mihi tandem, ut opus arbitratu Domini factum sit, & uitæ pensum absolutum, nimirum ipse nihil iam ad rem pertinere fatebere fortunatus id an fortunis euersus fecerim. An uerò, ut quisque instructissimus est bonis, non modo fortunæ, sed etiam naturæ, quæ pluris sunt, ita facillimè uitam, fœlicissimeque transigit? Non arbitror, ne tu quidem ipse arbitrare, nisi cultus animi accesserit, & mores ad amussim formati, ad perpendiculum exacti, ad regulam respondentes. An emendatissime? multo id minus. Quid igitur ista tantopere exposcuntur, quæ nihil ad finem bonorum pertinent, etiam si nominis appellationisque fuco cognationẽ huius generis ementiũtur?

Atqui,

A Atqui, si rationem consulueris, harumq; eam rerum consultam, prudentem, arbitram audieris, quo minore pomœrio instituendæ uitæ fines, tuendæq; œconomiæ summam circumscripsero, eò & securius & expeditius uitam egero, atq; etiam compositius. Compone nunc securitatem curis, expeditam uitæ rationem, impeditæ sarcinis acceptorum & expensorum, compositum uitæ institutum & circumscriptũ, uasto atque immenso, & statue utrobi mentem atque animum, & frequẽtius & plenius esse apud se, secumq; uiuere credendum sit, & aude de eo addubitare. Iam uerò animus externæ istius beatitudinis opinione imbutus, atq; etiam immersus, quæ prorsus terrena est, suopteq; nutu sidens, quo tandem modo existere, ac cœlum suspicere potest? Quod tamen ipsum homini proprium natura dedit, ut nomen Græcum indicat, insigneq; discerniculum inter animantia. Vel quod alij (si superis placet) cum habenas effuderint ferocibus illis bigis cupiditatis atque ambitionis, confidunt, simul ut ad immensi spacij modum quendam certum, sibiq; destinatum procurrerint, moderationis sese frenis affectus effrenatos coerciturος, quoto tandem cuiq; nostra memoria contigit aut maiorum, ut cum uelis fortunæ expassis, & aura obsecundante ultra mentis suæ captum prouectus esset, in uastum illud æquor se rapi intelligeret, cum discrimine salutis? Quis unquam in hoc cursu nauem blandiente Fauonio aspiranteq; prouectam, retrò inhibere tentauit, portumq; circumspectare? Ecquo unquam de homine uno & altero audiuimus, qui ita ad summum contenti cursus peruenerit, ut illic securus animo acquiesceret? Artes omnes mechanicæ (ut opinor) finium suorum summam eò conferunt publice priuatimq;, ut corporibus humanis incolumitatem tueantur & præstent, quoad eius fieri potest. Artes autem liberales & ingenuæ, ut animum moribus ijs informent, qui uacationem ei præstare possint, quàm fieri potest maxime ab extrarijs interpellationibus atque obturbationibus, quo magis semetipsa fruimens, secureq; uersari intra præcordia, quasi intra septa sua possit, intusq; se continere. Siquidem eò pertinere tandem arbitror, quicquid philosophia de constituendis moribus singulorum uniuer-
B sorumq; commentata est. Quare quicquid homo non mente captus consulit, meditatur, & agit, & naturæ instinctu, & iuris gentium astipulatu, eò spectat ad extremũ, ut incolume domicilium animo conseruetur, in quo tanquam procul arbitris affectibus & obturbatoribus sensibus obire functiones suas possit, ac sese orrumq; suũ & finem æstimare & cognoscere. Functiones porrò animi legitimæ, cum sint intelligentiæ sursum spectantes ad opificem animi, qui animum similem sibi cõdidit, qui tandem fieri potest, ut animus secularium cogitationum, quodã quasi gurgite haustus, ibiq; sibi libenter aut suis sensibus morigerans, existere statis uicibus ad procurandum sese queat, ad eamq; uiam ineundam accingi, qua in uia sanè quàm proculcata, tamen redeuntium uestigia nulla uisuntur? Quocirca animi illi crassi atq; concreti, in luto semper hærentes rerum casibus obnoxiarum, Fortunam ipsi almã suam & propitiam colant, cui litare uel tusculo possunt homines geneseis fortunatas habentes. Mercurium etiam illum circumforaneum & quæstorium præsentem, fœlicẽ, propitium habeant, cuius numini Græci sua nomina indiderunt. Nos autem Fortunæ minus reuerentes, de fortunarumq; incremento non ita ualdè laborantes, illum agnoscimus potius Mercurium, quem Logium prisci uocitauerunt, tum artium illũ quidem humaniorum, tum rationis illustrandæ præsidem ac potentem. Hic est ille Mercurius, qui à ui interpretandi atq; indicandi conceptuum animi, Hermes appellatus est. Nam absq; eo interuentore foret & interprete, nullum terris cum cœlo cõmercium, nullum mortalibus cum superis pignus cognationis, nulla, ut ita dicã, tessera necessitudinis immortalis fuisset, ne inter homines quidem ipsos ius gentium coaluisset, ex quo uelut humanitatis fonte conuenta, pacta, fœdera, charitatisq; uincula emanauere, retinacula sanè ualida societatis humanæ, ciuitatumq; coagmẽta atque conuenticulorum, è quibus iura rursus atq; instituta ciuilia sunt enata, quasi propugnacula & præsidia destitutæ atq; inermis innocentiæ. Indeq; porrò iustitia non orta, sed celebrari cœpta est. Quod autẽ ad me pertinet, causam haud dico, quo minus aduentitia ista bona (sint sanè bona etiam, quãdo ex uulgi more ac sensu loquẽ-

dum

dum est)apud inscios,(quæ multo maxima pars est hominum) æstimationem suam indicaturamq; tueantur,locum etiam in censu primarium obtineant,quādo iure moribus hodiernis constituto cùm ubiq; fermè,tum in Gallia, inscientia, inertia, infantia,bellissimo quoq; horum bonorū utitur ac fruitur & exoptatissimo. Sic enim necesse est euenire,ubi iuris distributiui æquitatem unius & paucorum metiuntur placita Fortunæ arbitratu. Quapropter istum rerum statum ægro animo expēdere,hominis est imperiti,aut rerum æstimationis ignari. Quanto enim præstantius esse censes homini quidem pietatis rectè constitutæ retinenti, alijs atq; alijs in dies incommodis affligari atq; etiam prosterni, quàm successu successum excipiente euadere in soporem exitialemq; socordiam? Quanto exitiabilius est animum rerum secūdarum cumulo,quàm ærumnarum obrui? Ex illorum natione uideas processibus immodicis inebriatos, ludibunde loquitanteis de immortalitate, in diuinis facetos, spemq; æternitatis cum risu cauillanteis,sic uitam æternam petenteis, ut Cæsaris olim candidati petebant magistratus. Et istos nos fœlices putamus, quos prosperitatis mādragora consopitos auceps ille animarum ducat hilaros in exitium? Verum sint illi sanè fœlices,sua ipsi fœlicitate potiantur & acquiescant. Ego in eorum bonorum adeptionem contendam & aspirabo, in eaq; contentione acquiescam, quorum bonorum quæstus & compendium,non in aduentitiorum rationem,sed in pro fectitiorum refertur,ab ijs quidem certe qui rectè & ex fide tabulas conficiunt,herilem reuerentiam non exuentes exuberante profectu. In ijsq; demum rebus peculiū occupabo,quæ nec in commercio ipsæ sunt hominum magno licitantium,nec prætoris addicentis edicto uenundantur. Et quoniam mancipio dantur accipiunturq;, in ijs utiq; fortuna nihil suum uendicat,quum nihil ipsa dare possit, nisi fiducia contracta. Horum autem bonorum possessor solum Deum laudat autorem, si probe se nouit ipse. Quare in eo præcipuè animaduertenda cautio est. Caput est autem rei,ut bona fides in offenso tenore comitetur possessionem,& scitis iurisperitorum magni refert,quo quidq; possideatur animo. Hic mihi respondere,ut arbitror,non graubare, si te rogem (cum enim altero genere sis & amplè & probè peculiatus, tum alterius generis rationem semper accurateq; habuisti) num horum bonorum quinq; minas totidem talentis illorum rependi posse putes? Quid quinquies quinq; talentis? Quid deniq; sexcenties multiplicatis? Non sum nescius hæc illa te expēdere ad Critolai libram solere. Quare bonorum animi lancem ita propendere utiq; cēses, ut ne orbis quidem uniuersi possessione subleuari possit, si in altera lance quoquo modo imponatur. Ita uides,quò redeat summa largitionum fortunæ,si quis rectè ratiocinari didicit. Sed istam inire rationem ij nequeunt,qui populari ciuilisq; trutina externa bona corporisq; pensitant. Cæterum cum quicquid facimus ac consulimus, eo spectare debeat,ut uitæ rectè atq; commode degendæ instrumentum ex eo augeamus atq; tueamur,philosophiam,ut opinor,cōsectari debemus acriterq; complecti, qua nullum est commodius præclariusq; instrumentum rebus,tum aduersis,tum secundis fungendis. Hac enim magistra rudimenta rite ponemus tolerantiæ atq; æquanimitatis. Hac duce atq; imperatrice instructam,ut ita dicam, aciem firmam consiliorum autoritatumq; sacrarum habebimus, accinctamq; commentationem aduersus Fortunæ impressionem, quæ mentis humanæ constantiam rationemq; oppugnat, & sæpè loco graduq; mouet. Simul uerò auscultare sacrosanctæ illi magistræ cœperimus,dictataq; eius ediscere,tantam esse discrepantiam inter sensum humanum diuinumq; iudicium intelligemus,ut quæ abiectissimæ sunt sortis apud homines, quæque per incendia,cædes,periuria,perfidiam, per certam deniq; perniciem fugiūtur, ea autoritate euangelica esse in prima commēdatione posita, & uice uersa quæ nos, ut in primis expetenda beatamq; uitam efficientia persequimur, adeptiq; retentamus,interdum cum certa præsentiq; noxa,illa ipsa autoritate eadem uel nullo numero locoq; esse posita,uel lubrico,abrupto,& præcipiti. Quo fermè efficitur,ut qui de affluenti possessione rerum fortuitarum terrenarumq; ambigunt & contendunt, & magnopere laborant,non ius quidem ipsi è cœlo petere,sed uelut Horco disceptāte non de salute,sed de exitio certare uideantur.

GVLIEL-

A GVLIELMI BVDAEI
DE CONTEMPTV RERVM FORTVITARVM LIBER SECVNDVS.

Claudere hic sermonem, Draco frater, potuissem, nec inepte, ut arbitror, nec praepropere, nisi me rursus in altum admirationis quidam aestus stuporisq; raperet, reputantem scilicet quanto se piaculo sceltereq; obstringerent, ij quos intellectum & mentem instar quoddam diuinitatis, & ad fruendam olim diuinitatem participandamq; producta ac procreata, posthabere ijs rebus non pudet, quae iure tantum gentium censentur, non etiam naturae. Neq; enim uideo qua fronte, qua fiducia, qua ratione, quibus ex causis defensionem ipsi exorsuri sint ante summum tribunal, praesertim in conspectu & corona satellitij supernatis & infernatis, quod Deo iudicanti apparere credimus in quaestione capitis. Ecquid fortasse praesidij in eo esse confidunt, si excusanda summa diraq; ignorantia, summi atq; ultimi supplicij damnationem deprecabuntur? Credo (ut est Dei clementia in mortales propensa & facilis) nonnihil id nobis apud Deum ualiturū, praesertim cum Deus muneris sui fecerit, quicquid recte ab homine cōsulitur, ac statuitur in summā suae salutis, fieriq; nequit, ut qui sibi in sese spem salutis esse existimarit, non crimine quodam se alliget imminutae maiestatis diuinae, usqueadeò manca, destituta, cassaq; omni suo praesidio natura est hominis, cui facultatibus lapsae in reatu primi parentis, libera tantum uoluntas relicta est subsidium salutis in Christi piamento positae. Sed tamen si ueniam sperare ijs licebit, qui in ueritatis contubernio educati & alti, ad ueritatis scita atq; responsa, quibus sacra scatet & exuberat doctrina, quibus sacrarum concionum loca quotidie circumsonāt, deniq; quae nobis sacrosanctis canticis quotidie inculcantur, auribus & corde occalluerūt, quid illis non sperandum esse dicemus, qui abditis in locis, aut longissime remotis à sacro contubernio degunt? Iam si eos, quos aut casus, aut nascendi conditio uel in exteriores insulas, uel in continentes abstrusas amandauit, eo nomine execramur ac despuimus, quod Christum salutis autorem parentemq; non agnoscāt, nec in fidem eius se conferant, quae (malum) uecordia est in eo nobismetipsis indulgere blandiriq;, quasi ipsam sapientiam, ipsumq; Dei filium coelestium rerum aeternarumq; potentem & arbitrum, in oculis gestemus & feramus? Quid enim hoc eos subleuabit, qui praeceptis eius non obtemperant, & eius doctrinae dictoq; audientes se non praebent? Nos incunabulis doctrinae salutaris lactati, in sinu & inter ubera recte sentiētis philosophiae aliti (quod geminum est instrumentum ecclesiae) cuius autoritate sanctissima de diuinis persuasio nititur, ipsa insuper comprobata elogijs tot iuratissimorū testium, qui non ex prisco ipsi more testandi censendiq;, ita sese arbitrari, aut ita sibi uideri, sed ita esse plane palàm cum asseuerarent & contenderent (O magnam, ô mirificam, ô memorabilem uim numinis) cupide quoq; fecerunt capite, ut cauerent, nos inquam ea doctrina ueritatis à pueris omneis per aetates imbuti, quo praetextu eximi tantae noxae poterimus dirae detestandaeq; ignorātiae? Etenim per ipsum Dei filium, per ipsam Dei sapientiam, quid aliud nobis oracula sapientiae, tum prisca, tum recentia, tum figurata, tum simplicia inculcant, q̄ seculi, uoluptatis, cupiditatis, captiones, fraudes, imposturas, blāditias, circumscriptiones & illicia, ut uitemus, ut caueamus, ut prouideamus, ut auersemur? In tanta autem turba pestium, qua uita circūsessa est, nihil per niciosius esse animaduerti cauillis, cōmentis, & sophismatis cōmunis prudentię, quę tanquam iuris humani prudēs, & uitae cōmodorum consultissima, audet ipsa sibi de omnibus ad hominem pertinentib. responsitare, eaq; fidenter statuere, quę pugnant cum ueritate, quaeq; per diametrum opposita sunt doctrinae sacrosanctae. Quo in errore atq; piaculo licenter peruagante in nostro quoq; orbe coeloq; illustrato doctrina ueraci & germana, quis non uidet conniuere & dormitare plane, quasiq; assentiri

publicarum excubiarum summam, ut fidem Academicam magis, quàm ratam & Apostolicam agnoscere eos putes, qui caput ac decus pietatis esse deberent? Quo euenit, ut reptilis ille perduellis animorum internicio, disseminãdis alijs atq; alijs erroribus & uitijs, quasi uenenis per orbem spargendis, pro arbitrio suo grassetur, quibus infectus ac perimbutus is sensus, qui communis dicitur, syncerum Dei cultũ iustamq; religionem exuit. Cum tamen legis diuinæ capite primo sancitum sit, hæc toto tam sibi animam, totam spirituum sedem, & uitæ deniq; totam officinam poscere, cũ omni animi, mentis, intellectus intentione. Conferamus nunc pedem cum ueritate, & uideamus an fieri possit, ut qui Fortunæ numen aliquod esse putant, idq; propitium sibi esse maximopere cupiunt, nõ aliquam Forti fortunæ aram in fano cordis sui erigant & consecrent. Atqui huiuscemodi sensu affecti sunt, qui in rationibus uitæ accepta & expensa sub nomine Fortunæ censent esse referenda, & (ut Plinij uerbis utar) qui utramq; paginam rationum humanarum putãt eam facere, & hæc est pars hominum maxima, qui quidem aliquo sint numero atque honore. Perge porrò si libet, & æstima perpensè quàm diuersa nunc uita sit à ueritatis ac pietatis uia. Nimirũ stuporem hunc esse dirum fatebere hominum, non animaduertentium quantopere & mores, & ritus à prisca sanctitate degenerarint, aut cum id satis ipsum per se in oculos non intentos incurrat, in summa incuria dissolutoq; neglectu spem ueniæ retinentium, imò uero (quod amẽtiæ instar est) fusq; deq; fore existimantium utro modo defungamur hac uita. Quum uero sapientia ueluti sponsa sit animi, morosa quidem ipsa atque fastidiosa, nisi animum humanum sese dare sibi bona fide senserit, totumq; in sinum suum amplexumq; effundere, nec brachia ipsa sua pandit uicissim ad animum retinendum, fouendũ, tuendumq;, nec (ut ita dicam) suauiandam se indulget, orisq; sui fragrantiam inspirat. Quid igitur cum æmulam admissam, sibiq; ob oculos adductam, tanquam pellicem uidet Fortunæ reuerentiam? quid inquam eam consulere iñ putamus, & statuere de sponsalibus, quæ lustrali lauacro cõtracta sunt? Nonne inde euenit, ut cum sponsa ipsa, sponso nunciũ remiserit, animus ipse quoq; fidei coniugalis oblitus, & abstractæ uoluptatis ecstaticæq; immemor, suas ipsam sibi delicias habere sinat ingratus, & ad fortuita consectanda diuersum sese conferat? Hunc humanæ mentis errorem, qui dicendo exprimere posse confidat, is erit ea fiducia, ut Echo quoq; pingendam suscipere sustineat, oculisq; hominum repræsentare. O stolam sapientiæ substrictam undiq; & contractam, lacinijsq; carentem, quibus reprehẽsari possit, cum sese auerterit. O lenẽ & prædulcem eius dexteram, sed perinde quoq; lubricam. Id adeo sic cognosces, si rẽ animaduerteris quotidianã. Quotus est enim quisq; hominũ quidem non profligatissimorũ, quin statim atq; redijt ad sese, seculiq; uaniloquas sponsiones æstimauit, fortunæ ludos spectauit, dæmonarchæ uafritias, captiones, decipulas, aucupia animaduertit & perpendit (quæ tametsi astute & solerter concinnata sunt, ob oculos tamen ipsa statim incursant mẽtis paulo intentioris:) Quotus inquam quin lacrymis prælætitia agnitæ ueritatis obortis, primũ respicere se, deinde sapientiam suspicere & admirari incipiat, eiusq; amorem obseruantiamq; amplecti, simul pauore perfundi ac stupore ob præteritam hebetudinem? Verum ô misera sors hominum, hæc ipsa sapientiæ atq; stultitiæ erroris ac ueritatis spectra, uereq; rerũ effigies, illico ex oculis animi se proripiunt, nisi sedulo contueri obstinaueris. Tum decedente uisenda illa specie, simulachra succedũt fœlicitatis & diuitiarũ, coruscantia quidẽ illa et splendida, sed inania, sed mendosa, sed oculis fucũ capitalẽ facessantia, & quibus tamen acies mentiũ præstringuntur. Quo fit, ut clarius et perspicacius in mundi caligine, quàm in monumentis illis sacrosanctis uideamus, quæ duo lumina, uitæ dirigendæ habemus, ad summi boni inuestigationẽ clare prælucentia. Nam maiore quodã nunc fato, diuinaq; exuberante benignitate facesseret illæ nebulæ, quæ cœli nobis adimunt liberũ contuitũ, nemo iam utiq; esset etiã hoc ferreo seculo, qui non aduentitiã istam fœlicitatẽ contenderet esse meram calamitatem, fortunamq; infortunium, nemo quin cunctas fortis fortunæ copias, suppeditationemq; illam circumfluentem, non tam esse uiaticum diceret & instrumentũ adipiscendæ infrà suprà uerę gloriæ atq; immortalitatis, quàm esse materiã inertem, è uisceribus

A sceribus terræ erutã, atq; adeo ex officinis Horci (qui à diuitijs ipse utraq; lingua nomen habet ominosum & infaustum) ad illigandos utiq; & illaqueandos animos cõparatam, quam ipse capturam semper inhiat, quò deorsum scilicet quam sursum magis uergat aspectus intentioq; humana, contra quàm natura constitutum est. Huius siquidem materiæ amore mentes humanæ captæ atq; perditæ, protinus hausto errore ab ineunte ætatula, utpote tradito deinceps per manus posteris à maioribus, fastigium suum à natura sublatum & erectum, in ordinem eò usq; redegerũt animantiũ, ut humani mores infra generositatem quoq; brutorum quorundã se submiserint, tanta est tamq; dira affectuum impotentia. Quippe feræ quamuis feroces, lustris contẽtæ suis, generis sui feris lustra non inuident in uicinia, societate etiã gaudent pleræq;, inuicemq; se stipant. At nunc sic sunt mores, ut quàm cuiq; fortunatissimo esse contigit & copiosissimo, tam magis atq; magis fines cupiditatis proferat, solitudinem circa se faciat, ne uestigiale quidem solum in uicino cuiquam esse patiatur. Verum esto, ita fert natura iam hominum deprauata, ita poscit rei faciendæ augẽdæq; ratio, sic est eorum conditio qui patrimonia ista ampla architectantur, ut quo latius quisq; aream penatium suorum meratus sit, quoq; altius eos extruere cœperit, eò maiora semper ampliorāq; subeant, & præ futurorum instantiumq; meditatione præsentia sordeãt, hoc enim perpetuum est. Danda his uenia fortasse, quãdo tam pronum est erratum, tamq; natura iam degener procliuis in id uitium, nec ullum extat exemplum post auorum proauorumq; memoriam istorum cuiusquam, qui conditores gentilitatũ esse meditantur, aut patrimoniorum cumulatores, qui sibi quærendi modum finemq; statuerit. Sit hoc sanè quoquo modo dignũ uenia. At etiam, ô superi boni, palmare idipsum esse cœpit in uita ciuili, nedum deprecabile inter eos populos qui unũ Deum colunt, & filium eius Christum, benignæ charitatis autorem, erogationis suasorem opum redundantium, beatos istos & affluentes à familia abdicantem, certe quidem aditum cœlestis domicilij aut nullum fore, aut perarduum testificantem hominibus adeo suffarcinatis, sarcinis scilicet obrutis censuum opulentorũ. Atqui nulli iam frugi ferè homines existimãtur, nisi qui cespitem alium atq; alium agri finitimi agro suo solerter assodiunt rastellis quæstorijs, sesquipedibus uicinorum in dies ambitum ædium suarum laxius proferentes. Sane uerò homines Christiana comitate præditi, ac piè officiosi, qui pro eo ut benigne passim egẽtibus faciant, uicinos, notos, amicos, & nonnunquam cognatos ac gentiles ad auctionem coactos, à finibus suis summouent quàm longissime queunt, quid aliud quàm autoritate ipsi ac fiducia legum circumscriptiones factitantes? Equidem etsi ciuilis societatis interest rerum persecutiones non denegari, ne istis quidem qui prædiorũ insanas congeries coagmentant malignis quidem commercijs ac rapacibus, sed ciuiliter conceptis, non tamen arbitror, si ad disquisitionem ipsi hominum pietatis prudentium uocarentur, uincere etiã posse huiuscemodi contractuum actiones in bonum & æquum charitate pia suffusum unquam conceptas esse, quo iure haud dubie apud Deũ disceptabitur, si elogijs Dei diuorumq; credimus. At uentum est, nisi fallor, ad summum impudentiæ, cum subsidium causæ à summo iure magis quàm ab æquo bono petitur. Certe nec aurea secula, nec argentea eiuscemodi instituta tulere, excedenteq; è terris iustitia, & in cœlum remigrante, tum demum iura ciuilia illa auaritiæ aucupia capturasq; istas pepererũt, speciosos scilicet & amplos prætextus iniquitatis. Hæc enim recte æstimãti uidetur spoliandi alterutrum licentia, ac legitima magis quàm iusta frugalitas, obrepsisse cõuentibus hominum, qui societatem ipsi continent mortalium inter se. Ita quę instituta maiores nostri ingenio præstantes, quasi quasdam ciuitatum compages posteris reliquerant, eorum institutorum traducibus sensim degenerantibus, eò res tandem decidit, ut ex iure & legibus tum prophanis tum sacris & pontificijs, uberem iniuriarum legitimarum messem auaritia sibi commenta sit aut nacta, adeo quicquid fœlicibus auspicijs cœptum est, id ut in deterius uergat natura ferè comparatum uidemus. Nam uita nostra eò humanior est, quo longius ac diuersius à brutarum animantium aut hominum immaniũ uita recedit, & quo accedit propius ad æqui boni cultũ atq; reuerentiam, quod ueluti glutinum est & coagmentatio humanæ charitatis. Ecquæ

autem charitatis unciola enasci potest ex hisce despoliabulis hominũ, nisi auaritia le ge cohibeatur? His ex motib. olim Licinia lex Romæ nata, ad frenãdam illam immo dicam & solertem quæstorũ cupiditatem, indidem tabulæ nouæ ortæ, & Sisachthia Solonis iuris ciuilis conditoris, ut leges nunc omittam, pertinentes ad æquationem bonorum. Hæc enim ueluti uenenorum uenena reperta sunt, ut apud Hebræos annus remissionis. Quin uicissitudinem quoq; reciprocãtis rerum ortus interitusq; natura constituit, quo magis mortales intelligerent nihil esse tantopere in rebus interſ turis admirandum & expetendum. Id cum in inuentis hominum usquequaq; manifestum est, tum uerò quibusdam in rebus mirè accidit. Id quod si in uno docuero, ad omnia pertinebit. Ex malis moribus leges bonas ortas esse autumant, & uerum est. Ecce tibi rursus mores pessimos optimis ex legibus, ut iam sit in confesso (quòd pace dictum uelim ordinis ius reddentis, cuius ea culpa non est) iudicialia fora, quæ iustitiæ sunt officinæ, esse tanquam Apodyteria hominum bonæ fidei magis quàm iurisprudentium. O mores, nonne, ut nunc uiuitur, autore, ut ita dicam, prætore & uelut arbitro Deo iudiciorum præside, bonum & æquum subinde monumẽtis sacris commendante, formulari aucupio & coemundi licentia alienarum rerum interuersiones fiunt? non in unam alteramq; domum quasi in arces quasdam prædonum legitimorum, unius propemodum urbis agros, pignora, prædiaq; sæpe uidemus auerti? Certè ut sit hoc legitimum & ciuile (id enim non inficior) nec iustum tamen nec æquum est, aut si esse defendis, cedo quemuis arbitrum eorum iuris interpretum, quos inter diuos colimus. Hi mores, hæc instituta cum à iure gentium oriunda sint, ius ipsum gentium & naturale uidentur perimere si exactè considerentur. Quàm multa tãdem uoraces illæ fauces auaritiæ, iuri naturali exemere & commercio populi, quæ promiscui usus esse deberent, quàm multa, quam uaria eadem auaritia rerum penè naturæ abstulit? Romanorũ inexplebilis cupido imperitandi, cum trium orbis summarum partium ornamentum decusq; corrasisset, in patriam auertit laureatas prædas, & triumpharas condidit. At his rapinis quid aliud quàm inundationis, incendij, direptionis, ruinæ deniq; suæ materiam congessit & aceruauit? Quid enim illis opibus insutaris publicis ac priuatis factum sit, quid fanorum donarijs, quid basilicarum ornamentis, theatrorum insigniмẽris, nullus historicorum ita prodidit, ut comparere usquam possint hodie. Finge proreruam illam pignorum suorum dispensatricem fortunam, argumentosas rationum tabulas olim relaturam ad ratiocinia prouidentiæ, prouinciarum ipsas distinctas, ac per singulas ætates, quotam tandem eam expensorum partem prouidentiæ approbaturam putabimus? quotam uirtuti, probitati, doctrinæ, æquitati tulisse antea expensam, nunc quoq; laturam esse, quotam deniq; ex usu uitæ, e dignitate hominum, aut proportione meritorum? Age portò fac ut etiam rationem quandam maleficiorum prolatura sit, & perperam improbeq; ablatorum. Vtrobi igitur inuentum iri putas maiorem luculentioremq; improbitatem, petulantiam, indignitatem? Infeliciorá ne hic nomina, an illic feliciora esse censebis? Vtrum illis ex tabulis illustrata plura nomina in bonam partem, quàm ex his compertum iri dices? Num deniq; instituta præclara, & uitæ adiumenta adminiculaq; plura, à fortunæ beneficiarijs prodita, quàm ab ijs esse defendes, quorum illa cõmodis consultum nunquam bene uoluit? Nisi uerò philosophiam naturæ æstimatricem, numerorum, proportionum, magnitudinum, dimẽsionum iudicem, quibus rebus artes mechanicæ, omnesq; degendæ uitę instrumentum continetur, deniq; differendi magistrã, congrui, iusti, ueri indagatricem & normam, sine quibus humanitas in homine nõ esset, fortunæ alumnam esse contendes, eiq; natalem suum debere. Equidem concẽderim pœnitendam pluribus olim pudendamq; prosperam, quàm aduersam & infestam fortunam fuisse, ac plerunq; peius de ijs meritam, quos maximis atq; exuberantib. copijs augendos esse statuit, quàm quibus uehementer incõmodare institit ac perstitit. Mitto quod nulla eius deæ beneficia rata sunt & propria, quãdo in utranq; partem numen eius anceps esse solet, identidemq; uersatile, nisi quod interdum maioribus ipsa fatis impulsa, sic aleam suam moderatur, ut casus non euarient in summam eius rei, quam efficere laborat, uotis etiam quãlibet improbis ampliores sint, omnemq; hominum insolen-

insolentium impudentiam, arrogantiamq́ superent. Inde illa historiarum argumẽta A stupendis rerum inclinationibus, conuersionibusq́ intexta, uarias euentorum species complexis secumq́ rapientibus. Peripetias Græci appellant à fortuitis casibus. Quibus in rebus legendis & recordandis accidit, nõ modo mira uarietate oblectare animum, sed etiam fortunæ admirari cõmenta & solertiam, quæ leuissimis interdum momentis summam rerum molitur huc & illuc, minutisq́ cardinibus occasionẽ circumagit & uersat scenam, ut ita dicam, mũdi, quasi pro arbitratu temeritatis. Quoq́ magis mireris, non serio hæc, non certo, non destinato, sed uelut fortuito casitante alea ludibundaq́ transigit, usq́ adeò sui semper similis est improba, etiam quum fatis mundi uacat. Ecce tibi ex multis ac multorum instar luculentum unum exemplum. Nónne summa rerum mundiq́ imperium aliquãtisper stetit super acie nouaculæ (ut est in prouerbio Græcorum) anceps & ambigua in unius hominis principatum, atq́ in populi Romani, anteq́ imperium summum Augustus in se uno stabiliuit? At in eam rerum nouationem (superi immortales) quot, quantos, quàm multifarios ludos fortuna sibi hominibusq́ edidit, cum pro amplissimo quodã theatro, ludorumq́ instrumento exuberante, imperij fines copiasq́ haberet latissimè patenteis? Ac ne gratuitam illam rerum tantarum inclinationem ederet aut incruentam, nobile par primum Cęsarem & Pompeium duos alumnos suos, Senatumq́ ipsum & imperiũ commisit, deinde Octauium & Antonium cum Bruto & Cassio tyrannicidis. Tum ut uarietate maiore spectacula distingueret, scelera proscriptionis, ac Triumuiratus proteruissimi nefas interposuit. Mitto Marianas Syllanasq́ partes, mitto sanguinariam illam ac congruam nefarij certaminis prolusionem. Ecce autem cum peractos ludos esse crederes, instauratitium spectaculum inauditumq́ adiectũ, Octauij & Antonij partes diremptæ, atq́ inter sese collisæ, tum indignitatis corollarium Cleopatræ accessio, Ægyptięq́ scenæ apparatus inusitatus atq́ incredibilis. Hoc ultimum fortuna cùm hilare, festum, bacchanale, comicũ, & (ut ipse aiebat Antonius) inimitabile primum edidisset, ad extremum uelut uersatili scena, calamitate, luctu, comploratione, B exitu tragico, uecordiq́ catastrophe clusit. Ita sub alma sua altrice ornatriceq́ Fortuna ueluti sub lanista, beatissimi illi uiri & fortunatissimi, quum diu ac multum uarijs orchestræ, ordinum, cuneorum studijs casibusq́ ambiguis depugnauissent, omnes ad unum, pręter Octauium extremo casu in ruinam pręcipitem acti sunt. En tibi Fortunæ fidem, en almæ nutricis indulgentiam, & quisquam mentis compos, humanarumq́ rerum prudens, audet rebus secũdis plaudere aut gratulari? Verum enim hæc & huiuscemodi, quæ grandia fata, maioraq́ dicuntur, ita in Fortunæ temeritate & in cœlestibus Apotelesmatis sita esse censeo, ut tamen in ipsis moderamen summum, aleæq́ præcipitis habenas teneat prouidẽtia, cuius placitis ac decretis omnia ab ipsa creata, ut subseruiant, necesse est. Quid igitur, inquis, hos rerum euentus uarietatesq́ hæsisse in genituris Cęsaris & Pompeij, omniumq́ supradictorum censes? Ego uerò uel in eorum genituris illam rerũ nouationem extitisse, uel in ortu Imperij Romani, & tanquam in natalitio sydere genij urbis Romæ, sed ita, ut fata quæ in thematib. nascentium impressa sunt, uel imagines sint & simulacra, uel notæ, uel uestigia earum rerum, quas Deus mundi opifex iam inde à principio statuit & destinauit, ut sint sydera, tanq́ tabulæ quædam indices consultorum prouidẽtiæ. Hic si rogare pergas, quid de Genethliacis autoribus & Apotelesmaticis sentiam, negabo quenquam esse, opinione mea, qui humano suoq́ ingenio harum rerum significationes deprehendere exactè possit, posterisq́ inde theoremata tradere scientifica. Nec uerò cœli uertiginem, ex eaq́ multiplices stellarum uagarum posituras existentes & emergentes, necessitatem effectuũ (quæ Apotelesmata uocantur) secum ferre atq́ agere, tam libens concesserim, quàm esse euentus indices in placitis prouidẽtiæ positi. At uerò impetus quosdam & igniculos in morib. humanis atq́ aptitudines inde cieri, rursusq́ motus ægros, inertias, torpores, remorasq́ innasci, unde uel prona fiunt hominum ingenia ad actiones capessendas, absoluendasq́, uel ab ijsdẽ abhorrentia, haud absonum esse à ratione censeo, cum alioqui satis sint explorati planetarum effectus in corpora animantium. Vtrum autem fixa euentus necessitas ex placitis præscitisq́ prouiden-

tiæ existens, uim afferat, necne consilio arbitrioq́ humano, eorum est differere ac statuere, qui de ratione diuinæ potestatis disputant futura præsciscentis, præscitaq́ destinantis nullo intertrimento liberi arbitrij. Hęc em̃ & alia bumano captu maiora, mihi non magnopere uidentur inquirenda, cum certũ sit intellectus humani ad actus per multos prouidentiæ percipiendos perhebetem esse aciem ac caligantem. Nec id mirum, cum etiam ad cognitionem rerum naturalium, ingenium nostrũ in multis cedat naturæ uarietati. Abundeq́ esse censeo si mens humana sese noscitans, non ultra crepidam, ut aiunt, uniuersitatis iudicet, duntaxat cum fiducia, sed de cœlestibus uerecundè philosophemur ipsi & catè, ne si animus (ut est naturæ uolucris) sublimem sese rapi sensim sinat, in cœlumq́ subuehi insolenti contemplatione & erratica, longius ac latius mox expatietur toto cœlo pererrãdo, ut est in prouerbio. Sic enim fiũt animi ueluti errones & expatiatores, cum se auræ blandienti rapiendos permittũt, et ferendos, uanitati utiq́ ipsi professionum assensum accõmodantes, & quibusdam simulacris ueritatis seducti atq́ perlecti. Quod uidens fortasse Socrates inter primos sapientum cõmendatus, Philosophiam è cœlo in terram deuocasse dicitur ad constituendos mores hominum publicè & priuatim. Mihi uerò casuũ uarietatem æstimanti uidetur genius quidam stygius deterrimi ordinis, tartarei principis emissarius, euẽtus aleæ moderari ratione quadam stolida ac turbida, quæ nõ nisi notha quadam notione spuriaq́ animo concipi possit & intelligi. Quod perinde est ipsum, atq́ si tesseræ casus sua quadã ratione ferri dixerim atq́ agi, cum nec statas ipsi nec certas uices habeant. Siquidẽ illic experientia docemur, in re quoquo uersus ancipiti, esse tamen aliquid uicissitudinis reciprocationem fermè constitutam habentis, uicissimq́ ferè colludenteis aleatores exhaustos uideas & copiosos. Quid ita? nimirum desultorio numine Fortunæ nunc in hunc nunc in illum uicissim decumbẽte. Et uim esse quandam occultam casitantis aleæ impultricem oportet, aut cohibitricem, quæ casus suapte natura incertissimos à rationeq́ alienos, ratione quadam irrationabili moderet̃ & regat. Hunc ipsum genium rerum fortuitarum euenta ratione penè eadem moderantem (quatenus quidem per prouidentiæ patientiam licet) ignorãtiæ humanę obrepsisse quondam existimo, ac sub Fortis fortunæ nomine in deorum sese numerum honoremq́ adoptasse. Qui cùm se præsidem potentemq́ earum rerum fecisset, quæ uulgi opinione pertinere maximè uidebantur ad beatè uiuendũ, opinionem diuinitatis actutum iam pertinacẽ collegit, ut deorũ simulacris ac delubris euersis, eorũq́ cultu ex hominũ mente absterso, nunc tamen numinis penè uice habeatur à multis, arrogetq́ sibi opinionem autoritatemq́ prouidentiæ. Ac cum multi quidem sint in uita obijces ueritatis perspiciendæ, tum uerò huius deæ præstigiæ tantã stuporis caliginem ob oculos mentis offundunt, ut hominum iudicia plerunq́ hallucinẽtur in arbitratu operum, quæ ab eius officinis exeunt, quibus ab ipsis uidemus sępe homines antea squallidos, sordidos, egenteis sesquianno ita perpolitos in medium prodire, ut splendore & lautitia cultus atq́ cõuictus, eorumq́ comite autoritate atq́ existimatione, elegantissimum quemq́ optimatium superent antiquæ frugalitatis. Nũc si altrinsecus statuas, quæ sinistram in partem ab eadem designantur summa indignitate, ad deletionem usq́ (propè dixerim) uirtutis, bonorumq́ & grauiũ deiectionem, nihil utiq́ fiet propius, q̃ ut uultuosè ac subacerbè mirere cõniuentiã prouidẽtiæ in tanta improbitate, Adrastiamq́ illam pręuaricationis summussim insimules, cuius (ut antiquitati placuit) munus est urnã mouẽdi apud superos. cùm res ad summũ euaserũt indignitatis. Quod si uicissim cogites institorem illum repręsentatę felicitatis genium, tyrannum arcis stygiæ, eundem etiam esse æternæ diræq́ calamitatis conciliatorem, tute protinus contractam illam frontem, tristitiæq́ nubilo obductam, subeũte animi æquitate disserenaueris, atq́ in ueritatis agnitione acquieueris, errorisq́ dignotione iucunda quidem ipsa & spei te bonæ implente. Nam quo tãdem mihi bonorũ istam redundantiam? neq́ enim tantum instrumẽtum nobis opus est, neq́ cõmodum quidem fortasse ad uitam ex sententia animi nostri agẽdam. At multa desideramus, quis negat, nunquis est tandem qui nullo deficiatur omnino? sed utrum animi rectè instituti esse censes omnia poscere quę desiderat? Quod si ea tantum mihi poscis quę necessaria

A cessaria sunt & magnopere conducentia, uide ne iam mensurā impleuerit prouidentia, & quod desiderare me cēses, auctarium sit planè iusti census, & eius quod satis est additamentum. Sin etiam quæ sunt quoquo modo cōmoda, uide ut ius æquumque postules, qui immēsum quid animo complectare, à Christoque delicias expetas, qui nec sibi pepercit, nec affectis iuratissimis. Proinde sinamus prouidentiam uti suo arbitratu, nec aures eius tantopere fatigemus ob earum rerum desiderium quæ inter bona malaque ambiguæ sunt. Desinamus queri ob ea nobis uel negata uel ablata, quorum iacturam pro nihilo semper duxerunt animæ illæ beatæ, quas Deus in supplemētum Legere constituit legionum supernarum. Tametsi quis scit an hæc rerum aduersarum conflictatio, pars sit animaduersionum diuinarum, quarum semunciæ singulæ repræsentatæ, & uel æquo animo uel certè obsequentulo exceptæ, expungere totidem talenta mulctæ grauioris possunt ijs qui inter ærarios apud Deum relati sunt? Mihi autem uidetur planus ille reptilis rerum contingentium euentis ita se immiscere, ut solet ex fulminis delapsantis impetu ansam sibi arripere ad perpetranda maleficia, interdum tam ludibundè, ut plausum atque risum præstigiarum captare uideatur, cum interim ad necem usque præsentissimam grassari per ludibrij speciē teterrimus genius non dubitet ecclesiastici fani depeculator. Hinc hæsitantia interdū, hinc stupor, hinc labans persuasio, cum mens nostra rationem inire nequit earum rerum quas casuum uarietas quotidie nobis edit. Verum & ratione & experimento cognitum penèque perspectum habemus, licentiorem illam petulantiam substantiarum profligatissimarum, ijs locis seculisque ualescere maximè, ex quibus innocentia fide subnixa abscessit longissimè, eius em̄ rei exempla comperi mirifica, idoneis documentis testimonijsque confirmata. Quanquam quid nos tandem uetat existimare quædam fulmine tum feriri corpora & necari, cùm animorum interest è corpore eos migrare, teterrimoque hosti nihil iuris esse in animum, cuius ipse domicilium peruruit? Quid qui intemperijs aguntur præcipites & feruntur, à furijsque illis stygijs diuexantur & manijs, nónne manifestam causam habent oculisque subiectam? Quibus uelut è locis argumenta ducere

B nobis licet ad suspectanda metuēdaque hostis tam solertis quàm infesti machinamenta, qui rationem humanam, quasi arcem animi expugnare peruigilibus insidijs disturbareque conatur, indeque constantis persuasionis de diuinis rebus & æternis præsidium deducere. Huic quietis humanæ solicitatori acroama nullum iucundius est quàm hominis queritatio immodica & mentis impos, frendentis atque frementis ob fortunæ iniquitatem, nullū spectaculum gratius atque oblectabilius, quàm hominem spectare ita conflictantem in impatientia, ut & rationis frenos commordeat incompositè, & Dei reuerentiam exuat. Quippe qui uideat & gaudeat conatus suos procedere, & ueluti triumphet exultatione ob rationem animo uirili excussam aut extortam. Nihil uerò inuidiæ ille conditor ac parens tam homini inuidet, quàm summi boni spem adipiscendi facultate sua instructam, diuinæ indulgentiæ adminiculis erectam, quas gratias uocamus, quā sibi scit ita esse præcisam, ut ne ad optandum quidem inducere possit animum perditissimum. Itaque ęstimemus quàm deploratę sit sortis ita undique circumuentum esse abrupto uecordiæ & desperationis, ut omneis in exitium trahere ac rapere secum quisquam malit, quàm cum omnibus seruari. Ex eo deinde expendamus immanitatem hostis, & maleuolentiam, tot nocēdi artibus succinctam, & ad internicionem generis humani instinctam iam inde à primordijs rerum. Statuamus igitur id quod omnino debemus, rationem atque noxam illam Stygiam, quasi par unum haud iniquè comparatum ac commissum, à Deo prouidētiaque utriusque conditrice spectari, & audeamus postea conqueri, aut queribundè meminisse rerum minus secundarum. Proinde quódnam operæprecium ex labore speran dum relinquetur, si aduersarius me transmisso ad alios impetum suum conferat, ut in fraudem tandem incidam præmij non emeriti? At uerò summi boni quærendi consectandique uoluntatem non natura atque ingenium sensuum, sed animus ratione adminiculatus nobis conciliare potest, etiamsi igniculos ipsa natura dedit sensibus quibus anima incenditur ad salutis inquisitionem. Nam ijs ipsis igniculis sensus utuntur plerunque absurdè & præpostere. Siquidem cum eos uelut stimulos natura

unicuiq; animāti ingenuisset ad summum bonum, expetendum generis cuiusq; suū, in brutis ipsa tenorem suum non temerè abrumpit, in genere humano non item seruat inoffensum ingenium, sibiq; semper similem impetum ad id bonum uestigādum & persequendum. Etenim difficilius id fuit seruari pertinaciter in hoc animali gemino, id est in homine. Qui tametsi ipse communi animantium sorte singularis nascatur, tamen ætate procedente euadit in geminos, nisi (quod raro fit) natura in eo aberrauerit, & alter est intestinus, alter externus homo, in una eademq; ratione formali et substantia. Quo fit ut cum eorum uterq; imperium sibi uendicet & magistratū in administratione uitæ, rara quies ipsa in uita esse possit ac tranquillitas. Nam ille intestinus & abstrusus, ut est ipse placidi pacatiq; ingenij, finibus suis contentus, naturæ quoq; suæ congruenter uiuere cupit, nihilq; externum in uita maximopere stipulatur, ut qui omneis suas spes in diem fati contulerit, idq; demum acri intentione spectet, ad quod fruēdum natum esse se suapte natura sentit ad procreatum, nisi si ei stupor aliunde accidat. Contra hic exterior ingenio est leui, stolido, improuido, & ad omnem crepitum auramq; uel spei uel meticuli consternabili. Quare omnia fermè sua munia inconditè, uultuosè, meticulosè, turbidè, & rursus gestienter, elatè, ferociter, inaniq; cum fiducia obire solet, prout scilicet lætus aut tristis casus obtigit, unde pendere se arbitratur. Huiuscemodi naturæ non nescius sceleratus ille Horci satelles, humani status euersor atq; peruersor, iam inde ab orbe condito contendit omni studio atq; uigilantia, ut contra quàm fert natura ac decorum, exterioris hominis sit imperium. Qui cum senatus ipse sui sententias exquirit, rationem principem consilij esse non sinit, ipsam etiam sæpe non rogat sententiam in tumultuarijs & præcipitib. cōsultis, aut à cupiditate & libidine expressis. Quin & ille idem tum primæ noxę patrator, tum naturę labefactator, pertentandi sensuum animorumq; artifex, nō modo stimulos acres cōtumaciæ & peruicaciæ exteriori homini ingerit, quo minus rationi moderanti aut adhortanti auscultet & audiens dicto sit, sed etiam interiorē illum plerunq; ita demulcet ac circumuenit, & cum hoc exteriori reuocat in gratiam intempestiuam & conciliat, ut de iure ipse suo decedat per ignauiam, ac maiestatis suæ fasces submittat collegę procacitati. O facinus indignū humanę naturę fastigio, hominem externū qui non alijs placitis ducitur quàm iræ, furoris germanæ, ac cupiditatis cæcę & præcipitis, imperium abrogare homini intus condito, atq; in se de primaria à natura collocato, qui & auspicijs ipse maiorib. creatus est, & ad exemplar diuinum mirificè adumbratus: atq; in hominum consultis mentem & rationem, quæ naturæ cœlestis participes sunt, sensuum temeritatis affinium prærogatiuā sequi. Hæc prima mali labes, hoc primordium malorū, hic fons omnium uitæ calamitatum, ut ex historia primordiali nouimus. Nam cum ex ijs quæ dicere orsus sum, liqueat omnem hominem ueluti Cecropem quendam esse (hūc enim antiquitas ipsum haud temeraria de causa fabulata est bipartita corporis constitutione fuisse, ita ut supra umbilicum uir, infra fœmina esset) primi utiq; parentis culpa, qui fœminæ consilio arbitriū suum credidit ac permisit, naturæ humanæ maiestas admodum imminuta est, & uelut oblæsa hominis constitutio, quo tempore scilicet (heu miserā mortalium conditionem) iussus homo facessere à diuino conspectu, mihi uidetur uelut extorris factus esse à ueritatis & sapientiæ contubernio, indeq; tanquam ex continenti constantię & rationis, in insulam quandam deportatus, id genus monstris, portentis, ac ludibrijs scatētem, quæ à fortuna ipsa agi, ferri, uersari infrà suprà conspicimus, ut est in prouerbio, ac pro summi boni pignoribus falsò duci atq; haberi. In hoc porrò exilio animus iusta libertate mulctatus, in mancipatum iniquum fœdumq; addictus est imperiosæ illius turbæ atq; tumultuosæ, qui sensus appellantur, quibus præfectus unus datus est natura, quasiq; iuridicus, quem uocant sensuum principatum, iudicem scilicet ipsum & arbitratorem earum operarum, quas sensus uitæ nauant. Hic ipse autem seu hallucinatione propria, seu fallaci sensuum renunciatione (utpote quorum ipse opera, tanq; emissariorum utitur ad explorandas qualitates, formas, magnitudines, & pondera mometaq; rerum) perperam sępe ipsis de rebus pronunciat. Cumq; sensorijs utatur corporis, ut instrumētis, necesse est utiq; ut cum corpore quoq; afficiat ipse. At uerò

affectus

A affectus sensuum principatus qualitatibus instrumentorū, partem quoq; animi multò se digniorem fastigijq; maioris, hoc est mentem & intellectū, familiaritate ac uicinia ita inficit, atq; adeò erroris contagione afficit, ut litē etiam ipsa suam faciat ijsdem de rebus perperam iudicando. Hanc partem Græcorum doctissimi to hegemonicō uocant, quos Cicero imitatus est, principatū appellans. Vitij uerò naturę nostrę oblati statim à primordijs rerum, cùm luculēta sunt uestigia permulta, tum etiam illud, quod tam obnoxia conditione uiuimus multiplicatis in infinitū ęrumnis. Nam quid tam simile seruitutis est, quàm hominem naturali iure stare nescium affectibus, tanq; dominis iniquis addictum esse diuina sentētia, atq; ob noxam priscam datum? Duci autem animum, ut mancipium ab affectibus, atq; in diuersa, interq; se pugnantia distrahi, nunc transuersum rapi, nunc præcipitem quasiq; collo obtorto, quid aliud est tandem, quàm intemperijs, manijs, atq; furijs agi? Quarum rerum aspectus speciem haud dissimilem præbet inferorum supplicij, ijs quidem certè, qui ualent mentis perspicacitate, ut non absurdè antiqui nonnulli, tanquam inferorum descensum esse censuerint, animæ ingressum in corpus sic obnoxium, quanq; ipsi decepti tanta similitudinum competentia, quod memoriæ proditum acceperant de inferis & fama peruulgatum, commentitium & alioqui uanitatis plenum esse crederent. Iam uerò addictæ mentis, & ueluti mancipio datæ sensibus, quódnam esse potest uestigiū luculentius, quàm quod mens ipsa nunquam, nisi excessu rapta sit, ita apud sese potest esse, omneisq; suas partes sui iuris facere & continere in officio, quin huc illucq; uagæ ac palabundæ ferantur, ipsa etiam rapiatur erraticis affectibus, ac sibi uiuens (ut aiunt) uidensq; auferatur? Certè cum sæpe ingemiscens raptum sui ueluti quiritetur, eam sensibus & affectibus indignè ancillantem nullus asserit in libertatem. Neq; enim intentio ita sese abstrudere potest in penetralia domicilij sui, nec ratio cancellis obuallare liberi arbitrij, quadamq; (ut ita dicam) cingere indagine obfirmatæ contentionis, ut non per aliquam rimam irrepant commentanti aliæ atq; aliæ species notionum, quę negocia multa exhibeant tranquillitati. Id adeò interdum, ut mens ipsa, uelut imme-
B mor sui, commentationisq; oblita, cui incumbere obstinauerat, refractis intentionis clatris euolet in uastum quendam immensumq; campum, curarum immanium plenum cogitationumq; euanidarum, quibuscum fortasse antea nimium consueuit. Id quod uitare cupientes sanctæ quædam ac purę mentes mysticis sponsalibus Deo pactæ, ita sese dedere contemplationi solent, sensusq; corporeos uinculis quibusdam astringere attentionis & cautionis, ut eos in potestate ferè habeant. Quos si licētius ipsæ euagari ac lusitare expatiando sinerent, nimirum idem eis, quod uulgo hominum eueniret, ut curiosis sensibus inspectare arbitrariq; insisterent, quæ nihil ad rem pertinent. Id cum tibi mihiq; non pronum sit, qui in publicum sæpe prodeuntes inuiti multa circumspicimus intentionis auocamēta, secunda fortasse cautione & subsidiaria prospicere nobis poterimus, si earum notionum, quæ per meatus illos sensorios animum subire solent, ut quæq; recordatione maximè digna erit, ita eius informationem quàmprimum intus imprimendam, incidendamq; curabimus, ne si per mentis tantum superficiem ductæ sint & leuiter illitæ, inanium incommodarumq; imaginum turba assiduè irrumpente, elui tandem possint & interlini. Id autem, ut assequamur nisi cupidè, accuratè, anxiè fecerimus, nimirum (ut est humanæ mentis status natura constitutus) fieri uix potest, quin rerum secularium ludibundæ imagines, mentis intentionem, quæ rerum cœlestium salubriumq; commentationi uacare debet, & tanquam feriari, ludificatione primum circulatoria auocent atq; distineant, tantisper dum obrepat obliuio institutę animaduersionis, tum subindè oblitam mentem ad sese demirandas perliceant & consectandas usq; in perniciem. Id quod cognitu cuiuis promptum est, qui paulò attentius animaduertendum duxerit. Nam quid causæ esse dicas, cur communis sensus in uniuersum, communisq; adeò prudentia, felicitatem persequens, ac circa summi boni inquisitionem satagens, non modo actuosè, impigrè, & accuratè, sed etiam tumultuariè, anxiè, anhelabundè, nusquam assequi potest, quod nullo non loco uel tempore consectandum suscepit? Cum interim miseri ac mente capti mortales irriti laboris sensu adduci nequeant errorem,

ut

ut agnoſcant, quoad corpore iam fatiſcente animus emicare foras cogitur, è conce- C
ptaculoq; ſuo proſilire infracto iam tot ærumnis & exhauſto. Superſedeamus hic
pauliſper diſputatione inſtituta, & æſtimemus taciti, qui ſit ſenſus animi caſſum iam
uitæ domicilium derelinquentis, eum ne comitentur illa ſtudia rerum fluxarum: quę
totam eius uitam ſibi uendicauere, an exuuijs excuſſis corporeis aduētitijsq;, nudus,
inops, deſtitutus, ſolitarius, eò migret, ubi earum rerum nullus eſt uſus, quibus ipſe re
bus cumulandis felicitatis diuerſorium architectari ſe demens exiſtimabat. Proh di-
ui immortales, eſſet ne hæc hominum prudētia, inſania manifeſta unicuiq; noſtrum,
ſi non ipſi educati in erroris incunabulis, per ętatum gradus proficeremus, & progre
deremur in errores deinceps alios atq; alios? At hoc uitę inſtitutum non modo ciuili
iure, ſed etiam gentium ſtabilitū eſt & auctum. En humanæ prudentiæ columen atq;
decus, quam ſtultitiam merā elogia ſacroſancta meritò eſſe teſtantur, quibus ab ipſis
ueram proditam eſſe ſapientiam mortalibus, in confeſſo eſt. Proinde (ut dicere cœ-
peram) huiuſcemodi naturæ fortem nactum hominem, ac ſuopte ingenio miſerum,
ad ærumnoſam etiam uitam atq; calamitoſam perlectat diſciplina ſeculi, lacte praua
rum opinionum à puero ſtatim nutricans, & ſubinde per ætatem aliam atq; aliam im
buens erroribus ætati cuiq; conſentaneis. Aduerſus quem errorem Philoſophia exi-
ſtens, genus humanum uindicare ab hac uiuendi conditione contendit ſtultitiæ ſenſi
busq; mancipata, animumq; ſibi natalibusq; reſtituere. Quę cum ipſa promittere ma
iora inſtitiſſet, quàm pro captu mortalitatis, ad uaniloquētiam tandem euaſit, dunta-
xat in ea parte, quæ ad mores humanos conſtituendos ſe erexerat, ad bonorumq; fi-
nes & malorum inueſtigandos. Sic enim neceſſe fuit ijs accidere philoſophis, qui ue
ritatem & ſapientiam (quæ in ultimo ab orbe terrarum loco domicilium habent) è
latebris naturæ citerioris eruiſſe ſe inſolenter, magnoq; cum faſtu ferebant. Caput ue
rò malorum ab illo uerſipelli inſtinctore ortum eſt primę noxiæ ſuaſore, qui inexpia
bile odium iam inde ab æuo condito generi humano indixit, quod ob id creatum ui
debat, ut in caducam uacantemq; poſſeſſionem ſupernarū ſedium mitteretur, ex qua
deiectus erat. Fraudi enim capitali fuit homini, ad poſteros etiam in omne æuū pro- D
ditæ, quod illo ſuaſore ſuperiorem ipſe ſui partem inferiori ſubmiſiſſet. Ceterū mun-
di deus opifex, mundiq; indigenarum, cum tantum diſpendium ſarcire uellet naturæ
imminutæ, ignominiæq; eximere ampliſſimum ordinem animalium, ob incunabu-
la ſua conſpurcata, dedecorataq; primordia uitæ contractæ, filium ſuum unicum in
eandem ſecum æternitatem, eſſentiam, potētiam, maieſtatem cooptatum (ô rem mi-
randam, memorabilem, ac prædicandam) hominem fieri iuſſit, eaq; de cauſa ſupernè
delapſum generis humani uadem eſſe uoluit, capitaliſq; ſupplicij uictimam piacula-
rem. Ita humanæ naturæ decus naturam ipſam humanam imminutam & oblæſam in
integrum reſtituit, quod quidem ad ſpem pertinet, ac facultatem ſummi boni adipi-
ſcendi. Viæ item ad ueritatem, germanamq; felicitatem ferentis non modo præmon
ſtrator, ſed etiam dux fuit ac præitor. Hęc uia cum dubio procul aſpera ſit & anguſta,
ut nonnullis placet, etiam tetrica & ardua, parum mihi hodie trita uidetur, proculca-
taq; ueſtigijs hominū fortunatorū, qui numeroſos ſecum clientum rapiunt, uexantq;
comitatus. In eandē, niſi fallor, ipſam nec uia fert regia, nec militaris, nec quā uehicu-
larem curulemq; appellant. Nam ut ea ire, ambulareq;, ius eſt unicuiq; ſacrorū nō ex
orti, ita uix eſt, ut in ipſa penſili molliq; uectemur geſtatorio, aut actū habeamus for-
tunarū redundantiū, cum tot impedimentis, & magnā iſta laxitatem poſcunt, maio-
remq;, q̄ facilè admittat ſemita innocentiæ, in quam ueritatis ac ſimplicitatis uia deſi
nit, quam ille nobis præiuit, cuius omnis actio noſtra eſt, haud dubiè ad diuina inſti-
tutio. Hac ipſa certè uiatores ducis ipſius e ueſtigio ſequaces, qui primus eā ſecuit, æ-
rumnas ſuas & ſarcinas mulis (ut dicitur) Marianis conuexere, & iſti (ſi diuis placet)
in patriam, ad bonorū finem, ad felicitatis cumulū illa curuli uia iturū eſſe & peruen-
turum cum copijs, cum fortunis, cum fortunę blandimentis ridibundi dictitāt & con
fidunt? Quòd ſi ille inſtituendæ uiæ autor, ſalutis conſectandę ſuaſor, index bonorū
malorumq; finium, uiam nobis neceſſitatis partim, partim conſilij atq; utilitatis prę-
mōſtrauit, tractū etiam eius, ut porrigitur quoquo uerſus orbitis iuſſorijs ſuaſorijsq;
circum-

A circumduxit, quid causæ est, quin scientes prudentesq́; sese perditum eant, si qui hăc uiam ineuntes, diuerticula interim & obiter quæritant amœnitatis? & ut in fortunæ diuersorijs mansitent, orbitas supergressi priscę iustęq́; disciplinę uestigijs impressas, longè expatiantur & latè, securi utiq; ipsi quo tandem euasura sit digressio ab instituta uia? Nisi uerò, ut nunc est uita, non passim sequimur coruos, ut inquit ille, securi, quo pes ferat, atq; ex tempore uiuimus. Age, est ne quisquam mentis compos, qui fidem eorum uoluminum audeat labefactare, quæ in fanis quotidie dum sacris sacerdotes operantur, dum res diuinæ, dum precationes fiunt, ad inculcandam nobis ueritatem leguntur & cantantur? Nemo, ut opinor. Quid? in ijs ipsis uoluminibus, est ne eius uitæ Hodœporicum in æuum consecratum? Sanè quidem, inquis. Atqui, si diuinis illis elogijs auscultamus, statim atq; orbitas illas quispiā transilijt, in diuortium incurrit salutis & exitij. Finge igitur te Herculem illum esse Prodici antiquorum monumentis celebratum, in biuio hærentem, utram tandem uiam capessas, ærumnæ an fortunæ? Hic locus est parteis ubi se uia findit in ambas. Putato me si mauis, illū esse Herculem, Fortunamq; mecum in gratiam redeuntem, sinum illum mihi luculētum bonorum ostētare, atq; excussuram esse in me protinus, si colere eam uelim, & sequi fidem ipsius, num si hic te utar autore, eam statim cōditionem accepturus sim, potius quàm grandiloquentiam immensasq; pollicitationes philosophiæ sacræ secutus, fœnoris illius centuplicati expectatione ducar, ærumnosæq; uitæ & conflictatæ interusurium tanti esse putem, ut præ ea spe repræsentationem fœlicitatis respuam, ac fructum uitæ hilarioris? Melius, inquis, ominare. Quid igitur caussificari potes quo minus cum aut rebus diffundimur & exhilaramur prosperis, aut confundimur & cōtrahimur aduersis, & prępostęri ipsi esse & capti mente uideamur? Siquidem ita fert bonorum præsentium atq; eorum quæ in spe posita sunt commercium, si rectè ratiocinere, ut tam dispendiosissima sit horū cum illis permutatio, quàm maximum impræsentiarum afferre compendium existimatur. Abige hinc aliquantisper nebulam sensus communis & popularis, quæ tibi ipsa mihiq; liberum aufert cōspectum ueritatis,

B & intellectui tuo excute atq; exprime exactam attentionem eorum quæ ijs elogijs contestata sunt, quorum fidem tute colis in primis & ueneraris, inuenies in transenna peregrinæ huius uitæ tabernaculiq; temporarij innumeras concinnatas esse decipulas, uersuti illius solertisq; aucupis animarum, ut nisi in uita, suspenso gradu & tanquam in uia muricata cum suspicione anxia peruigiliq; cautione pergamus, laqueis mox illis Vulcanijs imprudentes nos induturi simus, qui oculis non prouidentur. Quocirca sapientes illi prisci quorum responsis & autoritate exigendę huius uitæ disciplinam stare, conuenit inter omnes qui initia susceperunt nostræ religionis, non modo prouidendas & præcauendas, sed etiam auersandas eas uitæ partes censuerunt longeq; fugiendas, quæ frequentibus rerum secundarum illectamentis captionis, fraudis, & imposturæ suspicionem præferunt. Quo magis mirum est tanta nos cæcitate mentis præditos esse, ut quicquid non prosperè, non fortunatè, non ex sententia accidit, malè, secus, incommodè cessisse præiudicio sensus communis pronunciantes, cum ipsa etiam prouidentia aut iniuriam corporis, aut damnum in fortunis nostris datum, aut pauperiem factam in censu impiè expostulemus.

GVLIEL-

GVLIELMI BVDAEI DE CONTEMPTV RERVM FORTVITARVM LIBER TERTIVS.

QVAE ſuperioribus libris diximus, Draco frater, eſſe eiuſmodi nõ neſcius ſum, ut in ijs explicãdis fudiſſe uerba magis uideri poſſim lectoribus, philoſophaſtriq; more in mores declamitaſſe, quàm aut perſuaſionis aculeum in cordibus fixiſſe lectitantium, aut mea ipſe præcordia iuſta æquanimitate tinxiſſe. Iſta quidem ſpecioſa dictu ſunt & auditu (dicet aliquis) ſed quotum quenq; uideas eam uiuẽdi uiam ingredi, obſitam iam ſpinis & obſoletam, in eaq; curſum contendere tenore pertinaci? Ita eſt profecto, nec me cum hęc dicerem latebat, rationem iſtam cum aut ad urentem dolorem, aut angentem animi ęgritudinem uentum eſt, pedemq; (ut ita dicam) inferendum in aciem rerum paulò acerbiorum, tam eſſe arduam ſubductu atq; intractabilem, quàm eſt ipſa in certaminis meditatione ſecura procliuis ad dicendum, atq; ad ratiocinandum ductilis. Id adeò cognoſcere ſæpe mihi rerum ex euentibus contigit. Nam cum attentiore rerum ſortuitarum cogitatione, pulchrè me interdum comparaſſe uiderer, quaſiq; proluſione confirmaſſe ad incommodiorum caſuum impetus excipiẽdos nullo, aut leui tumultu, ſenſi nonnunquam & ingemui conſtantiam ac rationem mihi in re pręſenti non modo ex animo, ſed etiam è uultu, ex oculis, ex ore deniq; linguaq; excidiſſe. Verum quo difficilius mihi uidetur indignitates errore humano comparatas quaſiq; iure recepto moribus conſtitutas, ſimul exorbitanteis à recto tramite mores ita reprehendere, ut caueamus atq; uitemus, eò digniorem rem eſſe duco in qua ſtudioſi uiri philoſophiæq; reuerentes omneis animi uires contendere inſiſtant & exercere, nihilq; libẽtius ipſe facio quàm ut in ea commentatione immorer, inuigilem, indormiſcam. Cæterũ cum nec in illa uia laxa, per quam fortuna pignora ſua ſarcinaſq; uel uerius impedimenta tranſuehit, nec in hoc rurſus tramite aſtricto qui illam interſecat, ueſtigia ulla uiſantur rerorſum ferentia, de eo utiq; ipſi quod humanitus ſciri nequit, ea conſulere oracula debemus, quibus aduentantibus Delphica uaticinia aliaq; ceſſerunt. Quippe ſi in rem uſque præſentem aſſenſum fidemq; ſuſtineamus, ſera rerum uiſendarum horrendarumq; perſuaſio uertetur in ſcientiam, quæ nihil tum iuuabit. Proinde, germane mi, ut in aliquod tibi tandem Epimythium hic apologus euadat, quum tot abſurda, indecora, indigna, pudenda, fortunam in uita deſignare uideamus, doctrinæ rectæ conſentaneum eſt, ut in uirum conſtantem diſciplinæq; diuinæ retinentem querelæ ſtomachoſæ non cadant ob pauperiem in cenſu eius forte factam, aut propter negocium tranquillitati faceſſitum, aut laceſſitam morbo uitióue corporis ſanitatem. Num ſi uideam hodie fortuna habente comitia, ſummamq; rerum tenente, lippos apponi ſpeculatores in arcibus & ſacris & profanis, antiſtites deſignari qui oracula exaudire nequeunt, uigiles & excubitores in repub. homines ſomniculoſos & oſcitanteis, cuſtodes ſacrorum profanorumq; queis nec reſpectare nec circumſpectare aut placeat aut uacet, præcones rerum uociferandarum homines fuſcæ uocis aut exiguæ, concionatores eos qui in perpetuum irraucuerunt, gubernatores in tempeſtate nauſeatores, præcurſores eligi ex natione anhelatorum, præſidiarios qui loco ſtare non poſſunt, deſignatores qui ordinis & delectus rationem nullam habent, interpretes & reſponſitaturos qui linguarum non habent commercium, num (inquam) ſi huiuſcemodi multa uidemus indignitatis plena, quæ facinora haud dubiè fortunæ iudicanda ſunt atq; temeritatis, ſtultorum ideò querimonijs ſubſcribere debemus, ac cœlum terramq;, ut dicitur, permiſcere? Dij meliora, inquis. Sed tamen priuatim dolentem iuuat dolori ſuo ingemiſcere, & publico uulneri pium eſt lacrymas non negare. Nemo it inficias, nec tam eſſe duram atq; immitem philoſophiam cenſeo, ut humanitatem ab homine cõuellere conetur. Ob hæc etiam & eiuſcemodi condole-

A condolescere debemus reip. non nostram priuatim ipsorum uicem dolere magnopere, aut inepte quiritari, aut coelum uocibus & murmure fatigare, si censuram gerente fortuna optimus quisq; & doctissimus præteritus est in ordinum recessione. Nam cuius est tandem stultitiæ à fortuna exposcere moderamen rerum prouidentiæ congruum? nisi si aleæ casus ad uices statas redigi posse stomachando speramus, aut probitatem ac fortunam in posterum contubernio cōsociari, ut tam copiosissimus posthac quisq; sit, quàm est inopia indignissimus. At quanto præstabilius est homine sese conditionemq; suam agnoscentem, occursatrices istas curas, affectusq; interpellatores mentis salubria commentaturæ, ratione compescere & supprimere, quam aut animum ægritudine excesse, aut superûm iram querelis lacessere? Proinde, ut inquit Poeta nobilissimus, mecum ipse ita aio: Desine fata Dei flecti sperare querendo. Citius enim solis equos sistas, currumq; illum rapidè procursantem sustineas inhibeasq; retro, quàm id quod coeli tulit uolubilitas, ne eueniat obtineas ægrè ferendo, aut ne hominum uita à primordijs mundi tranquillitate mulctata & requiete, in multa, uaria, duraq; casuum offensacula publicè priuatimq; incurrat, quando Parcarum fusi miris fatorum ambagibus inuoluti sunt & perplexi, quibus ex ipsis mentem & rationem extricare uix possis, si diutius obhæseris explicare cupiendo. Nouerit hoc primū qui indignari ob ista ac uociferari instituit, & ueluti cum prouidentia cum Deoq; expostulare, naturæ leges antiquari non posse citra uniuersi solutionem, nec coeli stellantis placita actaq; circumductum iri ob unius multorúmue reclamantium intercessionē. Nec enim, ut opinor, ob meam aut cuiusquam indignationem Lachesis conuoluta iam pensa retorserit, nec irę meæ impotentia deterrita, dispensationem fortium retractauerit, quam coelo consulto instituit & peregit. Nisi Atropon quoq; inexorabilem (ut nomen eius indicat) fletibus ac lamentis flexum iri speramus, uadimoniaq; dilatutam capitis, aut etiam interlituram. Nec ideò tamen Fortunæ temeritati liberi animi ceruices submittere nos conuenit, sed uultus æquabilis constantiam spirituumq; infractorum celsitudinem ante Dei conspectum deijcere, in eiusq; prouidentiæ fidem ac præsidium nos conferre omnibus cum fortunis. Summum autem dolorum

B omnium lenimentum est, æquus inter hæc animus, donum quidem ipse diuinū, non mentis arbitrarium quamlibet rectè natura constitutæ. Quo sanè tanquā condimento rerum acerbiorum utentes, Fortunę hominumq; iniurias atq; iniquitates, non tantum deuorare, sed etiam concoquere sic poterimus, ne damnum nobis ac detrimentum importasse uideantur. Ad stomachum porrò istum facient tria hæc pręcipuè perpensa & ęstimata. Primum est, si per naturam rerum acri percurrentes intentione nihil esse actuosius natura animaduertamus, nihil imperiosius necessitate, nihil rectius prouidentia. Etenim, si tolerantia necessariam causam habet, superuacuum est utiq;, quod cecidit ægrè ferre, quum animus æger fortunæ uulnus altius ægrè ferendo altiusq; sensim adigat, uimq; mali augeat & acerbet. Sin id à natura manat, quod nos urit, cur incusamus naturam, quæ functione sua utitur? Nam si in constitutione cōcreti hominis aberratum est, non naturæ id uitium est, sed materiæ, quæ sine subiecto nihil potest, præsertim cum finis eius sit res in meliorem statū perducere atq; perfectiorem. At prouidentiam prouocare, plenum est insaniæ, cum maiorem ipsa appellare iuris disceptatorē nequeamus, apud quem, qua de re agitur, in iudicium deducatur. Reliquum est, si nō acquiescimus, ut cum Fortuna damni dati experiamur, quę cum ipsa legibus soluta sit, imò legibus non teneatur, utpotè parens aleæ, quis prætor nobis actionem daturus sit, non uideo, aut qua lege, qua formula iudicium simus constituturi. At enim (dicat aliquis) noxa accepta gemere saltem liceat, intestinumq; dolorem querimonia lenire. Liceat sanè si id magnopere iuuat, quasi in uulnus incumbere, potius quàm fomentum præsentaneum quærere, sed tamen si apud ipsam damni autorem quereris, apud nouercam quereris, quæ conuicijs ipsa gaudet & intolerantia. Si in uētos querelas effundis, indignum est homine docto. Apud Deum porrò pauperiem factam queri innocēter, qui potes? qui in rerum etiam aduersarū campum hilariter descendere delectos suos iubet, messem scilicet illic facturos cētesimo cum foenore redeuntis laboris. Quare prisci illi Heroes dogmatis Christiani uerè se-

quaces & assertores, quorum animos Deus in supplementum abstractarum intelligentiarum iam inde ante æuum cõditum delegerat, litasse fortunæ tam perniciosum semper esse censuerunt, quàm Diti patri litare gentiles olim noxium existimabāt, in cuius sacrificijs contraria semper exta lætiora esse arbitrabantur. Inde elogia illa innocentium animarum sanctarumq́ famigerata, quibus rerum secundarum omnem tanquam infaustum nefastumq́ esse ac procurandum uidetur. Quod recta fide iam labefactata, lætis nunc ipsi animis excipimus atq́ gestientibus. Neq́ tamen cum hæc proderem, ita integer ipse & fartus eram ab incommodis aduentitijs & corporis & externis, nec ita immemor & securus conditionis eorum, quibus Fortuna inimicitias denunciauit, ut non facilè in rem pręsentem identidem possem deducere animũ, illicq́ de ea re ipsa cognoscere, antequam pronunciarem. Non me tum fugiebat ita esse natura comparatum humanæ mentis captum ad res æternas & cœlestes, ut coniecturæ mortalis atq́ commentationis ratio, quantumuis exquisitè subducta, uix unquam ita quadret, & apta sit cum elogijs diuinis uatumq́ sacrosanctorum, quin tolerantia atq́ fortitudine præstanti opus sit, cum uel fortuna acerbè atrociterq́ desæuit, uel cum noxa illa stygia acriter tentat animũ, stupereq́ tum humana præcordia non nescius sum, cum appulsus est aut cordi, aut corpori sensus uehemẽtis doloris, sed tamen experimento didici lectionem sacram de pultricem tandem esse affectuum immodicorum & ægritudinis angentis, speiq́ bonæ conciliatricem, ex qua oritur ęquanimitas. Accedit, quod patientiæ contra Fortunam sicariumq́ illum spiritalem dimicanti, aduersarum illam rerum telis, prauis hunc instinctibus grassantem animiq́ exagitationibus, subsidia ferè diuinitus rerũ in atticulis tempestiueq́ summittũtur, quæ cessurum alioquin animũ iam iamq́ manus aduersis rebus laribusq́ diris daturũ, stare in uestigio faciunt, aut ita cessim ire, ut tamen scutum non abijciat. Vtcũq́, cum in confesso sit neminem esse ferè in familia Domini, quin fustuarium aliquando mereatur, nimirum præstabilius est omnino hic, quod meruimus pẽdere, quàm in diem fati dilatos & ampliatos Ditis lorario tradi, qui nos beato, copioso, splendido, fortunatoq́ funere elatos obtorto collo ducat. Huius ipsius fustuarij cum in capite & in fortunis nonnullas uibices gerã, gesturusq́ sim, ut credo, reliquã partem uitæ, sic quoq́ tamen arbitror mecum clementer actum esse, præut est multorum cõditio è natione fortunatorum. Et hæc sunt cõmercia cœli, nisi per impatientiam conscelerando animum derogarimus fidem cœlesti testimonio. Quod si istis fortunatis & beatulis aduersi interdum casus copiam oblimarent exuberantem, ecquis est doctrinæ Christi retinens, qui non tum melius cum ipsis actum esse existimaret? ut quibus haud dubiè sanitatem mentis præstaret & conseruaret, ueluti missus sanguis redundantię. Cæterum, si in huius rei disceptatione Musarum antistitis autoritatem non nefas est laudare, apud Homerum Vatem Achilles consolabũdus ad Priamum supplicem libro Iliados ultimo ita inquit: Sinamus ô Priame concidere dolores luctusq́ in animo nostro, ac consopiri. Nam cum mœroris nullus est effectus, tum etiam miseris diuinitus mortalibus hoc inditum est, parcarumq́ fusis implicitum & iniũctum, ut exigant uitam per mœstitiam. Cum quo poetæ dicto conuenit historia Mosis de sententia dei luctum nobis laboremq́ denunciante perpetuum in uita. Qua sententia in primum ipsa parentem lata ac pronunciata ore diuino, genus hominum, tanq́ in opus perpetuum damnatum esse uidemus, cum sudore obeũdum ac peragendũ. Hominem igitur sese nosse oportet, id quod caput est, & ueluti fons humanæ sapiẽtię, quo ex fonte ducuntur animi instituendi excolendiq́ rationes, tum deinde natalium suorum conditionem assidua recordatione æstimantem, cœlestiũ quidem rerũ & mente tantum perceptarum admiratione sensim imbui, earumq́ contemplationi assuescere, quoad eius facere potest, caducarũ uerò rerũ, & ex materia aptarũ fluxa atq́ interitura, opinionem falsam, iustoq́ maiorem exuere cupiditatem. Sic fiet, ut ipse hausta ueritatis imagine illustratus, ijs de rebus non magnopere laboret, queis adminiculatior animus esse nequit, aut ad se erigendũ cum deiectus est, & elãguit, aut facilius emergendum cum in luto rerum secularium hæsit. Hanc animi constitutionẽ, quasi quædã pedissequa comitabitur æquanimitas, quę haud ægris ipsa oculis exuberantiã in aliena

segete

A segete uidet, unaq; in sua calamitatem, in suo grege stragem, in uicini fœturā. Quid enim refert, si recte atq; ordine humana consideremus, cumulentur, nec ne facultates ex labore, an contrà ueluti tabe quadam infortunij extenuentur & accidantur, siquidem ex æquitate animi labor uitæ in summam profecturus eius spei, quam fouemus? Tametsi quæ est ista tandem bonorum extenuatio, cum ex calamitate tolerantia haud dubiè mensura sit, quod exuberet in precium summi boni comparandi, ad quem ueluti scopū omnia referuntur, & spectant humanæ mentis consulta, decreta, atq; elaborata, etiam si rari sunt, qui collineent? Qui uero incōposito animo atq; indignabundo contingentium rerum euentus excipiunt & prosequuntur, quid aliud tandē miseri, quàm segetem (ut ita loquar) uertunt laborum suorum atq; sudorum, irritiq; spei euadunt, & ære stipendioq; diruti ærumnæ exantlatæ, cum eo quoq;, ut insuper scelere se obstringant capitalis contumaciæ? Quippè laborum nostrorum, curarumq; fructus non euentu secundo constat & exoptato, sed æquitate tantum animi quæ res una demum iustum operæprecIū statuit mortalibus ob ærumnas uitæ exhaustas, neq; ullum est obsequiū (ut opinor) duntaxat secundum charitatē piam numeris suis omnibus absolutam, quo uberiorem gratiam locupletioremq; à Deo summo inire ab ipsaq; prouidentia possimus, quàm hac ipsa uirtute cū pietate suscepta constanterq; perlata. Iam illud quantopere dicam ualere ad id, quod nūc agimus (neq; enim id quisquā inficiari potest, qui quidem certè in Christi uerba adactum est se se commeminerit, ne de eo quidem assensum sustinere) prouidentiam ipsam solli citam esse quodam modo uicē nostrā, seduloq; curare, nequid à nobis externæ opis desyderetur, quū ipsam interim nihil fallere possit eorū, quę è re nostra & salute sunt æterna? Propius etiam accedā, urgeboq; acrius. Velim, ut eodem in uestigio manēs quispiā fortunatorū roganti mihi respondeat (quando res dilationis non est) Quæro igitur ex eo quisquis erit obuius, nū qui uehementi uel quęrēdi angore, uel quęsita speratáue amittendi pauore aut mœrore cruciantur, insontes apud Deum esse possint, quasiq; frugi se homines & prouidos ipsi probare prouidētiæ? an incuriā sui po

B tius eidem exprobrare uideantur prouidentiæ, aut certe conniuentiam soporemúe in suo discrimine, aut iudicium suū iudicio diuino anteponere, meliusq; se nosse existimare quæ sibi commoda atque incommoda sint? Quanto igitur satius est quanto & ad pietatem innocentius, & ad inopiam debilitatemq; consilij humani appositius, in tam alta rerum caligine deprehensos in fidem & clementiam prouidentiæ nos nostraq; pignora permittere, quàm aut fortunę opem implorare, quasi fortunatricis, aut cœlum terrę miscere (ut dictum est) querelas, gemitus, ineptiasq; ingeminādo, mœrentemq; nobis consciscendo ægritudinem, quæ sępe exest animum? At rerum aduersarum acriores sunt experiundo stimuli, quàm ut meditata in umbraculis aduersus eos ratio prouidere satis possit, in eosq; instruere se animi consilijq; pręsentia, & ita obfirmare, ut par sit ipsa instanti præsentiq; dimicationi. Hoc ualeat in eos qui umbratili tantum palæstra periculum sui fecerunt, non item in eos quibus in campū descendere contigit, in soleq; æstuare. Tu aliquando frater tyrociniū rerum aduersarum patientiæ fecisti humanæq; iniquitatis. Ipse etiā rudimenta posuisse me cōfido. Certe in hac animi palæstra omni genere exercitus sum, ut si quis unquam meorum æqualium eiusdemq; ordinis & classis, nec in hac mea exercitatione lætę tristisq; fortunę facies, uices commutarunt inter se, eandem ipse ferè unamq; expertus sum fortunam, quam ancipitem alij uariamq; nouere. Quo fit ut securus in futurum iam eā, alternisq; annis huiusce modi mulctas expectem ab illa quæ dicitur esse rerum arbitra, quales hactenus pertuli, easq; quasi solennes quasdam sanguinis missiones non metuendas esse putem, tametsi non redundātis, præsertim hac ætate. Quare pedibus haud illotis accedere ad præsidium philosophiæ possumus, quasi iā tyrunculi tātoq; sacramento adacti. Qui si fide bona ex animiq; sententia in ditionē eius trāsierimus, non tempori necessitatiq; seruientes, quid iam obstat quo minus fidenter atq; alacriter induamus eius arma, tesserāq; ab ea petamus Deo bene iuuante? Id si nobis contigerit, quid magnificentius ad uitam è dignitate Encyclopædię traducendam, quā quod nouerca illa honestarum elegantiumq; disciplinarū, nec rictū nobis deducere

pro arbitratu suo, nec cõtrahere poterit? Atqui rerum omnium facultate copiaq́ destitutis, omni item consilio delectis (quod mihi accidere nisi ui maiore non potest) C illud saltem subsidium superest, ut inter dedititios prouidentiæ, ne dum inter alumnos philosophiæ profiteantur, quibus (ut opinor) ipsis sartos tectos esse licet ab ultimis exemplis indignitatis. Mediocria autem & obsoleta fortunæ incõmoda, quid aliud quàm labores sunt iniuncti homini diuinitus, legitimaq́ exercitationes palestræ euangelicæ in campo luctus atq́ mœroris? Itaq́ has ueluti sarcinas clitellares à Deo impositas & obligatas, quam maxime uniusq́ æqui est ac sui noscitantis animi, gnariq́ cõditionis humanæ, tam obsequiosissime fert ipse uel uerius officiosissime. Quod si quando ferendo perferendoq́ oneri non est animus debiliore temperatura constitutus (id enim accidere uidemus interdum, sed sæpius hominum ignauia, quàm iniquitate onerum) prouidentiæ tum partes sunt ita de insonte animo statuere, ne fraudi sit cuiquam quod nõ sua culpa euenit, fieriq́ nequit nisi lex diuina abrogetur, quin laboris ac tolerantiæ hominibus constet tandem ratio quàm amplissime. Verum futura non prouidentes ij qui aduersarum rerum insolentes sunt, euenta incommode excipientes grauiter de se consulunt, sæpe ad subita casuum perculsos illos uideas, ignauoq́ animi deliquio concidentes & exanimatos. Sed exitiabilius est quod interdum rationis frenos respuimus, impotentes animi, & scientes prudentesq́ malum malis cumulamus. Hoc uetat philosophia interdicto sacrosancto retinendæ mordicus reuerentiæ Dei atq́ temperantiæ. Quod si iam noxam incauti admiserimus, in gradũ ipsa nos reponit ac restituit, interdicto eiusdem recuperandæ, unde scilicet iræ impotentia nos eiecit aut dimouit. Pudere enim pigereq́ debet hominem sacræ scholæ initiatum, in conspectu Dei id in sese admittere intus per impatientiam, quod in oculis unius aut alterius arbitri sine rubore non admitteret. Quod sicubi fomenta philosophiæ docto homini desint, nosti quàm sit illud scitum quod aiunt, mutuandum esse consilium à seruatoris autoritate, cuius fides asylum est unicuiq́ obuium & salutare, qui quidem opem eius imploret. Cum illis uero nunc mihi sermo non est, qui uel in cunis & crepundijs cum fortuna benigniore delicijsq́ con- D sueuerunt, uel aliàs indulgentia eius corrupti doctrinæ non capaces sunt. Sinit illos Deus (ut ego quidem arbitror) in impotentia animorum ac licentia deseuire & lassescere, qualiq́ in febre sic in impatientia iactari & consudascere, fortasse ut multa fatigatione reddat obsequentioreis, quibuscum ipsis tamẽ præclare agitur & clementer, si hactenus defunguntur. At uero animi philosophiæ institutis quoquo modo tincti, si laboris molestiarumq́ insolentia ita inertes facti sunt & supini, suis ut rebus ipsi superesse nequeant, sibiq́ commode adesse fortuna non obsecundãte, simili sese illi quidem mihi culpa pariq́ animaduersione obstringere uidentur, atq́ boues faciunt cum aut iusto curatiores, aut à pascuis lætioribus nitentes & obesi ad iugũ obtruduntur. Ut enim illi delicijs & successu molliores facti, detrectatoresq́ laboris, in rerum aut temporum difficultate statim æstuant, animumq́ perferendi despondent, sic ignaua iumenta in sulco cito decumbunt, uel post unam alteramq́ uersuram anhelabunde restitant, nec iam aratoris hortamentis audientes sunt. Huiuscemodi autem animantes quid aliud dicamus quàm uictimarium manere & lanium, cum iam usui esse nequeant, nisi si iterum earum adipes extenuare dominus non grauetur? Atq́ eos quidem nondum attingo fortuna maiore præditos & prouectos, qui uelut admissarij sagina rerum secundarum lasciuientes, omnis mœstitiæ incommoditatisq́ immunitate fruuntur, quasiq́ soluti sunt lege illa naturæ, quæ genus humanum ærumnosas in operas laboresq́ damnauit. Ex quorũ natione quosdam uidimus per uarias rerum intemperies eodem tenore fœlicitatis, parcarum (ut ita dicam) colu humerisq́ uehenteis, nunc plaudente nunc obstrepente populo. Huiuscemodi sunt præstigiæ fortunæ rerum mirandarum designatricis, quæ Cæsares, & Alexandros, Syllasq́ sanguinarios ceruicibus suis sustulit in sublime, ac per incredibiles rerũ uarietates discriminaq́ pertulit incolumes, nonnullos ipsa uicissim succolãs ac destituens, quo mirificentius potentiã suam uenditaret in rerũ articulis euariante alea, & tenore tamen fauoris ab eo nõ aberrãte cardine quo summa rerũ uertitur. Hæc est illa

scilicet

A ſcilicet miranda uis fatorum, quæ cauſas quidem ipſa cæcas habet, in cœlo fortaſſe deſcriptas uel adumbratas, quarum effectus autores Genethliaci præſciſcere ſe affirmant, qua de re quid ſentirē in primo libro perſtrinxi. Ephecticè enim de futuris philoſopbantibus quàm catalepticè libentius aſtipulari ſoleo, curioſumq; ac piaculare eſſe cenſeo fatidicos iſtos cōſulere, quaſi parcarum antiſtites, qui cum fatorum commentarios in manibus habere ſe profiteantur, nefariæ uaniloquentiæ identidem manifeſti ſunt. Neq; autem omnib. ijs in rebus in quibus uel fortuna uel circulatrix illa noxa, circumfuſa imperitorum corona gaudens, plauſum captat præſtigiarū, nō ſua conſtat ratio autoritasq; prouidentiæ. Eſt enim eſt ipſa ut in humanis præcordijs flexamina, ſic in fortunæ temeritate tanq; moderatrix architectonica rectrixq;. Nā cui dubium eſt inſignes rerum temporumq; inclinationes atq; conuerſiones, ortus occaſusq; imperiorum, Deum unum habere in poteſtate? diuino item numine cōſulta, incœpta, geſta hominum effectus ſuos ſortiri, aut in irritum uaneſcere? cum interim arbitrium humanum & cupiditatē effrenem, tum noxiarū poteſtatum inſtinctum, cæcosq; uecordiæ ſtimulos ita temperet ac retundat Deus ſua prouidentia, ut in temporum ipſa rerumq; competentiam uertant atq; euadant fatis olim deſtinatam, cedātq; in ſummā regiminis atq; adminiſtrationis orbis terrarum ea ſæpe, quę primordia ſua duxere ab origine facinoroſa. Verum (ô ſuperi boni) quot tandem, quàm rapidis, q; turbulentis æſtibus affectuum impotentium illos iactari exiſtimas, quos fortuna per huiuſcemodi ſucceſſus deinceps alios aliosq; promouet? Equidem nullos homines opinor minus aut ſui mancipij eſſe, aut animi ſui poſſeſſores, cum interea ſacra ipſi fame quærendi exagitati, quæcunq; luſtrare oculis poſſunt, præ habendi poſſidendiq; cupiditate uorare uideantur. Quorundam certè animorum habitum, ſi quis pēſitatè cōſideret ac perſpiciat, quoddam omnino inſtar pati ſupplicij inferorū uidebuntur, ut (uerbi gratia) quod de Ixione fabulantur antiqui. Nam ut is amore Iunonis deperiens, quum ſimulachro eius inani ac nubiloſo incubuiſſet, Veneris ludibrio ita tum deceptus eſt, ut etiam poſt mortē apud inferos ad rotam aſtrictus ſit à poetis, iugiq;
B uertigine circumactus, ſic iſti omnib. penè ſenſibus capti præ nimia cupiditate, imaginariæ quoq; bonorum poſſeſſioni incumbentes fruitioniq;, adumbratam quidem felicitatem pro uera conſectantur, ſtolidamq; pro ſolida, tantiq; erroris pœnas pendere mihi ipſi uidentur, cum in rora fortunæ collocati, tollātur uiciſſim & ſubmittantur, prout ſpes inſtabilis erigit hiātem cupiditatem aut deſtituit. Agat igitur fortuna, feratq; quæ mea eſſe dicuntur, modo ne ab ea ſic rapiar, uiuusq; ac uidens, ut aiunt, mihi philologiæq; auferar, præſertim cum innocentiſſimi uiri. rerumq; diuinarū conſultiſſimi, & fortunarum calamitates, & corporis ærumnas afflictationesq;, nomina iam ipſa inuidioſa apud omneis, tamen ut ęternæ felicitatis pignus etiam amplectendas duxerint. Et alioqui compactilis iſtorum felicitas atq; opulentia, ſolutilis quoq; ut ſit neceſſe eſt, cum primum fortunæ collibuerit ſpargere quæ collegit, & diſtrahere quæ contraxit. Ita fit interdum ut belli iſti fortunati ab illa ſua ornatrice deſerti ac proditi, ſimiles ſint pauonum, quibus caudæ ſpecioſæ inſignia euulſa ſunt aut excuſſa, qui ſi exempti decoris immemores efferre ſe & oſtentare cœperint, riſu excipiuntur, cum inaniter irriteq; rotentur. Sic iſti qui exemptili ornamento aduentitioq; tument, non intelligunt precaria ſe felicitate cenſeri, qui cenſus quintam claſſem non egreditur cenſuram agentibus ſapientia & æquitate. Sed ſint ſanè tam ualida penatium coagmenta, quos iſti hodie architectantur, ſolui ut ipſa nequeant niſi aliqua ui maiore, quod non ſæpe accidit. Quoſdam enim uidimus iamiam ruituris ſimiles, fortuna ſcilicet alumnos ſuos territante per ludificationem, & uelut faſtidium ſimulante deliciarum ſuarum, deinde uelut redintegrata gratia faſtigium ipſis altius addidiſſe, magis adeò ut ſedimentum grauioris fortunæ molis factum eſſe diceres ea mutatione, quàm penates ipſos gentis nouæ labefactatos. Verum eſto, ut aiebam, ſit iſta propria ſtabiliſq; fortunæ benignitas, num igitur continuò beatos illos pronunciabis ob eam ipſam bonorum poſſeſſionem? Ipſe equidem certè, nec ſi exploratum ſenectutis finem habeam. Nam quid ærumnoſius quàm faſtigia iſta gentilitia extruere per tot iactationes caſuum, tot æſtus curarum atq; fatigationes animi? quibus nec

ipsis manum extremam ij sint imposituri, qui fundamenta iecerint, ne imposituros quidem sperare audeant, cum in incertam altitudinem formam delinearint. Quid quod compertum habere nequeunt an quos successores operis inchoati relinquunt, ij & gnauiter & scite præscripta conceptæ amplitudinis secuturi sint? Quid si etiam illud in dubium uenit, utrum huiuscemodi operum arbitratrix: architectiq; uicem implēs, operam successoribus eadem facilitate nauatura sit, fauoremq; adhibitura? Ita fit ut ij imagines suæ gentis condere omnibus (ut dicitur) ungulis adnituntur, in auroq; & argento nomina sua incidere, ne opinione quidem tenus fœlices esse queant, si rē ad uerum exacteq; exquirimus. Quæ (malum) igitur uæcordia est tot naturæ molestias, quas uitare non possumus, exquisitis ærumnis curiose cumulare? At in id ergastulum sese dare hominibus solenne est, quos pudet intra natalium suorum modum acquiescere. Adeo si dispicere ueritatem uacet nobis, atq; ociose animaduertere singula expendereq; non pigeat, quid aliud iam multitudo hominum procerum iuxtà & opificum inter hosq; mediorum, quàm metallarij sunt, in opus illi quidem perpetuum coniecti ac damnati sententia communis prudentiæ? Ab hac autem sententia cum appellare philosophiam liceat, eiusq; comites iuris æquioris consultos, moribusq; constituti hominum naturæ magis indulgentium, si tu sententiam illam frater uulgarem & publicam aut probas aut sequeris, quid uetat quo minus te ad iudices illos maiores ego prouocem cū literas tu noueris? Cedo igitur quemuis eorum arbitrum, ni isti quos dixi, plane sunt serui pœnę sententia sensus cōmunis irrogatæ, qui sæpe ipse litem suam facit ambitiose, cupide, sordide iudicando de bonis animi, corporis, & externis. Et istos pudet (si diuis placet) in ordinem se cogere, qui in ergastulum se dederunt diræ cupiditatis? & qui palmarium esse ducunt, supra classem suam emicare quàm altissime, pudendum esse non uident infra deditiiorum conditionē se demittere? Ita ne uero præpostere comparata est hominum prudentia, ut quos ciuilis uitæ status cum libertate pœnituit, hos tædere non possit addictæ uoluntatis, et seruitutis peculiosæ. O homines misere perditeq; beatos, quorum inexplebilem cupiditatis sinum successus in dies in horasq; intendit, atq; etiam proportione capturæ magis ac magis patefacit. O laborē irritum & inanem, ex quo fructum nullum honestæ uoluptatis, sed messem potius curarum, anxietatum, æstuumq; mentis faciunt, in sementem aliam aliamq; deinceps ærumnarum sane fœcundam ac restibilem. Et ut sciuros uidemus caueola clausos orichalcea, tympanum illud suum caueæ appendicem sedulo conuoluentes, quum magno ipsi conatu strepituq; moueantur atq; uoluantur, nec ideo tamen quicquam promoueantur ac prouoluātur, quippe cum tympanum eundem semper numero locum circinet, axiculo scilicet semper eodē super centro rotato, sic isti nihil ullo labore sudoreq; proficiunt in summā eius operis, quo dies noctesq; fatigantur, & quum perinde atq; illi actuosi esse uideantur, nihilo efficaciores sunt ad finem adipiscendum laborum. Semper enim idem orbis negociorū molestiarumq; irritos labore uoluendus est ijs qui in pistrinum se dederunt cupiditatis atq; ambitionis. Ecquem enim tu nosti, qui semper satagendo, sibi aliquando satisfecerint? Certe nemo est iuris simul & humanitatis consultus, quin istos primi & secundi fastigij petitores, nō in toga quidem illos candida, sed in ueste gemina & ancipiti, non modo capite, sed etiam corde minutos esse contendat. Proinde cum finē nullū habeat id uitæ institutū, cuius fortuna & præses & potens esse creditur, & uitę ad exitum nulla non hora cedat, esse in eo utiq; instituto humana fœlicitas nequit. Quo impendio magis admirari subit cuiq; hæc reputanti, hominum socordiā ne dicam an uæcordiam, quorum studium insanum in quærendis congerendisq; opibus, tum in condēdis & asseruandis ac per manus tradēdis ab atauis ad pronepotes, quid per diuos iam immortales, quid inquam confert, nisi usum tollit & fructum fruitionemq; earum? At usu sublato quid tandem aurum & argētum alijs præstat metallis? quid prædium opimum ubertatisq; inexhaustæ, exili & calamitoso? census classicus proletario? Regiæ Persicæ instrumentū Diogenis supellectili? Vnde porrò auritana fames? num sponte naturæ in hominibus existit? Non, inquis, arbitror. Quo igitur tādem aut unde diuitiarum aceruum, qui ne à Crœso quidē finitus est aut Pythio copio-

copiosissimis beatorum? Heu uanitas, quàm mendaces cùm in alijs tum uero in hac ipsa
A rumores? Aiunt omnes sese aduersus necessitatem instruere, ad naturę usum subsidia parare, flagitatricis scilicet & undique destitutæ nisi sedulo suppetias iret hominum prouidentia. Hic si risum non tenueris cum hoc dicant ij quos diuitijs affluentibus suffarcinatos esse nouisti, illi enimuero ad incerta casuum, morborũ, uis maioris, & ad subsidia denique senectutis condere nonnihil opus esse contendent, eamque demũ ob causam partis parcere se non ob aliam, solere. Qui liberos habet, pretextum arripiunt filiarum oblocandarum, patrimonijque pupillis relinquendi, qui pignus nullum habẽt, ab impudentia prætextum mutuãtur, destitutam causantes orbamque senectutẽ. Quo te hic circumuertas? ita ne uerò cum diuitijs redundantibus circumfluãt, subsidia ista senectuti aut liberis componere eos credam, aut cõtra egestatem tantum instructos se cupere? Cur igitur accedentib. copijs aut sublatis liberis, ut sæpe fit, non ad portionem decedit auaritia anxiaque cupiditas? Cur inuicem angentium curarum nõ succedit tandem quærendi habendique securitas? Quasi uerò obscurum sit biantem illam ingluuiem pro eo ut expleatur infarciendo, in dies magis distendi, nec ullũ habere sensum hauriendis magnis quæstib. nisi inter uorãdum, utpote quum lucri hausti saliua in os rediens, nõ tam referat suauitatem rerum iam compositarũ, quàm intendat acrimoniam quærendi ad eum usque modum, qui in dies alius aliusque destinatur. Ferum profectò dirumque ulcus animi (nihil enim significãtius dixerim) quod nõ modo remedijs non cedit, sed etiam medendo exacerbatur. Et tanto errore uita ducitur, ut homines sic affecti, hoc morbo præditi, his intemperijs uesanæ cupiditatis acti, felices etiã esse beatique credantur? Proh superi iam beati, quid est si hæc insania nõ est? Hæc illa sunt bona uisenda, cõtrectanda, asseruanda, draconteaque uigilantia custodienda, nõ item utenda fruendaque ne pereant, quibus ueneranda illa fortunarum felicitatisque institrix cæca ipsa ac uolubilis, magnificè sese suum imperium inter mortales uenditat, suspiciendumque præbet, identidem ipsa precaria sua repetita in alium aliumque transferẽs, & tamen ea bona nemo precario accipere se credit, sed mancipio, cum interim uita
B ipsa qua nihil magis proprium esse potest, usu detur non mancipio, ut inquit Lucretius. Proinde ualere ipsam, ualere inquam sinamus fortunam cum suis fortunatis, qui quidem ipsi ut almam eam colunt, credamus sapiẽtiæ Dei, quæ classico quoquo gentium exaudibili, autoritatem fortunæ abrogandam censuit, religionemque eius euerrendam (ut ita loquar) abstergendamque mãdauit è præcordijs hominum non excordium. Ecce tibi uel mihi potius circa fortunæ bona obhęrescenti, ueluti cœlo demissus sacrorũ uatum Homerus, Væ tibi, inquit, qui montis sancti mei oblitus, ponis fortunę mẽsam, & libas super eam, siquidem propediem in te gladio animaduertã. Hoc thema atque argumentum esse posset longæ enarrationis homini qui dicendo explicare rem dignè nouisset, mihi nunc rei summa colligenda sic uidetur, ut qui autoritate diuina ducatur potius quàm prudentia hac cõmuni (quę ipsa nõ dubiè mera est stultitia, rectè atque ordine mores ad libram rationis perpendentibus) is, si literarum notitia mediocri præditus sit, & alioqui sui sitipse iuris & arbitrij, primo quoque tempore seduloque facere debeat, ut se det philosophiæ tanquam uitæ magistræ, qua ipse præmonstrante facilè dispiciet in tanta rerum turba, quænam digna sit uitæ institutio, in quam animi neruos contendere debeamus, qui finis bonorũ futurus sit malorumque, ad quem uel adipiscendum uel uitandum humanæ rationis summa necesse est, ut incumbat, si rectè comparata est. In hoc autẽ animi instituendi processu, nihil æquè fortasse mentis eius constantiam, confirmationemque incesset, interdumque labefactabit, quàm uarietatis fortunæ temeritatisque reputatio, quæ uelut amussis concolor materię, in qua ducitur, discrimen nullum facit, non ingeniorum, non morum, non meritorum, non natalium, non doctrinæ, aut in sinistram partem facit impulsore genio humanarum rerum interturbatore perditissimo, quo longius scilicet homines à ueritatis conspectu reducantur, abducanturque in diuersum, quanquam eius rei causas Theologorum uulgus non satis expediunt. Neque uerò potest philosophia, nisi præsenti numine confirmata (quod rari est exempli) tanto constantiæ robore aciem mentis suæ firmare aduersus cæcos mucrones, improuisosque fortunæ, quin fluctuante interdum

persuasione recta, deinde etiam cõstantia impulsa, perculsaq; ratione, res ad Triarios (ut dicitur) redeat. Quare homini philosophiæ studioso non cõmittendum, ut in rationis ac doctrinæ robore uictoriam exploratã esse censeat, hoc est enim nõ se nosse, qua nulla est ferè exitiabilior ignorãtia, subsidijs firmanda mens, quæ ad omnes ipsa casus prouisa, pręmeditata, quasiq; in procinctu esse oportet, ne si Fortunam impressionem ualidiorem facere in hominis copias cõtigerit, aut etiam ad eius usq; corpus tumultus peruenerit atq; trepidatio, non modo uirtus & innocentia à fortuna casuq; laborasse, sed etiam planè succubuisse uideatur. Sæpe enim eousq; ualet hostis peruigilis omniumq; occasionum aucupis solertia & improbitas, ut innocentia undiq; circumuenta abrupto necessitatis inopiæq; consilij, aut opitulationis, nullum iam nec in se, nec in Philosophia magistra præsidium inueniat. Quo fit, ut summa indignitate hominem quodã modo pœniteat pudeatq; philosophiæ atq; uirtutis, cuius in re præsenti cassa atq; inania subsidia reperta sunt. Ibi tum fœda species animi se suaq; præsidia, doctrinamq; & uirtutis maiestatem pro nihilo ducentis præ fortunæ fauore atq; numine, ibi religionem interdum innocentiamq; uideas abiecta honesti reuerentia fœde se impiare, rationem sibi constare negantes operæ uirtuti tolerantięq; impensę longo atq; inoffenso tenore. Hæc exẽpla diuinitus (ut arbitror) prodita sunt aliquando, quasi quædã eleuamenta humanæ prudentiæ, uel uerius refutamẽta uaniloquentiæ Stoicę, quę sapientem ipsa suum ita ex sese aptũ fecit, ut totus ipse in semetipsum uergeret & uerteretur, quum reapse in infirma natura Deus nihil proprium iurisq; sui condiderit, præter unum arbitrium, quod libertate donauit. Quapropter cauendum summopere uidendumq; ne sutor ultra crepidam, quod aiunt, in his rebus æstimandis. Sua enim cuiusq; iudicis cognitio est atq; disceptatio. Ius è cœlo petere & accipere æquis animis debemus, nõ de cœlo ius dicere. Sed quod dicere cœperam, mirificæ nonnunquam fortunæ collusiones cum illo ueteratore Stygio rationis humanæ oppugnatore, exprobrant quodammodo conniuentiam prouidentiæ, aut quandam incuriam obliuionémue hominum sic affectorum, dũtaxat opinione stultorũ, qui uitam hanc nesciunt sacrorum pugilum esse campum, eosq; demum uictores sui do præconio pronunciari, qui cum incommodis uitæ diu multumq; conflictati, ad postremum perstiterunt. Cuius rei tum multa testimonia sacris cõsignata monumentis, tum illud luculentum habemus in historia Iobi Hieronicæ inclyti, multarum palmarum athletæ in aduersarum rerum agone, cuius exemplo comparare nos & expedit, & necesse est, patientiæq; partes, tanquam in numerato habere, ne cum in discrimen uentum erit, repẽtinis casibus oppressi, animum ad imaginem Dei effictum consceleremus abiecto scuto fidelis constantiæ, hostiq; ignauiter permittamus, tanquam dedititium. Sciunt autem ij demum, qui sæpe periclitantur, quàm in hoc articulo ratio procliuis sit in errorẽ, animusq; facilis in deliquium, tumq; præcipuè cum mœrores semel atq; iterum suppressi, uelut recidiui infestiores denuo atrocioresq; cooriuntur, tolerantiam identidem lancinantes ad tædium usq; lucis. Hic locus est certè, ubi nemo quamuis philosophus quantumuis ætate prouectus, satis esse tutelæ suæ potest. Quare tutricem prouidentiam & autorem ad eam rem disceptandam transigendamq; operæprecium est asciscere, homini quidem, qui rectè constituta opinione de diuinitate ducitur. Etenim, si ad omnes casus subsidia in homine natura indidisset ac parauisset, animus utiq; rectè cõstitutus fatis nunquã cederet, nusquam manus daret fortunæ, nusquam Horci lictori. Nunc uerò in rebus aduersissimis quædam adeo sunt impedita, uix ut explicare possit ratio, quid sit factu optimum. Ne philosophia quidem moralis tam uberem penum habet, unde promere cito fomẽta lenimentaq; possit ad ægritudinem animi angentem & enecantem. Multa quidẽ ipsa uisenda, iucunda, fructuosaq; docet, sed quæ imparia sint sæpe dolori, si cum eo committantur in re præsenti. Quare ubi doctrina torpet, postq; rationis acies pugnando obtusa est, cum iam robur naturæ fatiscit, deniq; postquam consolationis philosophicæ splendor turbine aliquo perculsus & fulmine perstrictus est rerum aduersissimarum, ibi tum ibi unica salutis spes est sacrosancta oracula librosq; hierographos adeuntibus, in fidemq; & opem diuinã uenientibus, qui uelut supplices dedititijq; Dei,

intra

intra præsidia mox prouidentiæ haud dubiè recipiuntur. Cum aūt tumultus tandem conquieuerit, tum omni ope adniti contendereq; debemus, ut in editiorem statum quasiq; in arcem æquanimitatis euadamus paulatim meditando tolerantiam, in qua partes omnes rationis ac constantiæ, ueluti in numerato habentur. Iacentem autem animum, & aut rebus aduersis afflictum, aut colluctatione fortunæ uehementius fatigatum, illinc omnino erectura est diuinarum rerum, æuiq; infrà supràq; futuri meditatio, quia æquanimitate inde cōcepta & enata stare utiq; meliùs potest & obnixius, quàm inani & fluxo fortunarum affluentium adminiculo fultus, quasiq; imbecilli armamento humanæ instabilitatis. Nam quid aut incongruentius est, aut inutilius laboriosum & operosum, quàm & breuis & precariæ lucis usuram non temporario apparatu, sed perpetuo statuminandam ducere? Itaq; auferat sanè quiduis Fortuna, cornu tantum illud Amaltheæ, id est, animi ęquitatem, dono det mihi prouidētia, id ego instar esse ducam protinus copiæ exuberātis, ut enim multa desiderem, pauca tamen exposcam. Hæc habui Draco frater, quæ de fortuna tibi scriberem, quæ si in animis nostris, aut cuiusquam penitus insederint, aras nimirum Fortunę è sacello cordis euertent aut disturbabunt. Res autem ita tulit, ut tu occasionem mihi dares in Fortunam aliquid cōmentandi, cui ipsi Charisteria quædam huiuscemodi debebam, ob ea quæ de me merita est pridem, dudum, nudiustertius aut quartus mereturq; quotidie. Nihil autem mihi optabilius præstantiusq; ad uitam esse existimare cœperam, quam si propugnaculum quoddam æquanimitatis extruere mihi possem, unde tutius securiusq; agerem, & starem aduersus castellum illud improbitatis Fortunæ, quæ meas semper improba rationes discussit & conturbauit, quas ad Philologiam tantū meam tuendam subduxerā, philosophiamq; capessendam. Nihil enim (ut nosti) mereri unquam uolui, ex quo quidem candidatus esse cœpi in comitijs Mineruę, salutem ut dicerem disciplinis elegantioribus, quarum amore non leue corporis dispendium patrimonijq; contempsi. Itaq; accepta literarum tuarum ansa, libēs hilarisq; feci, ut animi mei sententiam de bonis Fortuitis obuenientibusq; scriberem, tibiq; eam epistolæ uice mitterem. Ex ipsa autem intelligere poteris, quoddam ueluti callum stomacho meo esse obductum consuetudine ac necessitate usurpandę patientiæ. Est enim, quod non ignoras, hic habitus animi rerum alumnus incōmodarum atq; etiam difficilium. Necessitudini uerò nostræ tribues, aut si quis etiam alius hæc legerit, quod tibi quasi sylvam meditationum mearum cogitationumq; congessi tribus libris distinctam, ita ut in ambulationibus Marlianis concenturiandas se dederunt. Neq; enim operæ esse precium uidebatur in ordines eas digerere, ne seriem interpolarem atq; frangerem, quam res ipsę subeundo connexuerunt, flumenq; retardarem mentis eas uolutantis. Et meministi, ut arbitror, me tibi sæpe dixisse, meum esse hunc morē commentandi, ut plena uela pandam statim atq; altum tenui, nec emensum iam spacium respectem, quoad afflatus me destituat, sinusq; iam flaccescant. Cæterum si hoc opus conductum à me ociosius redemptumq; fuisset, non fortuito oblatum, & statim manumissum, erat omninò huiuscemodi, quod ad lucernam sacram Solomonisq; bona ex parte potius quàm Zenonis aut Chrysippi, aut cuiusquam eius ordinis atq; temporis elucubrandum foret.

G. BVDAEI DE CONTEMPTV RERVM Fortuitarum Libri tertij Finis.

GVLIELMI BVDAEI

PARISIENSIS CONSILIARII REGII, SVPPLICVM'QVE LIBELLORVM IN REGIA Magiſtri, Ad Inuictiſs. & potentiſs. Principem FRANCISCVM Chriſtianiſſimum Regem Franciæ, De tranſitu Helleniſmi ad Chriſtianiſmum, Libri tres.

C

PRAEFATIO.

Literarum humanarum ſtudio, artiumq́; liberalium ac ciuilium quoquo modo defunctus: Franciſce Rex Chriſtianiſſime: ad literas diuinas longè liberaliores animum conuertere non ita pridem perrexeram. Hoc autem genus philoſophiæ, non mortis tantùm, ut olim fuit, inanis eſt commentatio, ſed theurgiæ multiplicis potius, & admirandæ contemplatio, quæ immortalitatem certam mortalibus, beatitudinemq́; ſempiternam miſeris, fide nõ dubia pollicetur, comparatq́; mirificè atq; benigniſſimè. Cùm uerò illud prius ſtudium amorem philologiæ hactenus eſſe exiſtimarim, itaq; ſemper appellauerim: ei uerò ætatis annos florentis atq; etiam uigentis, ab ineunte non ętatula, non exeunte ab adoleſcentia, ſed ab iuuentute demum dederim, ad hoc ipſe alterum ſtudium, ſerius quidem quàm oportuit: ſed tamen aliquando transferre eundem animũ concupiui: copias item ipſius omnes, facultatesq́; transſcribere, quales illæ ſunt cunq;. Id demum receptum uolui, cautumq́; diligenter, ne mihi neceſſe eſſet uſum & conſuetudinem philologiæ priſtinæ, contracta perdiu & confirmata: ſic ipſi renunciare, eam ut ipſam ultimum ualere iuberem, ſemelq́; ſalutarem. Quippe qui ita alterum ſtudium ab altero diſſidere minimè arbitrarer (etſi opinio eſt hominum peruulgata) ut ſodalitate conſociari nequeant ipſa, contuberniòq́; iungi. Et rem quidem ſic temperandam cenſui, itaq; comparandam utriuſq; aſſenſu, bonaq́; pace, philologiæ, tantum ut maiori minor philologia non grauatè cederet: faſces etiam ſummitteret honoris ac dignitatis: quanto illam maioribus ire per altum auſpicijs manifeſta fides. Neq; enim de prioribus illa, ne ijſdem de partibus quidem contendere non impudentiſſimè atq; iniquiſſimè poſſet, quæ agnoſcere nunquam renuiſſet, apud nos quidem certè, temporaria tantummodo oblectamenta, & uitæ ornamenta, cum ſenſuum delinimentis, ſeſe ſuppeditare obſeruantibus ſui: cùm hęc eo amplius æterna bona polliceretur, & uerò certiſſima fide repromitteret, ſponſoribusq́; quàm locupletiſſimis. Accedit quòd lautior illa comptiorq́; philologia, à me prior adamata, permultumq́; & culta & obſeruata: utpote quam annos uitæ plureis præcipuosq́; deperierim, uerba dare interdum (ut uerum fateamur) non modo ſuis procis, ſed ſponſis ſolita eſt: cum eius amantiſſimis, tum liberaliſſimis etiam & aſſiduis maximè. & porrò unde non ſemel atq; iterum ipſa ſolùm, ſed ſępius peperit: exactisq́; temporibus partionis non incommodiſſimæ. multis enim illa decoxit nimiũ benignis creditoribus atq; liberalioribus, & paulò magis candidis & ingenuis. Contrà uerò altera quam cognitam non minus ſtatim adamauimus, etſi minus cum ea conſueſcere nobis uacauit: non uerborum illa quidem uenditatrix eſt, oſtentatione inſtitoria atq; nundinaria: uerùm bona fide uel optima potius uerbi negociatrix. In tabernæ uerò ſuæ, atq; etiam in tabernaculi abſtruſioris penetralibus, longè plura, maiora, ſplendidioraq́; oſtendit, & ſimul uendibiliora, fidelib. quidem certè ſui cultoribus, rerumq́; ſuarum ęſtimatoribus prudentiſſimis, & perſpicaciſſimis. Priore autem aſpectu uerbi, facieq́; ipſa ſua, quaſi obducta rugis & uultuoſa: cùm parum feſtiuitatis præferat, tum lenocinijs nullis, uti didicit: accerſitisq́; extrinſecus inuitamentis hominum ingenio & ſtudio præſtantium: tantoq́; minus eorum, qui neceſſitudinem arctiorem cum illa contraxerunt oſtentatrice nitoris atq; elegantiæ. Etenim ut

D

ſeuerior

A seuerior quædam paulò & morosior institrix, eximias suas merces non omnibus expromptas habet: sic ipsa ad recondita admittit ęgrius & uisenda, homines studiosos: nec nisi exorata assiduitate contentionis, & fide sibi facta desiderij non curiosi. Mihi autem uidetur catena quædam aurea uerbi diuini atque cœlestis: argumentosissima serie apta, atque conserta actorum prouidentiæ, quæ œconomia à priscis uocatur & theurgia, terram & mare, ut illa in Iliade σειρὰ, in cœlum tollere & attrahere: nempe mortales ipsos continentis & insularum incolas. & tollere quidem illos sursum inuitos quodammodo & restitanteis, utpote terræ agglutinatos, è qua à principio fictum fuit genus hominum. Tanta uis est uerbi Dei, tanta facultas, ea facundiæ uis latens atque eloquentiæ in sermone sapientiæ, duntaxat ijs in auribus atque mentibus, quas æterna prouidentiæ præfinitio pepulit & aperuit. Quicquid igitur Homerus σειρὰν illam χρυσείην sui Iouis, esse ac significare censuerit, nos eam esse credimus cœlestis disciplinæ multas per ætates seriem, ad iuuandos mortaleis ac seruandos delapsam, sublimesque rapiendos ad uitam non occasuram. Hæc porrò diuinitus ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ τῇ καινῇ contexta est mira uarietate, uerùm nusquam non sibi consentanea, ut per omnes mundi ætates eodem numine prodita, summæque sapientiæ & ueritatis complexu apta & comprehensa. Huius igitur philologię uel amor uel studium, uera est & germana philosophia, solaque digna suo nomine. Nec uerò disciplinarum una numeranda quæ ingenuæ dictæ sunt, ut ingenuis animis discipulorum dignæ: cæterùm numero ipsa eximenda, ut egregia, & eximia. nec tam liberalis censenda, quàm liberatrix hominum, mentiumque bonarum assertrix (qui finis est philosophiæ) ex impotentissima tyrannide metus, spei, lætitiæ gestientis, & tristitiæ supra modum contrahentis. & porrò ambitus, atque cupiditatis, affectuum imperiosissimorum & dominorum mentis: nihil non ærumnarum ipsis iniungentium atque indignitatum. Et cum hac quidem ratione, tanquam nobili illa scala patriarchæ in cœlum scandere datum est hominibus: id est enim sanctioris philosophiæ augustiorisque gradibus ad culmen euadere sapientiæ. tum uerò Deum intueri licet, & admirari descendentem è maie-

B state sua, & uelut ex Olympo uero summoque semeipsum demittentem in planiciem mundi, atque ad humilitatem humanæ conditionis se submittentem. Rursusque item ipsum post rerum humanarum status inspectionem, post seruaturæ mortalium prouinciam peractam & absolutam: in cœlum suapte ui sublimem raptum suspicere & adorare, unà cum Deo hominem hinc auferentem selectæque hominum multitudini uiam eodem aperientem & munientem. Atque hęc est ferè summa philosophię, quam studium consectatur Christianissimi, hæc Christi seruatoris œconomiæ dictæ commentatio, humano generi cœlitus scalarum instar demissa, ab imo ad summum pertinentium. nimirum ut ijs scalis succedere cœlo mortales quoque eius assectatores possent, quique terrenis retinaculis non ita ualidè adhærescerēt. Nam & ipse sese uiam esse & ueritatem, & uitam olim dixit immortalitatis absolutæ omnib. suis partibus. Iam uerò huius siue philosophiæ, siue philologiæ disciplina, interpres ipsa utique existēs, indexque ueritatis nequicque à Græcis indagatæ, qui se philosophos appellauerūt: præter rerum diuinarum supremarumque doctrinā, magnā item illā docet scientiā: imprimisque cōmendabilē, quam τὴν ἑαυτοῦ γνῶσιν antiqui nuncupauerūt: cuius etiā genus ipsi & natales è cœlo repetēdos esse duxerūt, propter eius excellentiā. Verum enimuero eadem hæc philologia, nō ut prisca philosophia fiducia humanę mentis subnixa, cōsummatū hominē & perfectū numerat, qui animāte tātùm carne cōstitutus sit, animoque intelligentia prędito, & absoluta ratione imbuto, id est, ad amussim philosophicā recta & exquisita. Ipsa ēm hæc nostra philologia & prima & ultima docuit & demonstrauit, ad formalē hominis rationē perficiendā, duntaxat in regno Dei uicturi, in cœlumque tādem migraturi, Promethei, ut ita dicam, figmento & prędictis: accedere oportere spiramentū Mineruæ cœlestis atque diuinæ. Siquidē eius numinis afflatu tinctos eos esse perfusosque necesse in ortu rediuiuo atque paracletico, qui genesim immortalem sortiuntur ac beatam: non sydere natalitio, sed munere diuino, atque præsentissimo. Quibus autem id non contigerit: ijs nec intellectus acumen efficere, nec humana ratio poterit, quamlibet instructa magisterio philologiæ Mercurialis atque

musicæ

musicæ:quanq; uelint prædita sit ingenij,naturæ, industriæq; præstantia: animam ut ipsi suam in potestate habeant, & tanquam mancipio possideant. Quippe cùm nec anima,nec eius emissarij ac satellites,qui sensus appellantur,ita res mancipi sint,tene ri ut nexu rationis ac sapientiæ possint, humana quidem certè tantùm, suaq; ope nitentis ac fidentis. Verùm maiori,ut dixi, philologiæ colendæ & deamandæ cùm ani mum tandem applicare sic instituissem,ut eam studio complecterer ætati ac uitę instituto attemperato atq; modificato, tyrocinium nuper facere institui, uel potius rudimenta ponere. Opus autem de minoris ad maiorem transitu, ac migratu, treis in libros diuisum,nunc edendum censui. Cæterum in eius argumenti tractatione utranq; utriq; ita conciliare conatus sum,uel huic potius illam sic subesse uolui,maioris ut mi nor maiestatem comiter conseruaret,ut uerbis utar antiquorum fœderum: nō etiam indecorè ut ancillari, quasiq; pedissequa è uestigio esse uideretur. Neq; enim hoc illi imperare ego sustinuissem,quæ heri ac nudiustertius mihi erat loco numeroq; rei dilectissimę,nec ab ipsa id exprimere non ęgerrimè potuissem,quasi exoletis iam amo ribus,atq; repudiandis. Tum autem ueritus sum homines studiosos,decoriq; pruden tes, & iuris huius consultos:ne aut meam in hanc obseruātiam & uenerationem, aut obseruationem erga illam, honorisq; habendi rationem,paulò magis desiderarent. est enim utraq; philologia,mea quidem sententia, illuminatrix uitæ, per ignorationem rerum humanarum diuinarumq; tenebricosę:sed illa minor inferiorq;,deorsum tantùm prælucet intellectui:hæc autem sursum uersus cœlestem facem, grandem & illustrem præfert animis. Idcirco commodius mihi uisum est, studijsq; meis congruentius,sic illam in huius habere contubernio ac comitatu, hæc ut ministerium suum & instrumentum agnoscere, lautum quidem illud satis nitidumq;, sed tamen officio obsequioq; obnoxium. Hæc illius ut comitatum uicissim non grauaretur, quasi supra quàm fas est lenocinijs cultæ,profanisq; pigmentis atq; ascititijs ornatæ, à munditia sua discrepantibus. Est autem hæc ita moribus fortasse magis quàm natura com parata,ut à lautitia ac nitore abhorrere, non etiam ut hoc tempore munditiam auersari atq; odisse uideatur, duntaxat seueram & sacrosanctam. ac tametsi pullata diu fuit ipsa & horridula: in toga tamen talis fuit, non in pallio quoq;. Verumenimuero libros de Hellenismi ad Christianismum transitu, libentius & cupidius fecerim, an ne aptius & accommodatius,ut tibi Christianissimo uiro,nedum regi, dicarem, non facilè dixerim: qui ijs ipsis de rebus, quæ in illis libris disputatæ sunt, uerba mecum interdum & scitè & dissertè, sæpe multis cum alijs auscultante me feceris, & admirante. Quapropter nisi me fallit opinio: horum librorum lectio non in Christianissimas aureis tantum,id est,regias,incursura est: sed ad tuas etiam & Franciscanas accider,æquas atq; procliues: siquando ab anagnoste tuo conuiuali libri recitandi sunt & enarrandi: ut tui sæpe moris est huiuscemodi inter epulas uti auscultationibus. Id autem futurum confido,non quidem ob opificis doctrinam, aut propter industriam gratiamq; opificij:quæ sanè tenues sunt,aut summùm mediocres:cæterum operis ob speciem & frontem, quam futuram apud te festiuam reor & gratiosam. Et noui quàm tibi cordi semper fuerit Christianismi tutela, gentilis tui, atq; necessitudine an tiquissima maiestati tuæ coniuncti. Quæ iure ipsa iamdiu legitimo, ut quædam pietatis hæreditas religionisq; tuendæ necessitas, tibi cum isto diademate nobilissimo obuenit. Quippe maiorum tuorum meritis parta, consensuq; mortalium delata: qui maiores tui intra coronæ liliatæ ambitum tantum decus inclusum, tibi per manus tra diderunt, perpetui utiq; regni pignus, & tanquam palladium. Ac imperij quidem Francorum maiestatem, quod Christianismi gentilitate non minus, quàm rerum ge starum gloria censeri cœptū est, atq; nobilitari iam inde ab incremētis suis, quantope re dolueris imminutā fuisse paulò antè nefario facinore hominū amētium: documen to dudū declarasti in præsens, in futurumq; illustri. Nam præterquàm quod rem quęsitam diligentissimè seuerissimeq; uoluisti: coniurationem item impiam detectam uindicandam mandasti, allegatis quoquo uersus certis nuncijs ac mandatis: etiam quod in huiuscemodi casu solenne est fieri, supplicationes decernendas, obsecrationesq; iussisti. Ad diem autem condictū supplicationibus, ad urbē hanc aduolans,

caput

A caput ac decus regni, sedemq; imperij iam dicti, peculiarem ac legitimam, iustitium esse iussisti, tabernis occlusis atq; feriantibus. Imperataq; uiritim lampadephoria, tute è regia in proximum fanum progressus, unde erat ineunda uniuersa supplicatio, splendidissimo tuo comitatu & officio, tanquam aulico ministerio, incredibilis agminis pompam, ex quoq; homines meminerunt amplissimam, frequentãdam ac celebrandam duxisti: ad placandam utiq; iram Dei, portentumq; sceleris procurandũ, iustis omnibus excogitatis, è ueteriq; memoria repetitis, quàm fieri potuit expiabilissimis. Cùm interim in solenni atq; religiosa transuectione sacri, augustissimi, atq; entheí, ingenti ui facium omnia collustrante, & lumen propè solis obscurante, ferculorum longissima serie præcedente, ut moris est, tanquam instrumento officioq; supplicationum & obsecrationum: tute, non tam ut Rex, quàm ut pietatis signifer, & coryphæus prælucentium multitudini, conspiciebare, è loco inferiore iuxtà atq; superiore. Quippe eminente conspicuè nudo uertice in medio, & conferto globo procerum, & tanquàm existente & emergente regalis oris dignitate, è cohorte propè millenaria uirorum lectissimorum. Quorũ pars torque & cochleis insignis: hexaphorum uictimæ sacrosanctæ atq; piacularis sub oculis tuis cingebat ac stipabat, uisenda religionis specie. Quod ob pietatis exemplum ac specimen memorabile, ut apud plebem populare, sic apud ordines prætextatos, primoresq; gratiosum: multitudo quæ uias utrinq; tectaq; repleuerat, faustis acclamationibus, secunda tibi omnia prosperaq; uotis penè cõceptis precabatur: simul soboli regiæ summæ spei, quæ religiosæ transuectionis insigne decusq; præcipuum erat, populoq; spectandum, duntaxat secũdum regiam tuam maiestatem. Has autem uoces plausibiles, & boni plenas ominis, sic excipiebant homines iudicio & prudentia præditi: ac si cognomentum tibi quoddam magnificum post fatum populus ominaretur. Mihi uero oculis omnia auribusq; haurienti & arbitranti, non modo labefactatam aliquantũ religionis probæ maiestatem constituere ipse uidebare, hoc specimen edens insidentis animo tuo amoris orthodoxiæ, perstrictiq; non leuiter Christianismi ignominiam sarcire: sed

B etiam impietatem, ac deterrimæ hominum sectæ facinus infandum ac detestandum in triumphum ducere: quem triumphum ipsi seruatoriæ uictimæ, impietatis uictrici, ac domitrici comparandum ipse duxeras: omniq; religionis atq; ceremoniæ specie exornandum. Quod ob pietatis specimen Christianismi sanè tutori ac defensori congruens, & plebiscito, & senatusconsulto, & equitum torquatorum procerumq; placito, purpuratorum porrò ac prætextatorum cõsensu, elogium tibi testimoniũq; delatum est, ut si cui maiorum tuorum, id est Franciæ regum, amplum & magnificũ ac magni ominis in futurum. Vale princeps benignissime, & uale quidem gemina ualetudine: imò uerò uale tibi, uale tuis: uale etiã mihi, & nobis item omnibus, quot quot sunt uale sanitatibus. Parisiis, anno à salute condita supra millesimum quingentesimo, quarto & tricesimo.

Verbi certa fides ut mundo augustior esset,
Principe Francisco nobilitata fuit.

DE TRANSITV HELLENISMI AD CHRISTIANISMVM, LIBER PRIMVS.

CONSIDERANTI mihi ſæpenumero, Franciſce rex potentiſſime, ad eamq; mentis intentionem uehementer incumbenti, quodnam dignum operæprecium ex uſu philologiæ, atq; e literarum conſuetudine ferre poſſem: & uerò ſcire auenti quo pacto potiſſimum meliorem hominis interioris conditionem, ex eo labore ſtudioq; efficerē, cui externa & corporis bona quæ dicta ſunt, poſthabēda, ætate quoq; florentiſſima duxeram: cupiditas inceſſit adeundæ tandem & conſulendæ philoſophiæ. Philoſophia autem, inquit apud Platonem Socrates in Phædone, mortis eſt meditatio, eò demum ipſa ſpectans, ut anima corpori nunc conſociata, hinc tandem ſublimis abeat, corporisq; contagione deſuncta morte facili, ad Deum creatorem ſuum rapiatur, cuius illa ſimilitudine ab eodem ipſo prædita eſt, quàm fieri poteſt integerrima ab ipſius corporis ſocietate. Et quidem ipſius philoſophiæ munus eſt, id quod homines norunt diſcendi cupidiſſimi, animam ut hominis docēdam ſuſcipiat, corpori alligatam, atq; illi conglutinatam, & uerò neceſſariò coactam, quaſi per carcerem quendam, ſic per corpus naturas contemplari, ideoq; uerſantem in omni inſciētia. Perſpicit enim facilè philoſophia carceris grauitatem: nimirum quòd homo ipſe interior ultrò ſeſe uinciendum quodammodo præbeat, indulgens cupiditati: eo autem fit, ut illa animam ita affectam, ut dixi, in diſciplinam accipiens, ſenſim eam ſoletur & cohortetur, tum ſoluere uinculis illis eādem ipſam aggrediatur: ſiquidem manifeſtè oſtendit, ea quæ per oculos anima, quæ per aures ſpeculatur, & quæ per alios ſenſus, errore eſſe illa ſanè plena & fallacia. Quocirca autor eſt illi philoſophia, ijs ut è rebus ſemetipſam recipiat, quantum quidem licuerit ab uſu eorum temperare. Illam enim oportere colligi & cogi in ſeſe ipſam docet, ſibiq; demum uni ijs de rebus credere, quas ipſa per ſemetipſam intellexerit, ipſas eſſe per ſemetipſas. Cæterùm alijs de naturis, quarum aliud in alio quampiam eſſe contemplata fuerit: eam opinionem habere, nihil ut earum uerum ſit: cuiuſmodi ea ſunt quæ ſenſu & aſpectu percipiuntur ab hominibus: at quod ipſa anima uidet, id utiq; intellectui, non etiam oculis obuium eſſe oſtendit atq; perceptum. Quibus documētis anima hominis philoſophi commonefacta, ſimul ut intellexit, non eſſe ſolutioni ſupradictæ obſiſtendum, continuò uoluptatibus ipſa ſeſe abſtinet, abſtinet cupiditatibus, abſtinet ægritudinibus animi & timoribus, quoad eius facere poteſt. At uerò Ariſtoteles in primo eorum librorum quæ τὰ μ῀ τὰ φυσικὰ uocantur, Philoſophiam ait eſſe ſcientiam ueritatis contemplatricem. Cicero in finibus, artem uitæ philoſophiam appellat: de qua diſſerens, inquit, arripere uerba de foro non poteſt. Quandoquidem autem cōpertum habemus, priſcam illam indagatricem uirtutis & ueritatis, uitæ lucem, ut ipſe alibi Cicero dixit, & uitiorum expultricem, umbram modò exilem fuiſſe ueræ philoſophiæ, cuius ſtudium ipſa nobis ſapientia præſcripſit & prodidit ipſe mihi oracularem philoſophiam aliquando adeundam eſſe duxi, quam Themidis conſultricis & conſultæ, ut Græci ſuo ſermone uocant, antiſtitem eſſe uidebam, eiusq; oraculorum magiſtram & interpretem: hæc autem eſt amor Dei, ut Auguſtinus ſcripſit in octauo De ciuitate Dei: & ipſum philoſophari, Dei eſt amorē colere. Ad eius porrò philoſophiæ cultum cum ægrè quidem ipſe, ſeroq;, ſed tamen aliquando admiſſus eſſem, uel ui uel clàm uel precariò, aditum ſenſim aperiente, tum innata mihi quadā iamdiu non leui opinione rerum mente perceptarum: tum ſenſu quodā abſtractiore, res æternas ſuſpiciente, faſtidioſoq; ſatis æſtimatore rerum commeātium, iam mihi gratulabar ut diſcipulo ſapientiæ, in eiusq; clientela atque fide poſito. Verùm ut

eſt

A est uita ciuilis, ad negotia procliuis: curis statim externis alijs super alias subeuntibus, inde mox uel abductus uel detractus, abdicatum esse me ea disciplina magno cum dolore sæpenumero recordatus sum, in quam me disciplinam cupidè adoptare auspicatoq; cœperam. Ex eius autem magistræ auscultationibus, nec liberis illis quidem, nec frequentibus, multa enim intercedebant infestaq; auocamenta, sed tamen iucundissimis, pauca adhuc teneo sanctioris notæ acroamata, ætate hac affecta, &, quod dicere pudet, propemodum effœta, quæ nondum exoleuerunt: aculeũ enim mihi reliquerant in pectore non hebetem, etsi nõ satis altè penitusq; infixum. Horum uerò nullum satis certum nec ordinem nec numerum adnotaui, nec rationẽ nunc inire explicatam magnopere contendi: etenim parum constitutas uices earum commentationum habebam, quas occasio mihi interdum largiebatur, non uoluntas præfiniebat. In eo tamen studio impensæ operę ne pœniteat, summam adhuc commemini, eò ferè spectantem, literarum ut studiosos eos demum prudentes, & ut ita dicam, frugi lectores esse censerem, qui quæsitas uehementi studio facultates, in eam rationem referrent: quæ non externis bonis, non caducis & intereuntibus, sed proprijs perpetuisq;, & interioribus instituta est, tuendis atq; augendis. Ac mihi quidem in primis accurandum id uidebatur & exoptandum mortalibus, literarum præsertim optimarum cupidissimis, constabilitas habere uiuendi commentandiq; rationes, ad easq; consilium instructum & propositum accommodatum: sic enim fieri, ut qui se precaria luce frui, cùm mortalitatis conscientia, tum quotidianis exemplis meminisset, magnopere opprimi tumultu mortis non posset. Nam quid inconsultius, quid miserius, quid deniq; præcipiti uitæ similius, quàm in diem luce frui? quid autem turbulentius, quid deploratius, quid denique abruptius, quàm ex tempore è uita excedere? At quota pars hominum non in diem uiuere, non extemporali fato fungi uidetur, si ad uerum, non ad usum loqui tantisper ipsi uolumus? Adeò circa temporaria satagentibus, & sæpius nugatoria, non occurrit, non subit ante mortis præceps uadimonium, maturè commentari quid sumus: aut quidnam uicturi gigni

B mur: ordo quis datus: & metæ quàm mollis flexus & unde: quis modus argẽto, quid fas optare, quid asper utile nummus habet: denique quæ bona, quæ mala post mortem nos maneant, rectè aut secus uitam agentes: eaq; perpetua. An uerò non ex tempore, non tumultuaria morte, non extru præcipiti tolluntur ij, quos pridie fati uidemus, omnibus sensibus corporis atque animi satagentes de rebus interituris, protinusq; ab ipsis ad alios aliosq; possessores transituris? quos honores simul hos atque illos ineunteis spectamus, simul ad alios aliosq; gestienti semetipsos ambitu designanteis, serie perpetua peruigilis cupiditatis? At eosdem mox audimus improuiso uadimonio euocatos, & interdum uelut obtorto collo tractos ad tribunal illud seuerum & summum, uel candidum calculum ipsos in re præsenti, uel atrum & horrendum (ô discrimen maius omni mentis conceptu) laturos in sempiternum. Hæc illa est sedes iustitiæ iam præfractæ atque inexorabilis: hoc iudicium oraculari promulgatione prædictum: hoc, ut ita dicam, apodyterium, in quo manticam hiantis cupiditatis homines, candidamq; uæsanæ ambitionis exuuntur, inter sacrum, ut dicitur, & saxum miseri constituti. Hoc cùm futurum aliquando & propediem fortasse, nemo nostrum ignoret: cuiusmodi tandem insania est hominum, quanta amẽtia, quàm dira denique dementia, manticam illam, naturæ corruptæ uitio perfluentem pertusamq;, ad summum implere omni ope, omnibus ungulis, uelis deniq; remisq; contendere? aut candidam illam ambitus, identidem aliam atque aliam suscipere, & deinceps laxiorem, ampliorem, splendidiorem? Proh diui immortales, nonne & uox humana, & omnia mentis sensa, imparia sunt stupori exprimendo hominum ciuilibus institutis moribusq; uiuentium? Mortales qui sese tertio quoque uerbo sic appellant, & meminerunt esse: quamdiu incolumes sunt, animaduertere aut nequeunt aut nolunt, quæ sors, quàm æterna, quàm abominanda & detestanda, ijs prædicta sit diuinitus, rataq; lege, & uerò Dei primùm humanitate, deinde supplicio insigni, sancta, quorum aures occaluere ad præcepta interdictaq; semel effata, agentis inter homines ueritatis ipsius & iustitiæ. Nec uerò antè se in fraudem

incidisse ter capitalem norunt, ob contemptam, imminutam, læsamq; maiestatem oraculorum, Christiq; prædictionum, quàm ad exitum huius theatri uentum est, quem mundum scriptura uocat. ubi clausula est risus & tristitiæ: ubi spei atque timoris finis, tum cupiditatis, iracundiæ, superbiæ, ambitionis, omniumq; curarum, studiorum, atque nugarum, è quibus argumentum contextum est uitæ, quam in celebritate traducunt. Cùm interim quotidie recitata in uulgus & decantata seruatoris monita, peruigilationes & excubias nobis, alta & summissa uoce indicant, quasiq; tesseram salutis consectandæ, conceptis hoc modo uerbis, singulis nostrum inculcent: Inter spem curamq;, timores inter & iras, Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Et Deus quidem olim cum mortalibus agens in præconijs cœlestibus, in prædictionibus uatum sanctissimorum, quorum ore tanquam spiritus sui tuba, ante aduentum filij sui hominum seruatoris usus est: flexiloquus fuit admodum & interpretum indigens: at in ipso unigeno filio suo, & naturarum omnium primigenio, quo ueluti Mercurio mandatorum sempiternorum usus est, ad res humanas demisso inspiciendas & temperandas, cum potestate & imperio, apertus ipse pater fuit & planiloquus: quo fit ut causari nihil possimus, quasi rerum æternarum inscij. Horrendas uerò non immeritò minas illas quondam homines, humanarum tantum rerum prudentes, existimabant.

Πέμψω σ' ἤπειρόνδε βαλὼν ἐν νηὶ μελαίνῃ,
Εἰς ἔχετον βασιλῆα βροτῶν δηλήμονα πάντων.
Ὅς κ' ἀπὸ ῥῖνα τάμῃσι καὶ οὔατα νηλέϊ χαλκῷ,
Μήδεά τ' ἐξερύσας δώῃ κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι.

At quoi homines nunc sumus lactati in cunabulis religionis, rectè & uerè philosophantis de natura diuina, nec lactati modò, sed porrò etiam nutricati, qui & nouimus & meminimus: crebrò etiam commemorare gaudemus, quæ supra, infraq;: præmia suppliciaq;, lege summa ac nunquam antiquanda, constituta, sancta, rata sint, & reposita mortalibus, rectè secusq; uitæ muneribus perfungentibus, atque è præscripto uel ex aduerso legis à Christo promulgatæ. Qui igitur fieri potest, ut in alta securitate futuri æui & sempiterni, somnum dormiamus Epimenidis? nempe quòd oculis atque auribus captos nos recordati nequeamus, qui in tenebris his Cimmerijs hallucinamur, prælucentem facem oracularem non obseruantes: & ad ueritatis & salutis monita planè obsurduimus. Nam quotus quisque mortalium, qui per fas, nefas, quà profana, quà sacra exaggerant diuitias urgente cupiditate, cogitare quicquam uidetur de rationibus uitæ referendis, & ad ærarium referendis illud diuinum ratiocinationis exactissimæ, ubi ad quadrantem expensa cum acceptis tandem conferenda sunt, & reliqua uerò cũ ramento, quod aiunt, reddenda, ut Christus ipse Deus palàm contestatus est? Quis uerò nostrum interdum ad sese, è strepitu, è turba, è tumultu ciuilis conuersationis reuersus, cùm rem ipsam, quam dixi, æstimauit attentius, & perpendit, non dementiæ instar esse, stuporem & suum & aliorũ animaduertit, multiplicisq; amentiæ? Tandem autem motis est, & ueluti expressæ necessitatis, cùm aut morbum aliquem acutum, & breui tollere solitum, sentimus adesse, quasi mortis apparitorem: aut minas alias, quæ sarcinas colligere quasi in tumultu nos admoneant, diuina tum mandata, monita, prædictaq; meminisse, auribus nostris in uita toties nequicquam inculcata: id quod si non serò, certè difficili fit tempore, nec tam nostro quàm inimici atrocissimi, et tunc, ut creditur, infestissimi. Quid eos qui uel improuisa ui, uel abdita mortis causa abripiuntur, medicosq; fallẽte, qui permulti sunt: quid, inquam, ipsos habere animi, quid animæ tum putamus in casu necopinato, hinc momento temporis emigrantes in perpetuum? Quod si nunc paulisper ad normam euangelicæ legis æstimare socordiam nostram, uel uerius uæcordem somnolentiam uacet, qua quidem lege ipsa atque seueritate quæstionem Dominus ab se habendam esse de seruorum suorum nequitia prædixit, quantula tandem pars nostrum non semisomnis tollitur? & fortasse (heu miserandam sortem) in stupore mentis obtorto collo rapitur. Quonam tandem igitur? *ἐς τάρταρον ἠερόεντα* (iterum enim externis uerbis in rebus nostris utemur) *τῆλε μάλ' ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονὸς*

ἐστι βέρεθρον, τόσσον ἔνερθ᾽ Ἀΐδεω ὅσον οὐρανός ἐστ᾽ ἀπὸ γαίης. At echetismi omnes & phalarismi, quos ut humana patientia maiores auditos perhorrescimus, uix exiles sunt imagines tyrannidis tartaricæ, quæ finem nullum habitura est. Age, ignita supplicia, quorum elogia clara sunt in scriptura, & furialeis omnes manias, pœnasq; transmittamus, diris tenebris inuolutas, quando ea hîc obseruari satis præsenter oculis mentis nequeunt. Sed quis cruciatus animi ad summum bonum nati, maior excogitari potest, quàm inexpiabile semper ac deploratum eiusdem boni desiderium, transmissi ab homine per incuriam, & pro nihilo habiti? An huius etiam mulctæ prædictionem, aure stupida, aut aliud agente, deuorabit admiratrix & indagatrix beatæ uitæ philosophia? Proh Christe sanctissime, optime ac maxime, quid est, si hæc amentia, si uæcordia non est? Nam quam acerbiorem mentium immortalium carnificinam, quam Alecto (ut ita dicam) acerbiorem, quem lumbricum interiorem comminisci sæuiorem hoc ipso quisquam possit, assiduè miseros æternumq; exedente? Philosophia prisca omnem, ut dicitur, lapidem tot seculis molita est, ut summi boni certam notam comperire atque ueracem posset, tanquam rei in primis homini soliusq; expetendæ, tanquam omnes numeros complexæ felicitatis atque beatitatis. Quid igitur causæ esse dicamus, cur rei omnibus rebus præuertendæ, nos translatitiam curam habendam esse ducamus? nimirum quòd rebus diuinis & æternis considerandis, pectore incumbimus iam pleno uanitate, ac mente rerum sensibilium amore grauida & occupata. Vnde fit, ut monitis scripturæ, ut ipsius Dei filij responsis & prædictionibus, assensionem accommodemus (quod dicere uereor) academicam? non aliam utique ob causam, nisi quia sensibus, temerarijs uanisq; indicibus, fidem res illæ præsentem non faciunt & ex tempore. Atqui de animorum immortalitate, eorumq; post mortem conditione, aut cœlesti sapientiæ auscultandum est: aut ad priscam polytheiam atheiamq; adeò iam reuoluti sumus, aut denique ex antiquitatis pleræq; sententia, hodie quoque animos nostros cum corporibus damnamus mortalitatis: cuius sceleris omen Deus, Deus inquam pater auertat, & filius, eorumq; spiritus. An in dubium fortasse nunc quoque ea uenire possunt, quæ de superis, inferisq; promulgata sunt? etiam'ne post scripturæ utriusque lectionem, sanctitatem, maiestatem, axiomaticamq; fidem præ se ferentis & redolentis, ijs quidem certè qui integris sensibus animi præditi sunt, & libentes in ea commentantur aspirante prouidentia? etiam'ne post ectypi cum typo, expressi signi cum annulo similitudinem, animaduersam & adnotatam, omnibus liniamentis exactam mirificentissimè? Rectè uerò diuina de natura, de Christi seruatoris diuinitate humanitateq; reuerentissimè, ac summa cum religione differere, unaq; ita uiuere, dicere ut id magis quàm censere uideamur, ac semel constitutũ habere, quidnam id est aliud, quàm in ludibrium uertere admirandam illam & uenerandam diuini iam olim commercij à primordijs rerum, pactiq; antiquissimi humano cum genere historiam? Mihi enim uidetur, qui libros ueteris testamenti cum attentione philosophica legit, in ijsq; commentatur bona fide, tanquam historiam quandam illæ diuinæ prouidentiæ percensere, mortali animanti & ratione prædito, immortalitatem parentis indulgentia condentis & molientis, multifariamq; misero beatitatem parturientis. Hæc porrò tam uaria est historia tam copiosa, tot talibusq; tropis figurisq; & uerborum & sententiarum distincta, personarum etiam actibus, dialogisq; exornata significantissimè, nullius ut amœnitas studij similis illi esse possit, nulla ut commentatio dignior maiestate philosophiæ: postremò res ut nulla contemplabilis, probare se magis hominis ingenio debuerit, externis disciplinis exculto, à salute quidem certè æterna non auerso, ac præpostere de se merito: nam dramaticæ illæ commemorationes, cùm sensus sint multiplicis, atque inexhaustæ interpretationis: tabernariæ tamen simplicitatis & planipedis licio detextæ sunt: mirè ut tragœdiam agat grauissimam scriptura, scita sub comœdia, eiusq; choragio. In illo igitur studiorum paradiso, studiosissimo cuique literarum bonarum tandem faciendum est, animus ut philosophicus, è pascuis philologiæ migrans, (amœnis illis quidem, sed ieiunis utilitatis per sese, & inanibus, ad eam rem duntaxat qua de re nunc agitur) implere sese

contendat pabulo sacrosanctæ philosophiæ,(quæ epulæ sunt cœlestis sapientiæ inter homines conuiuantis,)ad iustamq́ habitudinem farcire & saginare pro modo capetus sui.Nam quis nostrum non fatetur,quis uerò non libens audit, cùm usu ita uenit,interdumq́ penè lacrymabundus, euangelium normam esse uitæ hominũ cœlipetarum, & canonem innocentiæ? Cur igitur quod miramur ipsi, quod suspicimus, cuius instituti sequaces beatos arbitramur,non etiam cupimus, capessimus, & æmulamur? Cur literarum admodum,aut supramodum fortasse, studiosi, non aliquando de Hellenismo transeundum esse efficaciter ad Christianismum statuimus? atqui dignum est sublimibus animis,à doctrina probabili tãtùm atq; persuasibili, studia sua ingenijq́ exercitationem,ad doctrinã illam ut Græci uocant ἔνθεον καὶ αὐτόπτικον, transcribenda ducere, quæq́ autoritate sua pollet,ac plusquam Pythagorica inter Pythagoreos.Externa autem philosophia,(ut Chrysostomus inquit in epistolam priorem ad Corinthios)tanquam ancilla uilis atque neglecta, ab ingressu sacrorum theoriæ iampridem repulsa est,indignaq́ existimata,quæ arcana dominica per transitum introspiceret. Quare inter hoc & illud studium philosophiæ, quàm plurimum interca pedinis interest,quo Christianismi commentatio dirimitur ab Hellenismi. Verùm ô diram,ut ad inceptum redeam, intellectus peruersitatem, cùm tamen ea demum parte naturam referamus diuinam. O tenebras plusquam Cimmerias, stygijsq́ illis oriundas, quibus nihilominus in ipsis humana se prudentia uenditat & circumspicit,quasi in claritate summa. Multo maxima pars hominum, qui in uita ciuili aliquo sunt numero, aut rei cumulandæ seruire, aut fastigio suo tollendo supra turbam, ita solent,ut quisque luminibus gentilium suorum & propinquorum,uicinorum iuxtà atque remotorum, magnopere obstruere, manibus pedibusq́ contendat. Quotus autem quisque,postquam in eum(ut ita loquar)nexum sese dedit fortunæ atque cupiditatis,non uniuersa contentione uirium corporis atq; animi, non omni destinatione mentis,atque adeò obstinatione, ita possessioni incumbit tum præsenti, tum futuræ,rerum sensu perceptarum, tanquam inde nunquam discessurus sit? Contrà bonis illis æternis,& ad expectationem cœlestis ac diuinæ uitæ relectis, non sic seruit perfunctoriè,pro ijsq́ sibi quærendis,ita sibi negotium exhibet,ac si pignus nullum pronũciati ab euangelo seruatore donatiui cœlestis, haberemus: aut incertum ipsum haberemus,aut imaginarium? At eo quid testatius? quid consignatius? quid fide,quid opibus,quid autoritate ipsius pollicentis,& quotidie clara uoce confirmãtis,subnixius esse potest ac solidius? Quid rursus uanius,quid inanius,quid denique fidei fluxioris,quàm illa fors aleatrix,quæ dicitur & creditur esse hominum fortunatrix: si quidem sensuum præstigias animi principatui obrepentes,nobisq́ fucum exitialem factitantes,cuiusuis esset rationis deprehendere & refellere? ecquid enim fallacius est? ecquid ludificantius oculata rerum auritaq́ speculatione atque existimatione? quod Plato non nostrarum partium autor, in Phædro suo grauissimè, alibiq́ docuit. Cæterùm, dixeris hæc inter uaricosos centuriones, continuò crassum ridet Vulpeius ingens: tametsi utinam hoc tantùm militaris ordo rideret: togatis autem & prætextatis satis probari posset. Quid autem si ne doctis quidem ipsis,& philosophia imbutis? Quòd si ad oraculorum mandata,monita,cõsilia,quasi ad libros olim Sibyllinos,religiose adiremus in consilijs uitæ capiendis,Themidis utique responsa memoriæ nostræ adhærescerent, quæ citò abeunt euanida,dum aliud atque aliud agimus,etiam inter sacra. Neque uerbis autem Dei confidimus, neque arrhaboni ab eo nobis dato,ut diuus Paulus loquitur ad Corinthios scribens, nisi exili fide ac superficiaria,fugaciq́ credimus. Proh superi immortales, rerum'ne æternarum fidem atq; autoritatem, fluxam aut ancipitem esse suspicari quisquam potest, qui secutas eam esse copias illas innumeras meminerit militum lectorum & deuotorum,qui pomœria prorogauerunt Christianismi usquequaque gentium? atqui illæ sola uerbi Dei fiducia, quasi Vulcanijs armis fidentes,tum nouarum tabularum pronunciatione erectæ,ob idq́ Christo sese suaq́ deuouentes, cuius sacramento bona fide dixerant: ingentem & luculentam fecerunt impressionem, in erraticam illam nationum barbararum,trucemq́ & minacem multitudinem. Vndenam igitur hæc tanta animorum

A morum opinionumq́; discrepantia? Illi pro asserenda autoritate religionis quidem rectæ, sed tamen inter homines magnopere tunc controuersæ, patrociniiq́; indigentis, post bonorum abiectionem, honorum contemptionem, gentilitatum atque necessitudinum abdicationem, mortes insuper ipsi exemplaq́; exquisitissima suppliciorum pertolerarunt, multa atque hilari spe perfusi & confisi. Nos eodem oleo certaminis uncti, eodem sacramento adacti, eorum exemplis condocefacti & confirmati, ut uideri uolumus: non facultatum saltem uilitate & neglectu, non abstinentia luxus atque cupiditatum, eandem ipsi palmam aut similem liceri sustinemus: quanquam immortalitatis animorum dogmate, passim omniumq́; consensu recepto, duntaxat non profligatissimorum. Sed scilicet fides donum est diuinum & largitio æternæ prouidentiæ, non prudentiæ humanæ, non doctrinæ, non Græcæ alumna philosophiæ. Profectò nos tenebris & caligine multa offusi, & crassissima, ad uerum cernere certumq́; non ualemus rerum differentias & qualitates, idcircoq́; plerumque deteriora sequimur, auersantes commodiora & planè salutaria. Illi uerò (quod miremur) magna ex parte tyrones Christianismi, recens cœlo delapsi: donatiui luculenti pollicitatione diuinitus autorati, clariore insuper atque repræsentata æternarum rerum cognitione aucti, omnia bona commodaq́; interitura, præ æternis bonis pessundederunt. Quare macti esse fide ad extremum, per gladios, per ignes, per omnia supplicia, quamlibet horrenda atque inusitata, diuinitus iussi sunt. Enimuerò insaniam omni gradu comparationis excedit, quòd interdum atq; etiam sæpenumero præ stupido intellectu & sensu emortuo, in rebus ter & quater capitalibus, & faceti, si diuis placet esse, & ridicula fundere non ueremur: quòd antiquam illam germanamq́; continentiam, atq; innocentiam, ætatem iam ferre annosiorem negamus: uidelicet tanquã antiquari die lex illa summa possit, & ut rogationes humanæ, desuetudine obsolescere, hominumq́; negligentia: imò uerò quòd sanctiorum ætatum disciplinam & ritus, ut commẽtitios iam & fabulares cõmemoramus: quòd beatissimam illam securitatem rerum ultrò citroq́; commeantium, animiq́; tranquil-

B litatem, quatenus & qualis in uita esse potest (cuius Græca philosophia simulachrũ tantùm admirata est, eiq́; nomen splendidum euthymiam indidit) longè maxima pars hominum, imperitorum iuxtà & peritorum, non modò nullo studio consectatur, sed etiam auersari odisseq́; uidetur: denique quòd ea quæ de superis, inferis, præmiis ac pœnis, prodita sunt oraculis sacrosanctis, atque etiam effata ipsius ore ueritatis, tãquam ἀλῆρα, absit Adrastia uerbo, ἀπόλογον excipimus, ut est apud Platonem in decimo Reipublicæ: siquidem hominum sensus non ex uerbis, non è uultuosa facie, quæ sæpe uanissima sunt, sed ex eorum actionibus iudicanda sunt, clarisq́; significationibus: quippe qui diuinæ maiestatis edicta & hortamenta, auribus transmittamus stupidis & futilibus: nisi si sordidas potius ipsas habemus, & cõspurcatas appulsu rerum inanium & fallacium è medio manantium, quæ rationi per diametrum ueritatiq́; oppositæ sunt. Certè si ratio & intellectus principatum animi regimenq́; obtinerent, ut natura comparatum est, non mendosa atque integra: quid causæ esset obsecro, quin improba illa dictata cupiditatis, elationis, ambitionis, monitis sapientiæ præceptisq́; cederent, subeunteq́; memoria rerum sempiternarum, caduca ista & fluxa concederent è præcordiis? Mihi quidem mediusfidius interim hæc æstimanti, Platonis quidam dialogi, decenter & appositè personati, multisq́; in locis grauiter & scitè sententiosi, fœdam nobis inscitiam exprobrare uidentur, eandemq́; capitalem. Nam quid causę esse dicas, cur in hac nocte, sublustri quidem ipsa potius quàm illustri, sed tamen face doctrinæ cœlestis & inspiratæ, luculenter nobis prælucente, nonnisi exiliter cernere eadem illa uideamur, & tanquam per nebulam intellectus addubitantis, quæ philosophum illum perspexisse nocte obscurissima nouimus, ad lucernam tantam profanæ philosophiæ commentantem: tametsi in summa ueritatis uehementer hallucinantem? Cui dedisset ipsi quispiam, proferre impunè ut liceret quæ de diuinis rebus undecunque hauserat, posteritatiq́; prodere? nec religiose ille utique protinus, nec ambagiose, nec accersitis ad colorem aut ueniam personis, sed docentis autoritate diuinis ipsis de rebus, æternisq́; disseruisset præmiis ac

supplicijs:nunc quo minus id liberè ut cupiebat faceret, à populo Athenienſi perim buto errore helleniſmi,metuendum eſſe ſciebat Socratis damnatione. Quidam autem eius familiæ alumni,aduerſo(propè dixerim)numine ſacris initiati philoſophię æmulatricis orthodoxiæ,ueritatis imaginem magnopere admirati eſſe dicuntur, ab ipſo primum autore adumbratam probabiliter & mirificè, duntaxat ut illis temporibus ac locis, quæ luce caruerunt. Verum illa Platonis familia, quæ poſt Chriſti prædicationem extitit,ſi utendam orthodoxiam tractandamq; rogaſſet ab ipſius ueritatis autore uno & interprete, ut nonnulli alij fecerunt philoſophiæ quoq; alumni, quid cenſemus eos de doctrina ſalutari prodituros ac ſcripturos fuiſſe, germanaq; philoſophia? Hanc nos hodie ueritatis diſciplinam in paucis uoluminibus, nec ip ſis ita magnis, conſecratam habemus,literis nunquam fugientibus, cæterùm arcanorum ſapientiæ capaciſſimis, uixq; enarrabilibus humanæ facundiæ. Quod genus philoſophiæ poſt percurſa ſtudia, quæ dicuntur externa, atque etiam inter ipſa percurrenda, ſumma mihi ſemper habere inuitamenta commentationis uiſum eſt: ut pote in quo omnia penè ſint ſymbolica, unde ſenſus ſublimes, arcani, mirifici, cœleſtiq; odore fragrantes, ſalubri cum uoluptate ducuntur, pro ingenio cuiuſque,pro captuq; mentium minimè affectarum.Hæc tute cùm paulo intentius cõſideraris: ſic Dei conſilia mirabilia, ſic rerum abditarum, & procul à ſenſibus ſummorarum,in medium prolationem,in figuris oraculorum condita, multiplicíq; ambage inuoluta eſſe dices,ut aurum in puteis, aut uenis metallorũ altiſſimis & ſinuoſiſſimis. His adde ad hominum diſciplinam,atque ad immortalitatis æternæ ac diuinæ commercium locupletandum, quòd ille importator ſalutis & ſapientiæ Ieſus Chriſtus,diuinitate atque humanitate cõſtans ratione ineffabili, cùm prouincia ſua decederet ut confecta & abſoluta,in cœlumq; remigraret: comites tamen ipſe ſuos quoquò allegauit gentium (nullis enim finibus circumſcriptum imperium cœlitus acceperat) egis & ipſos euangelæ promulgatores,& tanquam inſtitores æternæ ſapientiæ,in cœlumq; tollentis homines. Qui cùm multam copioſamq; cœleſtium cõſiliorum ſcientiam oculis auribusq; hauſiſſent, Chriſto adhuc ipſo inter homines agente: tum eo ſublimè rapto, mox allapſu numinis ſpiritalis uberius multo condocefacti,& iam pleniore hauſtu ſapientiæ inebriati, interpretes quoque ipſi eſſe cœperunt,magiſtriq; ueritatis. Hæc porrò doctrina per eorum diſcipulos,& deinceps per alios atque alios, prodita Chriſti familiæ proceres,inſtar & ipſa iuris habet diuini.Etenim eius magna pars,ut ſimillimum ueri eſt,etſi non iure ſcripto conſtat, moribus tamen recepta eſt ætatum ſanctiſſi narum,ſenatusq; conſultis conſtituta & cõfirmata: quorum autoritas ſacroſancta ſemper fuit conſenſu mortalium duntaxat uniuerſorum. Verùm enimuero in huius philoſophiæ ſtudio mira admodum uoluptate animus hominis afficitur,cùm latebris in illis ænigmaticis,in cryptis, ut ita loquar,ſapientiæ,repoſitam iam olim conditamq; ueritatem, quaſi animorum immortalium annonam intueri cœperit,tamdiu fruſtrà quæſitam Græcæ philoſophię.Omnino enim id futurum eſt homini philoſophiæ amantiſſimo, qui quidem auſpicatò initia ſuſceperit hominem nouantia, ex illo admirabili ſupplicio ſeruatoris enata, nobis ſemper memorabili ac prædicando, animoq; uerſando: ſiquidem inde ſolum beatæ uitæ pignus habemus luſtrico die initialiq; acceptum, idoneum, certum, opimum. At huius ſapientiæ & ueritatis umbram,philoſophi quidam Helleniſmi alumni,odorantes, ne quicquamq; in ea ueſtiganda cernentes & ſua & aliorum ſtudia eſſe conſumpta,demerſam eſſe ueritatem perhibuerunt in profundo uniuerſi: aut in imo adobrutam putei cuiuſdã inexhauſti,quod Democritus dixit:cùm interim non in imo rerum illa, ſed in ſummo naturarum omnium aſſeruaretur unde eſt orienda. Cæterùm ſimulachrum ipſius penes Hebræos erat,uel apud eos potius,in tabulario clauſum,ne cuſtodibus quidem ipſis niſi paucis, aperto aut perſpicuo:tametſi eorũ olim principes Abrahamus,Iſaacus,atq; eorum pueri & familia,eam olim quaſi ſcatentem,è puteis quidem illi quoquo foderant modo.Cæterùm Chriſtus ipſe poſtea aquam indidem uiuam ſuo iure,iamq; liquidam hauſit & fudit:eaq; demum aqua ſedare ſitim iucundiſſimè,atque deſiderium implere philoſophiæ poteſt, uel diſcendi

ſtudio

A studio ardentissimæ. Proinde cùm ea sit natura præstantium animorum, ut quemadmodum ignis sine sui alimenti usu, sic illi esse nequeant sine actu sibi peculiari, ingenito & cognato, aut certè cum ætate agnato, quod eorum est pabulum: quonam tandem in pascuo potius animi ipsi, generis sui conscij & memores, pastum sibi deligere possunt, quàm in ea commētatione mortalitatis quæ ad immortalitatem spectat, mortalesq́; ipsos ad beatam uitam euehit? Nec uerò eam nunc mortis commentationem dico, quam olim philosophia ut inane simulachrum amplexa est, in eaq́; cōtemplationem suam fixit, ieiunam, frustratricem, & erraticam: sed eiusmodi potius quæ fructum non leuiter odoretur immortalitatis beatissimæ, qua animi philosophi intētio, quamuis excelsi atque auidi, alitur prolixè, & uegetatur indies. Hæc est illa mirabilis, illa beata philosophia, humanitatis uiciatæ reconcinnatrix: quæ animum conditionis suæ prudentem cum corpore dissidere docet, à naturaq́; discedere corrupta & deprauata: neq; id quidem modò, sed ipsum etiam à semetipso excedentem, & uerò semetipsum exosum, ad summi boni consectationem uergere, totumq́; in eo esse, quatenus fieri potest citra solutionem corpori exitialem. Quod genus sapientiæ ipsis ignotum fuit philosophiæ conditoribus, nominisq́; ipsius sane uendibilis, & splēdidi proditoribus: quippe qui suo sapienti quem absoluere uel effingere sexcētis annis non potuerunt, omnia in sese posita esse putarunt, ridendaq́; cum uaniloquentia atque impia collegerunt. Hæc illa est manus Palæstinorum, quam puteos olim Hebræorum conspurcauisse, & tandem terra cōgesta solo æquauisse, legimus. At Christianismi philosophia puteis ab integro refodiendis, non modò humum inde egerēdam, sed ueterem etiam humanitatem homini exuendam suscepit, nouamq́; induendam quasi uernationem. Quo fit, altero ut natali huius homo philosophiæ studiosus, humanum exuperet fastigium, tandemq́; inter superos diuosq́; allegatur, nō hominum quidem ille decreto atque opinione, ut olim diui illi commentitij & poetici, non ut Romani Cæsares, aut senatus consultis, aut successorum suorum sanctionibus: sed cœlestis ac diuinæ prouidentiæ placito prærogatiuo. Hæc est illa gratia cœ-

B lestis, hæc benignitas Dei, quæ humano generi cœli commercium (ô beneficiū nobis gloriandum, ô compressis deeus manibus amplectendum) interuētu uerbi Dei eiusdemq́; filij indulsit & largita est. Hac eadem philosophia auspice, sanctiores animæ, rerum fluxarum contemptrices, ut nulli dum amori pactæ, ab externorumq́; bonorum desiderijs intactæ, Christo se dei filio despondere solitæ sunt, conditori sapientiæ, hominumq́; assertori è mancipio teterrimi tenebrarum tyranni, atque è seruitute sensuum corporis satellitum, qui in fide sunt illius. Ita autem se despondent tanto uindici animæ, sua ut omnia doti dicant sponsalium gratia, suumq́; arbitrium, quod suum habent: illæ maximè (tametsi obnoxium) si quicquam sui habent: sponsus autem uicissim semet utipsum, quantus est ille cumq́;, uicissitudine admirabili dedat, commemoranda conditione ac prædicanda instauratiuæ humanitatis. Atque huiusce quidem seu philosophiæ, seu uitæ per theoriam agendæ, parens, conditor, præses & moderator est Iesus Christus, unigenus dei filius, ut dictum est: omniumq́; naturarum primigenius, cui à patre omnium principio omnia sunt credita, omnia liberè, summoq́; cum imperio commendata atque permissa. Qui cùm cœlo delapsus esset seruandi hominum causa, cœlum etiam terræ, cœlestemq́; naturam & immortalem, terrenæ & caducæ conciliandi, atque etiam coniungendi necessitudine beatifica & sempiterna: humanitatis amictu tectus, inter homines tantisper egit (cætera quidem ille omnia humaniter, cæterùm inculpatè & innocenter diuinitatis priuilegio) quoad uniuersa uatum prædicta, omnis patris mandata placitaq́; exhausit ad unum, & peregit. A quo quidem ipso & primo & ultimo, uir sapiens idem atque innocens, numeris omnibus absolutus rationis rectæ atque integræ, ad unguem informatus est: tum autem eius informatio nobis ad exemplum uitæ prodita, literisq́; consecrata est fide rata subnixis, atque axiomatis instar obtinentibus consensu tot ætatum, & uerò autoritate cœlitus sæpiusq́; confirmata. Ad huiusce igitur sapientis, magistriq́; immortalitatis adipiscendæ præcepta, monita, præscripta, hominem sapientiæ cupidissimum, affingere mores suos oportet, tenoremq́;

uitæ

uitæ mortalis afformare, quàm fieri licet proximè per naturæ oblæsæ conditionem, qui quidem ex hominum ordine mortalitatisq; conditione, ad diuos iam & immortales transcribi sese in perpetuum cupiat, id quod non minus plebeijs & officinarijs, quàm equitibus & palatinis licet, & patricijs ac primoribus, quanquam quid dico non minus? cùm fortis tam expetendæ competitores, conditionisq; beatorum cupidos & ambientes, exuere & abijcere prætextam fastus ac superbiæ necesse sit, pro eaq; candidam induere simplicitatis & charitatis, ciuilis ac popularis? affectu etiam habituq; demisso esse oporteat, minoribusq; submisso, non modò æqualibus? & uerò iure suo & loco decedere plerumque, & competitoribus maiora tribuere: omnibus denique æquo animo concedere? & quidem hæc omnia non sine captione modò, sed etiam optima fiunt conditione. Illud uerò uehementer incommodum accidit philosophari hac uia auspicantibus, idq; uitio iuris gentium euenit, quod penè iuris naturalis uim obtinuit ante seruatoris aduentum, nec magnopere postea exoleuit. Nam cùm in artibus ac disciplinis humanis, inter enunciata rata atque confessa censeantur ea quæ αὐτόπιστα dicuntur, id est primæ & communes animi notiones, mentibus humanis suapte euidentia anticipatæ: è contrario cùm philosophiæ, tum uerò Christianismi præcipua dictata, sensui communi sunt paradoxa, prudentiæ eo amplius urbanæ à primoribusq; cultæ, omnino antidoxa: cuiusmodi illa sunt apophthegmata, ex ipsius euangelij & seruatoris doctrina oriunda, & sapiētia cœlesti. Amorem sui unumquemq; deponere oportere: Quæstendi studium abijcere: Gloriæ odium suscipere, duntaxat populo se & scenæ uenditantis: A charitate cognationis, affinitatis, ciuilisq; necessitudinis cuiuscunq; abdicare se, quæ quidem coniunctam causam non habeat cum præceptis & interdictis huius philosophiæ: Suæ sortis neminem pœnitere, etiam iudicio hominum calamitosissimæ: Ærumnosam conditionem commodiorem censere, è req; & salute hominis philosophi magis esse, quàm rerum secundarum atque affluentium tenorem inoffensum: Genio suo ac cupidini eorum nihil indulgere, quibus homo carere citra noxam ualetudinis possit: Alienam uicem pro sua iniuria dolere: Inimico quamlibet capitali & infesto placidum & beneuolentem sese præbere: & uerò philotesiam illi, non in epulo modò seruatoris, quod plerique ad dieculam, & defunctoriè facimus, sed ubicunque & constanter propinare, & semper optima fide, quemlibet sacris iisdem initiatum, non tantùm propinquum sibi atque necessarium, sed ipsummet etiam alterum esse ducere: Nihil pro suo iure agere: Nihil suum esse dicere & proprium, omnia precaria existimare, omnia profectitia & herilia, præter nudam uoluntatem, in utramque partem ipsam certo quodam modo liberam, nec tamen ingenuam: quin & eandem ipsam egere adminiculo cœlitus aduentitio, ac præcurrente Domini comiteq; indulgentia & aspiratu: Tum quod longè difficillimum, & tamen in prima & summa cera tabularum diuinarum, insignitè, & conceptis imperiosè uerbis conscriptum, id omni ope facere, Dei ut amorem summum sic homo suscipiat, nullum ut locum ulli alij desiderio, ne sui quidem charitati relinquat in præcordijs suis: quo minus totus esse in eo amore, hemioliusq; conetur: Omnium aliarum rerum amorem, uoluptatē, ambitum, cupiditatem, lorarios dæmonis spiritus, lictoresq; esse credere: Deniq; crucē seruatoris, crucem, inquam, & supplicium Domini, cultus & reuerentiæ causa nobis sæpe nominandum & prædicandum, Pythij illius & Crœsi diuitijs, Persarumq; opibus celebratis anteferre: Ob ipsius admirationem & cultum nihil in numerato, in spe omnia habere uelle: Præsentia Deo eidemq; Domino fœnerari: pro ijs futura ab eo stipulari, quæ centuplicatò redeant, quæq; optimo iure atque insitato apud homines, in cœlo possideantur olim, quod genus eos demum manet, ut oraculis testatum est: aut eos quidem certè, certissimè & copiosissimè, qui tolerantiam philosophicam fixa fide nitentem, per omnes uitæ actus approbauerint ipsi Domino huius sectæ autori, præmonstratori, & prætori: quiq; ante extremum ultimi actus plaudite, nec lassescere cœperint ipsi, nec animo labascere. Huiusmodi dictata sunt antistitis ipsius cœlestis sapiētiæ, ex cuius unius officina homines iusti & sapientes exeūt: talisq; erat eiusdē sapientiæ subantistes, qui Colossensibus scribens, acquiescere sese

ait

A ait cum lætitia in uexationibus quas perpetiebatur: cùm reliquias oppressionũ Christi ecclesiæ capitis in carne sua exhauriret, pro ipsius corpore, quam Ecclesiam uocat: id quod pro modo gratiæ ipsi Paulo datæ eum fecisse intelligimus. Neque enim Dominus in sua ipsius tantùm carne, sed etiam in electorum suorum passus est, & ad extremum usq; passurus, in quibus regnum suum cõstitutum uoluit. καὶ ἀνταναπληρῶ, inquit, τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία. Quibus uerbis significat, ut Photius autor est, nos omnes eo nomine debitores esse Iesu Christo, oporteréq; singulos, pro captu sui quenq; moduli, & uniuersos eodem genere id debitum dissoluere: tametsi persolui non potest æs tantum alienum, quod ne Ecclesia quidem uniuersa soluendo est, id est corpus suo capiti: quod ὑστερήματα uocabulum significat. Natura enim humana suapte origine rea & obnoxia quamlibet oppressa, æquare tamen non potest supplicium domini insontis usquequaq;. Quod igitur & sigillatim & uniuersim patitur, passa est, passuraq; est electorũ uniuersitas, ὑστέρημα est passionis Domini, ut Photius intellexit. Verùm hæc atq; alia eiuscemodi paradoxa, Christiana constituit philosophia: ut parens ipsa hominum renascẽtium, ita sensus & prudentiæ communis in diuersum innouatrix. Quę nisi plena fuisset numinis præsentissimi, nunquam hæc certè aliaq́; eorum consequentia, tum in uulgus, tum ad primarios ordines promulgata, ubicunq; approbauisset terrarum atq; gentium, quod factum esse nouimus, quantumuis idololatriæ opinione imbutarum atque polytheiæ, adde etiam uoluptati & sensuum indulgentiæ nihil non tribuere assuetarum. Passim autem eadem philosophia legem nouam, inauditam & admirandam suasit, imò uerò legem summam, iure iam à principio gentium antiquatam, abrogatam, interlitam, obliteratam, quam Charitatem uocauit. Hæc lex quam rectam rationem appellare possumus, in homine quidem imbuto supradicta pietate: hæc inquam lex omneis mortales in familiam seruatoris ascitos, æquo iure esse censuit, duntaxat adoptionis iure: ut pote unius & eiusdem domini imperio interdictoq́; parenteis: inter eos etiam necessitudinem germanitatis mysticæ intercedere, qui eodem parente sese genitos recordarentur, eodemq́; utero editos

B dilectissimæ Christi sponsæ, mira fœcunditate diuinitus donatę. O rem stupendam ô plenam numinis præsentissimi: profectò omnem superat admirabilitatem, tantam fuisse autoritatem, eam facultatem, id numen legis euangelicæ, leges ut naturæ, ut iuris gentium, ut iurium ciuilium & municipalium in communi sensu gentium uniuersarum, omniumq́; nationum, incisas tot seculis, humanæq́; prudentiæ atque etiam philosophiæ inustas, non modò passim abrogauerit, ac per omneis ordines, classes, sexus, atque ætates, sed etiam deleuerit & absterserit: quod quidem certè ad eos easq́; pertinet (quæ innumerabilis est multitudo) quos quasq́; per singulas nationes pignerari, per omneis ordines deligere prouidentiæ uisum est, ut adoptiuos liberos seruatoris, ut in album illud æternum relatos diuinæ præscientiæ. Quæ'nam fuit autem illa uis tanta, undenam ipsa enata, quæ & uiriles & fœmineas mentes, seniles iuxtà iuueniles q́;, robore inuicto indomitoq́; firmauit? quæ huiuscemodi persuasione pietatis dilectos illos suos imbuit, tinxit, inebriauit, etiam in Ægypto metropoli impietatis, ut parentes, ut pignora charissima, ut coniuges dilectissimas, ut facultates: deniq; ut uitam, mortem, & cruciatus maiores humana patientia pro nihilo duxerint, præ amplexu Iesu Christi pro nobis in crucem acti? nempe uis illa fuit: illud fuit crucis numen præsentaneum. Crucis, inquam, illius & supplicij, tanto pòst honoratissimi futuri omnium insignium, atq; augustissimi, quanto ante Christum in id lignum sublatum, fuerat suppliciorum omnium teterrimum ac detestabilissimum: inde enim gratia cœlestis largitioq́; inexhausta ut è perenni fonte cœlestis munificentia manauit, qua Christus tyrannidem principis mundi dissoluit. At quàm præsenti, quàm efficaci, quàm manifesto Dei numine eos esse afflatos, perfusos, suffusos offusosq́; oportuit, qui uitæ immortalis atq; beatissimę adipiscendæ certam spem & exploratam, in fide & institutis Christianismi, atq; in pollicitatione seruatoris ipsius positã esse cernerẽt? ecquis eorum sensum eiusmodi tum fuisse dubitat, cùm Phalaristarum minas carnificinasq́; spernerent, ut Seruatoris elogia ita ipsis uiderentur axiomatica fide digna,

digna, ut prænotiones illæ quæ uocantur, ijs qui mathematicis argumentationibus studere instituerũt: probè enim beati illi animi intellexerũt, morte Christi filij Dei, elatum esse imperium & principatum præsulis tartarei, quod quidem ad filios Dei pertinet, qui regnum Dei uerbo & uoluntate flagitant & expetunt. Cùm natura autem humana in huius uitæ mari naufragium fecisset calamitosum, ob iactum simplicitatis nudæ atq; apertæ, culpa primordiali, diuq; ea calamitas homines fefellisset in tenebris uersantes, diuinarum rerum ignorantiæ: sub extremum seculorum, ut creditum est, & mundo iam uergente quasiq; præcipiti, salutare lumen uitæ, plaudendũq; nuncium salus ipsa mundo, & seruator Deus ac liberator attulit, naturæ in integrum aut paulo minus restituendæ. Hunc nuncium cœlitus delatum, Euangelium scriptura appellauit, nomine sanè pleno fausti ac felicis ominis. Quo lumine doctrinæ, salutis autor Christus & conditor, cui eam ob causam euangelia debemus in perpetuũ & agnoscimus, cùm discipulos suos prælucere mortalibus totum per orbem tenebricosum iussisset ac docuisset, ipse in cœlum denuo suapte ui euolauit. Dein lampade, ut dicitur, per spiritum subinde cœlo delapsum, tradita affectatoribus illis suis, quos sibi ad tantam prouinciam totq; prouincias legauit, per orbem terrarum sparsas, ijs tametsi incomitatis & expeditis, nihil tamen aliud nisi Pitho cœlestem dedit, facundiam illis in re præsenti, securis, nec antè meditatis, cum persuasione stabilissima abundè largituram. Ex eo igitur iam tempore reliquiæ è naufragio delectæ, indolem asseruantes gentis Abrahamidarum, per tot ætates, eadem duce philosophia comiteq; recolliguntur, tanquam ad ipsam salutis lampadem lucentissimam: quoad numeros ascriptitiorum, cœlestiq; coloniæ & sempiternę destinatorum, diuina impleuerit prouidentia. Quem in diem, decantatam illam rerum uicissitudinis temporũq; clausulam, æui etiam æterni ac beati auspicatum & initium, Christianismus cultoribus sui præstituit atq; pollicitus est. Proh diui immortales, obsecro uestram fidem, cùm hæc quæ ego dixi, certiora certis omnes esse dicamus: plerịq; uerò, ut opinor, ducamus & credamus: cur undiq; nunc itur in mundi obsequium, inimicum legis euangelicæ: eleuat orem cœlestium autoritatum: abrogatorem æternarum sanctionum, numine manifesto multifariam confirmatarum: tum etiam senatus cõsultis receptarum prudentiæ atq; religionis ætatum sanctissimarum simul & consultissimarum: Huic certè domino populi & magistro ita parère, ita se probare ab ineunte ætate solertissimus quisq; contendit, quasi & uitæ & necis potestatem habeat: an potius quasi hominum productori atq; fortunatori: O stultitiam meram, quæ frugalitas certa putatur & prudentia. At huius plani atq; circulatoris, hominũ, ut stulti putant, expolitoris, eam esse improbitatem atq; petulantiam docet philosophia, quam propter nuncium ei remittere prudentia, conditionis suæ non nescia, debeat, in mõtemq; sacrum è medio secedere, atq; ibi ad studia incumbere ab eo diuersissima. Verùm cùm historiæ doctrinęq; seruatoris fides & autoritas, in opinionem & prouerbium uenerit, ut compertissima, ut testatissima, ut consignatissima, ut numeros omnes deniq; ueritatis & sapientię complexa: quid causę est, quin stupidi, quin torpentes, quin excordes simus atq; uęcordes, qui monstro tot capitum ac fine mente, morem gerere, cum eo gradum conferre, in tenebris unà micare, quod aiũt, & euagari, certo tantoq; cum discrimine, non horreamus: facem autẽ illam ducis philosophię, sacram & luminosam floccifacere, ad portum prǽlucenrem beatissimę tranquillitatis: Nam quis inficiari audeat, si paulo instes acrius, cùm tantis fluctibus affectuum, cùm tam turbulentis iactetur æstibus cupiditatum uita ciuilis atq; in medio posita, idq; nemo ferè intra pomœria natus orthodoxiæ, non agnoscat, nõ fateatur, nõ queribundè sæpe dictitet: solem tamen ipsum salutis, Phœbum illum sapientiæ, qui nobis assiduè radijs mirificis sacrosanctę disciplinę prælucet: sidera etiam ipsa Ecclesię Dei sponsæ, sanctarumq; animatũ luminari a, ab ipso illustrata, à multo maxima parte nostrûm neglectim obseruari: adde si placet uel meo periculo, eorum quoq; bona parte, uel deterrima potius, qui rerum diuinarum fidem, æternæq; immortalitatis expectationem, tenere, tueri, ac circumferre debent: & uerò qui in sinu refouere & uegetare Christianismi religionem semianimẽ existimari uolunt, charitate feruẽte.

atqui

A atqui nemo erit,ut arbitror, inficiando, qui quidem se in oculis Dei meminerit conceptis serium in modum uerbis,asseueratione adactum esse,tametsi nō iurata. Quid igitur hîc causabimur? cur omnes animæ facultates pedibus eunt in sententiam istius, quem communem sensum dicimus:atq; ab euāgelij autoritate disciplinaq; desciscūt contrà pactum adoptionis? cur cùm tantum famæ ac uenerationis omnium consensu habeat Euangelium: tam parum fidei habet in commercijs ciuilibus, tam parum obtinet autoritatis in uita instituenda ad præscriptum communis prudentię? At dictata eius & consilia sufficiunt subsidijs ac præsidijs parandis atq; expediendis ad casus omnes qui imminent humanæ conditioni. Cur igitur multitudo ciuilis consiliorum suorum summam,ac suæ mentis thesaurum, in prudentiæ communis præsidijs, multò amplius ac libentius,quàm in fidei fano deponit? Vtrum quod doctrina ipsa Christi,quæ quotidie aurib.nostris inculcatur,quæ oculis incurrit, numē illud suum amisit supradictum,quod tam luculētas quondam strages impietatis inueteratæ, inter innumeras gentes edidit,barbaras quasdam ipsas & bardas,quasdam etiam semiferas,& tanquam androsphingum potius quàm hominum, si quidem mores & ingenium,non faciem tantùm spectasses,sermonisq; commercium? An diuorum exempla tam multa,tam mirifica,qui uadimonium capitale cupidè, certatim, turmatim,agminatim pro Christo obierunt, ut multis & summis autoritatibus testatum est & consignatum:externis quoq; testimonijs congruè accedentibus, non eosdem, ut ita loquar,radios ueritatis,aut eiusdem splendoris,nunc ut olim asseruant? At si hoc esse fatebimur,unà quoq; necesse est ut fateamur,non uetustatis situ id contigisse(senium enim res huiusmodi non sentiunt) sed oculorum humanorum uitio,qui obtueri tantum lumen nequeunt,quod tempore & situ æui,splendoris incrementum accipit.Ex quo fit,credo,ut quasi Deo conniuente,aut minus iam res humanas arbitrante,uita sibi indulgeat, uelut sublata legis diuinæ seueritate, aut sensim desuescente, cuius ætates illæ heroicæ, sanctiorum exemplorum fœcundæ, gratiam sibimet ipsæ ducebant nec faciendam nec obtinendam. Quasi uerò edicta cœlestia interdictaq;

B euangelica,ætatem ferre tantam non potuerint,ut sanctiones principum, ut scita populorum,ut mores emendati & inculpati, qui uix seculares esse soliti sunt uel lustrales potius.Basilius cognomento Magnus in quadam epistola,Mādata,inquit,euangelica,nec interuallis temporum,nec rerum humanarum inclinationibus cedūt: sed perenni tenore eadem ad posteritatem manant, qualia semel ore ab illo promulgata sunt ueraci,beato,& immortali.homines uerò nubibus similes sunt,quæ pro tempestatum uarietate, nunc in hanc, nunc in illam cœli partem feruntur:ij utiq; maximè, qui animo uersatili & sententia euariante ducuntur.hactenus ille autor,religionis rectæ prudentissimus. Sed ne sit tanta censura talisq; iudicij diuini, quantam & cuiusmodi monumenta ipsa testificantur, quæ nō dubio numine claroq; consecrata sunt: ne sint supplicia peccatorum tam atrocia, quàm secula innocentiora esse perhibuerunt,quando iam nescio quid eiusmodi nobis incuria salutis quam præferimus, promittere,diraq; securitas futuri æui uidetur.demus etiam si fas est, hoc deteriorib. iam seculis, & fortasse deterrimis, permittamusq; nobis multo liceri minoris præmia cœlestia,atq; immortalia, quàm quāti discipulis suis Christus cœlestium & terrenorum potens,& superûm atq; inferûm,indicauit & addixit, cohortiq; uniuersæ contubernali suæ,atq; eius asseclis & comitibus.quid tum? Num etiam persuadere nobis possumus,homines earum rerum cupidissimos,quas Deus inter homines agens,procul contubernio suo & comitatu cum detestatione amolitus est: homines, inquam, hic beatos,& affluentes omnium rerū copia, in earumq; possessione animo acquiescentes:unaq; deliciarum aucupes:aut qui eam uitæ conditionem exoptent & persequantur omni animi cōtentione: animas deniq; secundis rebus altiles & farctas, sublimes hinc abituras post obitum credemus lege ab euangelio legislatore promulgata, ac sanguine suo sancta,qua tamē una lege possumus? Neq; enim Dominus noster,cum familia illa sua sodalitia,quæ facultatibus suis omnibus pignoribusq; cessit, cùm sese daret in eius clientelam & comitatum, alioqui etiam fidissima & obsequentissima, tam dura conditione egit:& cum ætatis nostrę hominib.conniuentibus oculis actu-

rus est, indulgentissimoq; dominatu. Neq; cohortem illam domesticam, & peculiariter euocatam, sequi uestigia sua uoluit, conceptisq; uerbis sanxit, egentem ipsam & ieiunam, exuccam & exanguem, ac magnam partem cruentam: & nos tanto interuallo ad idem quidem sacramentum uocatos, cæterùm exemplo longè diuersissimo, solutissima militia & luxu prædita dignos esse censuit, uacatione fruentes operis faciundi. Neq; uerò priuilegium latum apud superos de quoquam audiuimus, ne uno quidem, lege ut diuina, ut sempiterna non teneretur. etsi multi diro errore ducti, solutos se ipsa arbitrantur quadam prærogatiua fatorum benigniorum, rerumq; ad uotum cedentium & secundarum. Nimirum multi mortales funeribus elati splendidis, opiparis, & interdum symphoniacis, sic beati hinc abeunt, ut principes olim Romani, sæuitia & impietate insignes, inter diuos referebantur, specie quidem illi uisenda spectandaq; popularibus: cæterùm ridenda miserandaq; prudentibus. Hîc fortasse reclamabitur ab his, qui inertiæ blandientes nepotinæq; licentiæ, quorundam nunc hominum autoritate confidentius abutuntur, non indoctissimorum. Quorum uerba ediscentes, quæ nuper exierunt, pro oraculisq; citantes, sententias fortasse partim negligunt, partim non intelligunt. Quasi uerò operum uacationes uirtutumq; largiri consentaneè possint, qui fidei iustæ ut iustificæ, primas & secundas apud Christum Seruatorem, tertiasq; tribuunt. Age, num copiæ, num opes, num bona quæ uocantur externa, ea conditione possidentur: sic cumulatos homines felicitate beatosq; efficere possunt, ijs ut bona æterna illa quidem, ac mentis humanæ captu maiora, sed tamen futura, & in spe tantùm posita, mutanda sint? At sola ipsa explere desiderium animorum auentium, certum est inter homines sanæ mentis. Atqui si in harum rerum perpensione accurata uersari nobis aliquando uacarit, in mentemq; uenerit: nihil tam in causa esse perditæ incuriæ bonorum & malorum extremi reperiemus, quàm labantem ac uibrantem fidem historiæ sacræ doctrinæq; diuinæ. tametsi ô superi, ô Seruator, rem miseram, culpam fœdam, atq; inexpiabilem. Scripturæ & oraculis credimus hæsitabundè, multis, magnis, solidis, irrefutatis autoritatibus, exemplis uarijs ac mirificis sic confirmatis, nihil ut ijs esse possit consignatius & compertius, rerum quidem certè intellectu iudicioq; interiore comprehendibilium. Etenim urbana multitudo & ciuilis conuersatio, errorum omnium magistræ, docent nos in perditis uitæ rationibus, subsidium mutuari tristi ac trepidæ conscientiæ, ab disciplina Academiæ, ne pro certo quippiam habeamus, eorum etiam quæ de superis inferisq; naturis oracula prodiderunt. At perpurgatis auribus initiatisq; esse oportet, à multitudinisq; malè sanæ auscultationibus integris, qui mysticæ doctrinæ studere constituerit, eiq; assensionem semel accommodare. Nam si fides labat, charitas protinus tepeat necesse est. at uerò sine ca operam & oleum huius studij perdere nos nouimus: ita spes languebit & uanescet, & frustrà tàdem erit & laborum & contentionis summa. Hîc tu quid respondeas, si te ita affectum sacra philosophia ut discipulum suum roget? Heus tu literarum hactenus cupidissime, est aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum? An passim sequeris coruos testaq;, lutoq;, Securus quò pes ferat, atq; ex tempore uiuis? Certè aut tecum ipse quisquis es literarum amantissimus, aut mecum ego potius ita loquar necesse est, quasi per parodiam, & uerbis illis utar Satyræ. Quidnam igitur miser ex cultu pietatis & philosophiæ expecto? Imò uerò si nihil pensi rerum æternarum habemus, aut si ambiguum quippiam & alternans habemus: quò tandem nobismetipsis negocium exhibemus in Hellenismo, & ad philosophiam incumbimus, quæ meditatio mortis esse dicta est à Platone? An expectationem illam tandem cœlestis fructus & sempiterni, quem tertio quoq; uerbo quisq; nostrum usurpare in sermone solitus est, quem nobis, quem liberis, quem coniugi deamatæ, quem amicis, ac de nobis prolixè merentibus, libenter ominari & exposcere diuinitus gaudemus: tanquam nucem extrinsecus nitentem, intus forsan marcidam, asseruare in sinu nos putamus? Miserum me, si ita est, atq; etiam nefariè ter miserum, qui aliud de re tanta sentiam & pronunciem. Age uerò, quidnam causæ esse censemus, quòd cùm longè maxima pars hominum, in tanta uitæ securitate degamus, mortisq; sempiternæ: uix tamen decimum quenq; uidemus uel in morte

placida

A placida, uel in morbo tumultuoſo, non uehementer trepidare, uenturiq́; æui recordationem quaſi deprehenſum perhorreſcere? Quid quòd facinoroſi homines, & ter atq; quater auſi capitalia: alijq́; qui in ſumma obliuione & incuria æternitatis uitam egerunt, ad uadimonium mortis præſentaneum & poſt ſpem uitæ conclamatam, in cœlum ſupplices ſuſpiciunt: Deumq́; miſerabiliter diuosq́; tanquam in tumultu aut naufragio, inuocant? Nempe quòd ſenſuum ludibrijs, quaſi nebulis quibuſdam à principatu animi tum diſiectis atq; abſcedentibus, lumen ſtatim ueritatis ualidiore appulſu incumbere animo ipſi incipit: intellectumq́; ad contemplationem earum rerum ciere, quæ impendent iam propius, & ueluti capiti incubant animam agentium. Simul numen ueritatis ſuapte ui tunc in mentem inſinuat hominum, niſi ſi qui ſunt torporis conclamati, qui callum iam obduxerit eorum præcordijs, qui pauci ſunt. hoc enim non niſi planè excordibus euenit, uæſanaq́; rerum æternarum incuria correptis. Iccirco acris & ſtrenua futuræ omnino rei anticipatio, ad mortis commentationem nos perducere debet, ut ſemper appetentis, cùm iam dies eius ceſſerit: hominem autem eo amplius philoſophiæ ſtudioſum, in rem præſentem ſiſtere, ut immortalitatis in utranq; partem conſcium uberiore fide, & perſuaſione non labante. Sic enim fiet ut terrore mortis animus per totam uitam uacet, qui uulgò moleſtus eſſe ſolet, animorumq́; conſtantiam frangere: cumq́; uaſa mortis conclamata fuerint, quod ſæpe magna cum trepidatione uſuuenit etiam non quibuslibet, animus ſemper ipſe in ſtatione ſua excubans inueniatur, ac ſemper apud ſe ſit: ut deniq; ſibimet homo ipſi in articulo rei ſummæ, atq; in ultimo diſcrimine non deſit, in quo ipſo ſumma actionum omnium, conſiliorumq́; & ſtudiorum uertitur: quippe ubi cum hoſte perpetuò certamen in æuum decernitur, eodemq́; infeſtiſſimo. Ecquis autem nouit an Dei placabilitas, quanquam aditu ſemper obuia ac facilis, blanda etiam ſui in uita, benignaq́; exhibitrix, in ſera illa tumultuariaq́; pœnitentia, non tam mœſta ob admiſſa, quàm pauore perfuſa, miniſq́; fati imminentis expreſſa, Atropi ſeſe germanam oſtenſura ſit? O ſi id euenerit, miſeras ac perditas ærumnoſæ uitæ rationes, &

B pudendas pœnitendasq́;, ijs maximè atq; in primis, qui beati & affluentes fuerunt, tituloſaq́; & grandi nomenclatura illuſtres: quorum memoria extructis altè monumentis, cum elogio uitæ, longè lateq́; conſecrata, atq; in multa uitæ ſecula propagata eſt. O nubem erroris denſiſſimam, ô caliginem hominum cæcatricem, qua uita obducta eſt in medio poſita, atq; in celebritate hominum, ut malè olim & præpoſterè lucem Latini hanc uitam appellauerint. Deus optimus, maximus, genus humanum ad imaginem ſuam factum, ſeruatum quondam uolens, uicemq́; eius dolens & miſerans, ut in tenebris inſipientiæ diræ & inſaniæ, ad internecionem præcipitantis populatim atq; conferctim: filium unicum, æqualem ſibi æui æternitate, cæteraq́; omnia parem, humanitatis plenæ uelamento circumdatum, ad homines ipſos cum mandatis liberis liberoq́; imperio legauit: tanq; Mercurium quendam futurũ, interpretemq́; commercij cœleſtis & ſempiterni. Is naſum ſapientiæ ueræ ac diuinæ, mirabilem atq; memorabilem nobis condidit, aduerſus prudentiam communem, ſapientiamq́; hominum quamlibet præditorum natura præſtanti & eximia. eius porrò aduentu & diſciplina factum eſt, ut Helleniſmi philoſophia, quæ emunctiſſimæ naris anteà atq; ſagaciſſimæ eſſe ſibi omnibusq́; uidebatur, faſtigiumq́; humanæ mentis Deo propè æquiparaſſe, mucoſiſſimam adhuc eſſe ipſa ſe fateretur. Hoc nihil unquam maius atq; admirabilius, aut feciſſe Deum, aut facturum eſſe, humana intelligentia concipere aut comminiſci poteſt. Huius miraculi commentationem animo aliquando philoſophico, eiuſmodiq́; beneficij diuini memoriam, cuiuis etiam homini ſæpiſſimè excidere, qui quidem per imperitiam rerum, ruſticitatemq́; plebeiam, non impediatur rem ipſam animo uerſare & perpendere, ſceleris inſtar eſt profectò ingentisq́; piaculi. At quotus quiſq; noſtrum, in tanta ſtudiorum uarietate, uel ad literarum cognitionem, uel ad quærendi poſſidendiq́; auiditatem, uel ad ambitum incumbentium, uel ad ſenſuum delinimenta pertinentium, ad ſucciſiuas ſaltem horáſne dicam, an horarum quædam momenta, raptim ac defunctoriè ſuceiſa? in ijs æſti-

mandis & considerandis bona fide occupatus est: cùm interim totus sit, non in legitimis modò ferijsque cogitationibus: sed sæpe nugatorijs, & nihil ad summam institutæ uitæ pertinentibus. O diram animorum torpedinem spem prorogandæ uitæ: quæ nos à commentatione harumce rerũ & similium auocat. digna certè ipsa quam propter ueratrum (ut dicitur) album sumptitari debeat: quippe cùm mens humana tum maximè ab insania liberanda sit, quam atram bilem Græci uocant, cùm rationis certamen sensuumque committitur, aduersariorum acrium & pugnacium: id quod euenit quoties philosophia copias suas instruit aduersus dictata & præcepta ciuilis prudentiæ, sensusque theatrici. Cæterùm Christum suum charissimum Deus ideò ad orbem terrarum descendere è cœlo uoluerat, ut homines ueritatis inuestigandæ mirabili studio præditi, ijdemque luculenta erratione ac deuia indagatione aliorsum abducti, in uiam tandem redirent ad ueritatem ipsam ferentem, indeque in cœlum spectantem, rectaque pertinentem. Eius igitur aduentu & magisterio factum est, ut enunciata diuina, oraculorumque proloquia, ac uatum sanctissimorum prædicta, cœlitus olim edita, longo interuallo homines primùm pauci intelligerent, futuri paulò pòst populi præceptores. dispulsam enim oportuit crassam rerum diuinarum ignorationis nebulam, quam orbi terrarum offuderant stygij Protei præstigiæ, qui circulatoria ludificatione præstringens oculos mortalium, eos in terram conuerterat, ne sursum aspicientes, trans cœlum perspicerent. Quam in pestem incurrens prisca philosophia, ea sibi tandem munia arrogare ausa est (ut est insolentia) quæ diuinæ sunt potestatis atque efficientiæ: in ueritate interim persequenda & uestiganda toto ipsa cœlo aberrans, ut est in prouerbio. Proinde cùm manifestum sit nobis, quod sapientiæ humanæ orbitæ, commentationisque philosophicæ uestigia, in ambages quondam ferebant, proculque nunc abducunt studiosos sui, atque auertunt à cœlestis disciplinæ methodo, cuius Christus seruator mortalium, autor & præmonstrator fuit: aliam nobis uiam ineundum est, ducem etiam sequẽdum orthodoxiam, cuius utique doctrina tanquam amussi utendum est ad dirigendas orbitas curriculi philosophici. id quod uiri olim permulti doctissimi cùm Latini, tum uerò Græci fecerunt. Et quidem absque doctrinæ diuinæ lumine, sine oracularium monumentorum adminiculis, gratiaque inde manante paracletica, nihil est opis in sese mortali prudentiæ, duntaxat ad semetipsam in cœlum erigendam, ad uiamque capessendam ad summum bonum ferentem, qui scopus est philosophiæ: quippe ad æterna contemplanda suapte ui caliganti & hallucinatrici. cùm etiam alioqui rationis (ut ita dicam) frenos, humanitatis efferatæ petulantia, uirtutisque lupata duriuscula, nequaquam prius æquo animo libentique acceptura sit, quàm diuini numinis reuerentia, spesque sempiternæ beatitudinis, intrò ipsa insederit. Ad summam si adurgere nosmet ipsos ratiocinando institerimus, necesse est, ut opinor, ista reciprocari. Si doctrina seruatoris euangeli, autor est & magistra ueræ & insontis ac perpetuæ sapientiæ (quod nemo tam perditæ mentis est, quin protinus ponenti assentiatur) germanam utique stultitiam fateri oportebit disciplinam hãc esse temporariam & secularem, à communi sensu gentium oriundam, quæ ciuilis est urbanaque prudentia, quatenus quidem certè diuinæ opposita est per lineam, ut aiunt, dimetientem. Et si partes omnes ueritatis habet illa (id quod in prouerbium receptum est ratæ fidei apud omnes, quodque instar habet axiomatis) nimirum hæc omneis habet numeros falsitatis. Age, si illa sacrarium est ipsius ueritatis (quod in confesso est ubique gentium Christianismi retinentium) in hac unique continuò fatendum est, uanitatis esse diuersorium. Denique si illa salutaris est, ac summa ueneratione digna (id enim nemo inficias it) hæc continuò exitialis uidebitur, & planè detestanda, si quidem hanc tute institeris cum illa contendere. Iam uerò si te præsentia quidem perspicuè cernit animus, nec futura præsagit commodè satis & tempestiuè: ut qui tenebris obrutus sit stolidarum opinionum: certè ad doctrinam illam numine afflatam & consecratam adeundum est, ut ad lumen certissimum atque saluberrimum. Verùm ô mores inconsultos & præposteros: cùm ipsa sapientiæ monumenta in manibus habeamus: cùm in precationibus atque ceremonijs quotidie recitentur, quas maiorum

placitis

placitis & exemplis frequentari ab omnibus institutum est: deniq; cùm ueritas ipsa
A auribus nostris idĕtidem ultro semetipsam inculcet: quotus quisq; nostrum inde abiens, eorum quæ audiuit, ad uesperum usq; meminit? meminit dico? imò uerò quis satis attentè auscultat, interim dum ueritas ipsa atq; sapientia, quasi cum populo, cũ patricijs, cũ omni ordine agit, præceptaq; sua e suggestu monitaq; ingeminat? Quis uerò animo adest præsenti & cõtento? Quod nisi res alias interim aliasq; ageremus, inter cœlites ipsos utiq; uersari tãtisper uideremur, dum uerba sacrosancta leguntur, et palàm pronunciantur: dum tanquam oracula indubitata fundũtur: partim ore Dei prolata, eiusdemq; hominis: partim ab entheis uatibus multis antè seculis tum mirè prænunciata, tum congruentissimè ijs quæ ab ipso gesta sunt inter homines & exanclata. Videlicet hoc illud est sermone diuino significatũ: aures pleriq; non habemus audiendę sapiĕtię, ueritatisq; exaudiendæ. At oracula cœlestia numẽ suũ nõ perferũt, cùm in aures insinuãt tantis sacramentis quolibet modo inauguratas, & more trãslatitio. Nã nisi torpentẽ cœlestibus promissis & interminationibus auditũ haberemus (& præmijs enim & pœnis lex diuina sancta est) ecquis tam perditi est animi, ecquis socordiæ tam deploratæ, quin pauore interim tremoreq; perfunderetur? Nunc cùm Christo quotidie auscultare inter sacra soleamus, præmia ac supplicia, tanta in utranque partem, eademq; sempiterna pronuntianti: unde nihilo secius abimus tum hilares, tum uultuosi, prout res nobis natæ sunt, studijs nostris atq; desiderijs aut aduersæ aut secundę: futuri interim ipsi æui & perpetui, & cœli iuxtà tartariq; securi, aut securorum simillimi, præ stupore mentium. Hîc facere nequiui cùm minimè id affectarem, quin paulum digrederer ab instituto cursu. ueritus sum enim pręuaricationis crimen, si id silentio pretermitterem, quod incurrebat in stylum: etsi rursus uereri subijt, ne ulcus tetigisse inconsultè uiderer. Quare ut alternantibus sententijs aliquãdo defungerer, hactenus periclitari statui, ut specillo magis quàm ungue ulcus attrectare auderem. nam scalpellum adigere tam luculento parentis communis abscessui, nequaquam filij esse duxi, qui infirmitatem manus suę atq; imperitiam nosset. at fomentum
B admouere nõ sustinui, ne aut frigidum iudicaretur à lectoribus, aut fortasse præcalidum, quod non minoris esset culpæ. Verum enimuero cùm ad uitam agendam duas uias diremerit atq; insigniuerit doctrina euangelica: salutis alteram & immortalitatis beatissimæ: alteram internecionis æternæ, ac spei proiectissimæ: earum in dies discrimen magis ac magis fugit, cùm tamen luculenta sit orbita intermedia: ac tantũ inter se distent, quantum fines & extrema bonorum & malorum. Pleriq; autem mortales non intra uiam à Seruatore sectã, ab eiusq; discipulis atq; eorũ sequacibus complanatam, sed in spatio contermino uel potius cõtrouerso, uiam facimus: securi quò pes ferat, ut suprà iam dictum est. Eorum autem minimè nunc meminero, qui per orbitas transuersim exultantes, horsum illorsumq;, quâ fas, quâ nefas expatiantur, solutí metu legis diuinæ & immortalis: Cuius sanctio quamlibet prolixè concepta aut minaciter, nihil tamẽ in præsens spondet atq; interminatur. Cæterùm nõ pauci sunt, quantum conijcere licet, qui libertatis dissolutæ placita comprobantes, nunc in hãc, nunc in illam causam Academicorum more transeunt: nullius addicti iurare in uerba magistri. Quod institutum uitæ nuper cœpit longè luculentius quàm pridem, impudentiusq; inualescere, nouarum opinionũ occasione, quę magna ex parte cupidius exceptæ ut festiuæ, quàm intelligentius, ut ab imperita multitudine, fraudẽ capitalẽ creauerunt corporibus atq; animis multorũ mortalium. nempe quasi præconiũ gratię euangelicę, quę legis seruitutẽ disciplinamq; obnoxiam excepit: non ad pileũ mortales insontis uitę & abstinentis, sed ad licentiã quandam uocari Saturnalium & Floralium. iustitiũ etiam planè indixerit antiquatis legibus ac moribus, quotlibet ętatum cõsensu probatis & receptis, & uerò ætatũ sanctissimarum atq; doctissimarum. Hæc manus primùm tenuis & obscura, sensim duces habere cœpit & signiferos armis instructos doctrinæ & facũdiæ. Sed ut est temeritas multitudinis, quadrato penè agmine uel incondito potius, partes facere longè gentiũ ausa est, nõnunquam inter se dissentienteis. erumpunt aũt in dies in alias atq; alias rerum nouarum molitiones: quasdamq; fœdissimas & sceleratissimas: non ijsdem tamen autoribus indignatũ,

ut ex ſcriptionibus apparet, nec iiſdem uoluntatibus. etſi inceptorum huiuſmodi a- C
mentiæq; multorum inuidia, in eos inflãmata eſt populari præiudicio, quorũ nomi-
na inclaruerunt in prouincijs quibuſdam, ob ſuſceptũ primò facinus aut ſubſcriptũ:
quod per ora hominum agitatũ eſt uarijs rumoribus. Verùm id permagni & præci-
puè refert, quid dextro, quid ſiniſtro numine ſuſceptũ ſit ab unoquoq; hominum, in
auſis huiuſcemodi: quod dies (ut opinor) non longa declarabit. Peruellẽ autẽ ut ad
res huiuſcemodi cõmẽtandas ſi factum oportuit, & cordi fuit prouidẽtię, doctiſſimi
tantùm utrinq;, atq; etiã exiſtimatiſſimi accingerentur, non etiã audaciſſimi. Eò autẽ
res euaſit partim horum cõfidentia, partim illorũ culpa: ſummus ut apex autoritatis,
honores propè diuinos adeptus dicam, an meritus? eorum nomine ſacerdotũ, quos
ſibi quondam Chriſtus cœleſtis pontifex legauerat adhuc inter mortales agens, ſa-
nè malè nunc audiat ad uulgus & incommodè, ne quid amplius dicam, & uerò in or
dinem propemodum redactus ſit ſermone permultorum, & licentia temporum. In-
uidia porrò ut multis olim ætatibus in uniuerſum, ſic noſtra flagrare cœpit uehemen
tius ſacer ordo mortalium, quẽ profanis ordinibus aiunt oportuiſſe ex inſtituto Ser-
uatoris præmonſtratorẽ uiæ ſalubris eſſe, atq; è loco ſuperiore deſignatorẽ: id quod
inter homines ſatis conuenit: de eoq; demum controuerſia eſt inter eos ac reliquos
omneis ordines, quòd præitores quoq; eoſdem eſſe neceſſe fuit, exemplisq; præluce
re, niſi ordinis maieſtatem imminuere exiſtimari non nollent, alijsq; penè contem-
nendam præcipua ex parte præbere. Etenim ſi ſodales illi dominici, reliquiq; Chriſti
diſcipuli, quiq; ab utriusq; eorum ſanctiſſimam & germanam acceperunt diſciplinã
uitæ, uiciſſimq; eam poſteris tradiderunt per incorrupta ſecula, ſucceſſoribus in lo-
cum ſuum ſuffectis, pietatis æmulationem tantã uitæq; ſanctitatis reliquiſſent, quan-
ta exempla, quamq; ſolida earundem uirtutum reliquerant: haud dubiè (inquiunt)
ambitio & cupiditas ſummotæ procul eſſent ab aris ſacroſanctis, ab earũq; miniſtris:
quæ res duæ maximè à regno Chriſti diſſident. Deus in filio ſuo Ieſu Chriſto, quem
pontificem mundo ſummi dedit ſacramenti, hominibusq; ſalutaris, cœleſtis etiã phi
loſophiæ conditorem & interpretem, exemplum nouum ac mirabile ſtatuerat, cru- D
cis ſuſcipiendæ unicuiq; mortalium, qui ipſum ſequi cuperent ut pontificem, ut du-
cem delectæ à patrefamiliæ, beatiſſimæ illi hæreditati æternæq; deſtinatæ. Id exem-
plum præceptumq;, quos maximè uenerari, imitari, exequiq; decebat & oportebat,
quibus diuus ille ſodalitatis delectæ corypheus, & collegę ipſius, iure ſucceſſorio in
manus tradiderãt lampades magiſterij, eos iam diu ipſos copioſos imprimis factos,
&, quod longè diſcrepantius eſt. Sed præſtat (ut opinor) ulcus altius non explora-
re, ne immemor eſſe conteſtationis uidear à me factę: atq; hæc ſi diuis placet (inqui-
unt) auſpicijs Chriſti Seruatoris noſtri fiũt, eiusq; aſſeclarum ſub infulis & uelamen-
tis pietatis atq; innocentiæ. Id uerò quàm incongruè eorum profeſſioni, quàm abſo-
nè euãgelicæ ſimplicitati, quàm uerſa uice religionis priſcæ, quàm ſurſum deniq; de-
orſumq; (ut apud Græcos dicitur) in mores receptum ſit, nullus non intelligit, & o-
mnes uociferantur. Nam qui Domini noſtri quaſi ſub iugo traducti & furciferi (hoc
hoc enim Chriſtus Dei filius deusq;, ſeruãdi noſtri ergô & eſſe et uideri ſuſtinuit) teſ-
ſera & inſignibus, ſeſe ſacroſanctos eſſe meritò contenderent & uenerãdos, eos con
ueniebat ipſos, quo ſimiliores Domini eſſent aut certè uiderentur, parcius de genio
ſuo cautiusq; mereri. niſi uerò cenſemus. Sed rurſus hîc neceſſe non habeo multorũ
ſermone commemorando, litem meam facere ex aliena cõtrouerſia, quaſi in cauſam
ſubſcripſerim, quæ parum mihi cordi eſt, quamq; maiorem eſſe non inficior cogni-
tione mea. En quò mores (aiunt illi) deflexere ab illa diſciplina heroicorum tempo
rum, nobis quidem illa commemoranda ſemper & prædicanda: ſed tamen ultimum
à nobis, ab auis q; noſtris tritauisq; ſalutata, ac nunquam reditura. aut poſt inſignem
quandam certè reditura tabernaculi Domini conuerſionem, uaſaq; eius in officina
priſcæ ſeueritatis bona fide interpolata, magnopere ut mirari homines non debeant
antiquas diſſenſiones in præſidijs nominis Chriſtiani nuper recruduiſſe: quę utinam
diſſenſiones tantùm ipſæ non etiam diſceſſiones ſanctæ ciuitatis fuiſſent, & tanquã
abſceſſus quidam fœdi in corpore ſpõſę Domini. Opprimi autem aut ſedari ut olim,
ſic

A sic hoc tempore, potuerunt, non magis exercendis legibus, pœnarum'que atrocitate, quàm uitæ & exemplorum æmula seueritate. At nunc eò deformitatis licentia erupit in nauicularia Christi summi exercitoris: uectores ut hortamenta floccifaciant in puppi circaque sedentium: quandò ij qui ad gubernacula summa admoti sunt, quique propius inde absunt, obdormiscere somnum uisi sunt socordiæ, diurnum iuxta atque nocturnum, nec minus nubilo quàm sereno. id quod ipsis omnino contigisse oportet obreptione funesti Mercurij, aurea (ut est apud Homerũ) uirga homines improuidos exitialiter consopientis. Pars etiam uectorum non contemnenda, delicias grauati magistrorum nauarchique supinè iacentium (ut quidem speciosè satis isti plausibiliterque, si minus uerè, uociferantur) in nauigia se coniecerunt alia atque alia, derelicta & contempta summorum auspiciorum naui, sibimet ipsi uelificantes. Quasi uerò Iesus unus ipse nauclerus (si ad uerum loqui uelimus) prætoriam nauem egressus, per mare iam medium huc illucque perambulet, quocunque inuocetur gentium subinde se conferens cum sua nauicula. Haud ita pridem homines quosdam ingeniosos, elegantioremque in modum eruditos, pudere cœpit (ut uidetur) μετροδιδάκτως aut esse aut uideri. qui quanquam consilij sui causas, sanè quàm speciosas, in medium attulerunt (quarum illis copiam, hominum literas bonas linguasque ignorantium improbitas largita est: quippe iure atque iniuria quædam inueterata tueri, eademque ridicula, autoritate sola, famæque elogio obstinantium: id quod nullis fidiculis exprimi potest ab intelligentibus) quanquam igitur illi ut scita acroamata, plausu primùm multorum excepti sunt, tamen obliuisci non debemus, parentem illam nostram, tum innumerabili, tum beatissima prole fœcundam, eoque nomine sponso suo dilectam & commendatam, salutarem methodum, non ipsam à semetipsa, non ab humano magisterio, sed diuinitus edoctam esse. Verùm τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτεῖσθαι fortasse uidebimur: cùm utrique apud sese parentis esse domicilium certum contendant, & alteri apud alteros simulachrum esse tantùm sponsæ dominicæ pari fiducia dictitent, non item pari æquitatis specie: & quidem utrinque non studio partium fortasse mi-

B nus, quàm charitate certatur reponendæ in artus suos disciplinæ prolapsæ. Est etiam unis in partibus id incommodum, quòd homines quidam existimatione freti longo usu quæsita, tituloque inani, magis quàm solido iure parta: omnia Dei ac pietatis Christianæ causa facere se aut simulantes, aut parum potius perhibentes persuasibiliter, ius oraculorum interpretandi solis sibi uendicant. cùm interim alteri magnæ matris sacra, putidis uerbis eleuent: ceremonias, annis melioribus consecratas rideant: ritus etiam uetustissimos: ordinum discrimen obterant ac despuant: hymnodias lerodias esse censeant: psalmodias pro rhapsodijs habeãt, ut quidem est opinio multitudinis occupatæ inconsulto præiudicio, in utrisque partibus. His porrò qui auscultare cupidius instituerunt, plurimi quidẽ certè, eorũque imperitissimi, atque ideò deterrimi, nec doctorum hominum sententiæ sensusque intelligentes, primùm suis legibus uiuere, deinde nullis cœperunt: quæ duo non magnopere differunt. Deo certè nunc uota, ut si unquam aliàs faciẽda sunt, si rempublicam in meliorem statum sanioremque uerterit. nam quid futurum esse dicas, cùm spretis centurijs prærogatiuis, primarumque classium, centuriæ fabrûm, sutorum, cerdonũque in suffragia coeant de constituenda orthodoxia, apud nos quidem certè, cùm eò licentiæ uentum esse uideas, Theologi ut passim agminatimque prodeant è schola Lucretiana & Epicureorum? Tam dira autem fuit quorundam illiteratorum sceleratis in opinionibus pertinacia, ut uelut pyraustæ ultrò ignem appetere non dubitauerint, nimirum dira uanitate elati & perciti, in numerum ut diuorum referrentur à suis factiosis: nec in eo falsi sunt post fatum detestandum. Ita in dies inualescens errorum proluuies indignis autoribus & sæpe obscurissimis, ueluti diluuium quoddam est priscæ religionis, omneis ferè partes inundaris Christiani nominis, discrimenque paulatim obruens pietatis atque impietatis. Qui igitur diluuij huiuscemodi periculum metuunt, in arcam ut tandem redeant necesse est: siquidem eius compages eorum opinione dissoluta, ritè reconcinnata fuerit. Atqui ciuitatis Dei & Ecclesiæ, quam Christus appellatione benigna sponsæ suæ,

quasi pactæ diuinitus, dignatus est: sic constituta mihi uidetur esse societas, idemꝗ sentiendi necessitas: ut singuli paucíꝗ facilè desipere, atꝗ à regula aberrare salutari non nequeant: uniuersi ut non uiam tenere præmonstratam à Domino, atꝗ in commune sapere non possint, quasiꝗ consipere. Quod tamen ita demum intelligendum dico, si illi quidem è conuentu paracletico, à gregeꝗ dominico, superbè subducere semetipsos aut abripere obstinauerint: eorum taurorum non absimiles, quos Aristoteles ἀπμαγλοῦιται uocat, quasi sui abgregatores, in ordinemꝗ armenti sese cogere indignantes: hi autem indictis rectè atꝗ ordine conuentibus sacrosanctis, cum charitate Christi in publicum æmulante (quod quasi condimentum est eorum quæ concilia uocantur) in unum conspirare, atꝗ in numinis diuini sententiam transire parati sint. In huiusmodi autem casibus, ac rebus propè perditis aut turbulentissimis, illustres ætates Christianismi, solenne id remedium instituerunt, quod iamdiu ac nequicquam flagitare se illi uociferantur. Verùm (ut est Aij loquentis proteruitas) rei longè saluberrimæ, quondamꝗ usitatæ seculis melioribus, appellationem tantùm inanem, quasiꝗ reliquias quasdam ac cineres emortui instituti præclarissimi, ad nostram memoriam asseruatas esse, plurimi nunc cauillantur. colorem enim iamdiu quæsitum esse indicti senatus sacrosancti in ædem concordiæ ac pacis euangelicæ: speciemꝗ consultorum ac ludibria religionis. senatus uerò ipsa consulta nec succum nec sanguinem pietatis illius heroicæ nec spiritum habere, nec uerò charitatem præ se ferre probam, strenuam, æmulatione flagrantem constituendi Christianismi, eiusꝗ maiestatis. Zelum scriptura Græca uoce appellat, quo significari antiquitas uoluit feruorem animi commoti uice publica, stimulumꝗ mentis in communem causam æmulæ. Multa huiuscemodi aliaꝗ non meliora, quæ commemoranda non duxi, ex hominum sermone collecta, ad inuidiam inflammandam non parum ualuerunt, fatali quadam inclinatione rerum. quam rerum nouandarum materiam, oblatam potius quàm quæsitam (nisi fallor, ut sunt rerum humanarum conuersiones) nacti homines primùm pauci cum minimè meticulosi, tum acumine præstantissimi, multa quidem illi arguta atꝗ etiam scita, uendibiliter: nonnulla sanè commoda illa quidem, sed non perinde commendabiliter: cæterùm aut sensim aut repentè plures facti, incommodè quędam exemploꝗ non probabili, in scenam protulerunt, multitudine circumfusam nouarum rerum cupida, ad licentiamꝗ propensa, religione uacuam. paulatimꝗ quorundam confidentia id tentatum est, ut patrum decreta antiquissima, scriptorum etiam autoritas & monumenta, consensu tot ætatum rata & comprobata, pro nihilo ducerẽtur, ut iure subnixa translatitio. Neꝗ uerò sese aut quenquam liberi spiritus hominem teneri iam defendunt nebulunculi quidam illiterati, non modò responsis prudentum iuris diuini, secundum quæ iura primùm pontificia & canonica temperata sunt: quibus iuris dictio constat, olim ad normam & bona fide exacta: sed ne insignitis quidem atꝗ nobilissimis, & maiorum, ut dicitur, gentium senatusconsultis, iussisꝗ eorum & interdictis, tametsi antè semper pro numinibus habitis. Ex quo euênit, ut uulgus licẽtiæ effrenatæ, quasi equitium quoddam uinculis abruptis lasciuiens, legum sese metu solutum esse existimarit: legesꝗ diuini cultus, arbitratu suo condere sibi suisꝗ non dubitarit. Audiamus si uacat, paulisper Cyprianum, cùm doctum & uetustum autorem, tum sanctitate clarum, tum pietatis uadimonio capitali ad extremum probatum & consecratum. Qui de manibus, inquit, conciliorum gubernacula extorquent, ecclesiasticæ salutis nauem in scopulos illidunt. Quid autem indignius ac fœdius in Christianis gentibus, & in ipsa ciuitate Dei esse potest, ꝙ leges antiquas populari licentia abrogari: unumꝗ quemꝗ sibi uel populum uel tribum, uel ciuem perditissimum priuilegium ferre, trinundinoꝗ promulgare? Quòd si ex euentu iudicium faciendum est, gratúmne id Deo fuerit tanta populi atꝗ ordinum consternatione res nouare, lucẽ etiam caligini publicę longo interuallo referre: sit quidem hoc sanè per me, quod & permultis uisum est, eorum quoꝗ qui in partes non descenderunt. Sed & Phaeton quondam sursum deorsum lucem circumferẽdo, quã in fraudem inciderit de cœlo tactus. Verùm ohe, iam

satis

A satis est, forsan dicet aliquis: & memini quid superius testatus sim. tantùm hoc addiderim, rem mea quidem sententia non sine numine quodam prouidentiæ cœptam & agitatam esse, qui euentus cunq; rei futurus est ancipitis, quę omnino diuinam manum poscit. Iam autem in articulo arcendi incendij aut summo, aut præcipiti, aut proxime quidem eum sumus, in quo cessandi locus nullus est, ne Vcalegontibus quidem: nisi ueterno magis quàm somno oppressi sumus, quod ominari nolim. Nam quis tam hebes est, ut non uideat incendij iam gliscentis, ac nisi obuiam eatur, longè lateq; populaturi, quà pios, quà impios, præpetes aues (ut est in prouerbio) & prænuncios esse, cultus diuini opiniones identidem euariantes pro libidine cuiusq; etiam indoctissimi (quod inuidiam sanè inflammat incepti facinoris) aliàs futuri forsasse controuersi apud homines ingenio doctrinaq; præditos? Scilicet hoc illud est ore ueritatis ipsius pronunciatum. Ita fert humanarum rerum conditio, mundiq; prępostera ac turbulenta ratio, reliquiæ utiq; noxiæ primordialis: uita ut carere nequeat huiusmodi euentis, pericula creantibus multitudinis animis: Scandala à scriptura uocantur: negocia sæpe facessentia hominibus quoq; circumspectis, rerumq; existimatoribus non quibuslibet. Necesse est enim ut eueniant offensę. causęq; offensionum. At uerò id oraculum uæ particula consequitur è uestigio, quæ omnibus formidolosa debet esse, atq; etiam horrenda. Væ, inquit Dominus, illis unde offensiones exoriuntur. Animaduertant igitur etiam etiamq; ij ad quos res pertinere potest. Nam quis mortalium hodierno tempore nosse satis uidetur & agnoscere, quid sui sit muneris & officij in familia Domini? Verùm quod ad rem nuper designatam attinet, quis eorum qui rebus nouis cœptandis mundum circumegerunt, discrimen peruidere potuit fiduciæ atq; confidentiæ? Quis cùm innumeram hominum multitudinem tanta religione alligauerit, solutum habere animum potest? qui quidem certè mentem torpentem non habeat ad religionis pulsus identidem incessentes animis, in re tam præcipiti suscipienda, tamdiuq; perferenda? Ecquisnam uerò tenebrarum lucisq; confinia sic certò tenet, ut disceptator harumce rerum sedere sine pauore atq;
B horrore queat, in iudicioq; lubrico & abrupto? Quod utinam eorum qui cardines tanti cœpti hactenus uersauerunt, quod multi commoliri certatim conati sunt, non aliquando ea mens fuerit, ut oculis auribusq; seruirent populi ac procerum, ad res huiuscemodi excipiendas paulò appositiorum: nec uerò decus ipsi quoddam optimum sperauerint, & affectarint, existimatione primùm tentanda & obtrectanda ordinis consecrati, clauoq; regendo Christianismi præfecti: deinde succedente supra uotum, ut opinor, conatu, prosternenda etiam & affligenda tot ætatum taliumq; prudentia: tum autem eleuanda & cauillanda senatusconsultorum ueterum autoritate, pro numine quodam paracletico semper habita. cuius senatus patres cōscriptos eœlitum numerum diuorumq; auxisse, ueri est simillimum, tum ob uitæ castimoniam, tum ob doctrinæ sanctimoniam. Omitto probrosè uexatos, ac per ora multitudinis traductos, coryphæos ordinis sacricolarum, scriptis contumeliosissimis. Mitto nomen orthodoxiæ, multorum stylis confossum, & maledictis penè construtidatū. Hęc autem sine luculento atq; insigni uulnere ac dedecore Christianismi, fieri nō potuerunt, ac sine conspicuo intertrimento rerum diuinarum fidei, disciplinæq; euangelicæ. Cuius rei non iam argumentum est, sed certissimum documentum, flagitiosa uita plurimorum, eius dogmatis in summā assertorum. Cuius nominis tegmento, quasiq; patrocinio, licere sibi putant homines perditi & scelerati, quicquid collibuerit, non quicquid autores sunt homines docti: unde ius nihilominus impunitatis & licentiæ sumunt, hominum opinione duntaxat, qui inuidiosi dogmatis pręiudicio ducuntur, quæ multo maxima pars est. Qua in re existimanda, etsi æquis utuntur apud nostros homines autores ipsi architectiq; dogmatis, uiris doctis atq; grauibus non paucissimis: culpam tamen deprecari inuidiamq; non possunt, ne ijs quidem quæ ingeniosè ab ipsis & cōmodè disputata sunt. Fuit olim & seculis iam multis solēne doctę aut ingeniosæ dicacitati, in officinā sacerdotū declamitare, ut canonicæ disciplinæ cauponatricē, ut utar uerbo prisco: in ordinem uerò sacris dedicatum, eoq; nomine sacrosanctum inuehi, tanquam in foro cupiditatis magis, q̄ in atrio Domini negociātem

nundi-

nundinantem unà cum pontificatibus atq; antistitijs uacationes atq; immunitates sacrarum functionum, ueniasq; inertiæ. nam & eius ordinis mancipes, institoresq; tonstrinæ maiorum ac minorum auspiciorum, reprehendere uidetur Apostolus in Epistola posteriore ad Corinthios, ut uerbo eius utar, τὸν λόγον τοῦ θεοῦ καπηλεύοντας. At uerò præsidium castrorum Christi, exercituum Domini, ex arcibus regni eius cum præfectis ipsis eiecisse, præfecturasq; ipsas uno uerbo abrogauisse, exempli est absurdi, à taxiarchiæq; dignitate ac decoro uehementer abhorrentis & alieni: sine qua mundus in ἀκοσμίαν uertens, nomen suum obtinere iam non potest. Neq; uerò minus est illud uitæ dedecus (ut nihil de impietate dicam) quòd sacros profanosq; homines eodem habent numero locoq;: & rerum hominumq; discrimina in lapide (quod dicitur) albo, alba amussi notant. Næ id est, ut alia omittam, non modò ad uiuum (ut est in prouerbio) scalprum: sed etiam ultra omnis penè memoriæ scammata, stylum adigere confidentiæ. Quòd si ij qui cœli luminaria stellasq; cùm detrahere non possent, nec extinguere, obscurauisse quodam modo eadem existimati sunt, non sine luculentis indicijs & argumentis: taménne Euangelij lumen retulisse uitæ tanto interuallo dicentur eandem ipsam ob causam, ingenia huius ætatis? Id enim secundarum partium telæ, tertiarumq; textores, memoriæ prodere non ueriti sunt. Horum autem in sententiam si publica transire prudentia passim institueret, quid causæ iam esset in posterum quo minus nihil tam consultum, agitatum, disceptatum esset, nihil sic semel definitum ac constitutum, quin denuo mox & ab integro reuocari in disceptationem, ad populiq; disquisitionem posset, simul ut cuilibet audaciori controuersum id facere uisum esse? ita Christianismi cardines, non senatusconsultis auspicato coacti, locisq; constitutis, atq; augurio cœlesti consecratis, ut moris est antiquissimi: sed ex opinione cuiusq; uerterentur, rerum compositarum retractatoris, temeraria manu factiosaq; conflata. Sed enim non is sum ego: non ea res est, cuius rei litem meam facere consultò & meditatò instituerim: etiamsi nō inuitus feci, testatum ut relinquerem, quantum uicem publicam dolerem Christiani nominis: simul hominum ipsorum sanè doctorum & memorabilium alioqui, mea quidem sententia, & permultorum iudicio doctrinaq; præstantium: tum autem literarum bonarum malè & incommodè ea de re audientium. Quid uerò rursus, quid, inquam, si (ut sunt consilia prouidentiæ tam admirabilia, quàm mortalibus occulta) hoc motu, hac rerum nouarum molitione Deus optimus ac maximus parturit constitutionem Christianismi, reconcinnationemq; antiquæ disciplinæ? Quid si maiestatem euangelij, fideiq; uerbi læsam & imminutam ultum ire statuit: extinctamq; charitatem aut perfrictione exanimatam? Deniq;, quid si non aliam censuræ fata salubris inuenere uiam? tantiq; æterna pararit regna Deus Christo? Loquar enim hîc quoq; per parodiam, quando mihi obuiam non importunè occurrit. magno certè & hominum & animarum numero adhuc constitit hoc argumentum, stetitq; non sine plausu aliquantisper ab omni parte theatri: nunc autem admurmuratione aduersa, maxima quidem ex parte, ob scelera factionum. Ad quotum autem actum eius peruenerimus, quis ausit aut possit affirmare? sperandum tamen à catastrophe proximè rem abesse: quæ utinam palinodiæ plus habeat, quàm tragœdiæ. quam in partē profectò necesse est animos ut inclinent ij, qui in scenam proferre primùm argumentum ipsum instituerunt, si plausoris egent aulæa manentis, & usq; sessuri donec præco, uos plaudite, dicat. Excitādus autem publicè priuatimq; Iesus est, ut uentis huiuscemodi tempestates cientibus, mariq; imperitet, increpitis & cohibitis, sicq; tranquillitas redeat. Peruelim autem, in naui tantùm ut ipse sua Christus somniculosè obdormierit, non etiam sopore uehementi obliuionis nostri captus sit: & (quod ominari nolim) fides semianimis in uniuersum & ueternosa expergisci sine insigni noxa nequeat. Sed cùm res ferè nulla (ut credimus) tam plenum ius postliminij, tamq; iustum habeat, quàm uenia diuina (id enim subsidium humanitati identidem aberranti Seruator ipse dedit) oranda nobis erit exposcendaq; pax superûm, nunquam non exorabilis suppliciter pœnam imminentem deprecantibus. Quod mox fortasse futurum est, si ex utrisq; statiuis homines strenuissimi, pacatisq; consilijs affines, in suffragium mittantur ad dirimendas

finien-

A finiendasq́; semel controuersias. Verùm enimuero ut ad philosophiam redeamus à nobis institutam, quam ego philotheoriam facilè appellauerim, homini qui ad id studium se comparauit, omneisq́; suas facultates ingenij contulit, id omni ope faciendum esse censeo, quod infrà dicturus sum. Nam cùm uita philotheori militia quædam sit intestina, angustijs impeditis interdum, trepidisq́; consilijs obnoxia: præsidia ipsum multa insignium oraculorum, elogiorumq́; diuinorum subsidia, simul uirtutum exemplarium auxilia habere conquisita oportet, memoriæq́; mandata. Ex ijs autem aciem quandam instruere firmam & explicatam, quæ semper sit in procinctu & parata aduersus impetus cupiditatis, ambitionis, & uoluptatis, identidem animo incessentium, aduersus præstigias dæmonis, oculis incurrentes hominum: aduersus theatrum uitæ ciuilis, urbanæq́; frequentiæ, illecebris permultis ijsdemq́; ualidis infestum: tum aduersus rerum aduersarum fortunæq́; acerbitatem: nec minus aduersus hominum iniquitatem, maleuolentiam, atq; maleficia, fodicantia sæpenumero patientiam, animumq́; urentia: & uerò nihilo secius aduersus secundarum petulantiam, quæ mea quidem sententia, maiorem animaduersionem exigunt, atq; uigilantiam. Hæc enim sunt arma, hæc tela, hæ machinæ Stygij grassatoris in dolo tergemini: quibus haud temerè euenit ipsis, ut paria sint aut philosophiæ placita, aut rationis monita, quamuis consultæ, meditatæ & confirmatæ: aut prudentiæ humanæ consilia, quamlibet cordatæ, atq; exercitatione condocefactæ. Contra quæ tela, sanè infesta & uulnifica, & necopinatò ferientia, eoq́; altius sauciantia, oculos etiam plerunque splendore inani uitreoq́; præstringentia: prisca rerum diuinarum prudentia propugnaculum positum semper habuit, & præsidium tutum in fide & sponsione Christianismi. Quo mirum est magis, & simul sanè dirum, quòd rerum diuinitus promissarum ætate hac nostra fides, emortuæ similis est. Quæ utinam ipsa singulis in nobis tantùm sit intermortua. nam emori fides uniuersim nō potest, quæ à spiritu diuino in Ecclesia semel animata est. Certè præ ut est insana cupiditas bonorū possessionis temporariæ, aut nulla, aut exilis est euanidaq́; fiducia in plerisq; mortalibus æternorum bonorum. alterutra enim earum alteri concedat necesse est, cùm unà omnino eodem in homine satis esse nequeant, si quidem Pythagoræ cœlesti auscultare uelimus & fidem accommodare.

B Quocirca qui quærendis & persequendis utrisq; bonis studere instituerunt pari animi contentione, ludere ij operam suam utrobiq; inceptant, qui philotheoriam cum philotimia copulant, qui philochristi simul esse & philochrysi meditantur: ij siqui sunt, riualia studia inter se, absurdè atq; irrito labore conciliare conantur, genijs rerum ipsarum repugnantibus. Si duobus dominis seruire simul idem non potest, quod elogio ueritatis testificanti non dubiè credēdum est: quo tandem modo regno simul & tyrānidi? Quomodo autem regnum Dei eodem in pectore, tyrannisq́; auaritiæ, ambitus, & uoluptatis hærebit, cęterorūq́; affectuum in anima grassantium? statuit enim Plato in nono Reipublicæ, uirum bonum & sapientem, intestinum intra sese regnum: malum & insipientē, tyrannidem eodem modo habere. à quo non absonum est, quod Seruator ipse euangelicè prodidit & mirificè, regnum Dei intus in hominibus esse, quod de sanctis uiris intelligendum Origenes censuit in tractatu De principijs. Itaq; qui auream illam uitam uiuere concupierint, quales sunt theoricæ philosophiæ studiosi, ij argenteæ uitæ salutem semel ut dicant necesse est, idq́; fide optima. Sed deprauatus sensus hominum, magisterioq́; sinistro cōmunis prudentiæ imbutus, cùm cupiditati agglutinatus est atq; auaritiæ, cùm ambitum ut beneficum ac largitorem honorum, ut fortunatorem hominum cōsectari instituit, intelligere iam inde & perspicere nequit, illam se ut rubi falcem aculeatum amplecti, strictimq; retinere. hunc ut utriculum distentum atq; inanem comprehendere: in quem suæ spei summam, thesaurumq́; coniecit auentis supra modum animi, & cupiditate perditi. Atqui huiusmodi placita sapientiæ ius gentium prodidit, quod ciuile mox excipiens, eadem ipsa excoluit: tum plebs populusq́; magno studio sciuit: senatus autor est factus: equestris ordo pedibus, equis, uelis in eam sententiam transiit & incubuit. tempore autem suo ac prouidentiæ placito, Seruator mūdi extitit, qui generi humano ea tyrānide oppresso, nunciū plaudendum & laureatum

attulit

attulit:legesq; euangela promulgata, & simul abrogato principi mundi eiusq; tyrannidi imperio, nouis uerò tabulis edictis & prolatis, regnum Dei esse iussit & sanxit in posterum: legesq; ipsi regno consentaneas, & instituta dedit. Iam uerò sacramento nouo & inaudito, omnes regni indigenas, incolas, aduenasq; adigi, atq; in uerba sua iurare instituit: fidem porrò certissimam sibi dare, ab eoq; uicissim accipere. Ab eo igitur cùm sacrarium ueritatis mundo relictum esse sciamus & prædicemus: cùm aditum sapientiæ antea clausum, figurarumq; & ænigmatum densissima septum obscuritate, patefactum eodem tempore & illustratum esse norimus, fateamur, & dictitemus: adhuc tamen hæremus in luto antiquæ sapientiæ, pedesq; lotos in fonte purifico, & expeditos, rursus contaminamus aquis spurcis, tricisq; implicamus. Qui si è puteis scripturæ haurire aggrederemur, ipsosq; puteos altius commentãdo, altiusq; fodere, quibus quidem certe nostrum id facere promptum est: ipsa quæ nunc esse prudentia plebi, senatui, equitibusq; uidetur, illa (inquam) ipsa seculi sapientia, non dubiè amentia & insania, nedum stultitia iudicaretur, summarumq; rerum inscientia. Nunc quotusquisq; uel peritorum atq; literatorum, in manibusq; monumenta sacrosancta assiduè habentium, ea etiam sæpenumero è suggestu enarrantium, non suauius aquas illas turbidas & populares gustat, in cratere ciuilis sapientiæ resides ac stagnantes, si modò cyathos treis è siphunculis ambitus aut cupiditatis hauserit, quàm uiuam illam aquam libat, è philotheoriæ iugis scatentem atq; salientibus? Proh dij iam immortales, quid est, si hæc dementia, si amentia, si uecordia non est? præstigiæ sunt hæ certè Stygij illius fidei nostræ attentatoris: qui dolis miris, diris, cæcis, ductare suos nouit fortunæq; alumnos, quos epulis illis semel perinescauit, è medio atq; etiam è transenna petitis, in eorum necem intenta & concinnata: tum potione supradicta, mellita magis ipsa, & oblita subdolè, quàm suopte sapore natiuoq; suaui, tyrannidi sensuum, sibiq; autorauit. nisi uerò suaue reuera esse potest, quod amarulentia curarum permolestarum permixtum est, angorumq; perennium. Fidem igitur aut emortuam, aut exanimi proximam eorum esse oportet, qui in tam manifesto rerum discrimine, longè deteriora eligunt, in eisq; studium omne suum, animiq; intentionem consumunt. At quotam partem nostrum eximere huic culpæ, atq; etiam diræ noxiæ hallucinationis possumus: si quidem ad limatum examen & iudicium expendere ista uolumus? Hic mihi in mentem uenit regis cuiusdam Ægypti, Psammetichus (ut opinor) is fuit, qui ut Athenæus quodam loco retulit, cùm scrutari arenas Libyæ statuisset: iuuenes aliquot adipsia, quam uocant, exercuit, qui aridis in locis sine noxa possent carere potione, & sitim non sentire. Hunc in modum qui in solitudine philosophiæ sapientiam quærere & inuestigare statuerunt, eos nihil sitire præter nectaream illam aquam oportet, quæ operantibus in uinea dominica plerunq; funditur diuinitus: ad cætera uerò omnia eosdem adipsos esse, in omnium rerum inopia, fide, spe, & charitate se tolerare. In ea autem uinea regnũ illud Dei esse traditum est à prudentibus, ac iuris diuini consultissimis: in quo regno nos oportet consopitam fidem Christianismi iacentemq; excitare & erigere. Huius porrò duo extant hodie monumenta & documenta integra atq; incolumia, perpetuoq; extabunt, quippe cedrinis in tabulis incisa: quæ cùm ipsæ cariem nullam sentiunt, tum Libani fragrantiam magnopere referunt, naribus quidem ad ea non hebetibus quę mysticè odorata sunt: & uerò ad unguentum illud imprimis æstimatum à uera philosophia, in caput olim ac pedes Christi Seruatoris effusum. Illis porrò in ipsis tabulis ac monumentis actorum prouidentiæ, certa fides, explorata spes, gestiens expectatio liberalium emeritorum, atq; congiarij beatitatis à Christo pronunciati, cœli & terræ & uniuersi potenti: iacent illæ quidem in præsenti ob stuporem hominum, sed tamen semianimes iacent, exsuscitariq; facilè & publicè & priuatim poterũt, ab illo exsuscitandi exanimatorum autore, quamuis etiam & quamdiuuis emortuorum. Redeat tantùm animus mundi ad sese in uniuersum: sin minus, redeat saltem animus hominum, philosophiæ fide bona studentium. tum rerum caducarum ille naturam rationis rectæ ponderibus expendat, non etiam sensuum uanissimis lancibus, mendosissimoq; examine. Tum demum autem id futurũ est, cùm Deus optimus & maximus, qui sese

non

A non pridem animaduersorem neglectæ religionis acrem & lynceũ exhibuit, minacemq́ nunc patruum ut uidetur, ostendit: emendatorem parentemq́ præstare ijs sta tuerit, quos filius eius Iesus fratrũ appellatione comissima dignatus est. At uerò nũc in eo sumus ferè, prudentia ut communis suis magis copijs fidere, acquiescereq́ in rebus præsentibus, quàm diuinis promissis, futurisq́ bonis cõfidere uideatur. Qui diffidit autem Christo, superorum, inferorum, mediorumq́ potenti, unicoq́ Domino; fidelis ille esse, aut uideri quî potest? & qui fidelis non est domino, quem nihil latere potest, ab eodem ipso miser quidnã sperare audeat? Huiusmodi igitur homini quonam tandem pacto cõstabit expectationis suæ summa? siquidem fidẽ habet ipse stabilem immortalitatis animæ. Verùm monumenta iam dicta conditi Christianismi, fideiq́ (ut ita dicam) rerum diuinarum & immortalitatis iactæ in terram nouatam, disciplinaq́ salutari cultam, duo sunt testamenta Dei, utrunq́ summæ autoritatis, & uerò dubitationem omnẽ eximentis attentè cõmentantibus assensusq́ cunctationem. atq́ his tanquã duobus adminiculis adiutus philosophicus animus, rerum interiturarum contemptione imbutus, admirationeq́ æternarum, erigere sese sublimem potest. Cœlum etiam primum suspicere tertiumq́, tum eò paulatim uiam inire à Seruatore sectam primo unoq́, pariterq́ munitam. Hãc igitur materiam obiectã habet theoriæ cõmentatio, sanè quàm copiosam & inexhaustam, dignissimumq́ unũ hoc omnium studiorum, in quo ueteris hominis exuta senectute philosophus, quasi adolescere denuò incipiat, maioribusq́ longè pomœrijs finẽ & extremum curarũ, uigiliarum, laborũq́ suorum circunscribere. siquidẽ oracularia scripta, intelligentia mirabili, reconditisq́ sensibus exscaturiunt, cõmentantis animi sitim semper intendentibus, & simul suauitatẽ hauriendi liquidissimas imagines cœlestiũ rerum & uisendarum, quæ intellectu percipi tãtùm possunt. tũ restibili fœcũditate fœta cõmentatio, alios atq́ alios intellectus parit, omnesq́ ueraces, & solidos, sublimeq́ rapientes, & in his quidẽ ipsis (ut dicã quod animo concipio) tanquã ueritatis sanctarijs, Themidis illius cœlestis (quod diximus alibi) quoddã est oraculũ, quam consiliariã Græci

B sua uoce cognominarunt, quasi præsidẽ, potentẽq́ consiliorum homini salutarium. ad hoc igitur oraculũ supplices ac uenerabundi, magnaq́ adire cum religione debemus, atq́ animaduersione extatica, si studiosi sumus. Nam si hac utemur antistite salutis & consultrice, si eius responsa & consilia memoria cõplectemur, sinuq́ feruido fouebimus: haud dubiè antidota hinc referemus aduersus illas escas, exitialibus illicijs oblitas animarũ aucupis, uoluptatẽ, ambitum, cupiditatem, rerum secundarum festiuitatem: suspectam semper ipsam uiris olim prudẽtissimis, iurisq́ diuini peritissimis. Verùm homini studioso, qui quidem salutis auspicijs philosophiæ scholã ineũdam duxerit: Themide auctore intra luminosam porticum orthodoxiæ philosophandũ, rerum illam multarum, magnarũ, mirabilium capacissimam, ac supra humanæ mentis fastigium sublimium: hancq́ porticum philosophiæ egredi non debet, ut quidem diutulè immoretur, is qui euthymiam, quam uocãt, indagare omnibus uestigijs, asseouiq́ concupierit, ut pignus summi boni, cuius ipsius umbrã tantùm fallacemq́ imaginem, prisca philosophia summoperè admirata est. Hoc qui facere efficaciter, apposite, constanter, ac consultè institerit: nimirum ipse inter diuorum iam & mortalium conditionem, mediam quandam uitam sublimẽq́, quasi semideorum egerit, quippe qui ad summi boni fructum æternum spem suam erigere, ad cœlum cœlorum intentionem contemplationemq́ possit: quę merces est emeritorũ Dei militũ, & apperendi terminus, ut inquit Augustinus in libro de cognitione ueræ uitæ: Huic porrò securitatem illam, tranquillitatemq́ philosophiæ consectanti, in Aegyptum non lõgius quàm res poscit expatiandum, ut Gregorius inquit, cognomento theologus: nec in Assyriam curiosius peregrinandum. procul etiã inde abeundum, solitudinemq́ uersus migrandũ bidui aut tridui: si quidem priuata hominis cuiusq́ ratio non grauetur hoc admittere. quippe in regionibus illis maximè, tyrãnus ille tartareæ sedis pręses, excursores multos & peruigiles, animarumq́ sicarios habet, intentos & immineteis ad omnẽ occasionẽ disturbandi fani dominici, atq́ depeculandi. Neq́ uerò ideo labascere eorum oportet fiduciam, qui intra præsidia sanctioris philosophiæ se abdiderunt,

derunt, quòd intra septa quoque eiusdem sæpe cientur tumultus. Etenim sacrosanctus esse nemo potest in militia uitæ, antequam missionem adeptus est: nec petitam illam adeptus est, sed oblatam diuinitus, emeritam iuxtà & causariam. & asylum nullum sanctum est aut clausum cæcis illis prædonibus & sicarijs. Quando ne Paulus quidem ille athleta lectissimus, multarumque palmarum pugil & insignium, impetrare rudem huius molestiæ potuit, sæpenumero incessentis ministerio suo fungenti: cùm interim id iterum tertiúmque suppliciter ipse flagitasset à Christo, indulgentissimo quidem illo Domino, sed tamen quasi lanista delectorum suorum, quanquam apud herum ipsum gratia summa ut mācipium scitum & eximium, singularique flagrabat. ceterùm immunitatis instar fuit homini sanctissimo, extra aleam esse præcipitem intra præsidium posito tutelæ dominicæ. adeò locus nullus inaccessus est proserpentibus illis noxis, nemoque prudens in uacatione supina debet acquiescere petitionum cæcarum diri gladiatoris: infesti semper aut imminentis mortalium securitati. Ita sua est philosophiæ quoque palæstra, obeunda illa quidem nec opinato sæpe, icciroque non sine trepidatione & uelut in tumultu. Sed quāti interesse censes, ex tuo ipse propugnaculo è philosophiæ castello, ex arce antè munita, hostem iam magnam partem exarmatum propulses: an in locum æquum, imò uerò in arenam aduersarij descēdas: tuteque pedibus uix insistens, equidem (ut aiunt) prælio lacessas campestri in planitie? Et ut pugiles olim campestres certo quodam uictu atque necessario uti solebant, ad coroborandos & confirmandos lacertos: sic philosophicum uictum accommodatum esse oportet ad alendam uim animi, uirtutemque uegetandam: σκληραγωγίαν Græci uocant: cuius etiam ipsius alumnæ sunt insignes uirtutes & præcipuæ. Iam uerò qui sublimes illas sententias troposque oraculorum, haurire commentando, & concoquere ad sanitatem animæ uelit, ex ijsque firmam persuasionem concipere doctrinæ seruatoriæ, & fixam opinionem rerum sempiternarum: is utique stomacho ut seruiat sapientiæ necesse est, plurimumque indulgeat. non etiam ut scenæ, popularique plausui: non primorum ordinum secundorumque palato: non denique iudicio communis prudentiæ, quibus rebus urbana celebritas, conuentusque atriensis finguntur, temperantur, reguntur. hæc enim naturarum consensum inter se nullum habent, quam sympathiam Græci uocant. Nisi uerò credere possumus florida illa morum sermonisque pigmenta, quibus homines urbanitati studentes, disciplinæque atriensi, theatro (ut dicitur) & scenæ ingenium Roscianum, & comitatem uenditant, fucatam atque inanem, ad stomachum facere theoricæ philosophiæ, quæ ueritate tantùm gaudet, & candida simplicitate: quippe quæ diuinum uerbum pro epulis animi opiparis & suauibus deuorans, dente prius intellectus mystici commāducatum, ineptias illas ostentatrices despuat ut fatuas, ad imposturam spectantes, exitialemque ludificationem: quæ duæ res cum fraterna charitate, ciuilique societate & legitima dissident. Scenica uerò ista studia atque histrionica, ciuilis sunt prudentiæ eiusque alumnorum, simul omnium quos iuuat & ipsos subdolæ mentis tectorijs, interdumque sceleratæ, fucum Deo (ut ipsi putant) atque hominibus facere. quippe qui urbanitate ac lepôre ad fraudulentam simulationem attemperato gaudeant, uerborumque lenocinio asseruienti: & uerò comitate populari, obuio cuique exposita, atque aucupe gratiæ, cum obsequiosa quidem illa, sed ludificatricula deditione sui: denique cis aras, trans aras, atque per aras parasitica assensione, cùm interesse sua putant: quo uno ipsi termino ius, bonum, æquum, honestum, definiendū censent. His uideas in ipsis, si obseruare uacet, uersicolores uultus et chamæleonteam pro re nata extēporalemque mutationē, ut inquit Aristoteles. Stomatica aūt sunt ista scilicet adiumenta uanitatis, cōciliantia gratiam urbanitatis: ori utique fingendo & concinnando, non itē stomacho salubriter afficiendo, præcordijsque morbidis sanandis accommodata. Sed enim Deus (ô uanitas humana stoliditate prædita) Deus, inquā, dignoscere cautus est, quid solidū crepet, & pictæ tectoria linguæ. is spectator est, is explorator, is existimator mentiū, & pertentator. Verùm qui huiuscemodi nugis sensus habēt perimbutos: uix est aureis illi ut pronas habere postea possint, uacantesque ad auscultationē disserentis sapientiæ & ueritatis. Talesque sunt ij fortasse, quos Christus, id est ueritas ipsa diuina, nō leuiter cō

pellans

pellans,à concionibus suis modo quodam summouit,cùm inter sermocinandum sæ penumero exaudibili uoce dixit,Qui habet aures ad audiendum,audiat. ad aures enim tantùm acroamaticas auscultationisq; mystagogicæ,audientiam sibi fecit, constantemq; & æternam attentionem æternus sermo Dei, qui etiam sapiẽtia est germana & sempiterna:idem salutis autor architectusq; mortaliũ. Minimè uerò ad eorum aureis hominum suauem atq; penetrabilem suadæ cœlestis aculeũ pertinere uoluit, qui in diem uiuẽtes,temporarios fructus bonorum atq; honorum consectantur, uoluptariarumq; rerum. Tametsi quibus auscultare sacrosanctæ philosophiæ contigit, emendatæ uitę innocentisq; magistræ:quanti tandem ęstimandum est ad uitam sine anxietate,sine tabifica ægritudine animi traducẽdam,quod sperare illis licet, uel spe potius certa usuuenit antecapere,ac sibimetipsis repręsentare, immortalitatis conditionem cumulatam ueris bonis, rebusq; omnibus exaggeratam in primis expetendis? Seponamus quæso nobis quotidie,seponamus,inquam, momẽtum tempusculi succisiui,uel semunciam tantùm horæ carpamus,ab ijs quę maximè agimus uacuam & feriatam:tum cogitet unusquisq; quid sese futurum est,cùm post peractas uices orbium cœlestium,eorumq; temporum,exuuias suas animæ tãdem recepturæ sunt,hæ in pœnam horrendam,illæ in præmium beatissimum:utræq; tamen uiuaces in perpetuum & porrò. Hîc cui nõ mirari subeat simul & miserari, mortalium sensus hebetes ad contemplationem ęternitatis:qui quidem ea quę moribus comparata sunt,quęq; in præcordijs mundi persidentia,ita inualuerunt, ut callum iam tot ætatum inconsiderantiæ,in communi non modo sensu, sed etiam prudentia duxerint,accuratè,perpensè,& exactè considerarit. Nam quis nostrum, cùm sibi suam rem ipse & præcipuam,maximè atq; acerrimè agere uideatur:id demum satis agit quò pertinent ac referuntur omnia quæ agimus,curamus,contendimus,& laboramus? nisi non eò spectant omnia uel nobis non animaduertentibus,aliasq; res,ut aiunt,agentibus,cõmodissimè ut uiuentes,desiderare rem ullam ad extremum desinamus, uel exiguam. At nos sic in patriam,sic in coloniam beatitudine exaggeratam tendimus, ubi demum desiderandi quicquam finis est:ut pueri ludibundi & errones,qui cupidè ferè faciũt, sinuosis ut itineribus ac maximè deuijs,ad ludum literarium sese agant (ut est in sermone sæpe uulgi)potius quàm eò ut contendant,quò ire destinauerunt. Ab eadem ignoratione ueritatis,& uerò à stupore mentis,illud est,quòd in rebus secundis lætitia gestiente exultamus:quasi auspicium salutare acceperimus, id quod plerunq; oblivionem æternæ uitæ affert. Quoto enim cuiq; tandem in rebus admodum lætis, in extis(ut ita loquar)regalib.ac magnificis, obseruari potuit species tumultuarij mortis uadimonij,quod ultimam denũciat necessitatem,cùm indeprecabilem,tum sæpe præcipitem? Enimuero Christus moriens in cruce,felle & aceto gustato, propinasse quoddam poculum nobis uideri potest,partim mentis acrimoniæ,ad caucẽdas mundi,uitandasq; fallacias:partim absinthij uitæ,non etiam mellis atq; deliciarum,si quidem adhærescere uestigijs eius cupimus,quibus in cœlum mortalib. uiam affectandam esse docuit inter concionandum. Quis autem nostrum nouit quo loco ac numero homines apud Deum habeantur, in albumq; destinatricis prouidentiæ relati sint: qui hic uel summo uel infimo ipsi numero mortalium habentur,uel splendido & obscuro? Nimirum candidis nos & atris dies hominum calculis adnotamus, ratiocinatione cæca plerunq; & præpostera.usq; adeò absurdè rationem rerum inire mundus nos instituit magister multitudinis: in cuius ludo sic ab ineunte ætatula uersamur ad ultimos usq; actus uitæ,ut pœnitenda semper pigendaq; discamus,magna cum afflictatione animi.stultam hominum superficiariamq; coniecturam:cum elogio summa fide prædito dicerimus,in caligine multa altissimaq; iudicia Dei esse mersa. Homines certè multos beamus existimatione nostra, quasi per uiam pomparum thensarumq; ad immortalitatem famæ & memoriæ,quadrigis,ut aiunt,albis uehẽtes: cùm interim ad sceleratam ipsi portam rectà contendant iter,indeq; ad necem tandem rapiantur abominandam & sempiternam.talis est enim sæpissimè catastrophe theatricæ iactationis industriæ,& ingenij,& solertiæ, in qua ciuilis aulicaq; prudentia specimen sui præbens,uestigia uisenda perpetuaq; relictum ire uitę sperat,felicitatem per

illustrem æmulandamq́ transactæ. Quippe si lege sua agere seuerus idem & misericors Dominus instituerit: eorum mortalium plurimi qui triumphali porta ingressi, per ora stupentium transuecti sunt populi ac procerum, scelerata mox ijdem porta, nefastoq́ exitu ex hac uita excedunt. Sed (hei mihi) Christus nobis fidem facere hallucinationis nostræ, ob stuporem nostrum nequit, præposteriq́ iudicij: qui mundo tot, tantos ipse, tam locupletes ueritatis sponsores dedit, uadesq́ capitales. Verùm enimuero hominum stultitiam philosophia ridens, huiusmodi uitam docet laborum esse curarumq́ congeriem, & cumulum angorum, pyramq́ cupiditatis atq́ inuidiæ exaggeratam. Inde autem nauissimus quisq́ atq́ strenuissimus iudicio cõmunis prudentiæ, quàm plurimum sibi sumit, in manticamq́ pertusam ardentis auaritiæ ac perfluentem infarcit: sicq́ præclarè rem gerere facereq́ existimatur, & sua & imperitorum sententia: cùm interim irrito labore (ut illa demõstrat uitæ magistra) similiq́ Danaidum torqueatur, qui inferis quondam destinatus est. Sed nullo thure litabis: hæreat in stultis breuis ut semuncia recti, inquit in Satyra Persius. Humana igitur prudentia litem suam luculentè facit interdum, decretis existimãdis, placitisq́ prouidentiæ: hominum etiam felicitatem fallaci rationum putatione colligit, rerum tantum secundàrum modulis eam metiens. Mihi enim qui fortunę obsecundanti uela pandere maiori contentione pergunt, terrenisq́ rebus uehemẽter adhęrescere, similes esse uidentur feris circulo grandi sic alligatis aut inclusis, inde ut erumpere nequeant. Vt enim illæ cursim recursimq́ circulum ambientes, cùm nihil promoueant, tamen sese semper exitum inuenturas aut solutionem sperant: sic ambitiosi hominis uita & cupiditatie perciti, nihil aliud est, quàm orbis quidam & continuatio curarum, laborum, anxietatum, seriem illi ærumnosæ uitę perpetuam contexentium: cùm interim ad bonorum summam adipiscendam, quam consectari uidetur, non proficiat hilum. Quid igitur in uestigatione summi boni, quod omnes expectare nosmetipsos, in cœlum identidem oculos attollentes, dicimus: opus est in Ægypti mediterranea descẽdere? quid usq́ quaq́ ibidem expatiari? Quid uerò curiosè penetralia Ægyptiorum gentis lustrare, indigna utiq́ & auersanda oculis, sanctioribus sacris purioribusq́ initiatis? Huiusmodi est ille fortasse descensus ad inferos animarum, quem Homerus uir Græcus, poetarum omnium præstantissimus, æmulusq́ eius Virgilius noster finxerunt quibus in locis monstra uaria esse perhibuerunt, hominumq́ cupidorum, auarorum, ambientium supplicia constituerunt, quæ si oculis subijcere cuiquam & perlustrare placeat, primo cuiq́ fortunatorum in illas tenebras conijcere sese atq́ insinuare, multo utiq́ promptius est, quàm eorundem paucis inde prudentibusq́ remeare, uel eorum quos ardens euexit ad sydera uirtus. tenent enim media omnia syluæ, ut inquit ille. Quibus in syluis lustra sunt & cubilia eiusmodi ferarum, cupiditatis, auaritiæ, ambitionis, insolentiæ, tum salebræ multæ opacæ sunt, sinuosæq́ in deuia abducentes, lucis etiam superioris inficiẽtes obliuione expatiatores homines, erronesq́ animos. Quanquam quid dixi in Ægyptum descẽdere? quod interdum atq́ per occasionem aut necessitatem facere, fortasse philosophia alumnis suis indulgeat & amantib. sui: cæterùm & catè & circumspectè, suspensisq́ ingressib. ob pedicarum suspicionem. Quid uerò si homines ab eiurata Ægypti seruitute, exuuijsq́ eius in sacra lauatione abiectis fermè cum detestatione, denuo ipsi non dico in Ægyptum descendere sustinent, commercijq́ alicuius gratia peregrinãtur: sed in Ægyptum intimam transuersi & præcipites ruunt, Ægypti tyrannorum nexus ultrò & cupidè rursus ineũt: qui insani affectus sunt, animi tranquillitatis perturbatores? in ergastulis etiam eorum miseri conflictantur, assidua necessitate operis faciundi, ingenuis animis pudẽdi & despuendi? Hîc rursus, hîc non mirabimur rationis stuporem, torporemq́ intellectus humani? Profectò sensus communis & uita mortalium à uero auersa est, & ueluti oculis mentis capta. Non Christos nos esse ipsi Domini, non unctos oleo lætitiæ meminimus, diuiniq́ spiritus, qui theatrico isto nostrapte sponte ungamur oleo, anxietatis curiosæq́ contentionis, theatroq́ asseruientis, ut æmuli scilicet, ut discipuli spiritus cupiditatis improbissimæ, Christianorumq́ tantum inane nomen circumferentes. nã instituta ciuilia atq́ urbana & planè secularia, ut titulo ac primore specie Christiana

A stiana sunt:ita cōsideratione limata atq; exacta, antichristiana reperiuntur. Age, quotus est hodie quisq;, uel ætate hac deprauata, & ad ueritatis intelligentiam hebetata, nec iam ferri tantum duritia, sed plumbi grauitate temperata: hominum dico nō profligatissimorum, qui si usuuenerit, ut pro tuendis aris Christi aduersus impiam barbariem pugnandum sit, non libens in causam piam animam profusurus sit? quin se, inquam, coniugem & pignora deuouere omnibus cum bonis paratus sit, si partes orthodoxiæ in discrimen uocentur? uix decimus, ut opinor, hominum quoq; sui liberorumq; paulò plus quàm pium est amantium. Sed fac ut non minor pars tantùm hominum Christianismi spem retinentium, nomen ad sacramentum illud cupidè datura sit. hoc nimirum uehemens indicium est silētis & infixæ suapte ui religionis Christianæ in animis hominum, hærentisq; præcordijs glutino initiorum. Cur igitur aut qui fieri dicas, ut oraculis euangelicis, ut sententijs consensu nominis uniuersi Christiani sic receptis, ut autoritatem (quod alibi sepe dictum est) axiomaticam habeant, tamē assensionem Ephecticorum more philosophorum accommodare uideamur? Contrà uerò in ijs rebus quæ oculatam fidem atq; auritam habent, non ephecticum assensum, non scepticum, ut olim Academici, sed dogmaticum catalepticumq; largiamur? Quæ (malum) est ista peruersitas opinionum? num sensuum locupletius est aut iuratius, quàm intellectus testimonium, cui magis credatur? Nunc autem transmittam autoritatem oraculorum, quæ omnem ipsa prorsus hæsitationem eximit hominibus sanæ mētis, nec Sirenicis illecebris sensibusq; affectis. Nego hominem esse quenquam disciplinarum peritum, quin formis mathematicis, interuallis & angulis, eorumq; theorematibus, fidem habendam certam & fixam esse ducat: ad quæ tamen comperienda, nulli sensuum testimonium ob id denunciatur ad iudicium philosophiæ, ut testificetur de fide demonstrationis eorum. & puncti quidem mathematici, & lineæ geometricæ scientia, cùm ne assentiendi quidem cunctationem admittat inter artis discipulos, tamen ab intellectu longè plus, quàm à sensu mutuatur. Quanta autem sit sensuum fallacia, Academiæ placita docent, instituto Romani fori, iurisq;

B dictionis ciuilis comprobata, si Ciceronis elogio credimus in ultimo Academicarum quæstionum. Quam nostram rationem, inquit, maiorum comprobat diligentia, qui primum iurare ex animi sententia quemq; uoluerunt: deinde teneri si sciens falleret, quòd inscitia multa uersaretur in uita. Tum qui testimonium diceret, ut arbitrari se diceret, etiam quod ipse uidisset. quæq; iurati iudices cognouissent: ea nō ut esse facta, sed ut uideri pronunciarent. Et nos Christianismi mordicus retinentes, in ijs quoq; capitibus amplectendis Euangelicæ legis, hæsitatores aut sumus, aut esse nos ostendimus: quæ si in dubium reuocentur, summa pietatis Christianæ hæreat necesse est? id autem ominari argumentando, nedum addubitando, uereor ne sceleris instar sit ingentis & expiandi: ita ad insantiam res ipsa nos redegit. Quapropter clausulam huius libri hîc facere coacti sumus, etsi rei indignitas ampliora postulabat, dicendaq; affatim suggerere scribenti uidebatur.

DE TRANSITV HELLENISMI AD CHRISTIANISMVM, LIBER SECVNDVS.

CHrysostomus autor magni splendidiq; nominis, in epistolam Pauli ad Romanos, laudationem diuini eius uiri scribens, ait se non uereri Paulum ipsum mundi cor appellare, innumerabilium bonorum fontem, principium & elementũ uitæ. per quem Deus, inquit, arcana miranda effatus est, quodq; mirari possimus, maiora quàm per semetipsum. Hæc mens diuini uiri, imò uerò hic animus uitæ, hæc mundi præcordia, Dei sapientia perimbuta, tincta, atq; grauida, philosophiã theoriæ studiosam magnopere locupletarunt, atq; etiam maximopere. quippe quæ commentationis rerum cœlestium syluam, uastam, densam, opacamq; aperuerint: in qua sylua uelut indagine commentationis cingere cubile ueritatis ipsius, summiq; boni legere uestigia possemus, in montem Olympum ferentia. Is porrò Dei testimonio ornatus, quasi lectissimum spiritus diuini, cœlestisq; disciplinæ conceptaculum, & simul spectatum assumptus adyta sapientiæ, dignissimus est utiq;, cuius elogia & monumenta, qua de re nunc agitur, instar sint apud mortales decuriæ unius aut alterius magistrorum, atq; etiam centuriæ, è sinu prouidentiæ Dei, ex eiusq; sapientiæ sanctario prodeuntium. Quare qui huic ueritatis antistiti, legis euangelæ interpreti, Seruatoris ipsius salutisq; hypophetæ, auscultatorias aureis adhibere neglexerit, & acroamaticas, is è schola philosophiæ continuò explodendus est consensu prudentium: & uerò è conuentu eijciendus uniuersorum sacris Christianismi operantium, quam Ecclesiam quasi concionem sanctam piamq; scriptura appellitauit. Atqui talis tantusq; is magister in epistola ad Ephesios, filios diffidentiæ quos uocet non uideo, quibus iram Dei imminere idem testificatus est, ipse nisi homines Christianos nostri similes, præsertim huius temporis, quo tempore fides uel tantulum labascens, expiabilis utique indiget animaduersionis diuinæ & supplicij: post confirmatam consensu tot ætatum persuasionem diuini cultus, & pietatis eiuscemodi quem profitetur ipse Christianismus. Diffidentiæ enim filios, quam ἀπείθειαν Græcè dixit, eos appellat, non qui fidem abrogant atq; autoritatem sermoni euangelico, sed qui uel quicquam derogant ac detrahunt fidei atq; autoritati euangelicæ. In geometria cùm elementa concesseris, necesse est ut theoremata quoq; ex ipsis coagmentata itidem fatearis: & cùm primum theorema, secundum, tertium, & deinceps, ut demonstrata dederis & concesseris, disciplinæ placita poscunt, ut reliqua etiam concedas, ut ordine posteriora, sic necessariò consequentia: alioqui tute improbus uidebere, aut stare non poterit constitutio geometriæ, scientiæ compertissimæ. In theoriæ porrò disciplina & sacrosanctæ philosophiæ, quæ non lineas imaginarias, non formas quadamtenus opinabiles ut geometria, speculatur: sed diuinam ipsam maiestatem pro obiecto & subiecto commentationis habet, naturarum omnium certissimo, atq; eo amplius res alias abstractas & cœlestes ab ipso & in ipso sempiternas futuras. in ipsa igitur disciplina tantarum rerum contemplatrice, enunciata ueritatis suapte autoritate rata, ponimus utiq; omnium suffragio, ea quæ Deus idemq; Dei filius, inter homines agens, sub corporis integumento ore suo pronunciauit, ac de patris uoluntate spiritusq; diuini aspiratione sanxit & promulgauit. Ita quicquid cum euangelicis præceptis aut interdictis discrepat, noxiæ diræ tandem fore inficiando non sumus. Atqui ipse ad quadrantem rationem reposciturum sese & exacturum, conceptis uerbis palámque pronunciauit: scriptumq; & consignatum ita reliquit, ut ne causari ignorationem huiusce iuris & sanctionis, aut obliuionem excusare quouis modo possimus. Quid me igitur, quid te lector, quid unoquoq; futurum est nostrum, è moribus & institutis sensus communis, uitæ suæ tenorem comparantium, quæ manifestè pugnare

cum

A cum monumentis sapientiæ cœlestis, legeq; euangela intelligimus, cum sanctionis terribilis & capitalis clausula promulgata: & in tam dissoluta supinaq; animaduersione,& incuria tum pollicitationum, tum minarum Domini, serui insigni nequitia præditi, audemus nobis promittere adeundæ hæreditatis copiosissimæ facultatem, adoptiuis Dei promissam? Si scripturę credimus, Dei filius & sermo, interpres prius fuit inter Deum & Abrahamum, quasi stipulatorem quendam delectæ uniuersitatis hominum, qui ueritati & sapientiæ ut parenti, dicto audientes futuri erant, fidemq; habituri. Iterum idem Dei filius interuentor fuit inter Deum patrem omnium & genus ipsum humanum, commerciiq; cœlestis & æterni pactor atq; transactor. Hoc porrò pactum fœdusq; admirabile, non minus admirabili pignore sanctum est & confirmatum. Siquidem Abrahamo quem diuinitas ipsa in delicijs habuit, ineffabilem Deus pollicitus hæreditatem, quo fiduciam ipsi, eiusq; germanæ posteritati plenissimam faceret, sanctissime adiurauit. Quid inquies, per Stygos paludem, dij cuius iurare timent & fallere numen? Minime. Quid ergo? terram, mare, sydera? Ne id quidem. iurat per semetipsum Deus, ratum id pactum æternumq; futurum, quando ne Deus quidem ipse, tametsi omnipotens, maius iurisiurãdi pignus sanctiusq; dare potuit: id enim Paulus ipse testatur & admiratur. Tametsi iusiurandum illud Deus non patriarchæ gratia pollicitationi suæ addidit: quippe cuius strenuam fidem nouerat & cunctatione uacuam, non præscientia modò diuina, sed etiam clarissimo recentiq; exemplo. Cæterùm nostram aliorumq; mortalium ignauissimam fidem prouidens, corneaq; uiscera Adamidarum, alumnorũ pertinaciæ atq; contumaciæ: contra quam testimonium perhibet insignis ipsius patriarchæ fides, graue, clarum, & irrefutabile. Hîc si quis me roget, cùm receptissima sit meritò autoritas scripturæ, cùm interdum sensuum sublimium miracula inter cõmentandum in ipsa emicantia, fidem rerum diuinarum manifestam faciant: sic ex ænigmatibus illis diuini sermonis raptim coruscantia, quasi fulgetra quædam rapida, è nubibus altissimis erumpentia: denique cùm exempla tot prodita sint certissimęq; fidei, à uiris sanctissimis, quorum nos memoriam

B colimus ut uenerandam & consecratam: hic igitur si quis quærat, cur adhuc affines esse pergimus apithiæ gentilitiæ, Nihil aliud habeo potius quod respondeam, nihil quod caussificer, q̃ hebetem sensum cõmunem & euanidum, quo nos magistro passim utimur, rerumq; diuinarum humanarumq; æstimatore. Nos enim tum Dei, tum eius sapientiæ odorem quendam, uel succisiuis horis cõmentando captamus, uel tantisper dum operam damus sacris auscultationibus: interimq; dum odor rerũ diuinarum quasi unguenti suauissimi fragrat, admiratione earum & suauitate ducimur. Simulac autẽ res alias agere instititmus (quod nunquã non ferme facimus) sensibusq; uacare, de rebus uanissimis, aut certè ab illis diuersissimis, ad principatum animi sese referentibus, quasiq; ad senatum ciuilis prudentiæ: odor tunc ille natura fugax, protinus euanidus abit, & memoria eius interit. Nec uerò ex eorum numero sumus, qui dicere cum Paulo potuerũt, Gratiam Deo habemus, qui odorem cognitionis Christi in omni loco manifestum per nos fecit. Etenim qui hoc dicebat, quocunq; locorũ ipse, gentiumq; se cõferebat, unà quoq; odorem cognitionis Dei, Christiq; disciplinæ circumferebat: uidelicet illa est tyrannis principis mundi abrogata tantùm à Christo inter filios Dei, qui in regno eius agũt. Quem principem idem apostolus ad Ephesios scribens, imperatorem huius seculi, & potentatus aeris nuncupauit: ideò (ut censet Chrysostomus) quòd ipsi natura humana sese, partem quidem longè maximam, in nexum ultro dedit & mãcipium: idq; fit hodie ab ipsa, iudicio tam præpostero, ac de salute propria dirum in modum merito, ut Christo Dei filio nemo penè attentionem accõmodet, etsi tanta nobis taliaq; pollicenti, eademq; perpetua: principi autem ipsi mundi, confertim mortales sese agminatimq;, tanquam duci proprio agglomerent, assectasq; sese præbeant, præsentia quidem illis festiuaq;, sed temporaria promittenti fallaciaq;. Cuiusmodi autoramento mortales obligati tyranno teterrimo, sacramenti immemores quo in uerba Seruatoris adacti sumus, salutarem militiã regni Dei beatamq; detrectamus, atq; è numero delectorum Christi, aut certè euocatorũ, in numeros protinus uiui, ut dicit, uidẽtesq; transscribimur noxæ Stygiæ destinatorũ. Miserũ

ac perditum, dirumq; consilium. hanccine uim cupiditatis, hanc ambitus, hanc uolu ptatis, eiusmodiq; annonæ militiæ infernatis, ut ijs stipendijs allecti homines, nec cœlestes postea numeros copiasq; beatas recordentur, eorumq; emerita stipendia, sempiterna futura? Hæ sunt scilicet præstigiæ & fallaciæ Caci illius Stygij, auersis uestigijs cæcisq;, mortales in illud Orci specu uastum horrendumq; rapientis. Lacessit enim in nobis acer ille instinctor, æmulationem, cupiditatem, lasciuiam, libidinem, aliosq; igniculos cognatos inferorum, insitos naturæ deprauatæ: atq; ijs cõsternatæ & uelut fanaticæ mentis œstris, cæcisq; furiarum aculeis, aut præcipites agit homines, aut transuersos eos rapit in exitium æternũ. Quem casum præcipitiumq; tartareum, si uitare ipsi prouisum & auersari cupimus: oculos protinus retorquere ad Seruatorẽ oportet: qui in crucem mirificè sublatus, atq; undiq; conspicuus, expassis etiam ulnis sinum in suum nos ac præsidium euocat assiduè: ac tergeminus quidem in persona atq; in numine Deus, unus in natura & substantia, à primordiali statim noxia, occlusos sapientiæ thesauros habuerat, mireq; inuolutos & obsignatos in oraculis suis. Iesus autem ipse Christus, nunq; sine præfatione Seruatoris hominũ à nobis appellandus: idem Dei filius, & uerbum, & sapientia eiusdem, in officina paracletica corpus humanum factus, clauem illam antea inauditam mundo attulit gazophylacij cœlestis, scriniaq; reserauit inexhaustæ sapientiæ atq; beatissimæ. A cruce autem eius tanq; à perenni fonte salutis, à capiteq; manãtis per orbem fluminis ueræ & æternæ sapientiæ, ducẽda est ratio prima & ultima philosophiæ, cõmentationisq; summa pertinentis ad theoriam: quæ dubio procul ipsa contentione animi probi atq; sublimis, attentioneq; eiusdem perpetua dignissima est. Pandito nunc occlusa Deus, aureisq; nostras ieiunas mysticæ disciplinæ, uerbo suo mirifico ac spiritu impleat: eiusq; ui aculeata suauiter, & flexanima stupentia præcordia cieat. Plus est enim infinitis partibus aspirans paracleti numen in oraculari studio, quàm actio asseruiens & pronũciatio, quamlibet animata in oratione humana: ut mirari desinamus non perinde constare omnibus eius studij rationem, euentuq; eodem cedere. Refert enim non quatenus quisq; se ingurgitet aquis ex illo flumine exundantibus, sed quo spiritu afflatus, & q; sitiens immortalis sapientiæ: tum homines quidam crudi, concoquere non possunt aquas, haustas quidem sæpe auiditatis curiosæ congio magis, quàm fidei bonæ cyatho & charitatis Dei. nisi uerò putare debemus bono stomacho eos esse, qui esculentam carnem Christi ueram, & potulentum sanguinem, auribus admittere sine symbolo nequeunt, nedum scripturæ elogio renuunt, totq; animarum sanctarum priscarumq; autoritati credere: quosq; Christus ipse augustissimi sacramenti cõditor, cum ijs ualere iussit, qui ipsum olim de hoc sermocinantem ferre non potuerunt: ut est apud diuum illum Ioannem scriptum, à manu eius seruum fidum atq; dilectissimum. Agedum igitur, agamus nos, inquam, quod agitur in uita præcipuè: siquidem rationalis animans, à ratione recta, nõ item ab obliqua & peruersa, finitionem suam accepit. Lignum ligno normaliter incubans, caduceum pacificatoris esse, non dicamus modò, sed ducamus etiam, ac mente permemori teneamus: quem inter diuinam humanamq; naturam interuenisse, & diuinis elogijs, & traditæ per manus auspicatò initiatas autoritati non dubiè credimus. sic enim maiorum gentium senatus ille censuit, ætatumq; heroicarum germana, docta, inspirata, incorruptaq; prudentia. sic cẽturiæ primæ classis, diuinis ornamẽtis ac dignitate præditæ, ob idq; nõ dubiè prærogatiuæ sciuerunt ac iusserunt. sic capitali pignore cauerunt, sic fide sua ingenti & admiranda esse iusserũt, agmina illa numerosa testiũ, uel innumera potius, qui uades pro Christo semetipsos offerre sæuissimis tyrannis ac truculentissimis minimè detrectarunt. Sic deniq; rei euidẽtia fateri nos cogit, quæ in oculos quidem illa incurrit: sed hebetatos rationis rectæ cõniuentia, nebula insuper offusos à Caco exhalata ex antro illo tetro, tartaridarum domicilio, draconisq; faucibus. Age igitur rursus, hoc insigne salutis, hoc symbolum pacis superũm impetratæ, hanc notam, hoc monumentũ adoptionis diuinæ, iusq; cernẽdæ hæreditatis opimæ atq; beatissimæ, pro amuleto circũferamus alexicaco: in sinu id gestemus, apprimamus id præcordijs, uideamusq; magnopere ne discinctis aut malè cinctis excidat. totos eñ nosmetipsos cõtactu eius atq; osculo

lustratos

lustratos esse meritò confidimus: quippe qui illa ueluti cœlestis Herculis claua, tria
A Cerberi tetra capita, concisa atq; elisa, ternas fauces cõfractas esse norimus, uoluptatem, cupiditatem, fastum: quarũ primæ uoracissimæ, secundæ hiantissimæ, tertię sunt tumennissimæ. Orci quoq; repagula anrea intacta & immota, illo ueluti sacro uecti conuulsa citò scimus: custodiasq; uetustas uindice Seruatore extractas, quæ clausæ in caligine, desiderio lucis supernæ iamdiu tenebantur. nam tulit hinc illis aliquãdo optantibus ætas auxilium aduẽtumq; Dei: Alcidesq; magnus ouans uictoria uenit, clauator diuinæ maiestatis: opima subinde spolia illaturus in ærarium cœleste, uisendum, splendidum, & copiosum. Tum primùm manes Cacum uidere trementem, turbatumq; animo. Hanc deniq; tesseram esse gloriari iure possumus, initi & contracti hospitij perpetui inter cœlum & terrã, Deum inter mortalesq;, incolas huius orbis. Commercij cuius ergô, pæana sępenumero nostrum canimus in obsecrationibus & precationibus, quæ fiunt in templis sanctissimis, interim dum pacem Dei superûmq; exposcimus. Scimus & in hoc ligno, lustraliq; adeò expiabilissimoq; signo, duas inesse normas: ad quas omnem lapidem exploratum oportet, qui quidem quadraturus sit in structura fani mystici. Hoc idem porrò lignũ inuertere tute si institeris, trutinam statim exactam in eo inueneris, quæ tanquam in æquilibrio iustitiæ cõstituta, neutram in partem uergit. nam in libra iugum ita porrectum ut stet ad exactum ęquilibrium, utrinq; rectum unum efficit, ut Aristoteles inquit in Mechanicis. ad eundemq; modum brachia expansa in porrecto ligno, corpore in sublica ad perpendiculum extenso, singulos rectos utrinq; figurant, & tanquam deliniant. In hoc lecto pœnarum Christus iacens, emptor ipse familiæ (ut uerbo uetustissimo iuris utar) hæres in asse relictus æterni patrimonij, testamentum suum condidit, uel conditum potius confirmauit. in quo quidem testamẽto ab octo beatorum gradibus eos ipse reliquit exhæredes, quos ciuilis prudentia felices, ac frugi homines esse iudicat: cùm interim fidissimis suis amicis, quibus pacem suam dederat ut legatum uberrimum & in primis expetẽdum, doloris atq; ærumnæ absinthium propinauerit in calice philotesio.
B Verùm id genus supplicij (mirum id dictu, stupendumq; meditatu) seruile apud priscos & detestandum, à Christi Seruatoris morte cultuq; uenerandum, sacrosanctum, augustum esse cœpit, atq; etiam laureatũ, idq; meritissimò. Siquidem Iesus Christus, è cruce uelut ex ara quadam insigni, edita & conspicua, quasi è loco superiore, principem illum mũdi cum copijs suis fudit, fugauit: ex arce etiam oraculari, in qua sibi numen ille diuinũq; cultũ usurpauerat, luculentè deiecit, præcipitemq; deturbauit. Opima præterea spolia eiusdem è regia retulit, uasa automata atq; animantia, argẽtea aureaq;, è medio atq; è penetralibus Ægypti repetita, asportataq;, ad ornamentum ędis suæ delegit, quam è lapidibus delectis, ex eodemq; principatu ac tyrannide ereptis, statuerat iam olim ab æuo architectari, atq; ædificandam locare. Hic Ægypti ipse tyrannus gladio suo iugulatus est. Nam qui morte seruatoris funestum facere regnum Dei existimabat, omnia illic festa laureataq; fecit, ipsius supplicio & asseclarum eius fidissimorũ. Circa hoc diuinæ maiestatis facinus, nobis semper memorabile & prædicandum: quo nec miraculum maius diuinitus ad hunc diem editum est, nec in posterum edẽdum: quod natura ipsa, cœlum, cœliq; decus atq; insigne, retroactu mirabili defectuq; testata sunt: philosophia summi boni indagatrix & cupientissima, longè acrius cõmentari & speculari debet, quàm philosophia Græca, circa fines inquirẽdos bonorum & malorum quondam cõmentata est. Quos tamen ut unaquæq; ipsos maximè familia philosophica, proximè persequi sese existimauit, ita ferè auersis maximè uestigijs indagauisse postea inuenta est. Age, mitto nũc (quanquam id planũ facere possem) nihil animo philosophico salubrius esse & magis exoptandum. Ecquid autẽ dignius summis ingenijs, ecqua uerò cõmentatio suscipi maior, sublimior, capacior, longè, latè, alteq; patentior, quàm ea potest speculatio, quæ fines omneis mathematicos, extremaq; rerum naturarumq; complectitur? At Christi cognitionis studium in crucem acti, eiusq; mysterij (ut Gręci uocant) mirifica œconomia, nõ modò unã aut alterã naturæ dimensionẽ, sed altitudinis duo extrema finib. suis ambit, quos ne uniuersi quidẽ globus ualet capere atq; cõprehendere: ultra quod philosophia antiqua nihil

agnoscere

agnoſcere uoluit. Hanc ſcientiam Paulus ille(ut dictum eſt)clariſſimus antiſtes ſapientiæ, diſcipulis ſuis Epheſiis ominatur, ac diuinitus expoſcit: Vt poſſitis, inquit, unà cum omnibus ſanctis comprehendere, quid longitudo, quid altitudo, noſſeq; cognitionis Chriſti charitatem præſtātiſſimam, quo impleamini & abſoluamini ad totum uſq; Dei complementum. Quibus ille uerbis, uir diuinarum rerum conſultiſſimus, ſeruatoriæ uim œconomiæ effectumq; immenſum exprimere mirè uoluit & ſignificantiſſimè, ut Oecumenius Græcus autor, ex ſententia Photij hominis acutiſſimi ſcripſit. Oeconomia autem à Græcis theologis dicta eſt, uerbi Dei uita, in corpore mortali exiſtentis, cum theurgia mirifica totaq; illa ſalutis hominum peragendæ diuina prouincia, quam ipſe libens ſeruaturam appellauerim, ab eo adminiſtrata ſecundum mandata præſcriptaq; Dei patris, à diuinis quondam uatibus mundo prænunciata. Longitudo ſignificat ab omni æuo & ante tempora, cognitionem eius quod dictum eſt, apud homines, atq; adminiſtrationem, à Deo præfinitam fuiſſe. Latitudo ex eo intelligitur, quòd in omnem gentem uis eius & poteſtas extenſa eſt & propagata. ad eos enim qui ante legem, ad eos qui ſub lege, ad eos qui poſt legem fuerunt, humanitatis Chriſti, & rerum ab ipſo, Deo ſimul atq; homine geſtarum, beneficium & fructus efficaciaq; ſpectauit. Altitudinis extrema eò pertinent, ut intelligamus, eundem Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, ad cœlumq; aſcendiſſe, & ſimul primitias humanitatis beatiſſimæ ſuper omneis gradus angelicos eundem ſuſtuliſſe. Ad ſummam, in Chriſto cruci affixo, non modò fundamenta fidei iacta ſunt, ſed & ſubſtructio ipſa & exædificatio Chriſtianiſmi, columen & faſtigiū religionis, eo firmamento nituntur: id enim pro axiomate tenere nos oportet. Quod niſi fecerimus, aqua diſputationis noſtræ, ratioq; adeò tota prorſus hærebit ſanctioris philoſophiæ ac theoricæ. nam & ſanguinis Chriſti expiabile numen inde pēdet, quo fœdus unitatis mortalium cum ſuperis atq; immortalibus, ſanctum eſt. Poſtremò hoc habet philoſophia tanquam diuinæ cornu copiæ, unde non alimenta modò theoriæ, ſed etiam delicias ſuppeditet contemplationi editæ & recōditæ: unde diuitias ſummas animi ſtudioſi promat, fidem, ſpem, charitatem: unde in rebus acerbiſſimis, æquum animum, in ſecundis, uitæ contemptum. Eſt apud Platonem in apologia, Socrates Delphico ſe oraculo differens ſapientiſſimum hominem pronunciatum eſſe, non aliam magis ob cauſam, quàm quòd nihil ſe ſcire opinaretur, niſi unum id ipſum, nihil ſe ſcire ipſum. Vas illud lectiſſimum ſummi ac cœleſtis Promethei, Paulus iam ſæpe dictus, ad unguem figuli ipſius abſolutus, nihil ſe ſcire gloriatur, niſi Ieſum Chriſtum Seruatorem, eumq; cruci ſuffixum. Vtrum igitur horum doctiorem, ſapientiorem, rerum cōmodarum homini prudentiorem, arbitrari debemus? hunc claro elogio nouimus in cœlum ſublimem eſſe raptum, hauſtaq; doctrina ex adytis ſapientiæ, nobis oracula fudiſſe, diuinaq; conſilia enarrauiſſe, ea demum quæ in uulgus promulgare ac prodere, quatenusq; licuit. à quo uiro præcipuè, ſecundum quidem Deum ſimul hominemq; Chriſtum, factum eſt, ut ſtudium ſapientię in cœlum è terra ſublatum ſit: quod contrà Socrates è cœlo in terram deuocauerat, ad mores hominum componendos, quorum immortales eſſe animos ipſe quoq; cenſebat, ſi Platoni credimus. Profectò harum rerum cōmentatio congruens eſt homini philoſopho, primaq; & ſumma digna philoſophia. cuius unius & ſtudij & contemplationis altitudinem, magnitudinem, amplitudinem, non dico exhaurire nequirent omnes philoſophorum ſectę, numeroſæq; familiæ atq; ingenioſiſſimæ: ſed ſatis admirari, ſi nūc reuiuiſcerēt, rectamq; religionis opinionem, quæ orthodoxia dicta eſt à Græcis, tuendam aggrederentur certatim & explicandā. Dei filius idem ratio & ſermo & ſapientia patris, cœlitus delapſus è ſolio diuinæ maieſtatis, cùm humani generis gratia hominē iuſtū plenumq; ſuſcepiſſet: in eo homine ipſo cætera nobis ſimili, ortus tātùm priuilegio, & culpæ uacatione eximio atq; immuni, agi in crucē, in crucē, inquam, agi, figi, extinguiq; ſuſtinuit. Hoc cùm longè maius ſit beneficiū erga mortales, atq; luculētius, & uerò admirabilius, q̄ mundum condidiſſe, in eoq; uitam ficto homini luteoq; inſpiraſſe: quotus quiſq; nunc hominum id recordari uidetur animo ſatis grato atq; rem perpēdenti, ut quidē par erat agnoſcere gratiæ magnitudinē? Nā cùm magnopere inculcatū ſit, &

pene

A pene auribus infixum populi & primorum, hoc consilio prouidentiæ, beneficentissime, honorificentissime, summaq; indulgentia cum homine diuinitus actum esse, icircoq; Christum id facere cum patre & spiritu cœlesti statuisse, naturam ut humanam secum sublatam in crucem, ibiq; restitutam immortalitatis primæuæ natalibus, in cœlitum deinde ordines adoptaret & transscriberet: nos tamen certatim id agimus (ô diram amentiam) certe quidem plerique qui in medio & publico uiuimus, longissime ut à cruce dominica liceat nobis esse, uitamq; traducere. At hoc quidnam est aliud (conferre enim hic pedem cum ueritate tandem oportet) quàm seruaturæ Christi acta aut abrogare, aut irrita facere? quàm præeuntem nobis Deum uiam salutis, destituere, in diuersumq; iter contendere quàm quisq; potest maxime? O uitam hominum præpostere, ô exitialiter, ô perdite comparatam. tu cùm Christi nomen, numen, doctrinam adores: cùm expiabilem esse censeas & fateare: ita tamen uitam studiaq; uitæ instituas (de me autem cum primis loquor) ab eius ut præceptis, institutis, exemplis abhorrere uideare? Videamus per Deum ipsum immortalem Christū, immortalitatisq; parentem, ne id ludificatoris sit assectæ, aut parum sanæ mentis. Nos stipendia facere auspicijs Seruatoris omnes uideri, existimari, perhiberi uolumus, utpote sacramento mirabili in uerba eius adacti. Quis enim hoc non magnopere præ se ferre contendit? tesseram etiam eiusdem militiæ, insigneq; gestamen uenerari gaudemus adorabunde. Cæterum ærumnulas, muniaq; militię, quorum illa sunt indicia & monumenta, obire reuera abominamur, ut mala, ut incommoda (ô rem cum professione Christianismi discrepantem) ut homini omni ope opibusq; depellenda & procuranda. Heu incertum & stolidum uitę nostræ propositum, ac nihil omnino præferens quod spectet ad finem bonorum consectandum, malorum auersandum. Nisi uerò non rebus affluentibus & lætis exultamus, gaudioq; perfundimur, ut salubrib. & expetendis: tristibus & aduersis uultus ducimus & cōtrahimur, ut noxijs & longe reiectaneis. Adde quod diuum Paulum ipsius hypodidascalū sapientię, qui in cruci affixo meritò ponit omnia, & beatum ipsum, & æternarū rerum prudentem

B & conscium, tum fuisse dicimus maxime & credimus, cùm de Christo philosopharetur, crucisq; supplicio: & porrò inspectorem supernæ sapientię, arcanorumq; eius mirabilium & uisendorum. Age iam, cum diuorum reliquias miremur ut heroum, earumq; loculos auro & gemmis ornare moribus receptum sit: qui uelut calones Seruatoris, susceptam eius clauam ad extremū pertulerunt, partim non frigore, nō æstu, non inedia fatiscentes: partim ne acerbissimis quidem pœnis cedentes, maioribusq; humana patientia: sed cùm eam ob rem memoria eorū publicè cōsecrata sit: cùm priuatim beata, augusta, uotis etiam imploranda ferè existimetur: qui fieri potest duntaxat fide bona, omnia ut è diametro opposita, omnibus ungulis, ut dicitur, captemus & aucupemur? nimirum, quòd prudentia ista, quæ in publico medioq; uersatur (de Nestorea loquor, & senatuum principe) cùm in perspiciendis uanitatib. Argo oculatior, in rebus temporarijs Corculo illo ciue Rom. cordatior sit, in diuinis tamē rebus æternisq; existimandis, hebes, socors, excors esse, atq; adeò uecors, manifestò deprehenditur. Age rursus, paulisper fateri uerū sustineamus: ut fit, cùm fidiculis sordidatæ cōscientiæ subacti, sacerdoti expiatori indicare nos cōtaminatæ mētis, & malè sibi consciæ, uisum est. Quotus igitur iam quisq; nostrum, de spe æternorū bonorum interdum percontantibus, cuiusmodi, quātamq; habeamus eorum expectationem atq; desiderium, ex adyto cordis sui responsa dare iudicandus est? & non è limine potius ianuaq; tantùm eius templi, in quo templo uerbum Dei ueritatisq; diuersari sustinet? & nos adoptionis liberi (ij enim esse uerissimè gloriamur) hospitiē admittere ueritatem non ueremur, non grauamur, non perhorrescimus, in diuersorium uanitatis, & simulationis, & perfidiæ? Nisi uerò non est perfidia, fidem fallere, ab eoq; reuera desciscere, in cuius uerba solenni sacramento diximus. Enimuero illi duo falsi testes & uanissimi, sceleratiq; mentis humanæ interpretes, uultus & lingua, mundum impleuerunt uanitate, præstigijs, & circūscriptionibus: quæ ludibria sunt aperta Christianismi, apud Deum quidem illa, criminosa atq; capitalia: cæterùm apud homines, lauta atq; uendibilia: si quidem ad uerum loqui, nō ad ueritatis simulachra uolumus.

At

At id si aliàs unquam, nunc omnino nobis faciendum est, tanquam in exhedra quadam sanctioris philosophiæ differentibus: atq; id cum paucis tantùm, ijsdemq; initiatis (ut aiunt) maioribus initijs, & profanis procul arbitris: sic enim existimari uolo. Nam quid dissimules? quid te ad maiora reserues? Num locus alius, num tempus, nũ argumentum appositius aliud esse potest? Iam uerò Ioannes ille baptismi proditor primus, ab eoq; nomen adeptus, quem unum euangelus, cœli aduena, pro cognitore dandum censuit mortalibus, ut idoneum & locupletem (ab hominibus enim Christus nondum agnoscebatur) quanquam cognitore non opus erat ei, qui tesserã circumferret indicem sui generis ac natalium, edẽdis tot talibusq; theurgiæ mirificæ facinoribus. Et erat missus è cœlo ad res humanas inspiciẽdas, potestate cum summa, summoq; cum imperio. Verùm ille anteambulo ueritatis & prænuncius, quodnam tandem initiũ adueniens dedit disciplinæ philosophicæ? Resipiscite (inquit, ad populum iuxta atq; primores loquens) quandoquidem regnum cœlorũ appropinquauit. Resipiscentiam autem nemo nescius est (opinor) mœstam, & ueluti squallentẽ recordationem esse, ob errorem admissum in uita instituenda, atq; in ratione comparanda ad functiones animæ commodas, naturæq; rationali consentaneas & congruentes. At uerò cui resipiscere contigerit resipiscentia euangelica, id est pœnitendam esse admodum pigendamq; Adamidarum uitam persentiscere: qui cum salutis appetentis præcursore philosophari, qui cũ ipso deniq; Iesu Christo diuinitatis emissario & interprete, rationem uitæ beatæ inire instituerit: huic in primis expiandus ille Adamides uetustus est, qui in Dei comitatu obsolescit, cùm aliàs, tum uerò pœnis ob secus uel admissa uel cõsulta & instituta, ab sese expetendis. Et qui è cœlestis iam uitæ præceptis, quę inter mortales inclaruit per Iesum Christum & prodita est, rediuiuum hominem suum formare concupierit: is suauem ut nexũ disciplinæ euangelicæ, atq; interpolatricis hominum, ineat necesse est. nanq; hac una ratione uitæ, tetro ex illo cæcoq; ergastulo Stygij plagiarij exire, in libertatemq; poterit asseri arbitrij, dignã animo immortali, & præsertim philosophiæ cupidissimo. Liberum autem arbitrium cuiusmodi intelligam hîc testandum habeo, ne conflictari mihi cõtingat cum ijs qui status controuersiam duriusculam nobis faciunt, aut cum illis qui decretis uel nouis, uel rediuiuis potius, in necessitatis compedes impegisse dicũtur: quos Christus uindex cœlestis, liberali manu (ut antiquo uerbo loquar) asseruerat, è catastaq; Ægyptiæ impotentiæ & Hellenismi, ad pileũ Hebraismi prius, deinde Euangelismi, euocauerat. Mihi quidem τὸ, τε αὐτεξούσιον, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ πάλιν τὸ ὑπὸ τῆς προνοίας προωρισμένον καὶ καθεστηκὸς, altrinsecus posita, eiusmodi disceptationem excitare uidẽtur, quam propter intellectus humanus Pythium illud γνῶθι σαυτὸν recordari debeat: deq; ipsa controuersia, cuius Paulus disceptator esse arbiterq; ueritus est, aut prorsus nihil, aut amplius atq; amplius pronũciare in perpetuum. Quid enim iudicio mortali cum ijs, quæ Deus ignota nobis esse uoluit? Hoc autem nuper uir doctissimus, ac de literis eximiè meritus, quem nominare in præsentia supersedeo, rectè censuisse mihi uisus est, in locum illum insignem scribens epistolæ diui Pauli ad Romanos, contrà quàm pleriq; arbitrabamur eum sentire, ob quædam quæ exierant ab eo præpropere, aut exciderant illi fortasse expressa studio amicorum. Ego uerò existimo (ut alibi dictũ est) eas contentiones, quæ hac de re quibusdamq; de alijs exarserunt non ita pridẽ, studij plus habuisse (ut fert concitatæ mentis impetus) simultatisq; philosophicæ, non unis forsitan in partibus, quàm æquitatis innocentet æmulæ, ac candoris animi, euangelico spiritu indoleq; imbuti. quod pace dictum uelim omniũ ad quos id pertinere potest. Satis enim omnes nouimus q̃ ægrè sibi tẽperare soleat strenua uincẽdi cupiditas pręsertim cùm Marte suo splẽdentiq; freta est, & Palladis instinctu percita, geminis armis instructæ. Haud equidẽ nescius sum, ita nos esse liberę uolũtatis, ut & motus animi nihilo secius, & tẽperatio habenæq; ꝓpositi ac cõsilij, apud hominẽ illa quidẽ, cęterùm penes Deũ sint, animorũ utiq; potentẽ, & creatorẽ. Siquidẽ prouidẽtiæ fascibus & auspicijs, arbitrij ductus, tenorq; uolũtatis, consensu omniũ cedit non insipientiũ: ut pote in quo uiuamus, moueamur, & simus: quod idem Paulus ait. Nec ideo tamen quisquam est sanæ mentis, quin in perperã consultis, in temere susceptis,

A in ſecus admiſſis,ſimul ut reſipuit, deſtitutum illico à Deo ſeſe culpa ſua aut ſcelere fateatur,perurgente conſcientia:quin pœnam eo nomine,à numine,ab homine deprecari uereatur,quaſi non uolens ipſe,inſonsq́ peccauerit,etiamſi imprudēter quaſiq́ imprudens egerit. Quocirca putidum admodum eſt auribus lectorum & auditorum ac faſtidij plenum,quòd quidam ſcriptores huius temporis, homines pereruditi in diſciplinis elegantibus,libentius nihil faciunt, quàm ut libero arbitrio eiuſq́ aſſertoribus proteruè conuicientur, alternasq́ commentariorum paginas eodē argumento impleant,ſeſe in hoc uenditantes factioni,uernili penè dixerim loquacitate:ut non decantatior fuerit Oreſtes olim in fabulis ſcenicis,quàm arbitrij & iuſtitię humanæ per ludibrium mentio in libris theologicis.Neq́ uerò ſunt hæc acroamata tam ſcita,ut decies repetita placeant & centies. Neq́ fides & dilectio numeris omnibus abſoluta,mellita ſanè uocabula,ſuauiocq́ digna,atris illis ſalibus diſcordiæ ſatyricisq́ aptè commendantur, aut conueniunt. Atqui hæc ipſa nomina,honoris tantùm cauſa Chriſtianiſmi commendanda nominatim atq́ euangelij,ſordere iam cœperunt,atq́ obſoleſcere uſurpatione nimia.Ecquem enim iam pudet, non dico ſcriptorem memorabilem,ſed uaniloquentiæ nunc celebris inſtitorem illiteratum & officinarium,iuſtificam iſtam fidem,nulla non uirtute uacuam,ſupinam & inertem,& uerò ſempiternæ uitæ ſecuram,obuio cuiq́ uenditare,libello è ſinu prompto? & homines non animam ſed ſpiritum ducentes,& charitatis alumnos, ut quidē credi uolunt,amarulentiæ ſarcaſticæ ſententijs non pudet,aut piget,rerum diuinarum commentarios fœdè contaminare? nimirum multa acrius & nauius oppugnarentur, celerius & certius expugnarentur,in hac quidem certè ſpecie,compoſita acie argumētorum,ac genere ſcribendi didaſcalico:quàm petulanti maledictorum agmine,& uiciſſitudine reſcribendi acerba, & argumento diſſona. Etenim moratas diſputationes,qua de re nunc agitur,mea quidem ſententia,non moroſas eſſe conuenit, ſi numine afflatas eſſe uolunt exiſtimari:quod neceſſe eſt omnino ijs qui perſuadere cupiunt. Verùm enimuero philoſophia noſtra Chriſtianiſmi alumna,admodum diuer

B ſa eſt,abhorrensq́ ab Stoica & arroganti:quæ nihil non tribuit & largitur humanæ ſapientiæ,cùm hæc noſtra oraculari authoritate condocefacta,homini quamuis eximia ac felici natura prædito,quamlibet docto & ſapienti,nihil opis & præſidij in cohorte ſenſuum,nihil in facultatibus animi eſſe cenſeat,quantumuis tranquilli, compoſiti,atq́ conſiderati,duntaxat ad ſummam bonorum adipiſcendam : ſiquidem fiducia ſui ſubnixus,uel uir,uel homo,pomœria egreſſus ſit diuini præſidij:aut ſi teſſeræ uigiliarum oblitus,ſecuritatis culcitræ indormiſcere cœperit, tanquam ſub tutela tutus ſapientiæ philoſophicæ. Offenſatrix eſt enim caſiatrixq́ adeò humana ſapientia,adminiculiq́ indigens ſupernè profectitij:non aliter atq́ inter uelificandum nauta,tametſi non ceſſans & ſolicitus, flatus tamen indiget obſecundantis, qui uotis exoratur ut Dei indulgentia.Et nobis res eſt in uita cum angue peruigili, reptili, calcibus imminente,ſtolido primùm ſenſui quaſiq́ muliebri,obrepente: dein rationi quoq́ ſenſim maſculæ ac meditatæ,ſæpe etiam à calce ſurſum uerſus arrepēte, eorumq́ tandem ceruicibus ſeſe centuplicato circumplicante,qui hilares, nitidi, prætextati,conchyliati,tum ſacris & profanis faſcibus conſpicui,turbā ſummouent longiſſimè popularium. Sator eſt idem meſſorq́ ſcelerum, ex improuiſo ferè imminēs, omnes articulos callens,omneis aditus tenens circumueniendi hominum quamuis circumſpectorum. Cæterùm eo exitiabilior hoſtis,atq́ inimicus capitalior,quòd minus ijs infeſtus eſt,unde propius abeſt:id quod iam olim de uulpe in prouerbium uenit.Nam quos in ære ſuo eſſe nouit,eos partim in tranquillitate quadam acquieſcere atq́ ſecuritate,partim altum ſomnum edormiſcere proſperitatis ſinit:nimirum feriarum uitæ uſuram,& laxamenti deliciarum,in nexu ſempiterno duriſſimè exacturus. In uniuerſum porrò generis humani noxiæ antiquiſſimæ & decantatiſſimæ,parens & autor:quæq́ diuinitus tantùm expiabilis erat:qui ob ſuperbiæ immaniſſimę facinus,cœleſtium ordine motus iudicio Dei,primo ampliſſimoq́ gradu dignitatis deiectus pro ſeleno præcipitio,ut Græco uerbo dicam,malorum omnium uitiorūq́ ſementem,per orbem terrarum ubiq́ iecit ob inuidiam : ex qua meſſem perennem

animarum iam inde à primordijs rerum facere instituit, atq; in dies magis ac magis pergit, multiplicem & uariam, & exaggeratissimam. In messe autem quam Seruator sibi facere suoq; in agro instituerat, quem suo nomini nuncupauerat & consecrarat, annulo etiam suo spōsalitio obsignauerat, stragem semper edidit & populationem, seculis multis calamitosissimam: & uerò nunc maxime pergit edere luculentiorem indies, quâ plebis, quâ procerum. Id quod communis sensus animaduertere, partim alias res agitans, partim ad res stupens perpetuas & immortales, non potest. Proh su preme conditor, ex tanta massa tuæ figlinę quotam partem delegisti, quam in cohor tem illam beatam secerneres amicorum? Quis rationem inire hanc auspicetur sine horrore animi ac stupore? Verùm ille improbus, mortis immortalis conditor, à primordijs protinus, & à uitæ intellectusq; tyrocinio, mentem humanam ad imaginem Dei factam, de statu deturbauit securæ ac beatæ innocentiæ. In uno autem aut in altero homine liuoris sica feriendo, posteritatem totam in æuum sauciauit, lethali quidem illo, nec tamen inexpiabili uulnere. Etenim Dei filius, decreto æterno destinatus humanitati suscipiendæ, immortalitatiq; morte sua mortalibus restituendæ, in crucem actus ab hominibus, (quod identidem inculcandum est auribus) naturam ipsam humanam, quam diuinæ sociabilem aduentu natalitio fecerat, in gradum ille quidem, sed tamen sic reposuit, ut caducam ipsa conditionem retinuerit, cum uolun tate, ut suprà dictum, utroq; uersus quodam modo libera, tametsi obnoxia.

Hic locus est, parteis ubi se uia findit in ambas. Et animaduertēdum nobis est hoc in loco etiam etiamq;, quò nobis hæc libertas arbitrij, qualis est illa cumq;, data sit: quanto cum discrimine ad finem properemus, & summam bonorum aut malorum: quàm decliui deniq; loco, quàm lubrico, quàm abruptò situm sit diuortiū illud uiarum, sursum semel, deorsumq; ferentium: quandoquidem inde reditus nullus est, horrendum dictu, sperandus aut timendus in sempiternum, adeò metus nullus illuc, spes huc omnino nulla comes est. At uasculum nullum horoscopum mortis inuenire hominum solertia potuit, duntaxat non uanissimum, etsi summa industria coelestium motus corporum, statasq; uices eorum conuersionum, scrupulari obseruatione comperit & prædixit, atq; eo amplius momentaria. Philosophia autem euangelica non alio uel solario utitur, uel nocturno horoscopo, quàm tessera uigiliarū à Domino nobis data, qui excubias & matutinas, & uespertinas, antelucanasq; edixit. Omnium enim horarum aduena est mortis nuncius: idem uiator supremi tribunalis, interdumq; uadator hominum, præceps atq; tumultuosus. Proh diui nūc immortales, quodnam argumentum conuenientius esse potest, aut commodius commentationi philosophiæ? Certè sub armis eius, intraq; præsidium philotheoriæ expeditos, à morte deprehendi satius est, quàm sub fortunæ sarcinis, in campo ambitionis, in stati uis cupiditatis, in diuersorijs amœnis opprimi uoluptatis. Verùm enimuero mentes ad diuina æternaq; contemplanda conuersas, furiæ ueteratrices, & improuisæ, atq; ubiq; locorum grassatrices & maleficę, uarijs auocamentis ac ludificationibus abdu cunt: opinionem uel fixam æternarum rerum labefactant: quippe quæ res gestas à Seruatore, actorumq; seruaturæ autoritatem, omnem etiam, ut suprà dictum est, œconomiam tametsi testatissimam, in opinione, in sensu, in fide tot ætatum, tanquam in æs incisam, monumentis marmoreis & cedrinis, æuoq; nullo cessuris, insculptam, inculcatam etiam tot gentibus, & cordi, ut ita dicam, terrarum orbis inustam, tum fide, morte, cruore tot agminum deuotorum sanctam, fixam & affirmatam, tamen labefactare identidem aggrediantur, machinisq; conuellere multifariā. Nam etsi fundamenta Christianismi Herculis columnis firmiora sunt in uniuersum, in singulis tamen mortalibus labantis animi tentationes identidem repetunt, molestaq; negocia permultaq; exhibent, nisi numen adsit præsentissimum. Tanta enim fuit magnitudo beneficij diuini erga homines, ut illi cedat prorsus humanæ mentis captus, in nullo non nostrum interdum eo repetente uitio, quam apithiam uocant. Quapropter (ut inquit Chrysostomus in epistolam Pauli ad Ephesios) longè admirabilius est Christum uiuentibus legem euangelam persuasisse, quàm mortuos exuscitasse: id quod ualidis ille argumentis ostendit. Oeconomiæ autem ab ipso Christo administratæ,

A nistratæ, exactus intellectus eiusmodi est, ut de eo id dici possit, quod de dæmone Aegyptio Lucanus poeta scripsit, Nunquamq́ satis quæsitus Osiris. Tum de fide harum rerum certa, id Ouidianum non minus dicetur apposite, Semper enim perdūt, semper & inueniunt. Hæsitatio enim nostra, rei toties etiā à nobis iudicatæ quæstionem refert subinde renascentem: nec uerò nostra fide quicquam eius rei promittere possumus, nisi Christus æternitatis sponsor, & Ecclesiæ sponsus, id sua quoq́ fide esse, fiduciaq́ sui iusserit. Et mēs quidē humana atq́ ratiocinatio, ut mus in pice, quod prouerbialiter dicitur, in æternitatis contēplatione, in ijsq́ conflictatur, quæ de Christo domino nostro, deo eodem atq́ pariter homine dicuntur: quę de libero arbitrio, de sempiternis actis prouidētiæ, quos πολυωρμὸς Theologia uocat, ut inquit magnus Dionysius: à quibus ipsis utique genealogiam illi duram necessitatis ducunt, qui liberi arbitrij appellationem nimiopere oderunt. Iure ciuili liber est homo nō minus, & ingenuus, qui omnium legum nexu tenetur. Arbitrium igitur esto etiam liberū, licet ob noxam illam primordialem obnoxia sit conditione. Equidem hominē sic meritis suis, fidei fundamento nixis, saluum fieri puto, ut seruus suis nummis redēptus, liber olim fiebat: at seruus suos habere nummos nequaquā propriè dici potest, cùm nihil mancipio sibi quærat & possideat: ne homo quidem liber arbitrium habere ullius rei potest, quod non magis Dei sit, proprium, quàm eius qui habet, suum. Proinde ut iure summo conniuente, seruus nummis è demensi sui reliquijs, confectis, ad libertatem: sic homo arbitrij sui adminiculo ad salutem æternam aspirare non prohibetur, indulgente prouidentia. Verùm in ijs alijsq́ eiuscemodi mens humana curiosius commentans, in asystata quæ dicuntur argumenta, incurrit, quorum exitum inuenire, explicationemq́ nemo potest. Quare in ea caligine speculationis deprehensis, quasi in æstu alternantis hæsitantiæ, opinationisq́ euariantis, ad sacram illam, ut iam dictum est, nobilemq́ anchoram γνῶθι σαυτὸν respiciendum, in eaq́ subsidij certi fiducia secūdum Deum collocanda est, ubi nullus temeritati atq́ errori locus est. Id quod mihi Paulus sæpe dictus, Theosophorum Plato, admonuisse uidetur in epistola nobili quam ad Romanos scripsit: cùm in Dei iustitiam atq́ prouidentiam inqui-

B rere nos uetuit, selectarumq́ animarum, & reiectanearum iura, causasq́ disceptare. Neq́ enim analogia intercedit inter præscientiam Dei consiliaq́, & intellectum cōiecturamq́ hominis, & oracularis elogij ponderibus, nō humani sensus præiudicio, argumentationisq́ philosophicæ, rerum æternarum autoritas & fides expendenda est. Mihi uerò non modò curiosum, sed etiam fraudi ingenti uidetur obnoxiū, quod paulo antè dictum est, in ea inquirere, quæ Deus clam nobis esse uoluit. Etenim multos olim mortales doctos alioqui uiros & eximios, transuersos abripuit contentionū æstus, tuendis pertinaciter dogmatibus inconsultè susceptis: huiusmodiq́ non ita pridem æstus, nescio quo primùm numine, an turbine excitatus, tantoq́ interuallo unitatē Christianismi repentè secuit & luculentè: isq́ admiratione primum ingenti, mox etiā stupore, deinde studio non minore à multis exceptus est. Habuit enim nouitas frontē primam festiuam ac speciosam, antequā augescens peruicacia duriorem in modū eam perfricare instituit. Id ego cùm honoris literarū causa, tū alias ob causas nollē factū: deinde isto exemplo factū, si factum oportuit, itaq́ in fatis fuit prouidentiæ: tū quorundā cum inuidia perfectū, & quoquò peruagatū gentiū: quorū uicē mediusfidius uehementer dolere cogor, consiliumq́ reprehendere uirorū ingenio doctrinaq́ præstantiū. Quid ni aūt id facerē: qui ab eorū autoritate uideam imperitum uulgus licentiā mutuari: improbè quidem illam inscitèq́ & immaniter, sed tamen utcunq́ adūbratam: tum ea fiducia ludibria religionis cōminisci ausum alia super alia, delendis placitis antiquis sanctissimorū Christianismi Emolpidarū. Quid enim: ad summum ne indignitatis nō uentū est (id quod à me taceri sine scelesta preuaricatione non potest) cùm hominū coniuratæ cateruæ palàm decuriantur ad discrimen tollendū bonorum & malorū, atrorū & candidorū, quod decus est decorq́ cōuersationis hominū, pignusq́ regnorū & ciuitatū: Est enim, ut opinor, uita iam in præcipiti sita, si pietas, si religio, ac Dei contēptio eodē loco habentur: cuius rei exēpla quotidie non obscurè produntur. Hanc morū stragē, hanc Christianismi cladē, literarū bo-

 narum

narum ignominiam, uirtutum internecionem, cùm in dies crescere, quasi & ædiũ sacrarum incẽdium gliscere conspiciamus, unaq; Palladiũ fidei conflagrare, pignusq; æternæ beatitatis: quid animi iam habere, quid spei, quid expectationis bonæ possumus? Quid uerò hominum sumus dũtaxat Christianorũ, si his portentis, si diris ominibus, si tot prodigijs, talibusq; non permouemur, atq; perhorrescimus? Atqui nec uictimis cælis procurari, nec holocaustis queunt, quas publica piaq; persuasio expiabiles nequicquã esse censuit, adeò ferum ulcus est Christianismi, carcinomaq; indomitũ orthodoxiæ, quod nec scalpello, nec cauteri, nec remedijs ullis cedit hominũ, & Pæoniam modò manũ poscit & manet. Miseram & exitialem huius ætatis sortẽ, tametsi literarum claritatis mirè instauratricis, quę perpaucorũ crimine, permultorũ scelere, religione se obstrinxerit dira & inexpiabili. Nempe quasi tersioris doctrinæ splendor iam nimius, in caliginẽ atram illico Stygiamq; uerterit, aut rerũ diuinarum prudentiæ nebulã offuderit, exortam ex Auerno, excitatamq; à spiritu impotentiæ præcipitis & erraticę. Imis enim summa, inferis supera, optimis deterrima, ea occasione permixta esse, omniaq; confusa, quotus quisq; non speciose dicturus est, istorũ quidem certè qui literis restitutis malè cupiunt? siquidem quàm maximè hoc tempore earum studia nomenq; inclaruerunt: tam maxime densis in tenebris nauigiũ Domini sese egit, & nocte intempesta. Quin & lacerata nunc opprobrijs nauis oneraria, alioquiq; iampridem ueluti solutilis, pronaq; ad naufragium, omnium oculis exposita est, inuidioseq; traducta. Interim autem nos uectores, qui ab illis ἀπραγίλαις direpti, pontificia familia contumeliose quasiq; gregales uocamur, stationem nullam satis hospitalem cernimus puræ & innocenti fidei atq; religioni: neq; appulsum certũ circumspectamus, oculis peruigilibus, atq; in commune excubantibus. Vela publicè libentes pandimus cunctationi & incuriæ, priuatim sinus totos hæsitationis implemus atq; diffidẽtiæ, auras captãtes interim desidiæ supinæ atq; prolatatricis. Quæ quo placidiores sunt, atq; etiam placẽtiores singulis & uniuersis, eo pellaciores sunt utiq;, impendioq; magis noxiæ & improuisæ: & uerò plurium mẽtes in syrtes, in scopulos, in uada rapientes addubitatricis philosophiæ & deliberatricis. Ita est autẽ nata celebris nunc controuersiæ lateq; patentis disceptatio, inter principes antesignanosq; partium, ut hîc illicq; signa auspiciaq; conspiciantur orthodoxię: tessera etiam insigniaq; ducum, Christianismi tutelam sibi uendicantiũ: cùm interim utriq; utrosq; theologos quidem esse, non etiam theosophos dictitent. Illud uerò nõ ita ualde decorum, parumq; adeo uidetur esse rei disceptandæ congruens, quòd inde iam ab instituto certamine, rerum diuinarum cœlestiumq; argumentum, satyricis magis actibus uerbisq;, altera quidem ex parte præcipuè tractatum est, motuq; petulãti, quàm philosophica grauitate, theosophiamq; decenti. Rursus id illis eorumq; fautoribus magnopere reprehendendum uidetur, quòd hinc animaduersionum, ut ipsi dicunt, atrocitate res geritur sub legum autoritate: nec perinde charitate Christi, & æqui boniq; fiducia, ut quidẽ ipsi perhibent. Mihi uerò et multis id placere non potest, quòd cùm copijs imparibus, dissonoq; clamore, signa partium collata sint, in speciẽ æmulæ, priscæ, germanæq; pietatis: utriq; etiam auspicia sua esse defendant tuendæ orthodoxiæ: momica tamen phalange atq; etiam mimica impressiones fiunt, agmineq; irrito pugnatur conuiciorum uehementius, quàm acie instructa cõpositaq; argumentationum. Id genus contentionis, uel dissensionis potius ter capitalis, in ciuitate Dei exortum, è re esse Christiani nominis, nobis probari nequit, omnibusq;, ut ipse reor, æstimantibus securam inde atrocitatem digladiationum, extremaq; exempla petulãtiæ facinorosissimæ. Huius tamen indignitatis solatium unum habemus, ne undiq; ultra pudẽda sit & detestanda. Negari enim non potest, nisi ab imperitissimis, ijsdẽq; literis uerioribus iniquissimis, exoletæ iam & sordentis rusticitatis situm, quæ supercilio semper magis q̃ sanctitate censa est, planè detersum esse hoc eodem tempore, qui scripturæ consecratæ obductus, per ætates permultas exortes literarum cognitionis linguarumq;, luminibus non parum officiebat scholarum huius philosophię. Ingentem uerò rursus iactum ab illis uirtutis et honestatis, è naui Domini factũ esse: stragem calamitosam innocentiæ atque religionis, indidem enatam esse: quæ mens

cumq;

A cumq; hominum, quod propositum cumq; fuerit ipsius nouitatis designatorū, cùm nemo inficiando esse possit, qui quidem non iniquus arbiter sit prodentis se ueritatis: non uideo in rerum nouatione quicquam tanti fuisse, quamobrem gratulari sibi uita, nedum Christianismi summa debeat: nisi uerò in usum uitæ, in existimationem Christianismi, in dignitatem religionis esse potest, & mundo conducibile, uirtutum omnium chorum, quod decus est mortalitatis, doctrinæ philosophicæ summam tot seculis comparatæ, sapientiæ moratæ opinionem nulla non memoria augustam, è conuentu, è concione Seruatoris exegisse, explosisse, conuitiose exsibilasse: Ad iustificæ autem fidei adumbramentum, tanquam benefactorum omnium instar, & maleficiorum solum expiamentum, omnia redegisse salutis subsidia: Excellentissimas deniq; uirtutes, instituta uitæ præstantissima pro nihilo ducere, ut sordenteis & obsoletas in cōspectu Domini. Proh superi immortales, est'ne id animos hominum epulis accipere euangelicis & cœlestibus, siliquas fallaces fidei & charitatis obuiæ & compitalitiæ, ieiunis obijcere: sicq; lactatos homines imperitos, immunitate iusta & uacatione donare? Nam quotusquisq; huius philosophiæ studiosorum, præconiū istud fidei iustificæ, sanè speciosum auditu ac magnificum, non tanquam congiariū quoddam opimum pronunciatum, excipit, uacationis operū, & licentiæ omnibus numeris solutæ timoris sollicitii? eamq; incuriæ inertis, perditæ securitatis, somniculosæ cessationis largitionem, ita acceptam refert doctrinæ recens editæ, ut iam uitæ disciplinam, morum seueritatem ridiculam esse putet, archaismiq; deliri ac Saturnij redolētem? At ij huius liberalitatis autores sunt, operisq; faciundi uacationum largitores, qui donatiuis uenialibus, tesseris q; uænalibus abolitionum pontificiarū, cum assensu multorū, plausuq; primùm refragati sunt: eo tamē blandiores, ut uerum fateamur, nouarum tabularū promulgatores, quòd & gratis & uberius gratiam admetiuntur, & porrò cum corollario in futurum quoq; securitatis. Ecquis est autem sanæ mētis, qui causæ quicquā dicere ausit aut uelit, quo minus uim illam saluificam, hominūq; seruatricem, & deificam, mortalitas conscia suæ conditionis, acceptā referre debeat
B diuinæ indulgentiæ, non benefactis suis aut aliorum? Ecquis est porrò, quin diuinæ naturæ fidem fixam, Christiq; theurgiæ, fundamentum & fastigium esse censeat spiritualis ædificij, quæ sedes est regni Dei? Sed tamen hæc ipsa fides, uirtutum omniū sanè princeps, illarumq; præfultrix & chorodidascalos, ferie earum ipsarum & reste gaudet, ut comitatu sibi consentaneo & congruenti. Quin & chorum illum suū, gestamine crucis insignem & uenerandum ab inertia & segnitie uindicās, munificem esse docet, ad functionesq; uitæ obeundas instituit ad modos hieropsaltæ: qui nō intus sibiq; tantùm ipse, sed extrà etiam atq; omnibus cecinit. Hæc insignia, hæc decora, hos ritus religionis, si è ciuitate Dei persuasio gentiū sustulerit, si mores antiquauerint, quid erit tum postea Ecclesia Domini? Nimirum officina quædam amplissima perditę licentiæ, effrenis uoluntatis asylum, uel libidinis potius, taberna uoluptatis plena lenociniorum, contubernium, collegium & sodalitas omnium uitiorum: quem ad finem haud dubiè huius philosophię studia spectant & manifestè uergunt, etsi alium ipse fuisse scopum eorum non dubito, qui primùm hanc nobis telam ordiri instituerunt. Quocirca hæc & alia his affinia acerba commentatione scribens, cum populo me agere testor imbuto perperam hac doctrina, cum eiusq; proteruis absurdisq; defensoribus: non item fortasse cum autoribus ipsis & nouarum rerum molitoribus. Quos mediusfidius ipsos in maleficiorum inde quotidie nascētium reatu magis esse & inuidia, quàm in causa culpaq; scelerata, per me licet ut omnes existimēt, eorum sententiam, magis quàm uerba attendentes: idq; expugnari forsan posset, aut defendi, duntaxat quadam ex parte rerum, ad subsellia, aut in senatu prudentiæ, neutram in partem procliuioris, tametsi utinam ipsis in mentem non uenisset: aut certè cautius fecissent & modestius, ut ex atrio Domini sacrosancto taxiarchiam tollerēt, decus rerum & dignitatem, sacrarum æquè ac profanarum. Quid enim oculis uel orchestræ, uel ordinum, uel caueæ deniq; sobriæ & paulo honestioris, approbare sese potest, in quo non sua constet ordinum ipsorum graduumq; descriptio ex qua maiestas orta est? Qua cum ipsa, ut inquit Ouidius, consedere simul pudor & metus: om-

ne uideres Numen, ad hanc uulius composuisse suos. Hîc enimuero reclamat uros scio quosdam, atque hoc illud, aliudque speciose excusaturos, & uerò ultro fortasse accusaturos: quasi meam hanc litem faciam priuatamque, hac aetate, contraque meum institutum, & praesertim eiusmodi litem, cuius nec disceptator esse iure meo, nec disputator quidem possim. Sed tamen quid agerem, nihil minus mihi meditanti euenit, alioque iter contendenti, ut ad ruinam ueritatis, ad incendium sacrorum, ad naufragiũ religionis disciplinaeque salutaris, occurrendum mihi esset, opellamque conferendum qualemcunque. An autem facinus istud auspicantibus uel fiduciae uel audaciae, coelestis auis, sancta ac sanctifica addixerit, ut augurali sermone loquar, Deus optimus maximus, iamiam ostensurus est, ut libens cõiicio: cuius numinis est unius, auspicia rata irrita'ue facere omnium inceptorum: cuiusque admirabilis prouidẽtiae beneficio, res malo exemplo coeptae, exordioque non probabili, ut quidem est iudicium mortalium, bene interdum ac feliciter eueniunt cum stupore ipsorum. Exierũt nuper libri quidam bonis, ut speramus auibus: mihi quidem certè laetis, qui penè neutrò propẽ sius antea auspicari institueram, cùm de coelo seruarem pro meo instituto, attente satis ac solicite. Hi cùm in manus meas haec prodentis incidissent, forte quadam oblata, non quaesita & rogata (neque enim controuersiae inter doctos agitatae cognitor esse accuratus cogitabam, & succisiui temporis tantùm lector iamdudum esse coeperam, non modò commentator) Verùm eos libros percurrere mihi cùm contigisset, primùm ea de re homines non leuiter amare coepi, alterum praesertim à quo nunquã animo alienus fueram ob ingenium hominis doctrinamque eximiã, etsi à studio partium illarum nonnihil diffidebam: deinde nobis literisque gratulatus sum, quòd res controuersas spectare ad concordiam quadamtenus existimaui: siue illa futura est multo aequior conditio dissensionum, & expiabilior: sedatioribus tantùm animis opus esse mihi uisum est: stomachisque non ita crudis utrinque. Hactenus impetu & clamore & praecipiti impressione res gesta sit, quandò ita res nata est: placidioribus iam modis argumenti tanto interuallo reducti agenda est tragoedia, si quidem est peragenda. Est autem eius generis argumentum, quod utroque uersus foecundè tractari, & facundè etiam possit magna quidem ex parte: sed utinam tranquillè quoque ac cõposite: id quod tum demum futurum est, cùm modos ipsis actoribus fecerit aemulatio digna Christianismo. In causam utrinque insignes ac numerosae aduocationes subscripserunt: illinc tamen plures studio praecipiti aut inconsulto. In illam etiam partem nostrorum hominum transitiones, meticulose quidem illae atque mussitabundè, sed tamen crebrò factae sunt, & tanquam palabunde. Vsqueadeo quaedam sunt sic à communi persuasione auersa, ut tamen ea controuersa fecerit festiua nouitatis facies, quae aut erronibus animis, aut uolucribus mirè lenocinatur: cum eo quoque quòd illinc copiae ex euocatis ac uolonibus conflatae sunt, quae ad pileum insolitae libertatis & inauditae cupidè conuolauerunt. Mihi uerò cum non paucis id permolestum fuit, & simul periniquum esse uisum est: quòd literarum bonarum opinio nostrarum iuxtà atque peregrinarum, in inuidiam unà quoque cum inuisis dogmatibus, in discrimenque uocatae sunt eam ob rem, perinde ut in crimen: siquidem quàm maximè hîc uisa est feruere contentio, atque illa ex parte per occasiones passim eualescere (aut casus enim temerarius interdum, aut hominum culpa uictoriae impotentium, hic quoque quodammodo τινὰ ἐπιφάλλεια fecit) tam maxima flagrauit inuidia ad populum primoresque, literarum splendor restitutus ac rediuiuus. O quàm iniquè iudicium sensus communis uel natura uel moribus comparatum est. Verùm huiusmodi studiorum erat nostrorum conditio, iniqua quidem illa, ac tantum non poenitenda, sed tamen ut sperare meliora liceret ac laetiora. Ecce autem, pròh Christe splẽdor diuinitatis, decus humanitatis facinus, scelus, nefas, literis ipsis ex aequo penè indignum & importunum, non uernaculum quidem ipsum, neque nostrae foeturae: sed importatum audacia proiecta, ut mihi compertum est: caeterùm aetatis nostrae probrum olim futurum, nisi diuina benignitate uerterit in clausulam malorum: id quod sperare ipsi non de nihilo coepimus. Nobis igitur haec scribentibus, hydra quaedam caecae uc uaesanae peruicaciae, quae in tenebris alebatur, in hac urbe repente, aliisque

multis

A multis nobilibus in oppidis extitit ac prodijt: factionisque inuisæ ac lucifugæ, pleraque literarum ignaræ, corda, sensus, ora, sic insanè, sic dirè peruagata est, unus ut & alter Hercules, claua, ferro, flammaque rem gerentes, satis esse non possent, si superstites essent, tetro ac multiplici monstro, plurimorumque capitum, conficiendo & extinguendo. Etenim coniuratæ impietatis dirisque deuotæ homines, scelus ausi confidentius, quàm illi quondam Athenis Hermarum accisores & demutilatores, eadem nocte condicta compluribus in oppidis, ijsque disiunctissimis, ex composito, & ueluti eodem furoris signo sublato, proscribere sustinuerunt, edictisque maledicis configere, decus & columen pignusque Christianismi. Et furialis quidem ille genius, cui ne Christus quidem ipse seruatura hîc fungens, omnique imperio præditus, ita fuit sacrosanctus, quin eius innocentiam tentatet numeris omnibus absolutam, nuper ad sacrosancti charisterij maiestatem non modò imminuendam, sed etiam obterendam accinctus & proculcandam, inuenire potuit qui manus conscelerare tanto piaculo non uererentur: nempe temporis conditionem nactus propemodum fide cassi, mundo nihil minus agente, quàm ea quæ antiquissimæ fuere cum sæculis melioribus: ac post Triumuiratum quidem illum morte è medio sublatum, qui ad errorem antiquum denuo asserendum ab ipso designatus fuerat, suppar is audaciæ complureis alios substituit, qui prouinciæ succederent flagitiosæ eadem peruicacia. Gliscente deinde scelerum profectu ut natura fert malorum, Aium quidem illum loquentem, sed Stygium allegauit, è sinu suo productum, appositissimum emissarium ad enecandam fidem Christianismi, in ea prouincia in qua maximè ualere adhuc orthodoxia uigereque uidebatur. Vt breuibus absoluam, post sollicitationes multas, uariasque hominum nostratium, quasique iam labantibus animis cõplurium, repentè Aium Locutium è faucibus Orci excitum, diris ipsis sororibus diriorem, in ora populi inhalauit gentilis Christianismi, recta & syncera religione imbuti in uniuersum, ut qui maximè: diceres crapulam quandam Ditis patris esse, Mephitim eructantis prodigiosæ ac piacularis impietatis. In præsentiaque solicitu-

B dinis publicæ summa, in eo erat præcipuè occupata, ut gens sanæ persuasionis alumna, extinguenda catharmatum multitudine, atque è medio omni ope summouenda, quasi manu quadam Orci emissaria, gratiam à Christo Seruatore ineat expiabilem, cuius maiestas paucis hebdomadibus læsa fuerat scelestissime: infaustam hospitalitatem impietatis translatitiæ, quæ eam contagionem attulit. O quænam satis terra discedere, quod chasma dehiscere illis Triumuiris potuit, ne nominatu quidem dignis: eorumque mox hypodidascalis poterit, nisi citò resipuerint: quod equidem non despero. Ita ne uero Herculis ærumnarum instar fore sibi putauere æquales nostri mortales, solicitasse inferos ad dogmatis eius monstrum in lucem denuo reducendum? Quæ malùm, tanta illis esse potuit philosophandi commentandi ue insania? Siccine huius ætatis philosophiam feriatam esse infeliciter, & uitæ exitiabiliter, ut in ritus rectè atque ordine conditos, augustarumque ætatum consultis comprobatos, inquirere ausi sint perpauci terræ filij? Siccine ἐμβαδιφῶντας, utar enim uerbo Aristophanis, omnia rimari iuuit, ut sese humo tollerent homines pumiliones, ut Herculis & Liberi, nostræ memoriæ æqualium, terminos superasse famamque uiderentur? Ex eorum autem aliorumque curiositate nimia & audaci, errorum odyssea primum Christianismo, deinde scelerum ilias & piaculorum enata: quæ cœlum terræ miscuit, & chaos penè reduxit. Extitit haud ita pridem ingenij mediocris homo, qui cupidine gloriæ accensus, cæca & præcipiti, ne ad Musarum conuiuium uenisse ἀσυμβόλως diceretur, symbolum attulit commentitium, quod à magistris suis acceptum hominibus absurdissimis, longo usu suum fecit: longè futurus utique felicior, si umbra tantùm esse, atque ad epulas uenire philosophiæ, asymbolos maluisset & inglorius. O mores huius ætatis. Hanccine amentiam? Hunccine prudentiæ communis ac publicæ contemptum? Ita ne uerò homines uægrandes, cùm sese in tragicam proceritatem cothurno fustulerint arrogantiæ, in cœlum arietare uerticibus audebunt insanissimis? sanctissimarum ætatum prudentiam atque doctissimarum, cõpellare ut delitam scriptis suis non uerebuntur? Atqui præclara illa scripta, pigmẽtia

inanibus iudicium hominum fallentia, quæ Saturno consecrasse se putauerunt, Vulcano quotidie magno plausu dedicantur cum eorum professoribus. Quin & uno edicto omnibus in prouincijs, primo quoque tempore animaduersionis diuinę, aut sensim fortasse, conflagraturi sunt per resipiscentiam publicam: quæ aut futura est utique ipsa propediem, aut ad extremum actum fabulæ rerum humanarum uentum est. Id quod significare uidetur conniuens in hisce facinoribus, uel conniuenti similis potius, ludorum ipsa seriorumque inspectrix & præses prouidentia, locorum etiam personarumque designatrix: & uerò omnium ut potēs & moderatrix, ita rectè ac secus actorum ac consultorum arbitra peruigil, & æstimatrix. Quisnam igitur furiatarum concionum, quis perditarum coitionum nefas præstaturus est? quis porrò pessundatæ & conuicijs conculcatæ mysterij mysteriorum reuerentiæ? hoc est enim quod magnus Dionysius πλετὴν πλετῶν appellauit, quasi piamentum piamentorum, sacramētum sacramentorum: & Synesius ἀποῤῥήτων πλετὴν, id est sanctiorem expiationem & reconditiorem. Egregij uerò philosophi, atque de literis sacris æquè ac profanis meriti, qui ne nomenclatori quidem, ut aiunt, in patria antè noti, etiam inclarescere huiusmodi docendis tragœdijs, ubique gentium, concupiuerunt, & sperauerunt, etiam' necùm scenam in diuersum uerterent theologicæ sapientiæ: etiam cum offensione ter capitali ad superos mortaleisque offensuros se uiderent? O diram uæcordiam: en rerū humanarum diuinarumque magistram philosophiam: en disciplinam, fidei & charitatis Dei, tertio quoque uerbo commēdatricem: numine, credo, grauidam paracletico, quæ nobis pepererit dogmata huiuscemodi. Et cùm nefastæ illius doctrinæ promulgatio repagula fregit reuerentiæ Dei: tum commentarij licētiosi, alij super alios certatim elucubrati, ad ultima impietatis exempla, diuinarumque rerum contemptionis, quamplurimos perduxerunt. Ius & fas unà cum Dei metu deiecta sunt passim è uitæ priuatæ gubernaculis, ex quo licentioris religionis patrocinium, uiri docti suscepisse uisi sunt. Priuatæ uitæ dico? quid si etiam multis in locis publicæ? Cedēte enim ex Ecclesia Christi rituum priscorum disciplina, ceremoniarumque receptarum opinione ab istis exibilata, concessit unà quoque fides, non è foro tantum uænalium, & è nūdinis, sed etiam è præcordijs hominum: nempe quasi decoctrix pollicitationum domini. Est autem hic ordo rerum atque processus, ut licentiam istam, solutam legum canonicarum uinculis, & cultus immunē religionis, euestigio sequatur cauillatio prouidentiæ, cum incuria salutis: quod luculenta docuerunt experimēta. At uerò in primis id rancidum est auditu ac putidum: quod tacere non quiui prorsus cùm maximè cuperem. Nam fides & dilectio euangelica, augustæ quidem illæ uirtutes, omniūque uirtutum longè principes, cæterùm hac ætate, his moribus, his hominibus, non nisi de nomine cognitę, benefactorum omnium, institutorumque egregiorum splendorē, umbra quadam nomenclaturæ, ut ampla in speciem ipsa & uendibili, sic euanida reapse & futili, obscurauerunt: his enim uocabulis sanè plausibilibus ac sonātibus, cōmentarij farcti sunt aliquorum, ad fastidium usque aurium, offensionemque lectorum, cum eleuatione improba & propemodum scurrili humanæ uirtutis & iustitiæ. Ita uitiorum omnium colluuioni, scriptorum uerborumque impudentię, & graueolētię dogmatum, quæ nullum non paulo sagaciorem offendit, Minerua, si dijs placet, peplū suum obtendere non grauabitur? In quo peplo uirtutes illæ primores solæ iam attextæ sunt, uel uerius prætextæ, magna cum inuidia literarum elegantiæ, cùm nostræ, tum peregrinæ. Nam pro h Dei hominumque fidem, quis fauere iam lingua, quis temperare stylo possit in tanta indignitate sacrorum pollutorū? Indignitatē dico? Quid si autem ad ultimum uentum est discriminum? quippe cùm de aris, de focis sanctioribus, de templis Deo sacratis dimicandum sit? de pignore denique immortalitatis beatissimæ, & tanquam de palladio Christiani nominis periclitandum? Sidera quis mūdumque uelit spectare cadentem, Expers ipse metus? quis cùm ruat arduus æther, Terra labet mixto coeuntis pondere mundi, Compressas tenuisse manus? Vel quòd Theodidactorum appellatio ætate deterrima nata est, ac nullo metallo digna, mundo in nequitiam, in perfidiam, in diuinæ sponsionis diffidentiam, in nihil non erroris denique uergente & præcipiti, in nullum non nefas intrepidè ruenti: eccui hoc tandem

tandem stomachum non moueat, qui quidem ipse fibras corneas non habeat? No-
A stris'ne moribus credemus euangelæ legis mysteria, benignius esse quàm antiquo-
rum liberaliusque credita? familiarius & simplicius aperta? at uerò priscæ sanctitati, tã
quam rusticiori, quamlibet rerum mirificarum designatrici, operta illa fuisse, aut ab
oculis auersa? Cur igitur Christus sui ac ueritatis testimonium capitale, eorum secu-
lorum animis denunciauit, si de arcanis altioribus celatos illos uoluit? Mirum uerò
nisi perpaucis hominibus nuper credimus, sanctissimis, credo, antistitibus theoso-
phiæ, datum esse diuinitus, ut figuras, ut tropos oraculares intelligerent penitus, ut
diuini iuris nodos soli, ut legum ænigmata soluerent, ut ratarum irritarumque legum
discrimen certum tenerent: denique ut ceremoniarũ ritus, ecclesiæ domini effata præ-
irent solennia, quæ maiores illos olim maximosque præterierũt: ætas igitur nostra θεο-
διδάκτους sapientes edidit: superiores omnes ætates homines αὐτοδιδάκτους, eosdémque λι-
θοδιδάκτους: uitam credo, Deus ὀψιμαθῆ esse uoluit, quæ sero demum temporis nouissi-
mi, ac præcipitis, theosophiam cognouerit. Scilicet is superis labor est: aut fuit heri
primùm aut nudiustertius. Theologici senatus conscriptos spiritus Dei paracletus
germanam paulo antè docuit rationem colendi sui, ac promerendæ gratiæ cœlestis
& uiuificæ: ad eam autem maiorum olim gentium patres, quamlibet uitæ sanctimo-
nia memorabiles, aspirare non potuerunt. Vel hoc quis non credat, qui huius tẽpo-
ris instituta, qui uitam, qui zelum æstimarit hominũ inclarescere quoquo modo cu-
pientium, ne dicam cacozeliam? At enim non magistrorum hîc crimen, sed discipu
lorum coarguimus: operam suam ipsis odiose uenditantium, & uerò inuitis atque re-
spuentibus, hierónicarum præmia, olympiaque uincentium, cum improbè, tum uerò
inuidiose decernentium. Esto sanè: hoc crimen sit turbæ ineptè assentatricis, & tan-
quam operarũ quarũdam uilium suffragia sua nummo sestertio addicentiũ: id enim
mihi libẽs doctrinæ hominũ merito persuadeo: uerùm eo saltẽ nomine in culpa sunt
ipsi non leuissima, quòd futurum rei euentũ prouisum habere perspectumque debue-
runt. Atqui uel id fuit recordandum, quòd cùm carceribus sese effudere quadrigæ,
B Addunt in spatia, & frustra retinacula tendẽs, Fertur equis auriga, nec audit uul gus
habenas. Nam quis iam nauem retro inhibeat, quæ fertur in scopulos, cùm remiges
obsurduerunt? cùm uectorum plurimi seruari non cupiunt? Tum illud extẽplo oc-
currit hæc cernentibus, neque extemplo tantùm & confestim, sed etiã ex Ecclesia con
fertim, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. quod prisco sermone celebratum est, in discipulos hu
iuscemodi. Turbæ igitur ingeniũ, æstimatum oportuit, quæ cursim in eam sentẽtiam
ire pergit, cæcaque & præcipiti ferri cupiditate, quam satis constat non tam secundum
libertatem pronunciatam esse, quàm secundum licẽtiam uindicias dedisse legum metu
solutam humanarum iuxtà diuinarumque: aduersus quod censuit prudentia memoriæ
consecratæ, & uenerationi semper habitæ. At eius unius autoritatis fiducia, magna
hominum multitudo, benigna & liberalis interpres eorum quæ scripta sunt de iure
immunitatis Christianismi: πόῤῥω ἔφθη ἐπιπηδῶσα ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, ut est in prouerbio
Pròh superi, rem præcipitẽ, identidem enim rapior in stuporẽ, rem nouitatis inaudi-
tæ, & fortasse omni ope procurandæ, quãque propter lustrari ædes Domini ciuitasque
sanctissima debeat. Nimirũ aut finis rerum adest, aut censura ista uel noua uel rediui
ua quadam ex parte, tam multiplex, tot capitũ, tanto interuallo denuo nata, breui in
terierit, aut styli sui modũ ualde temperauerit. Vna'ne litura deleuerit, circumscripse
rit, obliterarit leges, ritus, mores, usus, in communi sensu uitæ, in prudentia tot ætatũ
inustos? ueterrimæ sapientiæ subscriptione elogioque comprobatos? Per me quidem
esto, ut quædam circumscripserit ut superuacanea, quædã ut obreptitia prætererierit,
nonnulla ut spuria notarit, siue conniuentibus illa, siue somniculosis obrepserint reli
gioni temperandæ præfectis, ne quid durius dicam: Sensum etiam ipsum cõmunem
circumspectiorem in modum acrioremque conformauerit: superstitione porrò futiliũ
ceremoniarum, aut emortuorum quorundam rituum homines non imperitos solue
rit: quæ hactenus obstrictã passim tenebant communẽ etiam prudentiã nexu opina
bili, atque inueterato. Hæc atque alia quædam huiusmodi per me licet, & per multos, ut
nõ modò festiuè ac plausibiliter feceris, sed etiã cõmodè ac commendabiliter. Quòd
autem

autem blandiente incepti plausu, ad uiuum altius sensim atque altius stylum suum sic impressit, aut impressisse certè uidetur, Christianismi ut disciplinam non tam ad disquisitionem senatus consultiorum hominum doctiorumque uocarit, quàm momici eam conuentus tabellis subiecerit: id uerò intolerandæ est confidentiæ atque iniquitatis, si qui tueri uelint: eapitalisque adeò erroris, si qui auscultare illis obstinauerint. Nisi uerò Deum ingenia tot ætatum, nisi annorum sexcentorum sapientiam, & uerò altero tanto maiorem tarditatis damnasse credendum est, sic excordis & stupidæ, comprehendere cuncti ut nequiuerint uim uerbi euangelici: unum autem & alterum tātum nostros æquales, intelligentiæ puræ restituisse suam contrà sententiam, qua sententia cætera multitudo cultrix Christianismi, eiusdemque alumna, tam grauiter ad hoc æui mulctata est: aut nisi seculi deterrimi philosophię prouidentia, ueram, meram, & (ut aiunt) ipsissimam sapientiam, familiariter & indulgenter ostendit, ut æmulæ forrasse supra alias fidei apostolicæ, a quisque, ut dicam, inambulantis, & priscæ sanctitati, insignibusque capitibus Christianismi, inuolutam ipsam edidit, uel imaginariam potius exhibuit spectandam & ludificatriculam. Acta, credo, hominum mirifica, uitaque exemplaris, fidem multitudini facit eorundem doctrinæ numine præsentissimo sanctæ & consignatæ. Felix profectò seculū, si ita est: illique ipsi homines deliciæ sunt Domini: neque ij quidem modò apud Deum gratiosi, sed eorum plerique multo magis discipuli: quippe qui omnibus penè numeris immunitatis donati sint diuinitus, ut quidem audimus, & interdum uidimus plerosque interpretari: quanquam ætate ferrea terrigenarumque nati: macti quidem illi cœlestis priuilegij promulgatores, iuris diuini interpretes, blandi & populares: beata uerò uasa Domini, sic à prouidentia electa: queis haurire solis liquidam illam aquam datum sit è puteis consecratæ sapientiæ, quæque post annos plus mille ac ducentos capere prima potuerint sensum, usum, & fructum manantis inde doctrinę. Et anchoram, si diuis placet, Christianismi, cùm ecclesiæ Christi iactatæ & fluctuanti, tum fidei labefactæ & charitati Dei iam conclamatæ, nouæ istius philosophiæ axiomata iecerunt: quod eorum quidam sentire, scribere, dictitareque uidentur apertissime. At hæc tamen disciplina, quamlibet sanctæ familiæ mater atque religiosę, thiasum tamen unà quoque peperit, in thearroque edidit, Satyrorum Eleusinia ueneranda irridentium, audacia sanè impia & detestanda optimę partis mortalium opinione. O male, ô absurdè, ô intolerantissimè factum, quod paucorum causa doleo, hominum doctissimorum eorundemque dignissimorum qui ingeniorum suorum specimina commendabilius ederēt, publiceque fructuosius: quod fortasse facturi sunt, cùm Deo uisum fuerit Vertūnum illum abditum circumagere prouidentiæ. Pulchrè exorsam esse telam noui operis, in sermone erat hominū, atque etiam opinione: cornicum statim oculos confixisse doctrinæ nouæ acumen ferebatur: at mox blandiēte prætextatorum quoque ac purpuratorum plausu, modum tenere ardor animorum oblitus est, ut est mortalium ferè natura comparata, cùm quidē Marte suo potius instincta est ipsa quàm diuinitus. Sermonis autem impotētia plurimū quidem illa offensionis habuit: sed eorum præcipuè culpa, actorum sanè ineptorū, qui Mimo subseruientes, partē quidem non contemnendam iucundo aliquamdiu multis & plausibili, dum coryphæis suis succinunt, summa proteruitate uocū sententiarumque usi sunt, & exquisitissima. Id enim non modò magnum frigus attulit dramati noui operis: quod pulchrè steterat re calenti: sed etiam puncta multa, eadēque classica, in summam causæ detraxit. Accedit quòd factiosum uulgus, occultatū concionū œstro uel coitionū potius extimulatū, uehementius flammā aluit inuidiæ, faces alias super alias suggerēs patrādis eo nomine facinoribus: quæ flāma cùm apud nos casu magis nescio quo consedisse, quàm inopia materiæ putaretur: (quippe factionis studio nō obscurè inualescēte, minusque in dies ac minus criminose) inuidia suppressa aliquā diu, nocte una erupit magnū in incēdiū, nihil minus expectantib. quo euênit ut plures in securitate acquiescētes, partim deprehensi sint, partim semisomni euaserint, ac nō nihil ambusti, ex incēdio tumultuosissimo. Iāque nobis hęc prodētib. multitudo nō cōtēnenda Vcalegontū, nō tātùm eo casu flagrare inuidia, sed etiā flāmis cōflagrare, quod doluimus, cœperat: plures enī sceleris cōuicti fuerūt, nec tamē nisi ad extremū confe-

confessi, quàm pro opinione hominum ac fama quæ præcesserat: ut nisi præsentissimo numine, atq; præter expectationem hominum detecta esset coniuratio, & patefacta in ipso temporis articulo, res non ad dissensionem tantùm ciuium de re summa Christianismi, sed ad direptionem & cædem mox spectare uideretur. Maledicorum aũt partim, malefici quoq; esse ita affectauerant, ut proscribendæ passim orthodoxiæ, configendiq; uerbis & maledicentia libellari atq; programmatica, sanctissimi crusti & consecrati, partes sibi depoposcerint: non contenti tacita atq; ignaua sceleris conscientia, nisi tragico facinore piaculariq; admisso, pariter quoq; cum animis manus arsuras conscelerarent: sicq; multitudinem eundem in furorem traherẽt: partim etiam eorum uiam in cœlum inferum affectauerant Herculis Oetæi Calanoriũq; exemplo. Cæterùm utrosq; pœnituit, puduitq; ad extremum, elatę funere religionis probæ quantum in ipsis fuerat: id quod ipsi testari certissimè possumus, quos uehementer misertum est hominum pœnis exagitatorum temeratæ, & compellatæ capitaliter, perq; compita traductæ, uictimæ, Dei uerbo consecratæ. Illud uix dixeris indignum'ne sit magis, an ridiculum: quòd homunculi permulti non planè trientales, in partes descendere feroculè instituerant, uel ascendere potius: atq; in digitos erecti, sic causam totam complecti, ut hoc uno ingenij sui documento, sibimetipsis uiri magni, stultis etiam hominibus aliqui esse uiderentur. Iamdudumq; uel pridem hæc ratio cœperat esse inter alias celebris ingenium & industriam proferẽdi, in mediũq; prodeundi, hominibus præsertim literarum nescijs: quos rhapsodos paucis mensibus, an diebus? fieri moris erat locorum scripturæ communium, in libellis decantatorum in dies alijs super alios exeuntibus, hosq; pensiles circumferre cum pugione solenne erat nebulonibus, aut in loculis tunicarum conditos, sicunde metus erat: horum autem ilias nobis orta est paucis annis, atq; huiuscemodi inscriptionum, quas propter uadimonia deferi possent, quod olim Plinius dixit. Equidem doctorũ causa autorumq; nollem factum, chalcotyporum ut officinæ uacassent libris uernacula lingua scriptis, passim editis ac publicatis: id quod eorum refert maximè, qui meriti
B sunt in primis, ut tanquam insignia familiarum enumerẽtur huius philosophiæ, qualis est illa cunq;. Nam ueluti tractata notam labemq; remittunt Atramẽta, ferè lectores crimine fœdo Splendida scripta linunt, aut si malunt ipsi, candida: quanquam & latius multa leguntur, quæ criticam manum poscere doctiorum ac prudentiorũ existimantur: notamq; spuriorum manere indignorumq; germana familia. Aduersariarum quidam partium, quanquam non admodum ille quidem atrox causæ inimicus in summam, ut præ se ferre uidebatur: sed ridiculis gaudens, cauillando aiebat, è semine nouarum rerum iacto nationem quandam Thaumantidarum extitisse protinus: sic enim appellabat, qui stultorum admiratione magis, quàm suapte ui creuissent: in quorum disciplina, fluxa tãtùm esset & euanida ueritatis species, religionisq; probę scita magis & uendibilis, quàm rata & probabilis adumbratio: simul fidei & charitatis simulachra monogramma, ideis haudquaquam solidiora, nõ aliter atq; in ea cœlesti specie, quæ Thaumantis ob id dicta est, oculorum ludibria pro ueris rebus cedunt, apud homines quidem naturæ rerum inscios. Hæc hominis forsan cauillatoris uerba uideri possunt, uel causæ magis inuidiosæ iniqui, quàm animi è sentẽtia loquẽtis, quod quidem ad aliqua pertinet, ad aliquosq; eorum: & fateri tamen oportet uel defensores ipsos patronosq; nouitatis, unius et alterius mortalis fiducia (siue illa fuit confidentia, ut plurimi censuerunt) prodito audaciæ exemplo, mentem, linguã, stylum, temeritatemq; factiosæ multitudinis, soluta passim fuisse liberataq; prorsus Dei reuerentia atq; religione: unaq; effrenatam esse proteruitatem morum, petulantiam & lasciuiam. Quare in secula non ituram autorem tantæ nequitiæ philosophiam, omnino credibile est: secularem enim patientiam huiuscemodi rebus prouidentia nõ solet accommodare. At enim, hæc ego nunquam mandaui, dices olim, nec talia suasi. Credo equidem cordi tibi hæc nunquam fuisse, quisquis es literarum sacrarum studium candidè prosecutus: plurimosq; doctorum ita opinari arbitror: nemo tamen non illud statim excusanti intorserit ipsi autori, si quidem secum agi placidè patiatur. Mentis causa malæ tamen est, & origo penes te: quippe qui elementa

prę-

prima condideris, unde fanaticum uulgus axiomata prima mutuatum est disciplinæ impiæ & detestādæ, quæ discēdo quoque in dies dirior fit, & putidior. Iam uerò quòd uiris bonis, doctrina & facundia claris, lautaque Musarum supellectili copiosis & ornatis, in concionibus inuidiose, in consilijs penè criminose obijcitur: quòd homines his ornamentis nobiles, ad labefactanda orthodoxiæ placita accincti sint: quòd sobrij ac meditati, subductaque, ut aiunt, ratione, pessundare religionem priscam, ritusque antiquissimos tētarint, atque probatissimos: succincti & freti linguarum cognitione: id tandem non uiderint ipsi quò pertineat? quò gentium, quò errorum, malorumque euasurum sit, nisi obuiam mox itum sit consensu literis incumbentium? si quidem togata multitudo, prætextatorum ordo, atque senatorius, holosericatorum denique natio, & cohors torquatorum, despuere literarum elegantiam perrexerint, ut contaminatam errore translatitio? Quorsum tandem? inquient. Nempe ut iubere actutum atque ubique necesse sit, literas ipsas ualere cum peregrina eruditione, errorum importatrice multitudinis opinione, atque etiam paucorum ac procerū. Quotus enim quisque in ijs iam studijs acquiescere in animum inducet, quæ populi præiudicio, optimatum assensu, decretis criticorum damnata esse uiderit, atque in exilium acta? At uerò hoc consilio quid abruptius? quid nobis deploratius? quid ingenijs præstantioribus calamitosius? quid uitæ denique damnosius esse potest, & exitialius? Proinde si semen à fruge, si sementis à messe cognoscitur, si ab euentis rerum consilia huiusce modi æstimanda sunt: quàm auspicatò susceptam esse rerum nouarum molitionem, quibus omnibus exorsam esse telam istam ac detextam dicemus, quæ plus atrocis contentionis attulit Ecclesiæ, stragisque religionis, quàm illud olim malum discordiæ Ilio ac Troianis importasse, Græciæque dicitur? Et sic quoque natum heri ac nudiustertius Euangelium aut in medium primùm allatum nos credere oportet, quod ille Trium uir scripsit, multique subscripserunt? Scilicet Lucina nascentis denuo ueritatis ac sapiētiæ fuit, doctrina enata Stygijs ex oraculis. Nam quem putemus alium quàm tenebrarum antistitem, choragū eius fuisse fabulæ, quæ Titanica magis impietate, quàm tragœdiæ interpolatæ mangonio nobilitata, à cuneis paucis assensum, à plurimis abominationem retulit? At is tanquam philosophiæ salem sese cum suis illis nobilibus collegis attulisse gloriabatur, ut quidem colligi ex eius uerborum arrogātia potest: Deique & hominum fidem identidem implorabat, quòd philosophiæ studiosi respuerent eum salem ut noxium & uenenatum, quem ipse & cādidum, & theosophiæ prisca probatum uideri contenderet: & uerò è Seruatoris mensa epuloque petitum. En animam & mentem cum qua dij nocte loquuntur. En condimentum, quo natalem Euangelij recens nati, celebrare philosophia debeat. O insanam & capitalem philosophiam, iugulati iamdiu dogmatis exuscitatricem: quæ non modò res ancipites & olim controuersas, Academici moris uenia disputare, sed res etiam præcipites & nefarias constituere & decernere ausa sit. Huiusmodi est igitur hominum sapientia, qui Ecclesia antiqua disturbata, nouam ædificij spiritualis rationem nobis informauerunt: quam ad normam exlegis licentiæ, ad regulam Lesbiam, & pro cuiusque libidine temperandam, uel deprauandam potius, ad perpendiculum denique exegerūt uentis omnibus agitatum, euariantium dogmatum ad arbitrium cuiusque legislatoris, legis & prophetarum interpretis perditissimi. Est autem operæpretium commētum attendere Stygij machinatoris: & simul exordium & omnes actus fabulæ, quæ à socij facie prima & comica, ut ita dicam fronte, ad cothurni non dico grauitatem, sed atrocitatem diram erupit. Homines enim nouandarum rerum cupidi, paulatim id se cerunt, ut sponsam Domini primùm, parentem unicam Christianismi, eiusque cliente læ in fide Christi positæ, ueluti iam anum ac senio delirantem, iugulare instituerent suo sibi gladio, ut solenne est ferè impiarum factionum conditoribus, id est uerbo diuino, sursum deorsumque uersato, Ecclesiæ autoritatē placitaque abrogare. Deinde matrem sibi aliam ut adoptarent moribus suis appositiorem, quam ueram Domini pactam esse dilectamque contendentes, ex ea Dominum ipsum Christum nō liberos suscepisse statuerunt, sed obnoxiæ mentis seruos, nexæque uinculis duræ necessitatis: ceterùm eosdem immunitate præditos operis faciundi, acquiescere in cubili iusserunt fidentis

fidentis Deo securitatis: in dilectionisq; complexu inanis & euanidæ. Ex hac prole, Ἱδρωμαστιδῶν alia rursus enata τῶν φιλοσυμβόλων deterior natio, ex ijsq; mox ἡ τῶν μεθοχαρίστων prognata, tanquam ex aspide uipera. Porrò autem si perrexero, uereor τῶν ἀθέων nationem ominari: καὶ τῶν μετουσιωματικῶν, qui & μετεμψυχωματικοὶ dicti sunt. O fidem perditam. Videant obsecro, uideant, inquam, etiam etiamq;, qui præmium sperauerunt tyrannicidij, ne in inuidiam eis spes euadat odiumq; parricidij. Nisi non est parricidium, diuorum ipsam matrem, de cœlo detraxisse, ut est Latinè loquendi consuetudo: de gradu, inquã, dignitatis, existimationis, & maiestatis, Ecclesiam Dei pactam deturbare uoluisse. Vide quid promouerit non paulò curiosior in ritus inueteratos inquisitio. nam dum in sponsæ Domini mores à crepundijs eius inquirũt: dum gemino (quod dicitur) ab ouo exædificationem Ecclesiæ Dei repetunt, paulò ἀναλυτικώτερον utiq; philosophando, religionem Christianismi ad chaos reduxerũt Academiæ. & dum operis expolitionem detergent homines (ut uideri uolunt) anthypocritę: uelut ornamentum ascititium ac religionis lenociniũ: operis ipsius compagem symmetriamq; dissoluerunt. ita fit, ut qui se solos cum familia sua, in filios Dei adoptauere, quod ex eorum scriptis apparet, dæmonidæ ipsi permultis Titanumq; gentiles magis esse uideantur. Hi sunt autem qui unitatem sponsalium cœlestium scindentes, Christum ipsum digamum quodãmodo faciunt, cùm sit pseudogamia uerius eorum Ecclesia. Egóne ut credam eam esse filiorum Dei matrem, quę monstra tot ediderit? cuius utinam puerperæ loci iam essent eiectitij. quos etiam mortales non puduit, tabulis obsignatis agere ætatum heroicarum cum prudentia, & uerò cum paracletico numine disceptare, conciliorum præside. Itáne uerò antistites ipsi soli diuinitus designati sunt, intelligentiæ uerbi Dei, nunc primùm cœlo delapsæ? proh superi: impotentiam animorum incredibilem. Religio prisca, & mille ac ducentorũ amplius annorum canitie uenerabilis, cum prudentia eiusdem temporis, per prouincias nuper in triumphum ducta est ab istis, & cõtumeliosè traducta, ouante licentia nostri seculi: ob uictoriamq; audaciæ intolerantissimæ, ornamenta triumphalia ijs decreta sunt, qui peristyliorum uestitum abiecerant. quorũ utinam ipsorum argenteis linguis aurea quoq; corda responderent congruenter: quod credi ipsi uolunt. Verbi Dei mentio subinde in ore est, & in stylo, summa cum admiratione ipsius: quæ res oculorum aciem uulgi suo splendore sic perstringit, ut quod agitur hac præstigia, cernere non ualeat. Quotus autem quisq; hominum φιλοζητημόνων, philologia quoq; illa præditus est, quam in sermone præfert ista rhapsodorum natio? Quasi uerò uerborum inanis uenditatrix, atq; institoria uerbi cõmendatio, amatorib. ueris ipsius conueniat & cultoribus. certè quidẽ quosdam uidimus, quosdam etiam legimus in uerbo uerba dantes apertissimè. Nemo nostrum inficias it, uictoriam uerbi Dei ad extremũ futuram: omniaq; humana instituta, manus ei dare debere summa cum æquitate animi, atq; reuerentia. Sed ita demum uerbum Domini sui sponsa agnoscere didicit, cùm numine conditum est interpretationis paracleticæ. id quod Dominus nos docere uidetur, capite sexto Ioannis euangelij. idq; homines certi nuper non ignorantes, unum & alterum & paucissimos, antistites tanti oraculi, tamq; patentis prouinciæ inspectores, designandos curauere, libera quidem illos cum potestate, sed suffragio cõfuso populi, liberalitate lactati immunitatis operum indictorum constitutionibus antiquissimis conciliorum, atq; pontificijs. quibus concilijs atq; pontificib. illi statim designati imperium abrogauerunt in præteritum, in instans, & in futurum, utpote uitio creatis ignorantiæ uerbi. quæ legum abrogatarum promulgatio, licet apud nos translatitia, paulatim tamen repens, eousq; eualuit, ut quæ haud ita pridem & semper παράδοξα nobis erant, nùnc ut πολύχυτα à multis nostrorum hominum excepta sint. Ex pigmentis autem illis imaginariæ ueritatis, ex elementis doctrinæ scitè adulteratæ ab hominibus doctis, ira iusta, an iniusta percitis, deterrimi subantistites & imperitissimi, cinnum attemperarunt, uel uerius miscuerunt peruersarum opinionum, erroris
q; uarij ac multiplicis, atq; in multis etiam absurdi & ridiculi. is autem nihilominus unius hactenus nomen tenuit, ut conditoris: magnam partem fortasse dogma non agnoscentis, atq; etiam dissentiẽtis. Et quemadmodum Epeus ille opifex equi fatalis, Homeri

carmine nobilitatus, omen tulit & inuidiam euersæ Troiæ à proceribus Græciæ, qui in equo ligneo delituerant: sic ille quamlibet doctus alioquin atq; memorabilis, inuidia perpetua flagraturus est alienorum quoq; scelerum ac scriptorum, si quid ei acciderit antequam illud restinxerit incendium, quo incendio nunc ardet luculēta pars finium Christianismi. Neq; uerò uiris bonis ac prudentibus, qui quidē catastrophen considerarint licentioris huius dramatis, hoc persuadere quisquam poterit, quod τόνδε τὸν ἵππον ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν ἀθήνῃ. quippe facinoris huius quale est illud cūq; exitus, index est certissimus iudicij diuini: ex quo præcipuè ratio atq; indicatio constat, operæq; precium humanorum huiusmodi consiliorum, si quidem constatura est. Nam pròh superûm atq; hominum fidem, quodnam sperare præmiū. Sed enim porrò iam ultra clepsydram elatus sum: quam mihi supra admensus eram, indignitate utiq; scelerum transuersum me agente, quæ in præsenti nata, insistere me coegerunt, cùm rectà contendere iter instituissem. Quare ad institutum cursum ab excessu redeundum est: quem mihi non cupienti prorsus iniunxit persona ipsius Aij Locutij, quam equidem hactenus induere grauatus eram, cunctatusq; fueram, quamdiu quod excusarē habebā. Nuncq; ea quæ scripsi, è plano dixisse utiq; uidebor ipse, ut mihi persuadeo: non quasi è suggestu, aut tanquam è subsellio quodam superiore. Neq; enim eorum sum, qui in album asscribi affectauerim scriptorum suo iure disceptantium tantarum rerum controuersiam. Quapropter necessitate me soluam in alteram quoq; partem nonnihil declamitandi, uel cum patronis eius potius lègitimis atq; ordinarijs expostulandi, quòd paulò minus æqui sint in suum cuiq; tribuendo: ne hîc quoq; imprudens stylum, quasi specillum adigam, altius quàm pro data mihi dandáue cōcessu lectorum auditorumq; uenia, qui fines non ignoranr modumq; meę cognitionis. Sunt autem non pauci, qui in nostris exterisq; ueluti criticis ac censorib. orthodoxiæ, magnopere desiderent æquitatis aures comitatisq; philosophicæ. quippe qui auscultationem accōmodare plerunq; grauentur ijs de rebus animi causa, atq; etiam animæ disputantibus, aut etiam tantum perconctantibus, quæ inter peritissimos non nihil controuersæ sunt, quædam etiam iam olim controuersiosissimæ. Ferre autem non queunt homines quidam eruditione non qualibet præditi, se non ui argumētorum, non autoritatum consecratatum pondere premi (ut quidem ipsi uociferantur) cæterùm præscriptione triseculari iniquè summoueri, aliquantoq; ampliore, à causæ dictionc. Enimuero indignum esse, nec ultra tolerandum, quòd obsoletis fascibus nullorumq; iam auspiciorum, quæsitæ autoritatis nomēclatura tantum gradationis, concedere hactenus oportuit maiestatem aut dignitatem instructioris philosophiæ, ac multo ornatioris. Quem tandem inueniet (inquiunt) tam longa potentia finem: Ecquando sese abdicaturi sunt illi ęquo animo, dictatura ista Pythagorea, atq; omnium artium cunctarum disciplinarum scientiarumq; censura: omnium dictorum, scriptorum, ac professionum pro potestate arbitra: non ex boni ęquiq; sententia, non ex antiquissimæ memoriæ doctissimæq; responsis, sed ex placitis illius iudicia pronūciante exhedræ argutatricis: in qua plus supercilij semper fuit, caperatæq; frontis, quàm dignitatis Areopagiticæ, probæq; seueritatis. Atqui insolentis magisterij fastu atq; imperio sese exuant ipsi necesse est, si uiri boni uideri uolunt & credi, ut congruit eorum philosophiæ, dictaq; ut præcipuè, non dicentes iudicent antiquo pręiudicio inuisæ nouitatis. Neq; enim uirorum esse bonorum uti præscriptione quantilibet temporis, si minus est in causa bonæ fidei, quàm iuris summi, iniuriaq; permixti. Hæc est ferè summa eorum quæ Aius ille loquens logodædalia magis improba, quàm facundia iusta præditus, ultro citroq; altercatione circulari aut cubicularia dictitat: non etiam triuiali & circumforanea. qua de controuersia nuper cùm communis prudentia in consilium hominum sermone familiari mitteretur, populiq; sensus communis in suffragium: longè quidem superior erat ea causa, honestatis morum patrocinio, quæ ab antiquitate stabat, inueterataq; forma religionis & pietatis. Alterius autem partis numerosa aduocatio, duob. ualidis adminiculis, causam iure tum scripto, tum moribus recepto, luculenter infirmiorem, sustentabat, studio ingenti libertatis legibus solutæ conciliarijs, pontificumq; sanctionibus: quanq; nec ciuilem in modū ac legitimum

A timum informatæ reipublicæ congruentis, nec optimatum uitæ, deinde tabularum nouarum nomine, tanquam uitæ beatæ certissimo omine: dulci quidem illo & sanè festiuo primore statim specie, ceterùm mox plausibili tantùm ac iucundo legis diuinæ decoctoribus. Hos autem fidem bonam agnoscere, & unà quoq; eam cum ciuili charitate complecti, ægrè persuaderi potest optimæ parti mortaliũ. Erant etiã nonnulli in utrorumq; fauorem ambigui, & Ephecticorũ similes: quidam etiam non Scepticorum dispares & deliberantium. Quibus addubitationem extemplo dempsit atrox illa coniuratio, sanè oppressa mirificè, illa uerò & numine deprehẽsa manifesto atq; memorabili. Et quando tamen iuris dicendi ratio, de sententia cõmunis sensus, & fortasse prudentiæ pronunciãs, ita comparata est, ut causa cum suapte ipsa specie, tum uerò cardine controuersiæ firmamentoq; superior: tamẽ quadam in parte labet, atq; inferiori cedat (in utriusq; enim partis argumentationibus, interdum aqua illa quidem ratiocinationis hæret: sed illius pes in luto dogmatis sidit longè altius & fœdius) sed quando tamen in his prælijs ancipitem Mars acrior interdum uictoriam facit: licet bello quidem uinci orthodoxia ab æmula sua non possit, quam nonnulli loxodoxiam nuncupant: peruelim equidem, & optarim uotis etiam conceptis, literarũ saltem honoris causa (ut nihil hîc aliud dicam) hominumq; illorũ gratia egregiè doctorum, in diem ut trisecularem lis hæc comperendinetur: quę aut temporum iniquitate, aut aliam ob causam dirimi coactis omnib. decurijs iudicum legitimorũ nequit. Id tamen interim recepero bona utrorumq; uenia, interim ut uindiciæ dentur secundum eam partem, quæ & rebus auspicatò iudicatis à maioribus, & iure luculentiore nixa est: tum autem quæ sponsores uindiciarum promptius dare potest, quæ prædes longè plures exploratæ fidei & locupletes. Interim forsan uiderint homines singuli & uniuersi ad quos res controuersa pertinet, quid sui sit officij, quæ partes decidẽdæ rei sint, quæ unis adiudicari tota atq; integra non potest consensu alterorum, in hoc fortasse non prorsus iniquorum, siquidem scriptitandi rescriptitandiq; uicissitudinè iurgiosa & gladiatoria, Christianismus lacerari, eiusq; existimatio potest: recõcinnari & cõstitui orthodoxia nõ potest. Quod igitur faustũ, felix, fortunatũ his atq; illis sit,
B uiritim & uniuersim, hoc Homeri carmine cludendam hanc digressionem esse duxi. hocq; erit exodium inserti operi acroamatis, cuiusmodi à Græcis uocantur ἐπῳδός.

ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν, ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο,
καὶ χόλος ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι.
ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο
ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται ἠΰτε καπνός.

Verùm ut iam satis ac nimium forsitan expatiati, ad institutã uiam reuertamur. Multis & alijs modis teterrimus idem ac uaferrimus criminator Orci, negocium facessere mortalibus solitus est. Nunc enim titillat corpulentum hominem atq; aspectabilem, instinctu uoluptario atq; proteruitatis: sicq; intestinum hominem interpellat atq; intus conditum, ad philosophiam theoricam incubiturum. Interdum cæca cupiditate transuersum agit utrunq;: nonnunquam œstro uindictæ extimulatum, uel æmulationis improbæ, præcipitem rapit eum iam impotentem sui. Est quando placidè ac leniter insinuans, & quasi per obreptionem penitus admissus, circum præcordia ludit, nõ sine grandi noxa, utpote lasciuia grassans, appulsu minimè atroci in speciem, & parum tumultuoso, ob idq; minus suspecto. Est rursus cùm occasionem nactus, eas intus intemperias cieat, ut uel rationis frenos admittere affectus impotentes sui respuant: ac si quoquo modo insertos illos non respuerint, genuino tamẽ eos (ut aiunt) eorumq; echinos lupataq; commordeant. tum uerò præcipites deinde uęsaniq; ferantur, ut effreni & furiata mente. Quid quod eiusmodi est ille captator astutia præditus & solertia perdita, ut unde minimè ab eo tibi metuendum censeas, inde maximè formidolosus sit pugilibus experientissimis? Deniq; instinctor ille fraudulentus & uersipellis, nulla non arte instructus est cæca, surda, & Vulcania, ad hominum captionem. quo impensiore cura nobis si sapientiam audire institerimus, excubijsq; acrioribus appulsus eius obseruabitur. Certè quidem homini philosopho, utcunq; fines Ægypti confiniaq; egresso, ac iam in arce philotheoriæ commentanti,

 omniumq;

omniumq́ horarum excubitori, licet edita illa è specula intueri huiusmodi grassato- rem: in triuijs uitæ, in atrijs principum, in cupiditatis, in ambitus, in uoluptatis diuer- sorijs, in erroris conciliabulis peruolitantem: eorum uerò uerticibus plerunq; ober- rantem, qui apicibus honorum sic inter animanteis bipedes insignes sunt & eminen- tes, ut upupæ insignitæ sunt inter alias uolucres. Ad exercitationem autem homini- bus datus est, marcentiumq́ animorum & iacētium extimulationem, animarum iste contrectator proteruissimus. mentium uel bonarum ac castarum interdum conscele rator ac constuprator: tranquillitatis animi peruigil solicitator, intestinæ pacis turba tor infestissimus: lictor exterioris, carnifex interioris hominis: oppugnator patien- tiæ: constantiæ labefactator: fidei attentator: temerator innocentiæ. Cum bellua tam importuna, cum uolucre tam obscœna, cum mania, cum intemperia tam fœda, tam terribili, tam immani, nec tamen aspectabili, aut aliàs incurrente sensui, singulare cer tamen & passim & identidem unicuiq; nostrum prędituum est diuinitus, indictumq́, ualenti iuxtà ægrotoq;, noctu & interdiu, in celebritate uitæ & in secessu, deniq; per omnes uitæ actus ab ineunte ætatula tyrocinioq; rationis. Et cùm multa quidem e- ius tela sint, omniaq; capitalia, iugulum etiam ferè conditi intus hominis, uitaliaq; pe tentia: exitialius tamen quosdam uoluptate euertit, quosdam cupiditate, quosdam uecordi iracundia. Atq; alius quidem alio telo citius aut nocentius, alius tardius aut leuius sauciatur: cæterùm malum subinde rebellans & indomitum, nec remedijs ita cedens, ut dormire sapiens in utranq;, ut dicitur, sine crimine arrogantiæ possit, uel capitalis negligentiæ: ne si succinctus quidem sit copijs omnibus philosophiæ. nulli enim non metuendum ab illa cæca assiduaq; furiarum trium gladiatura, quarum exa cuti mucrones, ueneno q; illiti, in aureis, in oculos, in os, in omneis partes blandè & iucundè incurrentes, ad uiscera tandem sidunt & uitalia. interimq; homo securus, ue lutè ludicro quodam innoxio digressus, ilia subter cæcum uulnus habet: cùm inta- ctum sese esse atq; integrum putet: usq; adeò Stygius ille Proteus, omnia trāsformat sese in miracula rerum. Multifariam igitur plagis cæcis mortales expositi, quonam modo iocis, ludis, cauillis indulgere, quando genium suum curare molliter & delica tè sine culpa socordiæ, tanquam in alta securitate, possunt? At nos inter sacrum sa- xumq; constituti (quod fuit quondam in prouerbio) tamen nihil minus quàm hoc agere solemus: ridere uerò, cachinari, nugari sustinemus. Atqui nisi cautè, pruden- ter, circumspectè, & tanquam è castello philosophiæ huiusmodi impetus excipian- tur, nisi assiduæ petitiones caueantur cæcæ gladiaturæ: ad uitalia fortasse impetu pri- mo penetrauerint, uel sensim persederint: si quidem in re præsenti à nobis floccipen- dantur. Et earum quidem petitionum aliæ (ut res natæ fuerint) alijs nocentiores e- runt: ut uerbi causa, libido prima aut uoluptatis, aut cuiusuis alius incessentis cupidi- tatis, strictim hominem pepulit? hoc tanquam peccati elementum est. altera est au- tem uel libido tantum uel cupido inchoata: & uelut per summa titillans, aut leuiter appulsa: hauddum tamen admissa penitus in præcordia, quod iam primordium est culpæ. At uerò tertia est flagitiosa eo amplius, atq; scelesta, animo iam incessens ple- na cum assensione, quæ dein patretur ipsa nécne, non magnopere refert, quod qui- dem ad animam pertinet sauciam iam & comprehensam. Hoc genus ut capitale ui- cto, sic uictori apud Deum homini palmarium: etiamsi id esse diuini beneficij, par- tem quidem longè maximam potissimamq́, nouimus. siquidem liberi arbitrij facul- tates, in peculio quidem illas (ut sic dicam) habemus: cæterùm eas esse nouimus Do mini in mancipio: utpote qui in seruitute natos nos esse meminerimus, obnoxiaq; conditione. & ut in quenq; incubare numini paracleto uisum est: is demum fidei, cha ritatis, ac bonæ uoluntatis plenus est. cæteris porrò culpæ notis uacare, supra homi- nis est fastigium: à quibus intactum hominem euadere aut incolumem, cœlestis est prorsus uacationis, mortaliq; fastigio sublimioris. Nec uerò in procliui situm est, ne in philosophiæ quidem contubernio, uitiorum igniculos, uitæ ob noxam datæ insi- tos & cognatos, extinguere: naturæ ipsius petulantiam compescere, uel comprime- re potius: deniq; primordia tollere uitiorum, & (ut scripturæ uerbis loquar) delere primigenia Ægyptiorum. Id quod si ægrè paucisq; cōceditur, alumnis philosophiæ,

qui

a qui ad curandum animum ipsi uehementer incubuerunt, corpusq; perdomandum: quid futurum est illis tandem, qui carni indulgere, in corpus proficere & crescere, nō item in animum cupiunt & contendunt? Cùm autem animarum ille captator, plagas suas & pedicas tendere & explicare omnibus in uijs, semitis, diuerticulisq;, solitus sit: tum uerò in triuijs uitæ plurimum, in compitisq; id facit, quæ ciuiles sunt celebritates, conuentusq; insignes tum splendore personarum, tum concursu hominum. In ijs enim multitudinem babet obuiam ad prædam & expositam, & uerò sese ipsi dedentem ultro prædoni ad captionem ac fraudem: quippe incautam & immemorem conditionis suæ, insidiasq; non suspicantem. Quo fit ut in basilicis, in atrijs, in locis frequentibus, & in regijs, & apertius tendat animarum ille auceps, & simplicius: cæterum plagis maioribus & perplexioribus, in quas sæpenumero scientes prudētesq; homines, ceruices primùm erectas & conspicuas inserunt, deinde penitus ipsi toti insinuant & irremeabiliter: atq; ita (ô cæca mens hominum) ut uisendi illi sibimetipsis & admirandi, & non potius miserandi ob id esse uideantur: illi uerò ut plausus quoq; captent inde spectantis stupidę multitudinis. Neq; enim in theatris huiuscemodi metus est ipsis ullus ferè à bellua reptili: nec obseruare uacat animę periculum, ijs qui in scenis amplioribus, oculis seruiunt plausitantium. Quin & eorum magna pars qui in foro honorario quæstorioq; negociantur, suis ipsi aucupijs æmulorum tendiculisq; intenti sunt: nihil minus pensi habentes, quàm ea quæ de superis inferisq; audiunt. Miseram uerò & conturbatam, perditam & profligatissimam hominum rationem: quos prudentes, quos consideratos, quos æmulandos, quos deniq; (ut uno uerbo cuncta complectar) frugi esse homines urbanus sensus iudicat: atriēsis eo amplius, numine quodam benigno, benefico, ac fortunatorio præditos. Age uerò, ut iam in uniuersum loquar, uita ipsa ciuilis et quęstoria, in qua nauissimus quisq; ac maximè industrius ingenij specimen præbet, fatiq; sui conditionem experiri contendit: quidnam aliud est ipsa, partem quidem longè maximam (si quidem limatam ad ueritatem loqui placet) quàm hominum studium, uarium quidem illud & multiplex: sed
b eodem tamen spectans, patrimonijs augendis & propagandis, facultatib. cumulandis, ac sine modo exaggerandis, acerrimè intentum? quàm legitima, quàm frugi (si diuis placet) circumscriptio: ac legum ipsa morumq; autoritate freta? quàm inflammata hominum cupiditas plus habendi, audendi, ac pollendi, in captionē, in necem, in spolia & exuuias imminens? Quorum tandem? ciuium & municipum, popularium, tribulium atq; curialium: gentilium præterea & cognatorum. Ad summam (ut planè & uerè dicam) quàm quædam Christi legis antinomia: quæ lex cultum ac studium charitatis dioscureæ inter adoptiuos Dei sanxit? Quid autem illa panegyrica uita hominum personatorum, quos pseudoprosopos uocant: qui theatri ac scenæ cuiusq; imperij & monarchiæ incolæ sunt aut accolæ: qui non legibus, non plebiscitis, non senatusconsultis, non prudentum responsis, non sacris sanctionibus & canonicis, sed curiata lege solùm euangelæ obrogata, atq; in diem uiuunt: dūtaxat quod ad animum attinet? nónne eorū conuersatio si in uniuersum attenderis, conciliabulum esse arbitrabere & iudicabis, erroris hallucinationisq;, dementis & deuij, tum autem æternarum rerum obliuionis & incuriæ? ubi nulla est unquā canities cupiditatis: ubi perpetua adolescentia hiantis auaritiæ: ubi nulla emerita sunt unquam stipendia impudentiæ & ironiæ: postremò ubi ambitus Eurystheo imperiosior, nullam non ærumnam iniungit gloriæ candidatis & competitoribus. At hoc est studium legitimū ciuilis sapientiæ, hoc gymnasium hominum ingenio industriaq; præstantium. Hæc & huiusmodi alia Christianismi auocamenta perspicientes quondam homines multi, rerum diuinarum prudentes, iurisq; salutaris consulti, excedere è celebritate uitæ, atq; è medio, instituerunt, & tanquam foro cedere erroris, mercatusq; exitialis: utpote in quo cernerent lictores Orci lorariosq;, usq;quaq; peruolitare. Eorum autē partim ad uitam abstrusam se contulerunt & soliuagam: partim societatem coierunt sodalitiam, in cōmune cōmentantes, atq; in sociabili philosophia acquiescētes. Quod hominum consilium ad tranquillam uitam & salubrem agendam captum, ab aliquibus improbatū est: nimis fortasse animātibus, ac de hominis interioris integumento

humaniorem in modum merentibus. censorijs enim corporis, quæ fenestrarū uicem obtinent, clatri abditæ philosophiæ admoti sunt ad sensuum compescendam temeritatem & cohibendam, falsa sæpe & uana pro ueris referentium ad principatum animi. Sed non è qualibet uitæ conditione & instituto cōsilium id capi potest: neq; cuiuis naturæ cōmodum est & opportunum è medio sic discedere, intraq; peristylia sacra philosophiam amplecti. quanq; rursus philosophia non facilè semetipsa frui potest, si ei quotidie in forum atq; in basilicas prodeundum est, nedum si in publicum: quantominus autem ipsa philotheoria medulla philosophiæ? Et quemadmodum ij qui ad literarum studia animū applicandum duxerunt, non quà urbes habitantur frequentissimè, habere sua solent domicilia: ne aut strepitu uiciniæ, aut usus mutui necessitate, aut officiorum ciuilium obeundorum, interpelletur eorū contentio: sic qui fartum tectum asseruare animum, à maleq; suada noxa quàm minimè libatū, cupiūt, ijs id præcipuè faciendum est quoad eius fieri potest non incōmodissimè, rerum ut æternarum studio, q; plurimum: caducarum ut cutę, q; minimum tribuant. Perpetuam tamen esse rerum illarum antipathiam usq; adeò non puto, quin & togatæ aliquādo esse huic philosophiæ, & prætextatæ liceat, interdumq; sericatæ, cùm ita usuuenerit, personam ut sustinere equestrem ipsi opportunum ac decorum sit, quod sine captione quidem fiat, imminutioneq; eius integritatis, & ubiq; fide optima. Cæterùm rara auis in terris, nigroq; simillima cygno. Et quibus hoc semel certum est, quid illis iam cum foro iucundum & suaue esse potest? & qui ad Mariam bona fide constituit, quò iam cum Martha consuescere potest, negociumq; habere? Nimirum non nihil periculi est, ne incestus hic quidam sit, in philosophiæ sanctitatem admissus, aut certè in eius dignitatem. Nam quid germanæ & iustæ philosophiæ, solitudinis alumnæ, cum urbica, cum atriēsi turba, cum strepitu celebtitatis? denique quid cum stoliditate mundi, cumq; sensus cōmunis temeritate, non tam agentis uitam, q; semper satagentis, si res ad uerum existimetur? imò uerò satin' salue in illa uitiorū errorumq; colluuione, animus iam sui iuris existēs, diuersari potest atq; peregrinari, citra imminutionem quidem atq; intertrimentum simplicitatis suę? Siquidem sensus temerarij, atq; obturbatores tumultuosi principatus animi, adire solēt ad eum assiduè, ut iudicem eorum atq; disceptatorem quæ referūtur ab ipsis. ac sæpe quidem illi officiosè adire, ac pro potestate, pro munere à natura ipsis iniuncto: sed sæpius sic obturbare, sic adstrepere rerum causas, qualitates, quantitates, pondera æstimāti & expendenti, uix ut satis apud sese animus queat esse, ut munere suo ac magistratu summo possit rectè atq; ordine fungi. Quare nisi interdictis continentiæ atq; abstinentiæ, tanq; præturam gerentis in administratione eius status quam theocratiam uocant, sensuum licētia coerceatur, atq; obnunciatio assidua quasi salutaris auspicij diremptrix, inhibeatur: principatus quidem ipse nec liberum, nec rectum rerum ipsarum quæ in senatu suo agitantur & disceptantur, iudicium habere potest. Atqui hoc apertis interioris curiæ foribus, & uerò hiantibus, & res alias atq; alias appulsas, intrò cupidè conferctimq; admittentibus, fieri nequit cōmodissimè. Adde quòd obnunciatores illi, plerunq; præcipites, sæpe etiam (ut dictum est) tumultuosi, falsum modum renūciare rerū solent: uanas magnitudines fingere, ac pondera commentitia. Vnde fit, ut animus trepidis nuncijs uanisq; consternatus, extra cancellos sui tribunalis exeat, aliasq; res actitet, nihil ad id pertinenteis qua de re cum primis agendū est. Apud se uerò esse quo tandem modo potest animus ipse, peregrè semper agens, multiuagus, erro, uulgiuagus, expatiator, palabūdus, excursor? Quomodo aūt inspector? quo curiosus? quo denique perlustrator? emissarius? circūspectator? Circūspectū uerò & cōsideratū esse cupidum Christianismi, cultoremq; eius institutorū oportet: aurib. ad rumores uanitatesq; torpentibus: non circūspectatorem, non oculis proteruis, nō temerè emissitijs, non rebus uisis cupidè incūbentibus: non auscultatorē blaterorū, non captatorem rumorum, non auditorē auidū Aij Locutij, autoris uanissimi: nō ludi deniq; philosophiæ desertorē, non emansorem, nec uerò atriorū accolā, nec conuenarū ciuitatis incolam, ne finitimū quidem. Id quod homines quidā, quasi diuaricati per oppidanæ uitæ confinium atriensisq;, faciunt: ut alterū illic pedem (quod prouerbialiter aiunt)

alterum

alterum hîc habeant: eorum animalium similes, quæ ancipitem uitam agunt, ob idq́;
A amphibia dicta sunt. Siquidem huiusmodi homines, quo uehementius augendis for-
tunis suis ac ornãdis intenti sunt, eo inconsiderantiores esse solent rerum in spe posi
tarum, quarum pignus nullum expectationis, sua sententia locuples & idoneum, o-
culis obuersatur ipsorum. Nam inter planos huius uitæ, hic quem mundũ ueritas ip-
sa uocauit, mirificus est hominũ circunscriptor, atq; à rationis suasionibus abductor:
quanuis meditati sint ipsi, quanlibet animo confirmato. tum autem operam plurimã
nauat idem quasi necessitudine coniunctus, satori illi scelerum & messori, primige-
niæq́; noxæ auctori & suasori: qui passim terram uersans humanam, in eaq́; semẽtem
noxiam ac pestiferam factitans, semine sublecto euangelico, propter uias tamen re-
gias & curules, ut sementes ipse facit grandiores, sic messes inde aufert longè uberio
res. non perinde uerò id euenit secundum uiam sacram, asperam quidem illã, nec iti-
dem patentem, atq; equestribus copijs impedimentisq́; permeabilem, sed longè ma
gis reductam ab orchestra chori Stygij & Eumenidum. eam uero circa ipsam, plera-
que nunc uasta, inculta, desertisq́; simillima cernimus. mores enim in militarem uiã
atq; uehicularem uehementer incubuerunt. quasi uero sub sarcinis cõmodius, cúm-
que impedimentis, iter expeditius contendatur ad immortalitatem. Quocirca ut
nunc sunt mores comparati, & studia uitæ ciuilis atq; in medio positæ: ecquis est qui
dubitet aut neget, animarum longam seriem & consertam, quãdam ueluti restim du
ctantium errabundæ saltationis atq; deuiæ, noctu & interdiu, fauces in illas Ditis hi
antissimas, furijs dirum carnem modulantibus, obtortis collis rapi? Simulacrum for
tasse Christianismi publica frons retinet, germana uero religio atq; pietas indies exo
lescunt, & cõspicue fugiũt. Sanctitatis tantùm & fidei nomina insigniaq́; retinemus,
& tanquam illarum exuuias in cœlum reuersarum. & sic quoq; eò uiam affectare u-
nusquisq; nostrũ præ se fert? antiquissimamq́; eam curam habere perfricta fronte di-
ctitat? Itáne uerò pietatis imagine adumbrata placari Deum credimus et speramus?
Stat contrà ratio (inquit ille) & secretam gannit in aurẽ. Heu fœdam erroris tetrãq;
B caliginem, quæ finibus quoq; & uisceribus Christiani nominis, è faucibus Herebi in
halata est. adeò in cœlum attollere mentis oculos & figere nequimus, quò inter pri-
mos aspirare, eosq́; demũ forsan, elogia restificantur euangelica, qui & mundum, &
ea quæ mũdi sunt, aspernanda duxerũt. Anaxagoras celebris nominis philosophus,
omnia tenebris circunfusa esse dicebat. Empedocles angustas sensuum esse semitas
conquerebatur, ut inquit Lactantius. Democritus ueritatem in puteo quodam alto
obrutam esse aiebat. Socrates philosophiæ propè parens, inscitiam pro doctrina mi
rè profitebatur. Quid igitur aduentus diuinæ sapientiæ mundo, quid cœlestis descẽ-
sus ueritatis uitæ profuit, si ignorationis nostræ tenebris non illuxit? si ueritatem phi
losophicam è puteo caligante non in lucem semel extraxit? scientiam in æuum mor-
tales nõ docuit? Restat id demum, ut contenebrasse denuo causando perhibeamus.
at id fateri haud scio an impium sit: atq; etiam ineptũ & absurdum: cùm lux eius non
minus nubilo quàm sereno, non secus in tenebris Cimmerijs, atq; in Oriente luceat.
Equidẽ diem ultimũ aduesperasse potius censuerim, mundumq́; iam pręcipitẽ, & ue
rò decrepitum ac delirum, indicare, ominari, significare occasum suum appetentẽ, in
teritumq́;. Certè quidem mente captũ mundum esse inficiando non sumus, qui sapi-
entiam & ueritatem, beatissimæ uitæ partẽ, è manibus, è moribus, è medio abiecerit,
pro ijsq́; errorem dirũ & stultitiã cupidè susceperit, ne dicam insaniam. Proh Christe,
proh superi, proh dij iam beati & immortales, quid est, si hæc amẽtia non est, iustaq;
dementia? nos fauces Orci libenter accolentes, transitum tandem in illum Abrahæ
sinum sperare sustinemus uelut Abrahamidæ? Aliquando igitur Christianismi con-
stituẽdi ratio nobis ineunda est, dum in spatio sumus, dum prima aut recta senectus:
dum superest Lachesi quod torqueat. Occasio non modò uolucris & rapida, sed fe-
ræ quodammodo etiam naturæ est: ut uolucres quædam quæ quamuis domesticæ
sint, euolandi tamen & reuolandi consuetudinem certam non habent: quare pri-
mo cuique arripienti cedunt occupationis iure, ut tradunt iurisconsulti. Dies nos,
noctes, & horas fati circumstat inexorabile uadimonium, spiritum exacturi quem

naturæ debemus. at in tumultuaria mortis ac trepida denunciatione, anima uti non potest præsentis animi consilio. Accingēdum igitur ad cōmentationem finis primo quoq; tempore, & quæ Dædala Circe incantamentis suis ac maleficijs immutauit, ea philosophiæ sacræ excantamentis in integrum restituēda sunt, aut certè in meliorem statum reuocanda atq; salubriorem, quodam quasi postliminio ad sese atq; ad principatum redeuntis animi. (Circen autem nunc appello, errorem uulgiuagum, & prudentiam communem, opinione falsa beatæ uitæ imbutam, rerumq; expetendarum, qui mundus, ut opinor, à scriptura dicitur). Sic enim omni ope contendendum est: si quidem constare nobis fructum cupimus ærumnosæ huius uitæ, ac re ipsa calamitosæ. Nisi uerò nescimus ipsi, uel uerius non recordamur, Christianismum uitam esse lustralem, sordidatam, solicitam, & peruigilem: atq; expiatricem ueteris illius hominis supini & ueternosi. Ac mihi quidem huius uitæ rationem pro captu æstimanti, unusquisq; nostrum sui quidem certè non nesciorum, non immemorum, peregrinantis ui detur animum speciemq; præ se ferre, meliores in sedes amœnioresq; tendentis ac festinantis. Has autem dicere ipsas sedes possis, illarum penè similes, quas olim dixerunt insulas beatorum: si tamen umbræ rerum, rebus ipsis comparandæ sunt. Verùm cùm mare inter nos & illas interiectum sit, uarium, scopulosum, undiq; agitatū multifariam & æstuosum: nauis nobis disciplinæ socialis ac ciuilis à Seruatore relicta est Ecclesiæ conditore, quæ nautico ministerio, instrumento, gubernaculisq; instructa fuit ab ipso, aut eius auspicijs: & simul formulis attemperata ritibusq; sanctis hortamentorum. tum uectorū multitudini loca partim per ordines descripta: partim promiscuè attributa, infrà, suprà, & in medio. Flatum etiam à puppi pollicitus est, ad exoptatumq; locum uectores perlaturum, si clauum rectum tenere, sinusq; spiritui afflaturo pandere, Ecclesia perrexisset. Quod cùm in exercitoribus nauis & magistris ferè positum esset, fluctibus ut secundis flatibusq; procederet nauigatio: in eo tamen ordine multa deformata fuisse iampridem fama uulgauit: tum magistrorum auaritia, tum uectorum primæ classis studijs & incuria: qui fortunæ candidatis antiquissima quæq; munera puppis & proræ fruenda permittere soliti sunt, cupiditatiq; hominum dilargiri potius & condonare, quàm reapse commendare fungenda rectè atq; ordine. ex quo factum, ut canonum canicies uel caries potius, nulli iam usui sit: sed uelut anus delira è foro explosa sit, & ad scrinia bibliothecarū reiecta. de ponte enim iamdiu comitiorum paracleti deiecta est disciplina canonica: ut annis sexaginta maior atq; etiam sexcentis. ut non sit magnopere mirandum quod quidam subridiculè dixit in re parum festiua, lamentisq; digna, potius quàm ridicula. aiebat autem minus esse deformitatis propemodum & licentiæ in agricolarum ordine, quàm in sacricolarum. Vtinam autem reliquias saltem & cineres funere propè elatæ iam fidei teneremus, à qua fide fideles suos Dominus dispensatores quosdam uocauit. qui enthei animi, qui æmulationis piæ: qui spiritus, qui Dei pleni, Ecclesiæ quondam columen, decus & ornamentum erant. nunc uix atq; etiam iamdiu, tectorium inane Ecclesia, colorem & simulachrum retinet conditæ & demonstratæ à Christo religionis: si quidem uniuersitatis iudicium è parte multo maxima facimus. Et quidem quorundam (aiebat ille) beatorum interdum miserescere me subit: qui recordari nequeunt, cùm unum & alterum ambiunt honorum consecratorum, sese procos esse Hippodamiæ: & uerò præcipitis magis ambitus atq; præcectioris semel se atq; iterum aleam experiri, quàm illi olim proci, quorum cupiditati cùm fortunæ, ut assolet, improbitas subscripsit, reclamante ob rerum indignitatem, & quasi quiritante bonorum grauiúmque natione, obdormiuisse interim uidetur prouidentia, ut est stultitia multitudinis. Sic autem ferè uidemus summæ rerum humanarum gubernacula, orbisq; actus uniuersi conuersionem, non ad coniecturam hominum, non ad bonorum æquorúmque uotum, non ad prudentum & consultorum iudicium respondentia: nec ideo suas leges tamen ac certas non habentia, causasq; nobis abditas euentorum. quippe in numine & maiestate sitas ipsius prouidentiæ, concordis in uniuerso discordiæ temperatricis: sine qua nihil factum esse in naturis productis nouimus, dicimus, & credimus. tametsi fors & fortuna, cùm in uniuersum probitatis & æquitatis carnifex

A carnifex, dignitatisq; & ordinis humanis in rebus abrogatrix atq; deletrix: tum uerò rationum philosophiæ conturbatrix, quantumuis subductarum, interdumq; disiectrix: prouidentiæ conniuentiam exprobrare solet ad uulgus, incuriæ similem, sæpe cum conuitio. Illa uerò & temporum sæpe conditione adiuta, principumq; hominum uoluntate parum cordata: uel uerius animi secura libidine, periculum magnum creat mortalium innumeræ multitudini, ac fraudem captionemq; nonnunquam capitalem. habenas enim rerum stulti & imperiti, quæ maxima pars est hominum, cœlitus mandatas temeritati putant, non item diuinitus. permotiq; & perculsi summa indignitate administrarorum perperam magistratuum, sacrorum iuxtà & profanorum, benignitates has esse censent natalitiorum syderum, feriante prouidentia aut alias res agente. Nullum tamen capitalius crimen est cæci illius ac uolubilis existimati quondam numinis, è tenebris altissimis forsitan oriūdi ac densissimis, quàm quòd ut in quenq; incubuit etiam uirum bonum, dignumq; cui homines bene cuperent, improbum eum ferè protinus & insolentem facit, si arctè complexum sit. Non hîc in eo immorabor, quod Aristoteles inquit in decimo, ut opinor, Ethicorum uirtutem omnium rerum expetendarum, iucundarumq; & tristium, mensuram ueram esse: tantiq; unumquodq; bonorum esse ad uerum perpensum, quanti uir bonus & sapiens id æstimare solet. ex quo fit, ut fortuita ista bona metiri ac definire sapientiæ arbitratu præceptisq; debeamus: malaq; & auersanda eadem ratione. Ita si fortunę indulgentia ex stultis insanos facit: & ex non ita sanè malis hominibus, improbos: quid est quamobrem in ius accersere eam inculpatè possimus apud Deum, aut etiam ad philosophiæ iudicium & arbitrium, si noxam ipsa fortasse in pignoribus nostris nocuerit, si pauperiem in lare familiari fecerit, si uotis nostris protinus secunda non affuerit? Quid uerò (quod inficiando non sumus) si mare procellosum nauigantibus, & æstuosum, iactus omnium rerum sæpe faciendus est ut incolumes euadāt, quod Nazanzenus ait: beare etiam fortunatissimum quenq; sententia nostra cum multitudine pergemus? Desinamus igitur nodum in scirpo, quod dicitur: id est animi tranquillitatem & mentis securitatē, quæ bona sunt philosophiæ, inter fortunæ beneficia quærere & expetere, quæ nemo unquam ueræ sapientiæ studens, in ære suo numeranda

B esse censuit. Aurum olim annularium abiectum esse Romæ legimus, ob indignitatem Flauij scribæ, qui ædilis curulis factus est, præteritis consularium filijs. nostro autem tempore cùm & magistratus primarij, atq; insignes honores ordinis amplissimi sacricolarum, uiris imperitis nonnunquam (ne dicam non optimis) aut sæpe conferantur, neq; id quidem modò, sed etiam cumulatè congerantur: ingentiq; cum indignatione Nemeseos & Adrastiæ: nunquid causæ est, quin homines literis & existimatione censi, libros abijciant, calamos frangant, forulos comburant, philosophiæ salutem, nec minus moratæ dicant, quàm literatæ: si succensere ipsi iniquitati temporis, si irasci iuris distributiui negligentibus in animum inducant principibus uiris atque pontificibus? At ita Deo uisum est, ob idq; mussitandum magna cum æquitate animi, si quidem saperemus. quis enim nouit, cum utris commodius & præstantius, his an illis agatur, diuinitus? Quapropter ad consilia Dei: ad acta prouidentiæ, quæ ponderibus suis cœlestibus, & nobis incognitis, causarum momenta examinat, hominumq; tum merita nouit, tum illis commoda & incommoda: humani intellectus aciem conniuere multò consultius est, quàm audacius ex aduerso homines obtuentes mulctari cæcitate. Quā in fraudem sæpe incidūt, qui trans cœlum quasi uitreum & perlucidum, uim intelligentiæ suæ perspicere posse cōfidunt. Proinde qui ad cæci numinis aram & uersatilis, uota magna cum religione faciūt, ij parum idonei sunt ad numerum eius augendū sodalitatis philosophicæ, qua de nūc sermo nobis est. Cum eo quoq;, quòd Christus sapientiæ magister, censuram nouam & inauditā inter mortales gerens, dictaturamq; ueram ac nobis cōmemorandam, rerum ad beatam uitam pertinentium, fortunatos homines & copiosos omnibus è gradibus deiecit beatorum nomenclaturæ. Hoc certè omnibus in confesso est: quod qui philosophari fide bona instituerūt, quo minore pomœrio constituēdæ uitæ summā, tuendæq; œconomiæ circumscripserūt (intra quod tamē egestatis gurgustiū tegetemq; nō cludo) non modò

modò securius, asyloq́ propius tranquillitatis agunt: sed etiam expeditius ærumnosi curriculum certaminis permetiuntur. At nullus finitor humanæ cupiditati tam commodè ad salutem, tam congruenter ad philosophiam, statuere modum potest, quàm Dei prouidentia: si tamen hanc ei curam permittere nobis persuaserimus, aliasq́ res interim ipsi curæ antiquioris agamus. An obliuisci tandem theosophiæ cupidus homo potest, quo ex loco Seruator salutem nobis æternam pepererit? qua ex formula tum mortis, tum uitæ, aditum nobis in cœlum, ostiumq́ beatæ & immortalis securitatis patefecerit: id est exaggeratæ numeris omnibus felicitatis? Iam uerò æquitas animi, si in rem futura est cuiusquã, nimirum è re maximè futura est existimationeq́ hominis philosophi. atqui in ea plus inuenies subsidij tandem, quàm in impotenti affectu: præsidijq́ longè plus, quàm in ciendis animi intemperijs impatientiæq́ tragœdijs. Nam cùm nulla sit actio prodita mortalibus ob iniuriam fortunæ, nimirum non cum Deo expostulanda est ob rerum indignitatem, prouidentiæ ut conniuentis patientia, sed à Deo postulanda potius in aduersis æquanimitas, ne uulnus fortunę scalpendo inconsideratius, exulceremus acerbè atq; dilaceremus, unguis est enim in ulcere, impotentia sermonis in iniuria fortunæ. Postremò mortalium uita certamen est quoddam umbratile Stygio cum sicario, & cum fortuna carnifice philosophiæ: hostibus cùm infestis, tum cæcis, tum improuisis: qui prælio in uita sæpenumero, bello non ante mortem uincuntur. Sua est autem unicuiq; palma uictori in æuum destinata: suum interim unicuiq; stipendio tanquam æs attributum consolationis diuinę. At uerò bello finito, & peregre redeuntibus, certum & fixum domicilium constitutum est, ad fructũ pacis atq; securitatis æternę iam atq; beatissimę. Desinamus igitur cum imperitis atq; æquanimitatis nescijs, stomachosè in fortunã inuehi, uel uerius subamarè compellare prouidentiam quasi pseudopronœam, sub appellationis fortunæ integumento. Quod enim nunc grauamur & querimur, nulla non memoria fuit, humanis ut in rebus in uniuersum, & uerò summis ut in rerũ actibus, temeritas casuum forsq́ illa fortuna nuncupata, magnopere pollerent. Quin & in æde Domini nõnullos, quos uidemus reuerentiæ supremæ titulo insignitos, satis urbanè quidã pro concione, esse tanq; uasa dicebat aurea, ad ornatum in altari domini, non ad usum exposita: sicut in ædibus priuatis uasa à Græcis ἀνάθηματικὰ dicta: quæ in ornamento tantùmmodo sunt abaci, & ut est apud Homerum, ἀνάθηματα δαιτός, non in ordinem etiam redacta instrumenti conuiualis: spectandaq́ magis ipsa domi, q̃ utilia. Huius deformitatis causam attulit primum supremorum Domini dispẽsatorum incuria (aut siquid aliud fuit, uel culpæ uel criminis) quibus summa nauis anchora, ut aiunt, ab ipso credita esse existimatur. Siquidem ex quo primùm legendorum administratorum facultatem, à comitijs paracleticis abductam, muneris illi sui tantùm fecerunt & arbitrij: ima summis, quod aiunt, quodammodo permixta sunt. spõsos enim Ecclesia prouinciatim ex eo tẽpore habere cœpit, magna ex parte homines non delectos, sed quoslibet: peculiatos quidem illos atq; numularios, cæterùm nullo ære memorabili cẽsos duntaxat euangelico: dotis etiam magis sponsalitiæ atq; eius obuentionum, quàm sponsarum ipsarum cupidos & amantes. Hoc autem quid est aliud, quàm prædes domino dare actuum primariorum, sponsoresq́ rei summæ, homines infimæ classis in sua ciuitate? inde illa nunc quiritatio factiosæ multitudinis, Dei, diuûm, hominumq́ fidem implorantium: sub eiusq́ inuidiæ titulo, reiq́ indignitatis, imperio tribunitiæ potestatis parêre recusantium, tametsi augusto & pro numine habito consensu tot ætatum. Enimuero imperitiæ iam esse atq; rusticitatis: non orthodoxæ, nõ priscæ pietatis: imperia ab istis accipere, qui apertè mandata Domini floccipendant. nisi uerò non ludibrium est (fremunt illi, aut cauillantur) disciplinæ euangelicæ, saturionum, gnathonum, curgulionum autoritate aut uoce, ieiunia nobis indici: ac pro temperantiæ magistris, sacræq́ philosophiæ interpretibus, dipnosophistas plerunq; nos habere, & antistites Liberalium. Et cùm eò quidem iam mores euaserint, in tãto iuris rum ciuilis, tum põtificij studio, in ratione ut priuata, cum Catonibus testatò paciscamur & cautissimè: isti in dominica ratione, tanta inertia incuriaq́ præditi sunt, ut uel Fimbrijs ac nepotibus committant primarum partium actus, atq; in tenebris cum ijs micent

cent dispendio incredibili dominici patrimonij. Sed sint hæc & alia quæ dicuntur, aliqua ex parte uera (neq; enim eorum apologiam scribere institui: quanquam sartam tectam in primis uelim maiestatem numinis Ecclesiæ, à Christo causam habentis.) ut igitur non immeritò homines tantis in rebus rectorum incuriam grauentur, ne quid amplius dicam, num ea satis idonea causa est, quam propter sacrosanctæ potestatis reuerentiam calcare debeamus? omnemq; ordinem ipsum maledictis configere ac despuere? ita enim rerum humanarum conditio natura constituta est, nihil ut minus situm & cariem uetustatis contrahat, quàm boni mores, quàm emendati ritus & compositi. Alia igitur (ut mihi quidem uidetur) ineūda erat ratio rem lapsam constituendi, æmulationisq; piæ ac probabilis redolentior. Quod non dubiè futurum erat, si quantum studia apud singulos, & quiduis inceptandi impetus ualent: tantum Christi charitas in publicum ualeret prouinciatim. Vni quippe uacat studijs odijsq; carenti humanum lugere genus: quod de Catone à Lucano dictum est. Cuius iamdiu uiri germanum genus interijt: & pseudocatonum pro eo passim enata gens est mundo, degenerante iampridem Christi charitatis indole, sic publicam uicem dolentis, ut priuatæ ac propriæ rationem præ illa, propè nullam habeat. Proinde ad suprà dictam rerum deformitatem, aliasq; complureis, cùm uasorum uasculorumq; omnium Prometheus patientiam tamdiu accommodet: quid causæ est tandem, quin ua sa ipsa etiam utilissima, acquiescere in suo ministerio debeant, potius quàm rumpi stomachando? Verùm enimuero ut ad nauigationis mentionem longo satis interuallo redeam, quanquam & iacturæ animarum, & naufragij causæ, & rursus salutis atq; incolumitatis, in cura & industria, & rursus in torpore atq; inertia exercitorum nauis sitę sunt cuiusq; prouincię, eorumq; qui ab ipsis magistri in naui designati sunt: prospicere sibi tamen unumquenq; oportet. Quis enim alienæ fidei salutem suam ita creditam credat, ut in securitate sui acquiescere debeat, qui quidem ipse uehi naui se meminerit, quæ uasti ponti fluctib. scopulisq; exposita sit? Quasi uerò si uidere mihi contingat eos qui ad clauum sedent, eumq; ipsum fortasse, cui primarum & secundarum partium inspectio mandata est, alto somno sopitos, aut per foros tabulataq; animi causa inambulanteis, securos sui suorumq; periculi cœlitus denunciati: ipse quoque suppari sopori & inertiæ indulgere debeam, salutisq; meæ rationem quamlibet habere atq; translatitiam. Quid si contrà eò acrius tibi consulere debeas, quod auspicijs ductorum defici te tuosq; gregales sentias? Ita fert autem religionis ratio à Christo constitutæ Seruatore mortalium, cura ut sui singulis antiquissima esse debeat: deinde coniunctorum necessitudine religionis, & communitate initiorum. Ac tametsi parentum & liberorum beneuolentiam, hominum etiam cognatione & beneficentia, & simul officiorum uicissitudine deuinctorum gradationem, atq; ordinem amicitiæ, lex Christi Seruatoris non sustulit: propinquitatis tamen atq; germanitatis charitatem, arctam, exquisitam, & (ut alibi dictum est) dioscuream, intercedere inter homines alienos quoq; uel genere, uel municipij iure, ignotosq; statuit: & porrò lege sanxit. Sublatam insuper & præcisam illam exceptionem uoluit iuris gentium & Hellenismi, extra quam si is quicum mihi negocium est, capitali me odio prosecutus fuerit: aut capitali me fraude quoquo pacto implicuerit. Quod ius Christianismi, nulla ex memoria, nullis è moribus gentium, aut institutis philosophiæ, translatitium esse constat, sed nouum & inauditum. neq; uerò è terra, sed è cœlo oriundum est, ut tute hominem quemuis, ijsdem tantùm sacris tecum initiatum, cætera alienum & incognitum, & porrò malè tibi cupientem, non modò tibi iustum amicum, sed alterum te esse ducas: & cùm sis Pylades, Orestem eum esse censeas: nec minus illi alteri, quàm tibimet ipsi cupias, faueas, commodites. adeò Christianismi exortus ueluti nata fidelibus hora, diuidit in geminos concordia fata duorum. neq; duorum tantùm, sed multorum quoq; & plurimorum, quasi germanorū geminorumq;. Hic, hîc superi, hîc (inquam) quis est qui culpa uacare possit? Quis inter nos Aristides euangelicus? quis porrò ad normam euāgeli uir exactus? quis ad ædificationem ædis Dei quadratus? quis ad examen Domini uir est æquus & bonus? quis uerò ad perpendiculū crucis Christi rectus est? quis porrò suffragiū meritus ipsius filij Dei, ut

atramen-

atramento mentis, ut liuoris loligine uacuus, quod illi Israelitæ contigit, quem ipse Iesus Christus suo suffragio ornauit? ecquis huiuscemodi nunc extat? in urbana conuersatione, in oppidana, in comopolitana, in uico, in rusculo, in gurgustio, in pensylio denique monastico? equidem uix est opinor in Timoneo. Nam in atriensibus conuenticulis lex charitatis nunquam fortasse trinundino iusto promulgata est: cùm ibi rara & exilia eius uestigia compareant: nisi subdolæ & intus atræ, ironiaque adulteratæ. Certè nunquam illic rata satis fuit ea lex, si quidem è memoria nostra, atque ex auorum, coniecturam in præteritum facere institerimus. id quod ut ipse faciam, non ægrè qui uolet mihi persuaserit, qui genium aulicum non unius tantùm generis, nec unius ætatis, aut lustrarim oculis, aut satis meminerim. Hactenus enim illic beneuolentia ualet, atque semper ualuit, porrò etiã ualebit, ita ferente genio conuenticuli quatenus & quãdiu inter æmulos, inter mutuò semel offensos, inter perditè sæpe exosos, fucatæ amicitiæ suum operæ habent pretium, olimque habuerunt. Neque uerò in simulationis æde ueritas coli piè potest: neque charitas contubernalis esse cupiditatis auidæ atque æmulatricis. Quæ cùm è cratere ipsa redundante sæpe hauriat opulentiæ inexhaustæ, è siphone tamẽ bibere, aut è gutto sugere ipsa sibi uidetur, quasi malignè fundente fortuna, aut largitionis genio. In eo conuentu & similibus, quas officinas esse uidemus tabernasque humanæ prudentiæ, cùm pudorem impudentia, sermonis candorem uersutiloquentia, ueritatem uaniloquentia, bonum & æquum iniquitas & improbitas loco moueant: omnique gradu, ordine, statu, auctoritate, & ponte deinque deiiciant: ibi negocium habere studia philosophiæ quî possunt, nisi molestissimum? Ibidem ergo maneant qui nigra in candida uertere, atque ima summis miscere didicerunt. in Calypsûs (inquam) maneant diuersorio, in quo mortales ingeniosi, candidam simplicitatis insontis & ingenuæ deponentes, qua in genitali lauatione amicti sunt, uersicolorem ipsi pro ea habitum cum sexculyxea calliditate sumunt. deinde sophismatis & antisophismatis atriensibus & palatinis, strophis atque antistrophis instructi, ibidem solennibus & ediscendis, fortunam sibi finxisse scitè ac strenuè dicuntur. Non ignoro uirtutis speciem interdum ibi conspici illustrem & uendibilẽ. hoc dico, uirtutes ibi plerunque personatas esse, ad usumque exemptiles, & Roscianas. quippe ubi tam friget ueriloquium atque etiam offendit, quàm plausu excipitur scita assentatio. Proinde, procul inde, per inquam procul abscedant necesse est phileuangeli & planiloqui, qui ueritatis cultores sunt atque simplicitatis: ubi philirones & flexiloqui, primarum & secundarum actores, & tertiarum esse plausibiliter cernuntur. In uniuersum Dionysiaci (ut Græci dicunt) artifices, è schola ludiorum, ubi ciuium incommodis et necibus sua commoda augere non modò solenne est, sed etiam plaudendum & palmarium. Lex autem beneuolentiæ supradictæ hoc habet magnopere memorabile, imprimisque accurandum, (utpote in tabula summa scriptum, secundum & proxime diuini cultus præceptum, quàm maximè fieri potest dedititij atque deuotitij, in quo præcepto Christianismi imum est fundamentum & fastigium) hãc inquam, habet lex Christi tanquam appẽdicem primi capitis, ut qui in ciuitate professi sunt quæ theocratia regitur, sic animo comparati sint, ciuicam ut coronam ab omnibus & singulis mereri cupiãt & gaudeant, ubi res nata cunque tulerit ut id possint facere: à propinquis iuxtà alienisque, ab amicis itidem & inimicis. Charitas enim Christi amussis est alba in lapide albo, ut est in prouerbio. quippe quæ necessitudinẽ Pyladeam, ut uinculum Ecclesiæ, unitatisque retinaculũ, sanctissimè instituerit, quod quidem ad beneficentiam attinet & beneuolentiã. Christi porrò nomen, insigniaque crucifixi Christi, in delicijs habet tantùm: & uelut unicos amores suos ardentissimè exosculari gaudet, atque etiam suauiari. in eo summi boni pignus habere se certissimum summa cum fiducia credit, in eoque falli non potest. Age iam, hanc cùm esse summam religionis & pietatis orthodoxia constituerit: cùm id è loco superiore docentes religionis interpretes audiamus: cùm è loco inferiore, secũda nos admurmuratione hoc dicentibus assentiamur: cùm publico consensu, cùm legibus & regum & pontificũ id capite sanctum sit, dirisque insuper imprecationibus, siquis eius dogmatis quicquã labefactare ausus sit: iam uerò cùm morituris nobis hoc maximè in mentem uenire, & persuasissimum esse, cùm in Christi cruci affixi amplexu animam agere summo-

pere

A pere exoptemus: postremò cùm eos quibus id diuina benignitate euenit, rectè, commodè, & feliciter uita functos esse perhibeamus: nobisq́metipsis soleamus & charissimis id ominari, liberis ac propinquis: nec uerò manes funere elatorum rectè conditos esse censeamus, nisi super humatorum tumulum cippumq́ monumēti, crux pro ornamento amuletoq́ dirarum erecta sit: hic tam quid dicam? undenam ista tandem mentium, opinionumq́ peruersitas? unde sensus communis & prudentiæ ciuilis tā deuia, tam cæca contentio, ut aliud in uita expetendum, & equis uerò uelisq́ consectandum, aliud in morte pro summi boni pignore existimemus? Summa certè hæc dementia est, hominiq́ uerè philosophanti incurrens oculis, & miseranda: ut nō mirum sit nobis, ueluti mente captis, bonis interdictū esse, quæ quidem sanè uera germanaq́ bona sint: nec in fortunæ infidæ ac perfidæ mancipio posita: eorumq́ tātum nobis usus & potestas permissa, quæ longè officiunt plus animo quàm proficiunt, et simul quæ animæ corpori fœdè lenocinanti, sæpissimè negocium exhibent anxietate plenum. Nam quotus quisq́ nostrum sacris initiatorum, æternitatem promittentibus & immortalitatem, usq́ adeò de se liberisq́ solicitus est, utrum suum illorūq́ nomina in albo cœlesti perscripta sint designatorum Christi: atq́ idem ipse de eo angitur, ut inter alumnos fortunæ, beneficiariosq́ fati, adoptatū sibi esse ipsisq́ eueniat? Age nunc in diuersum: ecquis est mediocri cognitione imbutus, aut etiam leui opinione rerum sempiternarum, quin probè intelligat, atq́ ex animi sententia, si urgeas fateatur, multo deterius & miserabilius cum illis actū esse, qui inter reiectaneos prouidentiæ relati sunt, quàm cum calamitosissimis hominum in uita, qui spem habent beatitatis? Itaq́ tum demum resipiscere incipimus, cùm Atropos apparitrix rigidissima, migrandum esse innuit, serò, an adhuc tempestiuè, nescio: certè difficillimo tempore, & sæpe grauissimo. Hoc igitur teneamus ut elementū philosophiæ primæ: naturam humanam, luere olim non potuisse fidem suam, nec nunc posse Stygio fœneratori oppigneratam & nexam, nisi fidei crucifixi interuentu, qui constitutum chirographi alioquin indelebilis, è loco superiore pro singulis ac uniuersis fecit. Cęterùm

B per euariantium affectuum iactationē, quasi per mare, ut diximus uadosum, scopulosum & procellosum: per pontum quoq́ & per euripum, per breuia & per alta, uela nobis facienda sunt. Remigio etiam nauigandum, ad quod ipsum strenuè & nauiter nobis incumbendum est, flatibus quoq́ secundis non minus quàm aduersis. Nec ideo tamen à naufragio nimiopere metuendum est, quod quidem attinet ad summā rei nauticæ: quippe nauigio non fragili, non solutili, cæterùm è materia crucis dominicæ cœlesti manu ædificato, tabulis nouis cedrinisq́ coagmentato, clauis insuper illis compactili & confirmato, qui in Seruatoris sanguine temperati sunt. His autem ipsis fides Christianismi sic ualidè, sic firmiter fixa est, ut cōuelli nulla ui possit in perpetuum, non inferna, non superna, ne si tartarea quidem ergastula soluantur, si Titanica stemmata, si nomenclaturæ Hesiodeæ monstra in populos emittantur. Quo minus nobis metuendum est hodie à rerum nouarum molitionibus, animos solicitantibus sanctiorum ætatum senatusconsultis acquiescētes: quas indies alias atq́ alias uidemus exoriri, exorturasq́ fama adhuc perhibet, & temporis licentia præ se fert, ad usq́ ultima indignitatis exempla, nisi publicæ curæ uigiles uiderint, ne quid ipsa res Christiana sibi permissa detrimenti capiat. Etenim auspicijs Christi exercetur nauigatio, qui cùm ubiq́ habeat imperium dictatorium, nec minus id obtineat in hostico & infesto, quàm in pacato & composito: nauem tandem ipsam cum delectis uectoribus incolumem appulsum iri pollicitus est, uel si Palinuri somniculosè, si etiam ueternosè obdormierint ingenti cum sua fraude. Singulis tantùm id uidendum est, ne iactum earum rerum faciāt, sine quibus ad portum hospitalem atq́ amœnum nemo admitti potest. Retinenda enim, ut dictum est, mordicus capita duo prima Christianismi: qui sic decem ipse tabulis legis constat, cariem nunquam sensuris: nusquā remissionem seueritatis iam æternæ, atq́ in omnes æquè pollentis: ut in prima secundaq́ tabula, totius legis summa, ab euangelio legislatore posita sit, & constituta. Sūmopere igitur homini philosopho cauendum est, ne in tempestate, ne in turbine, ne in æstuosa iactatione (cuiusmodi iamdiu populum ordinesq́ exercent) iactum in-

expiabilem summæ Christianismi faciat:ne in uadis hæsitantiæ quasi expes & depre
hensus hæreat. Quod etsi non minus sereno & tranquillo, quàm nubilo cœlo impē-
dentiq; procella euenit incautè & supinè nauigantibus:nunc tamen uigilantius ob-
seruandum est, ex quo opinionum quarundam, ut dictum est, peruersarum nebulæ,
nullo sæpe autore sparsæ, certum cœli conspectum passim ijs ademerunt, qui ad ocu
lum tantùm & astrolabum cœlestia perpendunt. Nec uerò diebus, ut dicitur halcyo
nijs, in utranque aurem dormiendum est:nam eo tempore maximè marina monstra
suspecta sunt sapientibus, atq; formidolosa. His adde, quòd & bono & firmo stoma-
cho esse oportet, animiq; æquitate prædito, uim aduersus & iniurias tum hominum,
tum fortunæ:nec nausea, ut ita dicam, indignationis atq; stomachatione rumpi. Vt
enim grauatè plerunq; hæc deuorentur, uelut res amarulentæ: admotis tamen quasi
fomentis, sanctioris philosophiæ præceptis ac documentis, commodè concoquun-
tur. Hoc porrò etiam in loco ab Homerica philosophia mutuari quippiā nostra non
grauabitur orthodoxia: apud quem poetam Vlixes aduersus Sirenum capitaleis il-
lecebras, consilium Circes, quam ipse deam uocat, secutum se esse cōmemorat, eoq;
consilio & ipsum & socios perniciem certissimam effugisse. Inter monstra enim ma-
ris huius seculi, curriculiq; uitæ actuosæ & fluctuantis, quod nobis uel breui uel lon
go traiectu, uel mediocri transmittendum est pro cuiusq; uitæ fuso: Sirenes plenissi-
mæ sunt periculi, uitatuq; difficillimæ. Auscultet igitur Vlyxes, philosophiæ nō pri-
scæ terrenæq; discipulus: sed theoricæ potius, de cœloq; seruantis quam Græci uo-
cant ὑρανοσκόπην. Vir prudens utiq; rerum salutarium ac diuini iuris consultus, de sua
salute propinquorumq; & sociorum anxius: tum appulsus in patriam suauissimi cu-
pidissimus. Siquidem sacrosancta philosophia, quę uelut in mari hortator hortari so
let, salubria hortamenta dare nobis non desinit πρὸς μελανδία νόσον, eaq; inculcare assi-
duo magisterio. Sirenes autem sunt hoc tempore, mea quidem sententia, ut etiam o-
lim fuerunt, iucunditates & illecebræ urbani conuictus atq; prætoriani: cuiuscunq;
etiam hominum celebrioris conuentus, in quo ciuilis prudentia uenditare se, iacta-
req; solita est, suis cum multis uarijsq; facultatibus ingenij, animiq; expolitionibus.
In his enim nominis claritas ambitiose quæsita, oculos præstringit sensus & pruden
tiæ quæ communis dicitur, splendore quodam, in re præsenti quidem illo sanè micā
ti & æmulando: sed ueluti uitreo & sensim euanido, si sustinere pergas. Et Sirenes
quidem, quanquam olim dictæ sunt aurium uoluptates, ut Gorgones oculorū qua-
rum nulla ad sese hominem rapit uiolentius, quàm laudatio cuiusq; suis auribus de-
uorata, ut inquit apud Xenophontem Socrates, Sirenas nihilominus nunc esse du-
co aut certè dici posse, urbanæ uitæ illicia & atriensis, & cuiuscunque conuentus ac
conuictus celebris, ad popularitatis aucupium plaususq; institutæ & comparatæ. In
his sunt autem, morum ad rationem temporis locorumq; & fortunæ concinnatio at
que compositio: affectionum corporis, eiusq; habitus & cultus elegantia et lautitia:
lepos, facundia & uenustas in sermocinatione, studiosa & aucupatrix fauoris & gra-
tiæ: ambitus strenuus & sibi semper instans, popularis auræ petitor, & famæ candida
tus: denique omnia uitæ lautioris ac nitidæ munia, functiones, officia, obsequia, ad
uenditationem sui theatricam exquisita, concinnata, & perpolita. At hæ reuera for-
mulæ sunt fuci, senatui, populo, equestriq; ordini, uitæq;, ut dicitur, & mundo facti-
tandi: hæc artificia probitatis adulterandæ & charitatis, atque ementiendæ suauita-
tis morum, beneuolentiæ euangelicæ, ludibria inaniaq; simulachra, quæ alienis iu-
xtà familiaribusq; obuia est, ut alibi diximus, & morigera. Quarum ex rerum mixtu
ra cinnus ille conficitur morum, quam urbanitatem appellamus aulicam, uendibili-
ter quidem ille, & mirè ad speciem, sed inaniter reuera & in modum futilem attem-
peratus, nihil prorsus aut æqui boni referens, aut charitatis Christi. Multa autem hu-
iuscemodi uendibiliter inter homines fiunt: ac secundo rumore plausuq; excipiun-
tur: quæ auersa tamen aui inauspicataq; fieri, sapientiæ non dubium est, quæ de cœ-
lo seruare instituit, sursumq; suspicere: usq; adeò regnum Christi, ab institutis huma-
næ prudentiæ dissidet. Et hæc est ferè formula eius Sirenis, quam aulicam facundiā
dicimus: non magis locum significare uolentes, id est eius incunabula, quàm ludifi-

cationis artificium, quod latissimè patet: hæc autem in iudicio philosophiæ nec fa-
A cundia est reuera, nec motum elegantia: sed aretalogia potius hominum circumscri
ptrix: auribus putida & molesta simplicitatis amantissimis, cuiusmodi sunt aures pręceptoris euangeli auscultatorum, audiendæ ueritati, non item uanitati, pronæ & defæcatæ. Huic siue fallendi artificio, siue actui scenico ę schola disciplinę salutaris protinus explodendo, conuenit amiculum anceps atque geminum simulatione subdola dissimulantiaq; contextum, tinctum succo supparasitantis præpotentibus impudentiæ: quam, ut fert usus, induunt fallendi artifices in hanc aut illam superficiem: ad desultorios enim mores ea uita maximè comparata est. In uniuersum autem nugarum institores, fumosæ charitatis ac tepidæ uenditatores duntaxat apud homines in atriensibus conuenticulis adhuc hospites ac peregrinos: quibus nullum est negotium ipsis, nulla necessitudo cum ueritate germana, cum simplicitate Christiana, denique cum fide bona, & cum candore hominis interioris. Nihilo secius tamen ars est moribus iamdiu receptissima in omni penè ordine, sacro iuxtà, si dijs placet, profanoq;: sui ac certi generis lenocinio temperata, capitaliq; mangonio. Hac liberaliorem paulo genium habet, imposturæq; non ita maleficæ, blandiloquentula tantùm comitas, & prensatrix hominum: ludibundis oculis, & mimo scitè seruientibus, quæ salutationum largitrix prolixarum & sesquipedalium, amplexus etiam arctos ingeminare solet, nec uerò grauatè sese dedere, ut in quēque incurrit qui quidem aliquo sit in numero: cæterùm captandæ magis, ut fit, gratiæ, quàm doli mali, fuciq; in necem hominum captionemq; factitandi, cupida & artifex. Vtraque tamen si ad uerum æstimare res uolumus, amicitiæ iustæ & beneuolentiæ nescia atque neglectrix: & meditata tantùm uanaq; ueritatis assimulatrix: sed quæ inter artis aulicæ tamē edi scenda sit progymnasmata, ijs quidem qui officinæ ambitionis formandum atq; perpoliendum genium suum dederunt. Quibus etiam ut appendix accedit ea quam Græci glossocharitiam uocant, sermonis quidem illam largitione, sed ueritatis atq; operæ parsimonia morigerantem. Ad huiusmodi uerò morum mendosam ratio-
B nem, corporis animiq; degeneres affectiones, ad personatæ uitæ ductum, nihilq; sui proferentis, non naturæ procliuitate: non igniculis illis innatis: non instinctu spontaneo suoq; mores cientur hominum: sed praua æmulatione, sed prudentiæ communis magisterio, & sensu insititio: cacozelia Græcè dicitur, uicium in uerbis, in sententia, in pronunciatione: in toto denique homine ipso, qui in Christi sacramento nuncium uanitati remisit. Natura enim duce ad ueras & simplices actiones ferimur, ut in pueris patet, in ijsq; hominibus, quos Græci ἀφελεῖς uocant: non ad imagines ueritatis, ementitaq; inaniter rerum officiorumq; simulachra: inde illud oraculum Christi apud Matthęum. Nisi efficiamini, inquit, sicut puer iste, nō intrabitis in regnum cœlorum: quibus uerbis, ut Ambrosius adnotauit in quadam Homilia, infantiam morum Dominus significauit, affectuumq; maleficorum animi uacuitatem. Quapropter ab Hellenismo errorum præceptore, simulachrorum cultore, nugarum opifice, ad ueritatis cultum atque simplicitatis, philosophia nos reuocare clara uoce uidetur, ut pote quæ theosophiæ germana sit & socia. At nunc ut mores in assimulationem uerterunt, planeq; inualuerunt, non amicorum, non ciuium, non uirorum bonorum officium, ciuiles usus actionesq;: nec uerò, quod præcipuum est, unguentum Christianismi initiorum redolēt: quo & caput & pectus, anticaq; pars hominis Christiani, posticaq; delibutæ sunt. Amicorum dico mores & priuatorum: quid si ne magistratuum quidem, honoresq; gerentium? quid si nec sacerdotum? heu pietas, heu prisca fides, etiam autem ne sacerdotum quidem? etiam inquam. Nisi uerò non uidemus passim, è suggestu, è loco superiore, pro cōcione, instituta Christianismi, exempla continentiæ, sententias euangelicas mirificè commendari atque deprædicari: tū in studia auaritiæ, in honorum gerendorum, in cupiditatem rerum caducarum magno sudore, ingenti laterum contentione, Stentorea uoce inuehi: & plerosq; tamen eorum mox flagrare audimus infamia cupiditatis perditæ atque ambitionis, simul ut occasio quædam festiua candidam hominibus pridie squallentibus aut pullatis induit. Porrò equidem progredi in religionem traxissem, nisi conspicuam rei indigni-

tatem hoc ita clamitare cernerem, ut silentio prætermittere sine præuaricatione nequirem. Scenicorum, histrionum, ludionum actiones, pro ueris functionibus legitimisq; habere nos homines anthypocritæ clamitant: idq; mores iam recepti non obscure præ se ferunt, in profanis, in sacris, in apertis, in opertis. Age uerò, quando eousque euectus sum trahente rerum serie, ut uel momi personam, uel Aij loquentis assumendam aliquantisper habuerim, licet mihi illæ nec humeris aptè, nec stomacho non ægrè sedere possint, hanc aut illam ut sustineam, hoc quoque in loco necesse est, ac siquando alibi fortasse scribendi ratio instituta id tulerit. Homines quidam primùm pauci, egregijs illi quidem ingenijs ac literis, sed liberioribus præditi, & tanquam ex asylo apertè, acerbè, atque uocalissimè conuiciantes, mores & ritus hypocriticos, (utar enim eorum uerbo) momicæ asperitatis salibus perfricantes, nihil nec sibi propemodum reliquum nec posteris fecerunt ad imminuendam opinionem sacrarum functionum, lædendamq; maiestatem ordinis consecrati atq; consecratoris. A quibus audaciam mutuati alij deinceps atque alij ex turba hominum miscellanea, conuicium facere apertè non desinunt primariæ hominum nationi, populumq; imbuere eorum contemptione: eoq; iam res euasit indignitatis & licentiæ, ut non tam pontifices nos habere partem quidem longè maximam, quàm propontifices dicant aut significent: (neque enim quæ atrociora sunt, proferenda esse duxi) non tam præsules, quàm præsulares uiros: non pontificatibus, non antistitijs, non primatibus in cœnobijs, non assiduis iustisq; functionibus munera obeuntes, ut collegas & sodales: non sacris denique magistratibus, non flaminijs, non archiflaminijs fungentes, in sua sorte singulos atque ordine. Quanquam non propontifices tantùm singulos mortales (quod olim receptum est, ex quo assiduitatum ueniæ, munerumq; in æde Domini fungendorum uacationes, in commercio hominum esse cœpere) sed etiam proponificibus habemus, quasi Ianos quosdam geminos & tergeminos, aut quasi reliquias quasdam generis illius ἱκατόγχειρ. Hæc uerò ab hominibus ita dicuntur, ad lienem ut fortasse exagitandum, non etiam ut ad præcordia pertinere uideantur opinione imbuenda colendæ sanctius religionis.

Sed sint speciosè dicta, nec abhorrenter prorsus à ueritate, (licebit autem persona quoque Aij loquentis iam exuta, quippiam huiuscemodi rerum fateri in sinu philosophiæ.) Spectamus enim & ipsi permultos eiusmodi sacerdotes, (uel in oculos illi incurrunt nostros potius) nihil aliud penè, quàm titulorum honorumq; potientes, opimorumq; fructuum: eoq; nomine palàm & cum ordinis inuidia sibimetipsis gratulantes, cætera nebulonibus similes, uertice tantùm summo nouacula perstricto, aut forfice libato in speciem capillo atque defunctoriè. Vt igitur hæc esse uera quadam ex parte fateamur, tamen non tam culpæ hominum, quàm conditioni temporum tribuenda sunt apud æquissimos iudices. Nam quis mortalium ordo in uita sic officiosè ac decenter constitutus est, ut huic ordini licentiam exprobrare infamiamque uideatur? Quin & prisca innocentia multum debuit disciplinæ primùm adolescenti, & deinde iam adultæ. Nihil autem minus ferendæ est ætati, quàm disciplina morum rectè atque ordine constituta, etiam si semel iterumq; recocta sit. Eodem ferè pertinet, quòd pro monachis, & monachorum primis & coryphæis, fartiles ali dicuntur homines, quasi in macarôn insulis, fruentes illarum reditibus opimis: qui legum canonumq; sanctionibus, tanquam præsidijs sacrosanctis, diligentius adhuc & certius asseruati sunt, quàm illa olim mala Hesperidum cantatissima. Felix hominum genus, quibus ut feriatis epulonibus, omnium maximè mortalium, ἄσπορτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται, quod est apud Homerum. En quò philosophia Christianismi delapsa est: id est, ut ipsi interpretantur, ab heroicis uirtutibus ad ironicas ceremonias: exoletis iam & propemodum deletis ueritatis rerum sanctitatisq; uestigijs: si quidem ad normam priscæ seueritatis explorare res uolumus. Monumenta tantum ad hoc æui asseruata sunt, clara quidem illa & memorabilia, cæterùm rari usus aut etiam nullius: uisendaq; potius & admiranda, quàm æmulationem sui cõcitantia: mirum ut admodum non sit fortasse, operum humanorum indicaturam usque adeò euiluisse, eorum iudicio qui omnia fidei uni tribuunt: quippe quæ tectorio scenicæ

hypo-

hypocriseos inducta, intus sint inania spirituque uacua. Ab Ecclesia autem Christi, si fidem, si charitatem ueram tollas: quid iam aliud erit, quàm nauis in mari æstuoso & scopuloso, prora & puppi cassa? Verùm ut ad rem redeamus: eiusce modi sermonis in uita ciuili, actionum subdolatum, ministeriorumque artificia: tum ad ueritatem adulterandam, tum ad officiorum uicissitudinem dolo malo inficiendam, inuenta & comparata: quàm è diametro opposita sint, non modò candori euangelico, sed etiam innocentiæ moratæ, quis nostrum non clarissimè perspicit? cui quidem fraudem contendere cum æquitate uacauerit. Siquidem Christi Seruatoris doctrina eiusque discipulorum, doli mali inter homines & uaniloquentiæ quoddam fuit euerriculum, ut Ciceronis uerbo loquar. At nunc æquo & bono imbuti mores, & simplicitate tincti pro nihilo ducuntur, atque etiam ridentur, ut exoleti & obsolentes imperiti rerum homines: prudentiaque ciuilis & atriorum incola summam morum sanitatem uitium esse censet, uitæque incommodare. Lege autem ueritatis promulgata, & charitatis, rerum mirificarum opificis: aqua & igni interdictum erat uitijs contrarijs simplicitati morum atque integritati, societatis ciuilis iura abrogantibus. Et ueritas quidem ac sapientia Dei, tum plebem olim sibi circumfusam, tum discipulos suos alloquens, placida ferè & leni oratione utebatur: ad scenicos autem homines sictosque, ad uersutiloquos & captatores, pugnacem illum sermonem, & altercatricem fundebat orationem, minacem insuper cum maledicto. Certè quidem Seruator nullum crimen frequentius contumeliosiusque obiecit, sermocinando cum primoribus sacerdotum, quàm assimulationem sanctitatis & probitatis: nec sibi inter hominum mores quicquam magis cordi esse, quàm apertam simplicitatem declarauit, cum æquabilitate in ordinem se cogente: duntaxat non uacuam cœlestium rerum sapientia. At nos omnia exquirimus & consectamur figurata subdolè litaque tectorio uultuosæ uersutiæ & præstigiatricis. Quid autem in uita ciuili atque aulica primarum, secundarum, tertiarumque partium homines, aliud quàm fabulas agunt, prætextatas, togatas, tabernarias & planipedes: choragorum uice fungentibus sensu communi & prudentia, designatrice fortuna? nam quota pars actuum ciuilium & prætorianorum, quota officiorum priuatorum, pura est & uacans simulationis fuco, & uanitatis lenocinio? Neque uerò ueritatem in hoc libro, utramque in partem testimonio nostro fraudare præuaricanter sustinuimus: cùm personam Aij supradicti induisse nos meminissemus. O uita, ὥς σε δαίμονος οἷα κακὰ, morumque facies adulterina, germanas uirtutes è medio sustulit. Magister ille populi procerumque mundus, mendosis actionibus inuicem circumscribere docet homines: at uetat id spiritus doctor, ad Ephesios scribens. Religio & pietas, eorumque diuersorium aut certè domicilium, prosopopœiarum theatricarum simulachris pro insignibus uasis plerumque exornata sunt, quod homines permulti palàm uociferantur: quæ simulachra colere nos oportet nihilominus & uenerari, si quid mei iudicij est, ut exuuijs augusta & sacrosancta primordialis germanæque religionis: tametsi ij ex eorum numero sunt, aut ex eorum natione potius, quibus Christus semetipsum non credebat, quondam inter homines uerba faciens, ideo ut Ioannes testatus est consiliorum eius conscius, quòd eos non minus intus aut non aliter in corde, atque in cute nosset, utpote cui nihil prorsus occultum esset. Verùm his atque huiusce modi multitudinis imperitæ ludificamentis, homines quidam prætexta fascibusque spectabiles: quidam lituis, infulis, trabeisque insignes & uenerandi, cùm aut scitè utuntur, aut apposité rationibus suis ad animi obsequium, non ad officij functionem subductis: fucum sese facere mortalitati putant, imperiorum maiestate adductæ, aut religione obstrictæ: cùm reuera ludibria pietatis Christo Seruatori pendant, pro cultu & obsequijs, munerumque sacerdotij functionibus ferijs, & spiritu non uacantibus. Has ueritatis imagines & sanctitatis, utinam idolomastiges homines censura sua tantùm notassent: non etiam Seruatoris diuæque eius parentis simulachra ex æde Domini deiecissent, contra morem maiorum. Sed enim uereor lege ut agere euangela iam liceat ad subsellia ciuilis iudicij, non tantùm communis & togati, sed etiam prætextati & infulati: præcipuè uerò ad consessum prudentiæ, quæ maioribus auspicijs subnixa est & stabilita: quæ etsi iu

ri multum tribuit honorario, æquitatem tamen eius iuris affinem aut sustulit, aut magna ex parte deleuit & antiquauit. Age uerò, naturæ'ne instinctu, an æmula procliuitate euenit in mores recepta iure gentium, ut in suo quisque ordine cupiat, conetur, & gestiat primam classem ducere? ut primas ferre partes honoris & compendij? & cùm id ex animi sententia cuipiam contigerit, ille ut in proximum protinus ordinem sursum uersus adoptari, & deinceps in alium aliumque aueat, scansili serie ambitus & perpetua? nec uerò antè auere & discupere desinat, quoad in præcipitem tandem altitudinem ardor cupiditatis euadat? Atqui horum hominum sitim ardentem extinguere difficilius est fortunæ, omnia in spē cadētia ijs largiendo, quàm gliscentis incendij uim sistere guttuli stillicidio. Quanā igitur parte hominis, circūcisam uitā esse Christianā dicemus? Vbi aūt illa cordis circūcisio, cuius cōmendator est idē Paulus in epist. ad Romanos entheo spiritu in primis scripta? ubi porrò pura uoluntas? ubi sarta tectaque mēs hominis à spiritu cupiditatis improbæ? An corde tandē circumcisi sunt, qui sibi finē quærēdi possidēdique, qui fastigium attollendi modū præstituere nequeūt? Non ignoro hæc & huiuscemodi acroamata, auriū non esse ciuiliū, nedū prætorianarū: atque haud scio an nunquā fuerint, nusquāque. Quare mihimet ipse hæc cano uel philosophiæ iam sæpe dictæ potius, cuius uix tamē ipse limē summo pede attigi. Inde aūt est illa Sirenenata, omnium pellacissima, autoritas & imperium in summo actu rerum tum sacro, tum ciuili: quæ homines nō perlicit solùm ad sese & pertrahit: unde nomen inditum Sirenibus: sed transuersos agit etiam, porròque in Charybdin rapit plerunque, sitis bonorum atque honorum inexplebilis. Quem sanè ad gurgitem cupiditatis qui penitus rapti sunt, introque mersi: rarissimum est postea existere ut denuo possint, indeque emergere, ut legum iurisque meminisse uelint, aut diuini aut humani: ne mortalitatis quidem illi in rebus rationem inceptandis & exequendis habere, nedum immortalitatis. Hæc sors uitæ idola aurea & argentea colit, ex ijsque numina sibi aliena à Christo Seruatore facit atque abhorrentia, ut manifestum est animaduertentibus. Neque id quidem modò, sed etiam assensione obnoxia atque clientelari, atque eo amplius, assentatione quasi parasitica, ordinis hominum prætextati & infulati, diuinos honores propè dixerim adepta est, ut ἰσόθεος, hominumque fortunatrix, in quorum ordinum sententiam togata multitudo & militaris, pedibus non dubiè transeuntes: illos in catalogum si non semideorum, certè τῶν ἰσοθεῶν referre non dubitarunt cultu atque supplicationibus. Quapropter hæc Siren quamlibet penarium censuumque amplificatrix: quamuis hominum ornatrix atque beatifica: uelis tamen & remis sapienti fugienda est, æternorum tantùm bonorum admiratori & uerè idolomastigi huiuscemodi simulachrorum, quæ ἰσοθέως coli sine scelere nequeunt. Et quidam talis actus uitæ, quo florentior apparet oculis theatricis, eo minus fructus habet iudicio philosophiæ prophanæ quoque, rerumque diuinarum nesciæ. Siquidem qui rerum potiuntur, qui fata regunt cuiusque prouinciæ, & cupere ipsi solent & satagere magis deinceps atque magis: augescenteque indies captura, auidita te, uehementius affici: id quod si in ordine equestri apud Deum capitale, in senatorio sceleratum est ob idolorum cultum quæ in corde circumferuntur: id in natione sacrosancta, à curaque rerum externarum euangelicis institutis summota, quo nomine appellabimus? Scio me paradoxa scribere, atque etiam antidoxa uitæ in medio positæ, ad quam ratio mea comparata est. Sed actus quoquomodo peragendus est, quoad personam posuero, quam mihi ad scribenda hæc induit amor atque admiratio germanæ philosophiæ, etsi perleuiter mihi exiliterque cognitæ. Hoc dico quod fando audire aliquando memini: si quorundam hominum ex eo ordine insolentia, fastus, & cupiditas à regno Dei abhorrentia, tantum apud superos Nemeseos, apud inferos plausus excitauere, quanta apud mortales inuidia flagrare memoria nostra superioreque cœpere: causam nullam uideri, cur tam beati putentur esse & æmulandi à nobis, quàm titulosè & obseruanter salutantur à multis. Christus æquabilitatis uindex atque ciuilis isonomiæ, diuitias & fastum in ordinem redegit: tum extorres regno suo & ciuitate domoque esse iussit: & uerò in penates suos illos æternos patriosque, uix admissum iri palàm eos contestatus est qui copijs affluerent. Quocirca res supra

modum

A modum ſecundæ, quæ oculorum noſtræ mentis aciem ſplendore ſuo præſtringunt, nullo penè loco numeroq; rerum expetendarum, iudicio hominum iuris diuini conſultiſſimorum, habitæ ſunt omni ætate. Verùm ut eſt peruerſitas ſenſus humani, multa & centumuiralibus iudicijs, & ſenatuſconſultis, atque etiam Areopagitarum ſententijs, inter prima & præcipua cenſa ſunt, quæ philoſophia diuinitus inſtituta ad quintam claſſem reiecit. Sequitur & alia Siren, ſæpenumero comes aut ſocia ſuperioris, uel uerius ſecundaria: rationem enim ſuam habet ab illius ſeiunctam, ſed tamen ſecundum illam illecebroſiſſima, exaggerata titulorum nomenclatura, ſupra ordines erigens quorundam faſtigium, cùm æquationis ipſa (ut ſuperior) neſcia, tum uerò æquè in obliuionem mortales atque ignorationem ſui aliorumq; adducens, quos carminibus ſuis affecit. Conſtat eius hypoſtaſis nitore & lautitia uitæ: extructis principem in modum menſis, opimo uictu, Syracuſanoq; & adipali, cœnarum adijcialium abaco, inſtrumento Luculli conuiuatoris ſplendido & redundante. Huius faſtus appendices ſunt, tum hærentis ueſtigijs clientelæ manus ancillans, ad omnesq; nutus ſupparaſitans: tum comitatus multiplex atque miſcellaneus, regem ſuum paſtoremq; ſtipantium gnathonicorum philoſophorum. In huius comitatu & familia quoſdam quaſi ſeruos ab oblectamentis uideas, quoſdam à ridiculis, à fabulamentis, à cauillationibus, nonnullos etiam fortaſſe ab obtrectationibus, aut ſcommatibus ridiculoſis, ſed aculeum ignominiæ relinquentibus. Mitto qui à uarijs eſſe ſolent tacendisq; uoluptatibus regi paraſitico: nullum ut ſit tempus, quo tempore non ſcitè, & tanquam frugaliter conteratur ocium, quod habent pro negocio beati illi homines & copioſiſſimi: utpote quibus ad procurandum genium, propoſiti ſui ſummam uitæq; inſtituti applicare uacarit & contigerit: nulla etiam ut ſit (ſignificantius enim loquar) eorum fruendorum intercapedo, quæ prudentiæ mundi bona & expetenda uidentur: contrà ſapientiæ cœleſti, mala & auerſanda. Heu perditas uitæ rationes (iterum enim & ſæpius paradoxologiæ indulgebo animo meo obſequens) heu peſſimè meritos mortales de potiore parte ſui. Fe-

B licem'ne hanc uitam, an flagitioſam eſſe cenſemus? Heu prudentiæ noſtræ dictata exitioſa, atque anteuangeliſmo planè congruentia: niſi uerò hominis eſt euangelium exoſculantis & amplexantis (ut Græci dicunt) πάντα τὸν βίον διονυσιάζας. Iuſſus'ne optare uir uerè prudens, à Deo quicquid uellet, hanc ſortem uitæ peteret? cæcum uitæ ciuilis atque in celebritate poſitæ, conſilium & propoſitum. Quid enim? mentis'ne compotes ſunt rerum diuinarum æternarumq; conſciæ, qui huiuſmodi uitæ æmulatione ducuntur? At beata nobis & æmulanda uidetur uita opibus circumfluens. Nam quotuſquiſque hominum paulo nauiorum uacat eo crimine, eorum quidem certè qui in eo peccare potuerunt? Cùm interim probiſſimus quiſque huius petitor conditionis, perditeq; ambiens, tamen ut Cæſaris candidatus ſimulet ſe petere. Quotus autem quiſq; noſtrum meditatur, aut meminit in uita inſtituenda, decantata illa paradoxa, oraculaq; certiſſima cœleſtis ſapientiæ, Beati pauperes ſpiritu? & quæ ſequuntur. Imò uerò quis non pro paralogis habet, non modò pro paradoxis? Quis porrò illud non modò philoſophicum, ſed etiam philoſtauricum attendit, eodem ore ueritatis pronunciatum, Beati qui perſecutionem patiuntur? At hæc ſunt uerba Chriſti, unigeni filij Dei: patrimonij ſui opimi atque beatiſſimi auctionem facientis præconio exaudibili, atq; etiam olim exaudito per uniuerſum orbem. Quid igitur tam diſcrepat ab ſuo oppoſito, quàm profeſſio noſtra diſſidet à uitę propoſito? Nam cùm nos omnes Chriſtigenarū profeſſione gaudeamus, cùm adoptionis cœleſtis iura habere nos gloriemur, ab altero natali manantia: pauciſſimi tamen noſtrum ea licenda tanti ducunt, quæ æſtimari humana mente nequeunt, ac ſub admirationem tantū cadunt, quanti ea eſſe putant, quæ cùm ſuapte natura ſpernenda ſunt, tum precario ſolùm iure obnoxioq; poſſidētur. Nimirum Sirenum Stygiarum carminibus aures hominum obſeſſæ ac delinitæ, monita ueritatis, hortamentaq; cœleſtia, ut ijs contraria reſpuunt: illud'que eſt ſcilicet præſcitum prædictum'que propheticum, ab illo euangeliſtarum uertice quodam loco citatum, Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt? Quo brachio uis

ac uirtus sermonis euangelici significatur. Quare fides, tametsi in omnium sermone est, ac per ora populi, senatus, atque equitum uolitat, ut festiua & amplectenda: iustam tamen hospitalitatem, atque etiam iusta longè inferiorem, in corde perpaucorum inuenit è multitudine delectorum: ijsq; demum Iesus sese indicat ut discipulis suis, manifestoq; ostendit, ut est apud eundem, capite quartodecimo, non etiam mũdo, id est potentibus, copiosis, & illustribus, à regno Dei abhorrentibus: qui mundi sunt ipsius decus & ornamentum. Siquidem procerum motus hæc cuncta sequuntur: humanum paucis uiuit genus, ut apud Lucanum Cæsar inquit. Age, quid habent iam mores simile conditioni hominum & habitui, ob noxam admissam intus ægrescentium? Quid uel tantulum habet uita moribus hominum instituta, mœstæ lustralisq; pœnitentiæ, quæ nobis indicta est, edictoq; perpetuo iniuncta? nam sternotypticam istam, quasiq; histrionicam, qua in speciem utimur more quodam solenni, nihil moratur Deus, planctus est enim Pharisaismi, atq; etiam Hellenismi uerius, quàm expiabilis resipiscentia Christianismi, atque præcordialis. Potest'ne igitur quicquam è diametro cuiquam magis esse, quàm hilaria perennia, ærumnosæ uitæ opposita sunt, & uelut cruci affixæ? Atqui hanc Christus ipse Seruator & Dominus, Christis suis denunciauit, id est nobis omnibus genitali spiritu rediuiuis: idq; imperandi uerbis, atque in formulam iniunctæ necessitatis conceptis: quippe qui crucem suam tollere unumquenque iusserit, qui quidem ijsdem uestigijs aut eorum æmulis, uiam in cœlum post ipsum affectarit. Hic aqua illa purifica, uetustiq; hominis expiatrix, hæreat necesse est: nisi crimen hoc esse capitale fateamur, cuius criminis comperti longè plurimi mortalium, & manifesti sumus. Ita si pœnam deprecamur æternam, ad aram nobis misericordiæ rectà confugiendum, omnibus quidem illam nunquamq; non patentem, sed resipiscentibus. At uerò qui resipiscunt, stulte sese de semetipsis consuluisse perperamq; agnoscunt: id quod in primis necesse est ut faciant, qui Sirenibus mundi sese perrectandos dederunt, atque deliniendos. Meminerint autem (quæso) semper lectores, huiuscemodi disputationes ad uulgus non ualere, putentq; intra porticum philosophiæ, à qua tamen procul absum, hæc à me dicta esse, non in atrio honoris, non in officina ciuilis cupiditatis, non in campo honestæ ambitionis, non in conuenticulis alumnorum sensus communis, cuius alumni sumus: quod ineptire planè esset, non commodè & appositè tantis de rebus differere. Proinde qui Christianismi dogma sociare cum Hellenismi atque gentilitio sperat, id est cum Aristippeo, circumcisionisq; præcordialis nescio & exorti, is (ut opinor) non diffidet, se cauum à conuexo dirimere etiam posse, aut utrobique operam ludere non grauabitur: tametsi illa non difficiliora sunt fortasse, quàm à Christi cruce difficile est ærumnarum agmen, rerumq; aduersarum molestiam dissociare. At uerò sine cruce Christi ad beatam uitam subuolare, eos demum credendum est, quibus æterna diuinitas gratiam Adrastiæ legis fecerit: qua lege pater ipse cœlestis, filium suum teneri dilectum & unigenum ante omneis uoluit. Quo apparere potest quanto in errore uita uersetur, & promissorum Christi in quanta diffidẽtia: qua nulla maior esse insania, nulla capitalior culpa potest. Me miserum cùm hæc dico, & ut dico, sentire etiã cogor, ita enim uiuus uidensq;, quod dicitur: sed reliqua ominari uereor. Verùm duæ iam dictæ sortes uitæ, earũq; Sirenes, rerum fluxarũ tẽporariam possessionẽ, perpetuã faciunt destinatione mentis, contra q̃ hominum natura, rerũq; ipsarum constitutũ est. Vsum etiã & fructum peculiarẽ & precarium, ut suũ, ut liberũ, ut propriũ, atq; optimo iure possident: cùm nihil non profectitiũ, nihil non temeritati obnoxiũ casuiq;, habere nos sciamus: exitialior tamen est eorũ securitas, qui dubias cœnas ructãtes, reditus cõsecratos & fiduciarios, iure uel potiore, ut sanctos, ut Domini nota insignibusq; impressos, ut profanis manibus intactos, q̃ auita patrimonia possidere se ducunt: nempe quasi in referendis rationibus eadem conditione futuri sint homines pecuniosi atq; peculiati. Hîc hîc atrociores, hîc existunt, ordinis illi de dicati obtrectatores. Quid enim, aiũt illi, futurũ est tandẽ, si ij qui sese christos Christi esse præcipuos, ac penè solos perhibent, & tanquam è cohorte Seruatoris prætoria, aut principe ac signifera, genialibus sacris initiati magis esse quàm Christianis, uide-

A uideri non uerentur? Quòd si redundantes copiæ nusquam non ferè, nunquamq; non incommodæ, hanc deformitatem faciunt in atrio sacrosancto, quod hactenus sartum ac tectum ab omni iniuria, Christi reuerentia præstitit: quem tandem non subeat impetus, si non in eorum sententiam transeundi qui licentius quàm par est censorium stylum adigunt, uel momicum potius, in eximium ordinem: tamen secus de illis existimandi? Quem etiam nonnihil censendi de cornu illo copiæ tandem exhauriendo, quod pleuius fit indies & tumentius, decedente innocentia? Audiant igitur ij ad quos ea res pertinet, audiant, inquam, fremitum Aij Locutij, ne fortè ad secessionem spectet haud aspernendam, ad nationisq; sacrosanctæ exuendam fœdè reuerentiam: aiunt enim, ut est huius tèmporis confidentia, uel uociferantur potius, non antè redituram religionis constitutæ faciem spiritumq; fortasse (si quando rediturus est, iusq; habiturus postliminij,) quàm fastus & cupiditatis sportę, uix scias superfluētes magis an perfluentes, ad sportulas redierint ciuiles aut canonicas: tum demum enim fore inquiunt, ut quod nunc paucis satis esse non potest, plurimis sufficiat isonomiæ beneficio, proportione quidem geometrica attemperatæ. Verùm hæc & alia eodem spectantia, mox forsitan uiderint ij quorum est inspectio summa pecuariæ Domini, atque etiam uineæ rectè atque ordine repastinandæ & excolendæ. At etiam ne qua indignatio desit (quod si palàm dicere religio est, hîc tamen infodiam) ex istorum natione præcipuè esse dicuntur, qui nulla exempla beati pauperis esse putant, iuuenesq; hortantur ut illam ire uiam pergant. Quos tamen, ne stomachentur æqui animi, aut eorum permultos, ita mortem obeunteis uideas: tantis ut ex copijs, egentibus exiguam stipem, propinquis atque necessarijs legata præcipua æris alieni relinquant. Agè porrò, quis nunc natalibus uel obscuris ac plebeis ortus, si maiore quodam fato præditus, sericum sese filum aut purpureum unum, sortitum esse in colu trium sororum experiri cœperit, uel augurio liberalioris spei atq; festiuioris, in animum induxerit: non statim titulosis gradibus scandere in cœlum gloriæ theatralis nititur, in ordinemq; semetipsum beatorum omni ope adoptare, &
B mox in collegium semideorum? Quis hominum fortunatorum non prandere uideri uult ut Crassus (quod aiebant) & cœnare? non ut Lucullus ædificare? Quis superuacaneos census, annuosq; prouentus, in statiuis quæsitos cupiditatis: quis emerita ambitionis stipendia, eiusq; germanæ sororis & uterinæ, quam ἀνθρωπολατρείαν uocant, non in delicias, in uoluptatem, non in saginam denique uertit inertium amorum: in farturamq; conterit desidiæ, quam Sirenem improbam uocauit Horatius?
Hæc equitem, hæc populum, hæc sacrum forma senatum, excepto sapiente tenet.
Quis uerò rursus non intelligit, non uidet, non perspicit, Colosseos quosdam homines, stipatos clientelis agminibusq; succinctos, quo uulgo putantur beatiores, quo religiosius adeuntur à multis & coluntur, eò inuisos magis esse uulgo, suisq; interdum cultoribus, turbæq; circumfusæ, ob tædium obseruantiæ, eorumq; fastidium? Eò uerò propius sæpe abesse à furiali illo conuentu, ubi Tartarus ipse bis patet in præceps tantum, & quæ sequuntur: quo magis in cœlo esse (ut est Latinè loquendi consuetudo) iudicio populi ordinumq; existimantur? Multa certè moribus hominum, rumore secundo plausu'que excipiuntur, in theatro uitæ urbanæ & atriorum: quæ in regno Christi quo de regno nunc loquimur, aduersante numine fieri nemo negare potest. Quare animaduertere lectores oportet, non præcepta me uitæ, non hortamenta his commemorandis scribere, quorum in primis egens ipse sum atque insciens: sed in rebus huiuscemodi potius cum lectore non quolibet, animi causa animæq; commentandis, æstimare, quàm è diuerso uita, atque etiam è regione comparata sit ab ea ratione disciplinæ, in quam disciplinam iureiurando adacti sumus ipsi lustrico sacramento. Potest'ne tandem homo nouus, in officina diuini spiritus reconcinnatus, sine scelere hæc expetere, ea omni ope consectari: quæ spiritus illi Stygij, cupiditatis, ambitus, elationis magistri, ut regni sui ac tyrannidis firmamenta, in mundum introduxerunt? Atque ex eorum quidem hominum natione sunt Lotophagorum proceres: qui in imum maris sidunt, asinaria mola premente ceruices istas quamuis arduas, superbas & inflexas: ad quorum

fortaſſe ſortem Chriſtus humilitatis decus euangelico tropo alluſit: tanquam in mari mei ſi curarum terrenarum & inanium, cœlum iam ipſi ſuſpicere æternitatemꝗ nequeant. Idne autem ſatis animaduertere poſſe uidentur aut meminiſſe, partim qui honores ſibi ciuiles, donatos fortunæ beneficentia, non creditos eſſe cenſent cœleſti prouidentia: partim qui pontificatus, antiſtitia, aliaꝗ ſacerdotia, (ſic enim nunc reditus annui, non munera officioſa miniſteriaꝗ uocantur) non fidei commiſſa antiquæ pietatis eſſe interpretantur, ſed legata quædam ludicra iucunditatis, ad utendum, fruendum, liguriandum relicta: ad curandumꝗ aliàs molliter oblectandumꝗ genium? Hi ſunt qui in altiſſima ſecuritate æterni æui quærunt, & tanquam optimis ab autoribus & locupletiſſimis accipiunt, ea bona, quæ in nullius hominis mancipio ſunt, etiam ſi eſſe cœperunt iamdiu in commercio. Cùm interim ij quos ipſi autores laudant ſuos ac largitores tot tantorumꝗ titulorum, in pari acquieſcant maioreꝗ ſupinitate: nempe tanquam prædibus ac prædijs, ut dicitur, & Seruatori ipſi, & populo plebiꝗ animarum, cautum ſit huiuſmodi liberalitatibus. Scilicet ius & fas nomina monoſyllaba, bonori baberi non magnopere ſolita ſunt ab ordine grandium mortalium, inſigniterꝗ extantium ſuper æquabilitatem ciuſlem. Et uerò claſſes etiam ipſas, & populum (ut uerum fateamur) in ordinem magis cogit, atque ad æqui boniꝗ reuerentiam redigit, tenuitas fortunarum atque mediocritas, quàm Domini timor, Chriſtianiſmiꝗ pietas. Iure enim ciuili gentiumꝗ, quo iure nominis quoque Chriſtiani, ut quondam, fines adhuc reguntur: mortales fermè omnes tollunt animos ſubmittuntꝗ, pro modo & captu fortunæ fortunarumꝗ. Quin & ex euentibus rerum ſplendidis aut obſcuris, æqui plerunque homines atque iniqui fiunt: ne gratuitam putemus fortis fortunatricis benignitatem: ut mirum non ſit, tam arduum eſſe diuitibus & copioſis in regnum Dei ingreſſum, quod Dominus olim teſtatus eſt. Aliud eſt etiam & prorſus diuerſum ipſius fortunæ hominumꝗ conſilium & inſtitutum. Siquidem apud eos quos bonos æquosꝗ credimus, bona noſtra deponere ſolemus & gaudemus. Illa uerò aleatrix cæca, ſurda, uolubilis, & præceps conſilij, libentius ſua commendat malis atque nequitia præditis: quippe quæ iniquos homines (ut dictum eſt) facere, atque improbos, ex æquis boniſꝗ conſueuerit. Ariſtoteles quodam in problemate ludibundus, quamnam ob cauſam, inquit, paupertas frequentius ad bonos diuertit, quàm ad malos? Nempe quòd cùm omnibus inuiſam ſe norit eſſe, bonos tamen melius ſeſe & commodius uſuros intelligit: ut qui mala uertere in meliora nouerint: id quod philoſophia quoque carminibus ſuis facit in moribus hominum, qui quidem eam audire ſibi perſuaſerint. Verùm monſtra iam dicta illecebrarum iiſdem parentibus orta ſunt, cum anxio corporis curandi ſtudio, & incuria mentis: ex eoꝗ fonte error ille manauit, qui per orbem effuſus ueras ac germanas uirtutes adobruit Chriſtianiſmi, ritus antiquos obliterauit, æqualeis actionum mirificarum: quibus tamen uirtutibus fidem magna ex parte abrogauerunt ætates deterrimæ, moreſꝗ degeneres Chriſti adoptiuorum. Hic enimuero præterire Sirenes reliquas ſtatueram: ſed earum una præſtò ſeſe ſiſtens, in oculoſꝗ incurſans in aureſꝗ, præuaricationem obijcere mihi uiſa eſt, aut crimen obliuionis: præſertim quòd hoc tempore magnum ac numeroſum poſt ſe trahat comitatum, nitoreꝗ conſpicuum, & luxus elegantia: eſt autem illa, ſumma uenuſtate ac lautitia prædita, germana Cupidinis: cùm omni ipſa genere lenocinij ad animos perlectandos inſtructa, tum Veneris ceſto ſuccincta, carminibus Homeri nobilitato ποικίλῳ. ἔνθα δ' οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκται. ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς, πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. Huius Sirenis carminibus, ſexus uterque hominis afficitur non ægerrime. Hæc omnes Veneris ſermocinationes, geſtus, appellationes, tactus, affectiones, nutus, petitiones, luſus, proteruitates nouit: eiuſdem diſciplina ludibundos aſpectus, oculorum coniectus, nictationum proluſiones, Veneris laceſſendæ præludia complectitur: omnes denique amoris licendi emerendiꝗ ſermunculos, uerborum uelitatiunculas, urbanitates, lepores, diſcipulos ſuos docet, qui ad ludum eius uentitant: ad ſummam, hæc Cupidinem ipſum eiconicum (ut dicitur) ethicumꝗ effingit & exprimit. Huiuſmodi porrò lenocinijs actuum, uultuum ac uerborum,

toti-

A totiusq; corporis affectuum, uernaculis & nostratibus, satis quidem illis actibus atque proteruis, suauiterq; aculeatis & urticosis, accessit haud ita pridem rhythmorum Italismi genius, tanquam ars quædam uenustæ dialecticæ, & Cupidinis eloquẽtiæ, lepos orationis amatoriæ, Pithô hypocritica, omnium philtrorum uim superãs: depereunteis amatores simulans, animosq; despondenteis ecstatici amoris insania. Huiuscemodi cinctu uirgines & mulieres complusculæ ornatæ, atq; ad certamen iucundissimum accinctæ, eoq; sibi ornatu amantibusq; placentes, uẽditatione sui gaudent iuuenum æmulorum, esse se in magistræ, in heræ, in dominæ mancipio, sic enim est hominum oratio, certatim profitentium: tum deditios sese deuorosq; clietulos adiurantium: non tam sancto forsitan serioq;, quàm proteruo uenustoq; iureiurando. Seruili enim autoramento certant æmuli aut priores aut primas herilis amoris promereri: sicq; macti esse gratia, quæ summa est uotorum amantium. Huius & illius obseruantiæ indulgere, atque ei addictum esse uocant, qua cum negocium habere ocij instituerint, amorisq; commerciũ: & uerò, si Seruatori placet, seruitutem seruire conditionis dedititiæ, nexusq; Cupidinis. Hoc autem quæso, homini sacrorum initialium memori, utrum est uitam inter Christigenas spiritu uernantes agere, an inter Adamidas ueteris hominis delicijs indulgere? exuuias abiectas contra fidẽ sacramenti resumere? perennes uerò ferias uanitatis proteruissimæ instaurare post resipiscentiam? Quotus porrò quisque, quotaq;, hac Sirene non caperetur quam Iuno Homerica, etsi candidis ulnis amabilis & eximia, tamen à Venere quondam utendam sibi esse rogandam existimauit: cùm Iouem suum amore præsentaneo acriùs inflammandum haberet? Non sum nescius ista urbanitatis causa sæpius, exercẽdæq; animi causa facundiæ, atque proteruitati honestæ, quàm ad Veneris patrandæ spem fieri: ideoq; in mores recepta esse hominum, pro negotio iusto ocium quouis modo deliciarum contentium: & quidem sine intertrimento integritatis puellarum ac matronarum, plerunque id factitari uidemus. Sed tamen eiusmodi uaniloquentia, auribus circumcisis atque euangelicis tam putida est, (quarum est hæc auscultatio)

B ut inter ludicrum certamen feriumq;, non ita multum interesse uideatur. Nam urticam feram qui tractant incautius, uredinem tandem sentiunt. Vtrobique etiam ludicri designator, commissor, applausorq;, nefastus est genius, ex amantibus interdum amentes efficiens: atque in occasionem semper imminens catastrophæ atrocioris, cp ut eò pertinere posse & euadere institutus actus placidè, lususq; uideatur. Quod si oculi quorundam hominum fascino afficiunt eos in quos incubuerint: limos illos aspectus & pteruulos, subassentiẽtesq; respectus, nec hebetes esse nec inertes sanè credibile est: si tamen illos aspectus appellare debemus, qui oculi sunt uerius emissitij: secum deferentes partem animi, uicissimq; assensus non nihil referentes. Adde quòd alijs quoque modis urbanitate plurifariam lenocinante, eiusq; institutis, uirginum mentes & matronarum aliàs incorruptæ, nonnunquam afficiuntur, ut parcissimè loquar. Certè aphrodysiorum ceremonijs quamlibet in mores hominum receptis delicijs studentium, dissentientes sunt admodum ritus initiales Christianismi. In uniuersum uerò urbanitatis affectationem in sermône nimiam, quod iuuentutis laute & elegantis præcipuum est studium: Apostolus ad Ephesios scribens, σαπρὸν λόγον appellat, quasi putrem sermonem & marcidum: est autem putre, quod iam usum nullum præbere potest, ut inquit Chrysostomus in epistolam eiusdem ad Timotheum. Putris est igitur & quasi uermiculosa in Christianissimi disciplina, in homine spiritu imbuto & numine, huiusmodi lepos aut proteruæ aut aliàs improbæ ac maleficæ urbanitatis & comitatis: ut denique uetusti hominis exuuiæ, abijciendæ procul, non modò deponendæ. Tales sunt igitur permultæ animarum plagulæ, tum apertæ, tum cæcæ, ideoq; magis cauendæ, ab illo quidem animarum aucupe & captatore in mundo dispositæ: minimè autem nobis suspectæ atque formidolosæ. Quibus tamen captandis atque irretiendis oculum ille adiecit toruum ac Titanicum: si quidẽ aspectabilis esset oculis mortalibus: sed ciuilis hic sensus, uulgiuagaq; prudentia, plausus captãs theatricos, captionis horrendæ securitate gaudẽt: totaq; aut plurima est mens humana in cura rerum nihil ad animorum conditionem pertinentium:

quæ

quæ utranq; in partem ipsa, futura est sempiterna. Certè si planè & ad uerum loqui licet, ut ita dictum est, in aure philosophiæ pudor, pudicitia, modus, modestia, candor morum & germanitas, officiorum puritas, de gradu deiecta sunt existimationis priscæ, propemodumq; prostrata: ius & fas obtrita sunt, atq; etiam hypocrisi conscelerata, siquidem ad amussim mores explorarentur euangelicam. Hæsitantia fidem, contemptus religionem, licẽtia perdita Dei timorem excepit. Vnde autem abest offensandi religio, unde Dei reuerentia, ecquis ibi dubitat examen insidere crabronũ Stygiorum, homini intestino mordicus perditeq; inhærentium? Mundus igitur (quod mirari philosophia sæpius dicta, & miserari possit) frequentissimè habitatur ab Tithono illo, homine ueterrimo, Hellenismi alumno: in ueritatis disciplina Christianismiq; dormitatore et ueternoso, etiam intra pomœria sanctissimę ciuitatis. Rarissimè autem idem mundus incolitur ab homine rediuiuo, manuq; cœlesti recocto atq; reconcinnato, quem spiritualem scripta sacra à spiritu genitali nominant. Atq; eiusmodi sunt beati illi designati, ab æuo in album relati destinatricis prouidentiæ, uereq; Christigenæ, qui sensui communi assensionem semel renunciarunt, atque optima fide: pro ijsq; demum Dei filius apud patrem deprecator esse uoluit, eosq; in fidẽ suam à delectu è mundo facto, in patrociniumq; suscepit: ut non mirum sit, tametsi ualde dirum, paucos esse electos, qui aures babeant ipsi ueritati & sapientiæ efficaciter exaudiendæ. Proinde mundus est, à quo Iesus ipse Christus, Deus idem & bomo, existens alienus, alienatos quoq; suos uoluit, quod eius ille seruus à manu, testatus est, quanquam in meditullio orbis terrarum natus esset. Hic idem est ille mundus, cuius sapientiam meram esse stultitiam apud superos, cœlestium ille rerum ac diuinarum Paulus non tantùm autor maximus, atq; interpres consultissimus, sed arbiter eo amplius & spectator quõdam factus, testis est grauissimus, ac summa fide præditus. Deniq; mundus hic est, cuius sapientiæ genius, Argus est in rebus temporarijs & opinabilibus: Tiresias & Phineus in æternis, ac certis certioribus: quippe qui spiritus sapientiam quæ cœlitus delapsa est, ineptiam esse putet, & uertat in uicium existimationę sensus cõmunis & lucifugi: quod idem autor ad Corinthios scripsit. Quapropter & germanæ uirtutes, & solida solùm bona, meritissimoq; expetenda: & uerò uelis, remis, equis, ut aiunt, persequenda ijs qui sanæ mentis sunt: à uita tamen ciuili atque urbana ueluti repudiata, è medio summota sunt: idq; comitijs, ut ita dicam, curiatis, tributis, centuriatis, equitum populiq; assensu: nec uerò sine senatus, sine ordinis amplissimi luculẽta autoritate, cùm profani, tum uerò sacrosancti: succidaneaq; pro illis recepta sunt, imaginaria bona, falsa, & adumbrata. Ita ad prudentiæ humanæ scita atq; dictata iam reuoluti sumus, quæ à Christo Seruatore confixa palàm atq; traducta, omninoq; abrogata inter suos fuerant, ut è faucibus Orci enata, ut oraculis refragantia cœlestis sapientiæ. Atqui stultitiam ipsa summam humanę redarguit sapiẽtiæ, & porrò amentiam illi exprobrat & uæcordiam. Ita in eiusdem fide atq; autoritate, nisi in huius maris traiectu, consilia uitæ sita, rationumq; nostrarum summam subductam habuerimus, constanterq; collocatam, id quod Themis iam dicta, autor est ad oraculum eius religiose adeuntibus, ad portum aspirare quî tãdem poterimus Coloniæ beatissimæ, aspiraturosq; sperare nosmetipsos ad extremum? Cùm autem ita ferat & ciuilis uitæ tenor, & in celebritate uersantis uel urbica uel aulica ratio, ac mũdi iam sæpe dictum magisterium, ut solertissimus quisq; hominũ & acerrimus, à pueritia protinus, aut certè ea ab ineũte ætate quæ in mediũ proferre sese potest, specimenq; indolis suæ dare, ad speculum ut semetipsum affingat communis sensus & prudentiæ: mores etiam suos comparet, corporisq; affectus, ut æmulos eius & simiolos: meritò inde euenit, eiusdem ut nutritij alumni, nutricisq; eiusdẽ uberibus lactati, eodem quoq; lacte erroris imbuantur. Est autem hæc disciplina sic moribus propemodum constituta, atq; si præsultrice stultitia & chorum instituente, iuuentus magno studio restim perpetuam necteret, singuliq; certatim ad eam se adiungerent, tũ eundem orbem uoluerent erroneæ disciplinæ, à sapientiaq; deuiæ. Quam uitæ stultitiam Democritus olim risisse, alter ille è contrario defleuisse dicũtur. Cæterùm Threnodus uates Hebræus eandem lamentatus est miserabili carmine, nõ iam ut ineptiã

&

A & stultitiam, sed diram planè ut amentiam & uecordiam. Quod utinam satis animaduerteremus, ut rei tantæ par erat animum incumbere, curę haud dubiè antiquissimæ, omnibusq́; præuertendæ. Nam quid aliud penè omnes agimus, uitam ciuilem ambitiosamq́; agendo, nisi post lotionem lustralem, certatim & studiose ad illuuiem redimus? Verùm philosophicæ exhedræ atq; abstrusioris huiusmodi est commentatio, non disputationis symposiacæ atq; exterioris: quod sæpe nobis contestandum est. & quidem, dixeris hæc intet uaricosos centuriones, Continuò crassum ridet Vulpeius ingens. Quanquam quid dico inter centuriones? imò uerò primores inter ordinum, inter uertices populi, inter decora reipublicæ, hæc & similia astruere si cœperis, confestim tollent equites peditesq́; cachinnum. at hoc quid est aliud quàm comicus risus in tragœdia atrocissima? An Deum diuosq́; renidere censemus, nobisq́; arridere, cùm in uineam Domini semina transferri uidētes, aut ex campo ambitus, aut ex hortis uoluptatis, aut è seminario hominum sacerdotalis innocentiæ famam agnoscere uerecundantium, in eo nos cauillandi argumenta libentes artipimus, ridiculisq́; gaudemus? Homines in amore Christi riuales, ut inter se amantissimè affecti sunt, ita Christi æmulatione præditi, uicemq́; publicam dolentes: minimè ista risu, sed gemitu potius prosequuntur, malisq́; omnibus. Hîc etsi uereri subit, ne mihi in hoc opere uitio uertatur philhomeria (cuius tamen crimen diuus Ambrosius in explanatione scripturæ, in sermone de cruce minimè ueritus est) uersuram nihilominus iterum faciemus ab eodem ipso poeta, nec importunam, ut reor, nec usura dispendiosa. Vlyxi igitur iam dicto, non polytheiæ quidem ipsi, sed orthodoxiæ alumno, cui nonnulli arbitrati sunt ad significationem prouidentis hominis nomē esse inditum: ego uerò ab etymo nominis coniecturam faciens, uiatoris nomen esse philosophi censeo, de salute sua bene in uia, sociorumq́; merentis. Verùm illi Vlyxi hoc magnopere uidendum, ab ipsis ne Sirenibus in transitu ita retineatur, salutem ut suam posthabendam esse amœnis digressionibus uiæ compendiosæ & salutaris, cum uulgo mortalium omnis generis atq; ordinis, sentire uideatur. Et quando tamen homini li-
B terarum non uulgarium amantissimo (ad id enim genus tantùm hominum habere me nunc sermonem ipse memini, testatumq́; uolui) in uastissimo pelago oberrandum est, eodemq́; pleno Sirenicis perlectamentis: exemplum ab illo ingeniorū principe, & simul autore summo philosophiæ uetustissimæ, rogandum est nobis utendum: uel sumendum potius occupationis iure: si quidem tenere nos formulam usurpandi iuris huius potuerimus. Et olim quidem illa tanta, tam ampla copia, tam uariè locuples, in medium exposita est: & tamen adhuc libata potius ipsa uideri potest, q̃ imminuta. Cæterùm non cuiusuis, nec nostrum est fortasse, Corinthum illam adire, ut est in prouerbio. Quemadmodum igitur Vlyxes olim Ithacensis, usus consilio magæ Circes, Sirenum cantus suaues quidem illos uehementer & iucundos, sed nō minus exitiales & uitandos, quasi per transennam audiuisse dictus est ab Homero: eundem ipsum in modum hominem suscepti sacramenti tanti memorem, principatum animi sui ad malum nauis alligare, uinculis legis euangelicæ, eiusq́; seueritatis oportet. Sine eo autem malo fidei certæ ac opificis & iustificæ, in cruce Domini fixæ & confirmatæ, officia cuncta nautica, ministeria omnia quamlibet culta in speciem: armamenta insuper, gubernaculaq́; ipsa, tum uniuersi instrumenti pietatis descriptio theatrica & distinctio, nihil ad rem pertinent qua de re maximè & in primis agitur: nihil, inquam, uectoribus ad finem propositum illis, aut certè proponendum conferunt. Quod malus autem in naui est: hoc est crux in Ecclesia, ut inquit Ambrosius. Vlyxem porrò Homerus socios suos incolumes, auribus obstructis transmisisse cecinit, ut efferatos à Circe (quæ mihi prudentia communis est) Cyceonis potu, & tanquam ueneficio quodam magico: hoc dicere nunc possis cinnum urbanitatis aulicæ, atq; eius affinis æmulæq́;, tametsi oppidanæ. Quo cinno leuiter inebriata iuuentus, elegantis uanitatis studiosa, plausus captare solet lepôris morum & facundiæ: in eoq́; studio ingenium animumq́; exercere omni contentione. Verùm hausto errore sensus communis uario & multiplici, capaces iam non erant Sirenum musicarum auditionis, Vlyxis Homerici socij: nam & uera se scite, & ficta gloriabantur. cæterùm

pro ueris fallentia, quod Hesiodus etiam commemorauit in poemate Theogoniæ, sub nomine musarum. Eundem igitur in modum, philosophum sanctioris sapientiæ cupidum & discipulum, animi principatum, suumq; adeo hominem intestinum, ita comparatum habere oportet, sensus ut ille suos omneis in potestate habeat: uel obstructos uel apertos ad præscriptum rationis, tāquam comites & administros ipsius: nimirum ut exurdatis auribus, ut oculis hebetatis, cæteris etiam ut sensibus aut enectis aut torpefactis, qui à mundi contagione deprauati, quasiq; ab oculo Megaræ fascinati sunt, inuidiæ Stygiæ (adde etiam & fortasse à diututniore contubernio Musarum profanarum) spiritui tandem illi genitali cupidè sinus pandat, in patriam propellenti per portū euthanasiæ. Quem ad finem ipsum unum summumq;, sanctioris philosophiæ studium à prudentibus non dubiè institutum est. Et philosophus quidem prouectus, qui iam habitum uirtutis consecutus est: quanquam tangitur uoluptate ob lectionis amœnitatem, nonnihil etiam sæpe titillatur ob imagines rerū quæ commentanti occurrunt intellectui: sensus tamen petulantiam plerunq; dicto habet audientem sapientiæ atq; obtemperātem, utpote domitam iam & infractam. Vnde fit, ut subiectum primum secundo præualeat, & materia formę concedat: id quod hominis fert ratio, naturæ suæ conscij ac memoris. Imperiti uerò nulla lege rationis rectæ uincti, ita demum pericula maris citra noxam euadūt memorabilem, si sensu uacēt illecebrarum, ad perniciem certam uiatores pertrahentium. Nam Sirenes supradictæ, uelut aureolis quibusdam catellis delinimentorum suorum, aures auditorū permulsas, sensusq; deuinciunt: sicq; de statu mentis impotentes iam sui mortales deijciunt. At ex eo demum statu, tāquam ex edito quodam loco, recta potest esse iustaq; ueritatis atq; sapientiæ cœlestis contemplatio & intelligentia. Quid autem inde sequatur nemo ferè non uidet. Iam uerò medicamenta Circes esculenta & poculenta, apud eundem Homerum mortales immutasse legimus, in animantesq; brutas uertisse diuersorum generum. Hæc ego nunc ueneficia referenda esse censeo ad cupiditatis immodicæ quæstum, stipendiaq; ambitus, tum ad fortunæ ingentiores cæcasq; largitiones. Quarum rerum pharmacopolium, in conuentibus esse præcipuè regiarum, luculentum & copiosum, nemo est quin nesciat. Eorum porrò uenenorū mentis atq; animi, tātam uim esse uirusq; eodem ex ipso poeta intelligimus, eorum ut antidotum unum tātùm atq; antipharmacum à priscis repertum sit ac proditum: quod ipse moly uocat. idq; non hominum inuentioni, non fortuito casui: sed diuinę potius benignitati acceptum esse referendum, autor ipse censuerit. Cuius fabulæ allegoria, cum uocabuli molyos etymologia, ad reconditioris disciplinæ traditionem relata est, quæ per Mercurium administrata esse dicitur, rectę rationis illum interpretem & magistrum. Cùm igitur natura humana quoquo uersus admodum uersatilis sit, eaq; de causa & Proteum & Vertumnum aliqui eam appellatam esse putarint, si cōmentationi philosophicæ moly illud cœleste, diuinæ indulgētiæ allapsu accesserit: etiam ut Circes pocula doctrinæ sacrosanctæ anteuerterint, postliminio tamen rationis rectæ, genitalem in formā quodam modo restituemur interpolis humanitatis, tametsi interpolandorum mortalium officina spiritalis, non iterum patet homini. Sub nomine autem molyos herbæ Homerus philosophiæ doctrinam significasse symbolicè creditur à doctissimis. Cuius uim eam esse, ut uolunt, arbitratus est ille uir mortalium ingeniosissimus, eamq; facultatem, mores ut hominum degeneres & efferatos aut ueterinarios factos, atq; pecuarios, sibi tandem illa, naturæq; humanæ restitueret. Id quod si de Hellenica philosophia dictum est, quæ mortalium reuera inuentum fuit, quanto nos congruentius id tribuere diuinæ disciplinæ potuimus? Inter moly enim nostrum atq; moly Homericum, cùm plurimum, tum hoc refert, quòd illud è puteis sapientiæ cœlestis: hoc è terra effoditur, humanisq; inuentis. Quare plus est oxymoriæ in uita & moribus Hellenismi philosophiæ, quàm ueræ solidæq; sapientię. Ad hominem uerò philosophum perficiendum, qui ad regulam euangelicam, ad normam (ut sic dicam) atq; perpendiculum crucis dominicæ eiusdemq; seruatoriæ respondeat, quales illi fuerunt heroes apostolici, primę classis ac sensus spiritalis ciues in ciuitate cœlesti: eorumq; fortasse eue stigio sequaces cōscripti in centurias primæ proximas

ximas: non satis est, opus esse Promethei, hominem fictum quoquo modo, & planè lutum & corpus: cuiusmodi maxima pars est mortaliũ Christiani dogmatis retinentium. Ne animantem quidem esse satis est, uel animalem potius, nimiumq; animæ tribuentem: sunt enim quamplurimi, qui longè plus animæ, quàm animi ac spiritus habeant. Necesse est autem eo amplius, spiramento insignitum esse, & uelut absolutum ultima manu sapientiæ: id quod fit, cùm Minerua cœlestis, Prometheo naturæ, spiritus diuini opificium atq; expolitionem addit. At talis philosophus uel uerius theosophus, nihil aliud curæ habet, nihil animo complectitur, nisi Deũ: nihil amat nisi Christum, ut quem propter & mensam numulariam, ut olim unus è duodecim, & publicani sensa pro derelicto habere semel constituerit. Aliud est autem ad effigiem Dei factum esse, quod omnibus mortalibus contigit, qui ratione præditi sunt: aliud ad similitudinem Dei informari, quod significat ad amussim euangelicam uitam suam exigere, ut inquit Basilius homilia decima in hexaemeron. & hæc est disciplina (ut ipse inquit) Christianismi, Θεοῦ ὁμοίωσις κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἀνθρώπου φύσει. Quæ oculos in capite habere philotheorum docet, eelsaq; contemplari & cœlestia, non terrena caducaq; meditari, ut idem homilia sequenti dixit, è sententia Ecclesiastæ. τοῦ σοφοῦ γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ. Verùm enimuero cùm sit omnis nauigatio in mari periculosa, ideoq; à quibusdam sapientum magnopere damnata: tamen cùm hæc qua de paulo antè agebamus, omnibus nobis sit proposita: nisi si quis in uitæ tyrocinio, atq; in ipsa statim crepidine continentis, fato suo fungitur: tutissimum est, opinor, tractum maris consectari quàm minimè æstuosum, tempestatibusq; obnoxium: quoad fieri potest, procul à Sirenibus illis uehementioribus: quiq; cordatis hominibus & consideratioribus minus sit metuẽdus. Nam magnæ parti hominum ingenio & industria pollentium, atq; etiam multo maximæ, scio id probari uix unquam posse. quippe qui uela consiliorum suorum & studiorum, cupiditati, quæstui, ambitioni pandere, ac fatorum fauori, sicq; pelago medio uel impendente procella se credere, gnauissimi hominis esse censent, atq; etiam consultissimi. Mea uerò sententia, & multorum, quibus id hominibus, mediocri, aut modica potius, Parcarum benignitate contigit, ut non tam latè sparsis fusisq; facultatibus quàm digestis explicatisq;, & composito magis quàm copioso uitæ degendæ instrumento, hoc mare ut transmitterent: ij & commodius uiaticati, & felicius instructi ad eam expeditionem sunt, quæ per tot mõstra uitæ, tot æstus, tot scopulos nobis exanclanda est. Subductis enim, ut uidetur, & expeditis rationib. peregrè euntibus opus est, ne ad itinerum laborem, uasorum quoq; redundantium custodia accedat, curaq; impedimentorum. Quicquid autem opulentia, quantumq; secum trahat, quamlibet amplos fines census sui metetur: uiatorium est nihilominus instrumentum uitæ, atq; diuersorium, non stationarium atq; domicilij. Christus inter alia multa quæ noua instituit censurã mundi exercens, ius stirpium atq; gentilitatum in populo rediuiuo sustulit, & adoptionis induxit. Quare etsi principum & magistratuum imperium, atq; autoritatem prærogatiuam, doctrina sua sanxit, ne rerum humanarum ordo antiquaretur: uoluntatum tamen ciuilium æquationem sensuumq; suasit, in ordinem se cogẽtium, fraternaq; charitate inuicem sese non grauatè dedentium. Proinde in huiusmodi ciuilitate, quæ theocratiæ fundamẽtis nixa est, & charitate Christi coagmentata, si quidem rationem elementorum suorũ tenet: quid ciuem super ciues capite atq; humeris extare, & ueluti populares suos & adoptiuos fratres, calcibus obterere tantopere iuuat? Quid luxu, quid fastu, quid lare familiari prælauto ac splendido opus est? Quid instrumento uitæ cumulato supra fastigium ciuile, atq; ultra modum exaggerato? præsertim cùm Dominus auaritiam hominum compescere uolens, apud Lucam scriptorem euangelicum dicat, uitæ nostræ præsidium & fiduciam, nequaquam in eo sita esse quod circumfluit, & abundat. Certè quidem utcunq; & quantiscunq; finibus, hominum cupiditas quærendi consilia possidendiq; metetur, certus est tamen modus unicuiq; instituto uitæ, ratione ciuili frugalitateq; præstitutus: non cõmuni quidem ille sensu ac uulgiuago attemperãdus, sed sanctiore potius atq; philosophico nèdum philostaurico. Nam quæ prudentiæ communi commoda sunt atq; utensilia, eadem rationi philosophiæ reiectanea sunt

atq; impedimenta. Ita putandæ rationes nostræ falce philosophica: rescindenda quæ luxuriant: effundenda erogatorijs beneficentiæ piæ modulis quæ redundant: siquidem præputati & circumcisi desiderij hominem Christianum esse oportet, quod Dominus præcepit, non modò studiosum philosophiæ. Quo detestabilior est atq; deploratior eorum uitæ ratio, qui in summa colligenda facultatum suarum, ne aliena quidem subducunt & malè parta. Quasi uerò non is demum inter Dei adoptiuos locuples sit, qui auro probo, puro, suo (ut fuit olim in prouerbio) diues est, indeq; munificentiæ misericordis sacrificiū Deo facere solitus est. Et hactenus ita loquor, quasi theorica philosophia, modulos suos & decempedam, à ciuili prudentia, aut à Peripatetica disciplina, mutuari debeat ad cōstituendos possessionum suarum fines, ad censusq; ac pignorum temperandam mensuram: non quasi Diogenis animo calcare rerum caducarum mancipia eam deceat, Socratisq; stomacho inopiam & pauperiem ferre, in pignoribus suis factam, in alijsq; facultatibus. nisi uerò iuris prædiatorij studium, nexorumq; ciuilium atq; mancipiorum hæreditatum & caducorum scientiam cum studio iuris cœlestis, quærendæq; & cernendæ hæreditatis, à Christo suis ac legitimis desponsæ, consociati posse sine collisione credimus, mutuaq; offensione. Quod si nunc iuris huius authoritas fortè & seueritas, in controuersiam (ut est licentia huius ætatis) aut in dubium à communi prudentia quouis modo reuocetur: ecqua lex tandem, quæso, ecqua sanctio, aut rata magis aut seuera esse potest, ob idq; reuerenda, quàm ea quæ uerbo Dei promulgata est? quàm quæ in cruce Seruatoris fixa? quæ sanguine Christi sancta? nisi si nobis persuadere institerimus, longissimi temporis incuria, ac trisæculari hominum, alteroq; tanto, sesqualteroq; fortasse, diuturniore secordia, aut refigi legem illam potuisse, aut usu contrario tandem obsoleuisse. Sed scilicet liberum cum libera, philosophum cum theoria, commentari hæc & huiuscemodi oportet, quæ rem habere non possunt commodissimè cum obnoxia conditione ciuilium studiorum, nedum atriensium: id quod nos experimenta quotidiana docent. Etenim disciplina euangelica, cuius alumnus esse debet quasiq; uerna discipulus, homo philotheorus, quoddam est amplum euerriculū cupiditatis, ambitionis, auaritiæ, uoluptatis, omnisq; stultitiæ, uanitatis & ineptiæ: quæ materia obiecta est & proposita ciuili prudentiæ, discipulisq; Circes illius uariarum animantium opificis, quæ Dædala eam ob causam à Virgilio appellata est. Quippe Dominus noster Iesus Christus, cùm ad dissoluendam principis mundi tyrānidem supernè missus esset, non Seruatoris tantùm munere legisq; latoris functus est, sed etiam dictaturæ honore & imperio, & præterea censuræ, ut dictum est, memorabili seueritate. Et tribuquidem ipse Israelitica mouit cupiditatem, ambitum, hiantem auaritiam, eiusq; studiosos cultoresq;, ut circuncisionis cordis expertes. In album etiam centuriarum cœlestium, classiumq; beatarum, referri eos uetuit, qui ad Honoris ædem, ad aram fortis Fortunæ, frequentius supplicatum irent, ac religiosius, quàm ad Themidis supradictæ oracula consulenda, impetrandaq; responsa ex adyto supernæ prouidentiæ. Tū qui uanitatis æra merere mallent sub imperatore ambitu, principis mundi legato, q̄ in statiuis rectæ philosophiæ, uallo crucis munitis & circumdatis, stipendia facere, ærumnosæ quidem ad tempus militiæ, sed tamen contemplatricis, præmiaq; expectantis uisenda & amplissima: eos quidem ille dirutos esse iussit atq; pronunciauit, ære illo cœlesti legionum beatarum, ad emeritaq; sempiterna militia missarum. Nam quid aliud est tandem uita Christi, disciplinaq; euangelica, quàm censura seuerissima prudentiæ ciuilis, quàm acris refutatio humanæ sapientiæ? quàm hypocritici fastus, quàm ironiæ sacerdotalis, acerba castigatio & traductio? Dominus noster ipse, Christus, uirtutis præmonstrator nobis fuit, & simul prægustator, & propinator omnium amaritudinum uitę, atq; acerbitatum. Omnes iniuriarum, contumeliarum, pœnarum indignitates, oculis, auribus, ore, capite, corpore, manibus, pedibus hausit: & nos omnibus sensibus uoluptates exquirimus? Vtrū est hoc tandem parentare Christo, pro nobis in crucem acto? Quid uerò humana sapientia, tanta corporis uexatione, assidua animi contentione proficit, nisi chirographum nexus æterni rursus in palimpsesto interiore scribit? Quid igitur profuit ex Ægypto ire, ac mare per medium transire

A transire, si iterum in nexum Ægypti, in ergastula tyrannidis remigramus? si ibidem addicti iterum nexuq; acquiescimus? Anima cùm ad lustralem immersionem accedit, nuncium ipsa protinus Ægyptio sponso remittit: suas res etiam ipsum sibi habere, conceptis ea de causa uerbis, ac solennibus, iubet: ut in cœlestis manum spōsi mancipiumq; ueniat, ut olim loquebantur. hoc faciens salutem multam mundo eiusq; fastui dicere se testatur. Ad Ægyptium igitur illum cùm ita reuertitur, ut eius sodalitate, contubernio, comitatu gaudeat & delectetur: nónne infidam sese Christo, uel perfidam potius ostendit esse? si quidem ipsi desponsa erat omnibus cum suis facultatibus. At prudentiæ ciuilis discipuli, sic hiantis cupiditatis ingluuiem, diurnis & nocturnis laboribus, contubernalibus curis, parasitis & concubinis anxietatibus, explere nequicquam contendunt & satiare, ut crateres implere uastos Erebi tyrannus ille Stygius. Quî fieri potest igitur, nobis ut constet ratio Christianismi, si nobiscum iustitia diuina, lege agere summa, suaq; uelit? nisi uerò Deum toto ex corde, toto ex animo, omnib. numeris amoris amat, qui uix eius cultui atq; meditationi tertias partes intentionis tribuit, nedum contentionis. Nos flendo, ridendo, lętando, tristando, sperando atq; timendo, & dies & annos ducimus, per inanes, futiles, irritos motus animæ atq; affectus, nihil quicquam (ut plurimùm) ad summam rei pertinentes, quæ in primis in uita accuranda est. Qui tamen utinam ipsi ad rem tantùm non facerent, non etiam plerunq; officerent uehementer. Quo fit ut qui cordati, corculi, cati, circunspecti sunt fluxis in rebus & mox interituris: ijdem hebetes ipsi, bardi, inconsiderantes, & uerò morionum similes sint (quod mirum an dirū sit ipsum magis, nescio) in rebus æstimandis primæ notæ atq; autoritatis, inter homines quidem certè cœlestium rerum consultos, ueritatisq; prudentissimos. Nónne uidemus operosissimam esse communem prudentiam & accuratissimam circunfluentibus in rebus & superuacaneis? contrà uerò somniculosam eandem & oscitantem in conducibilibus maximè atq; necessarijs? Laborat enim industria mortalium & solertia, ut hîc redundet uita: non ut commodè quoq; & expeditè ad usum fructumq; bonorum sit instructa: minimè uerò ut olim atq; in sempiternum, omnibus numeris beatitudinis cumulatam se gaudeat. Diram, & capitalem mortalium inscitiam rerum summopere expetendarum. Nos bonorum possessionem unde liberi, & liberi quidem Dei patris, charissimi atq; beatissimi, non agnoscimus, aut agnitam certè petimus, ut Cæsaris, quod dicitur, in comitijs olim candidati, petebant. At uerò bonorum possessionem unde serui & obnoxij, & exhæredes patris, magno ambitu petimus, omniq; animi contentione. Hoc quid est autem? Hoc, inquam, quidnam est, si summa imprudentia, si inscitia perdita non est & profligata? sacrosancta philosophia res diuinas & prius inauditas, non docuit tantummodo homines: sed dedocuit etiam quę terrena sapientia Stygio errore imbuta docuerat. At mundus iam immemor, ad priscam ignorationem ęternitatis reuolutus est, ad luteamq; adeò quandam scientiam, pinguem & corpulentam. Quid igitur Hellenismi profani transscriptio ad Christianismi circuncisionem profecit, si ambitum, si cupiditatem, si elationem mentis, si amorem, si sitim ardentissimam rerum placitis diuinis damnatarum atq; abrogatarum, æquè ut antè incircuncisa habemus? Philosophiæ ueteris autoritas, etsi uerba Græciæ reapse, eiusq; discipulis dedit, componere tamen mores permultorum, superuacuaq; desideria amputare potuit: sapientiæ cœlestis gladius non poterit, tametsi acutissimus? Heu pietas, heu prisca fides, quò tandem gentium illæ, à quoq; amandatæ sunt? Christus Dei filius, quasi harmostes quidam diuinus (ut Græca uoce dicam) cum summa mirificaq; potestate in mundum missus, ad rempublicam humani generis constituendam, quæ diuinam iam manum non obscurè poscebat ac flagitabat: cùm leges & instituta uitæ ad normam exegisset, ad regulam atq; perpendiculum diuinæ sapientiæ: duodecim uiros sibi legauit, unumq; præterea insignem, è prouincia sua decedens. Cùm autem eorum uestigijs impressæ omnes mundi regiones fuissent, ueritatisq; sensu tinctæ earum nationes: hominum subinde incuria, dæmonumq; solertia, memoriam eius monumentaq; deleuit in parte mundi longè maxima. Cætera uerò in parte, quam incolunt Christiani, uestigiorum eius exiles notæ magis ad hūc diem, quam uestigia ipsa

clara & luculenta manserunt. quippe quæ in obsoleta iam uia tantùm agnosci certò possint, & uel solitudine, uel hominum infrequentia desita: certè quidem nunc procul remota & abscedente à uia prætoria, consulari & populari, quæ incurrunt in urbes aliaq; hominum conuenticula, tanquam in compita quædam mundi. Iis autem nunc in ipsis uijs, siquis acrius obseruauerit, non expressam imaginem germanæ illius & puræ religionis ac pietatis, non iustæ persuasionis rerum à Christo Dei uerbo proditarum effigiem informatam, sed ueluti simulachrum eius uidebit prima manu deformatum, uel carie uerius uetustatis exesum, nec liniamenta asseruans. Nam obductus iam situs libris ritualibus, monumentisq; primordiorum Christianismi, atq; eius architecturæ, quadam quasi uetustatis præscriptione summouet ac longè depellit eos, qui sanctitatem & uitæ innocentiam, & sacerdotij deniq; maiestatem, ab exemplis illis mirificis ac prędicandis repetunt. Et cùm memoria quidem nostra sibi indulgere in uniuersum haud ita pridem institit, in ijs quę ad cultum atq; obseruantiam priscæ pietatis pertinent, & porrò ad obseruationem rituum atq; ceremoniarum, spiritus longè plus quàm fastus præferentium: tum uerò mores receptissimi principibus adblandiuntur sacri perinde ordinis atq; profani: si tamen profani homines dici propriè possunt, qui oleo initiali delibuti sunt. Simul interpretes legis assentatores; moribus præpotentium adstipulantur responsorum indulgentia. nimirum tanquam Deus cui persona nulla eximia est, si diuo Paulo credimus, non æquè rigidè pensum à primis ordinibus, ut ab alijs exacturus sit: ne dicam etiam rigidius. Quòd si ad ueritatem loqui placet limatam euangelicè, an non omnes hoc tempore mortales numularij facti sunt, in mundi conciliabulis, in Ægypti mercatu, in Babylonis foro negociantes: non Christo collybum ipsi, sed dæmoni factitantes? ij etiam (si diuis placet) cui talenta sua Christus ipse commisit, in rem suam suorumq;, non in hostium uertenda? Ita chronocrator huius ætatis (ut Genethliologi loquuntur) Mercurius est ille Stygius, non caduceator, sed loculatus. Atis fidem tantùm Græcam (ut Comicus Plautus inquit) sequitur, repræsentatumq; precium: nec spei quicquam ille aût expectationi credit: ne miremur concussam his seculis & collabefactam oraculorum fidem. Hi mores, hi sensus, non illorum sunt temporum, quæ mortaleis tot insignes, maioresq; humano fastigio, mirificentissimis facinoribus diuinisq; ediderunt. non earum etiam sunt animarum, quas è sinu suo prouidentia ad Christianismi illustrationem emisit. non earum Christi ouium de quibus ipse dixit, Meæ sunt illæ, nemoq; rapiet eas de manu mea. non eorum hominum, quibus idem ipse testimonium sui ad tribunal sæuitiæ, ad carnificinas crudelitatis impiæ, ad phalarismum deniq; tyrannicum denunciauit: qui in solem (ut dicitur) & puluerem prodeuntes, cruenta tandem præmia, eademq; beatissima promeriti sunt. non eorum etiam sunt ij mores philosophorum, qui in palæstra uirtutis, atq; in umbraculis innocentiæ, Christo se deuouerunt, à mundo emancipati. postremò non Christi pedissequorum, non eorum quos ipse staurophoros esse iussit, ut sui similiores essent, cùm eam uiã ingrederẽtur quam ipse pręmonstrare pręireq; instíterat ad superos iter affectantibus, utpote qui per manus & pedes ipsius Iesu Christi, cruci quoq; suffixi fuisse uiderentur ipsi. Proh supreme Seruator (inquit Aius ille loquax) ub iam fides apostolica, undarum inambulatrix? Quonam mores æquales eiusce fidei abierunt? non signare quidem aut partiri limite campum fas erat: in medium quærebant omnia. Nunc autẽ & iampridem tam friget in sinu Christianismi charitas, quàm feruet in eius tutoribus & nutricijs ambitus & cupiditas. Qui uni & alteri magistratui, honori, muneri desponsi sunt: in alium statim aut alium, atq; etiam ad alios aliaq; nullo fine animum adijciunt. & quasi anteriores sponsas funere extulerint, denuo proci fiunt, simul etiam complurium: cùm interim, si diuis placet, homines polygami, cœlibes esse moribus ac legibus existimentur. & huiuscemodi, inquit, mortales farragine rerum secundarum obesos, inter alumnos paracleti ad cœlum euolaturos, credere nos cum ipsis ac confidere debemus? Anne est hoc tandem militantis Domino populi tabernacula rectè atq; ordine metari, principijs omnia tribuere, præsertim inertibus magna quidem ex parte atq; supinis? Nam cùm res hodie dominica ad triarios apertè redierit, si in summã iudicium

facimus

A facimus: principes tamen instituerunt laxissimè cum antesignanis tendere in castris Christianismi, atq; etiam statiuorum decora & insignia summouere improbissimè. Ordines enim alios, ordinumq; singulos munifices, uidemus promiscuè, nullaq; lege prisca compositos, ad ordeum (multitudinem quidem longè maximam) redactos esse: cùm istorum singuli, si dijs placet, integrarum legionum frumentum ut euocati Christi, annonasq; accipiant, quo genium suum farciant. Quibus utinam ipsis tanti esset in officio esse, quàm in officijs esse cupiunt. Quomodo autem ingredi per portam illam angustam sic suffarcinati, sic titulosi, usqueadeo peculiati contendunt (quod Dominus ipse præcepit) homines quidem illi officiosissimi, sed ab officiendo rei summæ potius, quàm ab efficiendo dicti? Hæc certè & alia huiusmodi, conuiualium sermonum argumenta, & sæpe concionum: nec passim, nec apertè, quasiq; recepto iure fierent quâ sacro, quâ profano, nisi genius ille hominum effascinator, quem mundum appellare scripturæ autoritate solemus, uisu suo uenefico, conditi intus hominis uires sensusq; inficeret & enecaret. In cuius celebritate & frequentia, sic petulanter uitam, sic inerter degimus, ut serui nequam & uerberones: qui herilis metus ac seueritatis obliti, tantisper, dum Dominus peregrè rediturus est, in diemq; à nobis incertum expectatur, nō Liberalia modò ipsi, quod dicitur, agimus, sed propemodum Bacchanalia. Proinde quibus contigit per expeditam uitę conditionem, minora & pauciora in hoc traiectu maris pericula adire: quibus placido genere uitæ quasi tranquillis undis prouehi: quibus offensionum ciuilium scopulos, contentionum & simultatum tempestates, in foro, in atrio, in toga, in prætexta, in infulis uitare: nec uerò in uadis hærere studij cuiuspiam iucundi, morantis uiatorem in mansione diuersoria: cum ijs mihi certè prouidentia egisse uidetur non incommodissimè. Quippe in qua uiuendi sorte, in negocio quoq; uacet, consilia uitæ agendæ dirigere ad scopum philosophiæ commentatricis mortis, immortalitatis utiq; beatissimæ studiosæ & candidatæ. Nihil enim refert, modò fieri possit, in Basilicáne, in aula, in æde sacra, in porticu, domi deniq; tuę philosophere, an in secessu aut exhedra peristylij. In

B cuiusmodi secessum, ut præcipiti forsitan cōsilio non pauci, aut aliàs incōsulti, quod exitus sæpe docet: sic plures inita diu subductaq; ratione se suaq; conferunt, tanquam ad resipiscentium asylum: & uelut ad portum tranquillitatis se recipiunt, grauati & exosi iactationem huius maris, æstuumq; molestiam. Tum stagnante sinu, gaudent ibi uertice raso, Garrula securi narrare pericula nautæ. Cæterùm inuidia iamdiu flagrat ea natio, quasi Calypsô quandam atram, ironiæ uel germanam uel affinem, pro numine colendam alexicaco imperitæ multitudini præbeant. Quod aliquorum forsan crimen, insonti tamen impingitur multitudini. Equidem, ut à caluo ad caluum, quod dicitur, iniqui est iudicis & præcipitis, eodem iure censere: ita à raso ad rasum damnare, uel nota mulctare ignominiæ tum atratos, tum albatos, præcipitis utiq; famæ præiudicium sequentes, non satis æquorum esse arbitror hominum, sed censuram subiratam offensamq; exercentium, de re tot seculorum taliumq; consensu comprobata.

DE TRANSITV HELLENISMI AD CHRISTIANISMVM, LIBER TERTIVS.

QVanquam quod ſuperiore libro dicere inſtiteramus, philoſophia multiplicem perſonam induere poſſit, & uerò pro re nata interdum aut theatri gradibus, aut orcheſtræ conſentaneam: natura tamen amica eſt ipſa, & conſuetudine gaudens abſtruſę uitæ, è medioq; ſummotæ Ægypti & Babylonis. ac tametſi in primis palmarium eſt, in tempeſtate, in trepidatione, in fluctuatione uehementi & iactatione, gubernacula minimè manu mentis miſiſſe rationisq;: quibus tamen oram legere placidam procliue eſt, nec alto ſe committere, interimq; nihilo intempeſtiuius ad deſtinatum portum uenire: ijs utiq; conditio rei nauticæ felicior eſt, tranquilliorq; multo & conſultior. Huiuſmodi autem uita eſt eorum, qui cùm poſſent in hominum frequentia, & conuentibus celeberrimis, & uelut in triuijs uitæ ſpecimen ſui edere, ſuarumq; facultatum id tamen meditata ratione, conſtantiq; animo repudiarunt, nec multitudini mortalium innoteſcere gerendorum honorum induſtria & ſolertia, aut aliàs concupiuerunt. Quam ob cauſam contemplatrix uita, & mortis obeundæ commentatrix, rerum ſempiternarum ſtudioſa & admiratrix, non ab re ut peregrinantis animi uia, immunis in primis & libera, à ſapientiſſimis mortalium uehementer concupita eſt: quibusq; eam ſuſcipere contigit, aliquandiuq; guſtare, ab ijs eſt ferè ipſa ad extremum retenta. Nam quibus ſic uitam degere licet & cordi eſt: præterquam quòd compendium magnum curatum, angorum, conflictationum, ægritudinum multarum & acerbarum faciunt: in mundo quoq; ipſi, atq; in mari ita uerſantur inundantis urbes multitudinis & æſtuantis, ut tamen in ſtatione & receſſu ſe contineant, ab externis tecti ſecuriq; tempeſtatibus, undarumq; iactatione. Quod tamē & ipſum rurſus non uſquequaq; perpetuum eſt, ne hoc genus uitæ ut unum & eximium, uindicare uelle uideamur ab omni uel noxa, uel offenſione memorabili. impingitur enim nonnunquam, & inter oram legendum, atq; etiam proxime portum. adeò nihil nec ſemper nec cuiuis, nec undiq; tutum eſt, noxæq; Stygię ſacroſanctum, quæ nuſquam non inſinuat. Veruntamen in receſſu, à conflictantisq; turbæ ac ſeſe collidentis receſſu, animus hominis ſtudioſi, ſæpius, placidius, & plenius feriatus eſt commentationi philoſophiæ. & hæc eſt diſciplina unica, quæ ad uitam nos uiamq; theoricam repetendam condocefacit & inſtituit: è qua uia quondam deceſſit miſera mortalitas, per hallucinationem & inſipientiam. Ac complures quidem homines ingenioſi in umbraculo ſpeculatricis & piæ uitæ, cùm ad eam meditationem conſtanter incubuiſſent, interim apud mortales obſcuri & inglorij, uicto demum illo dirarum tenebrarum principe, mundiq; eius præſtigiatore, cœlum ipſi ouantes ingreſſi ſunt ad extremum, ingenti cum plauſu theatri ſupernatis, uiſendi & ſempiterni. Tātum autem uitium fuit humanæ rationi oblatum in primordijs rerum, ab illo importuno, obſcœno, atq; inauſpicato animarum uitiatore, ut quamuis abluta noxia in purifica immerſione & animorum ſmectica, tamen inuſta mulcta caducæ conditionis, animæ ſemper hæreat ſtigma, ut ita dicam, diuinæ iuſtitiæ. Ita quòd ſupplicio Seruatoris factum eſt, animæ ut humanæ conditio, quæ ab illo primordiali caſu, tot ætatib. iacuit ut proſtrata, per fidem ipſa ſacratiſſimaq; initia Chriſtianiſmi, quæ ſupplicium illud Chriſti mirificum peperit, in gradum ſalutis atq; immortalitatis beatiſſimæ repoſita ſit, ab Orciq; mancipio, & nexu diræ noxæ, uindicata in arbitrium ſui: id ſecuritatem homini ſupinam minimè præſtare debet, ſed Dei timorem addere ſummum potius, atq; uigilantiam. & porrò tantæ rei diuinitus adminiſtratæ animaduerſionē intendere. aſſiduā, perennem, & ſolicitā. Neq; enim humana ratio, ut ſpiritus ſacroſancti beneficio in ſmegmate initiali, tyrannidi ſupradictæ exempta eſt: ita ſuis quoq; protinus legib. reddita eſt:

D

neq;

neq; uulnere perpurgato, ad integritatem etiam mortalitas redire obducta cicatrice
A potuit. Nec uerò eadem conditione ut quondam ante noxiam admissam primordia
lem, nec optimo, ut tunc, iure tranquillitatis, animum suum possidet: quia immuni-
tas unà quoq; non redhibita ab inexpiabili bello fuit, uel externo uel intestino. Pro-
inde meminisse etiam etiamq; oportet, ita nos in libertatem à Domino nostro, eo-
demq; uindice, assertos esse, ut libertini tamen generis adhuc simus, non ingenui:
quippe quorum olim maiores ob noxam dati fuerint. peccandi uerò condirione, ca
sitandiq;, & porrò præcipitem in locum ruendi, sic imbutos permansisse: pedeten-
tim ut ingredi per uiam eodem ab ipso Domino duceq; præmonstratam, magnaq;
cum religione debeamus, & cautione. Ita & philotheoriæ studium, & uita ipsa ho-
minum qui philotheori sunt, potius quàm philosophi, nihil est aliud quàm resipiscen
tia iam dicta, cum admiratione ac speculatione theurgiæ, sanè Dædalæ & mitificæ:
partim ante Christi aduentum editæ, partim ab eo iam ipso, Deo pariter & homine
nato, administratæ, ad humanum genus tandem immortalitate, beatitate, atq; diui-
nitate donandum. Superi immortales, quodnam studium hoc dignius? quod am-
plius esse potest? quæ uerò commentatio augustior excogitari, in quam incumbere
toto pectore mortales ingeniosissimi, tota mente, omnium animi facultatum inten-
tione, neruorum deniq; cunctorum intellectus contentione, aut debeant aut pos-
sint? deniq; in qua Homericam uim ingenij ac uerborum amplitudinem, poetæ he-
roici: cothurnum altissimum, tragici: magnitudinem sententiarum, maiestatem disse
rendi, expatiantem amplissimamq; facundiam philosophi Academici, si ita uisum
esset prouidentiæ, debuerint & potuerint exhauriendam ducere? Quid autem si nec
amœnior ulla, nec suauior inuenitur experiundo, nec uerò salubrior? Et sapientis
quidem uitam, commentationem esse mortis priscorum probatissimi philosopho-
rum, ratione nescio qua suspicati sint, nisi quòd sic natura constitutum est: is est ueri-
tatis & sapientiæ genius, ut apud eos quoq; plerunq; sese probet, olimq; probauerit,
quibus eadem ipsa uel ueritas uel sapientia, cognita nunquam fuit. Philosophiam au
B tem euangelicam, axiomaticam ego appellare institui, propter conditoris ipsius au-
toritatem, qui parens est ueritatis primæ atq; sapientiæ. Quem etiam appellandum
posthac censeo Ipsum, id est αὐτὸς, non translatirio ab antiquitate nomine, sed suo u-
nius & proprio: ita ut Ipsum id est αὐτὸς, unum & absolutum subiectum intelligamus,
eximia natura ac dignitate notum. Qui non unus modò Ipse, id est Deus dominusq;
absolutè uocari, ut infrà, suprà, nusquamq; non imperitans suo iure, sed etiam Pytha-
goras debet, utpote cuius sermo mirabilis, Pithûs acie mucroneq; exacutus sit: qui
cordis, qui cotis, qui deniq; lapidis ac silicis duritiam penetret, cùm in aures insinua-
uit diuinitus perpurgatas atq; perterebratas. Nam quòd huius ætatis corda ipso gla-
dio sic acuto penetrari, eorumq; cupiditates circumcidi non possunt, in causa est uti-
que ira Dei culpa nostra concitata: non acies uerbi eius hebetata, quę semper eadem
est. Deus autem non paulò offensior est & iratior flagranti & uæsanæ cupiditati no-
stræ, cuius ingluuiem auentem nihil implere potest: simul ętatis nostrę iniquitas, quę
ad summum penè euasit, multifariam uaria, efficit, uaginam ut tantum uerbi Dei tra-
ctare assuescamus, non ut latentem intus gladium animaduertere & admirari. Nam
historiam tantùm euangelicam, & theurgiæ Christi cõtextum recitantes aut audien
tes, illicet acquiescimus: nec quid ijs significetur, quid nobis denuncietur, quò perti-
neant quæ lecta sunt & decantata, recordari curamus & contendimus. Quare uerbũ
ipsum tametsi suapte ui animatũ, animansq; uehementer intermortuos homines, ta-
mẽ uelut inanime atq; hebes aurib. deuoramus stupidis ac torpentibus: nullũq; acu-
leum persuasionis fixæ, nullos feruentis charitatis igniculos, aut certè exiles illos se-
miq; sopitos retinentibus, nec ad pręcordia porrò eosdem transmittentibus. Verùm
philosophiæ euangelicæ, quæ ab elementis ad summa theoremata, serie conserta est
axiomatum (quanq; eorum multa fermè sunt paradoxa, ut dictũ est, & antidoxa cõ-
muni hominũ prudentiæ) quãtus sit usus studiosissimis salubris sciẽtiæ, hinc intelligi
potest. prudẽtissimi enim atq; sapiẽtissimi iudicio mortaliũ existimati, si ad normam
illam diuinã æstimentur, id est si ad ueritatis summę libram eorũ sapientia pendatur,
Anticyræ

Anticyræ annona egere protinus uidebuntur. Et prudentia quidē ista humana, cùm nasturtio (ut ita dicam) sanctæ philosophiæ ac sanctificæ, cumq; contemplationis epulis animum suum alere uegetareq; deberet in uia discriminum plenissima: mādragora interim & papauere uescitur in rerum æternarum disciplina consectanda. Vnde fit, ut Mercurius ille Stygius, lethæis escis mortales inescatos, errorum etiam exitialium cinno inebriatos, insuper uirga aurea argenteaq; consopiat, in cubili luxus supinos, salutisq; incuriæ, ac spei uitæ longæ: inde uerò ut sæpissime in lacum illum nequicquam nobis decantatum detrahat, diuitum, inopum, senum, iuuenum, infantium, stultorum ac prudentium, imperitorū iuxtà doctorumq; colluuione plenum, nec unquam redundantem. Nam (proh suprema prouidentia) quid de ijs sperādum est (quæ multo maxima pars est hominum) qui non antè ad Deum apostrophen faciunt, eamq; consternabilem: quàm ad extremam catastrophen uitæ uentum est, uel fabulæ potius & imaginis uitæ? Quumq; in theatro uitæ ordines sint distincti, togati & prætextati, infulati & paludati, apicibus honorum quidam homines insignibusq; magistratuum conspicui, quidam diadematico gestamine eximij, quidam tiara augusti, quidam purpura sacrosancti, alij sub alijs uelamentis honori & uenerationi habiti, & simul loca cuiq; ordini atq; homini attributa iure gentium & ciuili atq; pontificio: illic tamen omnes eodem iure sunt, eadem conditione. nec ut uectorum nunc discrimina sunt in uniuersa ecclesiarum naui, sic miserorū delectus erit tunc in lacu custodiarum Orci. Ad id igitur, quò omnia uitæ humanæ consilia referri debent adipiscendum, quod finem & extremum prisca uocauit philosophia, non magnopere refert, quali quantáue nauicula, quamq; splendidè aut ieiunè instructa, unusquisq; animus humanus uectus sit. Id demum autem refert, quàm opportunè, & hospitali tempore, quàm gratiosè ad portum peruenerit finemq; nauigandi: è quo portu fineq;, ad finem illum optandum expetendumq; peruenitur. Quantum est autem hominē studiosum, in theoriæ contubernio, alioquin etiam suaui & amœno, cogitatione anteca pere certa, stabili, fixa, denicq; in rem propè præsentem animum ipsum sistente, qui status hominis post mortem futurus sit, si in Iesum ipsum Christum, eiusq; pollicitationes, si in sinum Abrahæ omneis suas spes contulerit & direxerit? si uniuersum animi censum facultatesq;, suo cum omni thesauro, cum uniuersis opibus, in gremium charitatis Christi coniecerit & effuderit? Nullum enim castellum, nullum conditorium, nulla arx munita, nullum præsidium tam firmum, tam fidele horum custodiæ esse potest, quàm fanum Dei Christianissimi, excubijs septum atq; peruigilijs philosophiæ, omnium dierum atq; horarum. Mors est enim homini sic extrema, ut dictum est, æternaq; bona fide cōmentato, eruptio è carcere, exilij terminus, ærumnosæ peregrinitatis clausula, ad portum exoptatum appulsus: postremò premētis oneris prægrauisq; excussio, fictilis & putris corporis abiectio. Tum demum autem eques securus, ex equo descendit natura consternabili, interdumq; lymphato, interdum furijs iracūdiæ, œstro sæpenumero Veneris incitato. Tunc miles fidelis, paucis licet stipendijs, ut sæpe euenit, confectis: tamen ut emeritus militia dura mittitur. Tunc etiā seruituti corporis naturæ lege addictus, eiusq; obsequijs quasi ob noxā datus animus, morte ueluti uindice, nexu permolesto, urenteq; mortales bonæ spei, soluitur, quasiq; manumittitur. Ibi iam discriminum finis, immunitas fortunæ temeritatis. Ibi curarum anxietatumq; depositio in sempiternum. iam ægrotationum, dolorum, timorum, ægritudinum, æterna uacuitas. Ibidem caliginis & tenebrarum exitus: in patriam uerò atque in lucem progressus atq; aditus. Inde demum natura humana ueram & iustam ui tam beatamq; auspicatur. Tunc primū semetipsum animus nosse incipit, esseq; quod nunquam desiturus est. Is deniq; sperandi finis, quando spem atq; expectationem ge stienteis, rata, fixa, æternaq; adeptio summi boni excipit. tumq; demum pro usu & fructu, propria possessio & hæreditas beatissima cedit: pro incolatu ciuitas: pro opinione ac fide comprehensio & scientia: pro ludibrijs sensuum, rerum uisendarū conspectus, perceptio & fructus: ueritas expressa & eminens pro adumbrata: tranquillitas pro tempestate: quies pro inquiete uita: post sensuū uicissitudinē, post affectuum uarietatē, perpetua mētis æquabilisq; constātia, & fiducia, cōpertaq; possessio ueritatis

atq;

A atque sapientiæ, quæ epulæ sunt animi suauissimæ. Iam uerò post uniuersi solutionem, post interitum spaciorum atque intercapedinum temporis, rediuiua corporis animique societas: pro tempore perpetuitas: pro instanti, prætereunti, uenturoque, non alia iam atque alia præsentis & futuri excipiens instantia. cæterùm præsentis ac proprij summi boni perpetuus tenor, simul præteriti desiderio uacans, simul expectatione futuri non suspensa, in corporis (quod miremur) animique consensu plenissimo. Postremò pro amphitheatro, infinitum diuinitate plenum: pro spectaculo scena Mosis aperta, uisenda & spectabilis. Simul ipsa iam uera lucidaque theoria, umbratilem hanc nostram sequitur & imaginariam. denique (ut omnia uno uerbo complectar) mortem & miseriam excipit beatitudinis & immortalitatis summa. Ευεστὼ καὶ εὐεστώ; quæ Latinum nomen non habent, pro ea quæ in terra ὑζωία falsò dicitur, quæque tanquam finis & extremum bonorum est communi prudentiæ, sed fluxum & euanidum. Hæc tot, tantaque in expectatione posita sunt emeritorum stipendiorum Christianismi, quæ cœlo delapsus euangelus antea inaudita, pro testimonio palàm, pro concione sæpe, pro imperio, pro potestate, pro numine, pro æde, pro templo summi Dei pronunciauit: idque conceptis uerbis in asseuerationem, oraculi fide multum augustiorē. Obaudientibus autem (me miserū qui hæc scribo) aliudque, ut dicitur, agentibus, omnia prædixit atque interminatus est contraria, ac per diametrum, ut aiunt, opposita. Vt enim illi lætitijs lætabuntur omnibus, ijsdemque sempiternis: sic hi uiceuersa mœstitijs mœrebunt, numeris omnibus æternitatis & miseriæ coagmentatis. At nos utraque (ô perditas cæcæ uitæ, ò deploratas rationes) susque deque facimus: ut quidem inferbuerunt studia ciuilia, ad bona ista fluxa, temeraria, caducaque cōsectanda: in fide quidem ipsa fortunæ fallacis ac circunscriptricis hominum, non in Christi Seruatoris posita pronūciatoris tum ueracissimi, tum locupletissimi. Hìc quid agat recta philosophia, germanaque ratione instituta, quid, inquam, agat theosophia cum sensu cōmuni, cum prudentia urbana & ciuili? Quid cum aularum incola sapientia? Illa, summi boni spem, æternitatis expectationem, Critolai libra: hæ Aristippi pendunt trutina. Illa ad infini-

B tum bonum consiliorum suorum summam actionumque refert: hæ mortalium domicilio omnia circumscribunt, ut quidem præ se ferunt apertissimè. denique his anima cum palato, illi spiritus tantùm sapit, cætera stupentibus longè propria sunt. Illa eadem uitam secularem, tanque lustrale quoddam munus necessitatis esse censet, corpori seruientis ad animæ tuēdum diuersorium, citò emigraturæ: hæ usum uitæ habitationemque precariam, æternitatis instar habent: peregrinitatisque uiatico, quasi summo bono incubant, & perpetuo. Illa interim Ambrosia & nectare alumnos suos alit: hæ fœno & stipulis, & inanibus quisquilijs animos pascunt hominum ut iumentorum, siti semper aridos. Verùm quod dicere institueram, sapientis uitam antiqui philosophi, admirandam summopere, æmulandamque icciτco censuerunt, quòd in ea demum uirtutum omnium summam usumque esse posse dicerent & contenderēt. Sapientem enim unum per prudentiam mundum hunc, & omnia quæ mundi sunt, præ rerum diuinarum sciētia atque speculatione, despicienda ducere & aspernanda: quibus in rebus ipsi animi contentionem ingenijque, omnem & uniuersam, figendam esse cēsebant. Illum etiam per temperantiam rebus omnibus abstinere, quibus corporis curandi ratio uacare potest non incōmodè. per fortitudinem non terreri metu mortis, non doloris, non rerum aduersarum, ut qui mentem habeat abstractam à cōmercio sensuum, in editoque sitam. Atqui ijsdem ex rebus iustitia conflatur, omneis ipsa numeros cōplexa innocentiæ. Huiusmodi autem fuit (ut quidem ipse reor) eorum uirtus, quos scriptura, summa autoritate prædita, iustos esse uiros elogio suo testata est, quasi ad libellam æquos, & ad perpēdiculū rectos. Hos porrò treis philosophiæ quasi cardines, sequitur ipsa tanque agmen colligens uirtutū, sapientia, cuius gētilis est ille sapiens, quo de nunc antiquorū è sententia loquimur: in ueritatis illa perspicientia cōtemplationeque summi boni uehementer occupata. Hìc enimuero felicis & beatæ sortis mortalium, parum mihi prudentes cōsultique homines quidā uisi sunt, qui uel è statione uitę compositæ, è medioque reductæ, uel ipso è portu senectutis iam emeritæ, rursus in æstū muneram ciuilium, uel in ambitus iactationē aut urbici aut atriorū, sciētes prudentesque

referun-

referuntur. Nam quibus id inuitis & gementibus euenit (quod solēne est & fuit sem per plurimis eorum, causari uel impudentissimè, quibusdam etiam adiurare sanctissi mè) sed quibus id contingit minimè affectantibus, ijs equidem censeo magnopere esse condolescendum: & uerò tanquam pro ærumnosis, calamitosoq; quodam casu oppressis, precationes frequentandas esse, obsecrationesq; supplices. Quē enim eorum non misereat, qui quidem inire cupiat gratiam ab ipso legislatore, qui legem tulit ac sanxit germanæ charitatis & misericordię? Verum enimuero nequaquam ego tantum theoricæ philosophiæ, ac uerè proprieq; sapientiæ studiosę, tribuendum censuerim, quanquam doctrinarum principi, ne heroicæ quidem (propè dixerim) uitæ discipulorum eius, quantum prisca mendosaq; philosophia suo sapienti tribuisse dicitur, omnes ut sensuum motus sapiens in potestate habere existimetur: sibimet ut ipse omnium instar esse, secum uno ineundam rationem habere ad beatitudinem adipiscendam: deniq; omnia ut semetipso longè inferiora ducere nō dubitet. Vaniloquentiæ certè sunt ista placita à porticu nomen habētis, indignæ sanè uel nomine ipso philosophię, quod sibi uni quōdam ipsa uindicasse dicitur. Hæc illa est autem magistra, quæ sui sapientis alumniq; ideam commentitiam in cœlum celebrādo sustulit: in numerumq; formarum beatarum propemodum adoptauit, ut humano maiorem fastigio. At philosophia hæc sacra, axiomatica fide cœlestiq; elogio subnixa, non ab hominum illa quidem inuentis, non à demonstrationum lineamentis, cæterùm à numine cœlesti ius atq; autoritatem habens, cuiq; theurgia mirifica pro argumento apodeictico diuinitatis fuit: unum sapientē suo iure nouit. Ipsum (ut Pythagoristæ quondam loquebantur) unum iustum, unum absolutum bonū: unum, inquam, Ipsum nouit, qui Ipse omnes uirtutis numeros suopte ingenio, suapte natura cōplectitur: quique statim Ipsius appellatione, ut propria, ut peculiari, ut absoluta, ut omnes numeros significationis complexa, notus est: unicū exemplar ipsum uirtutis, ueritatis, atq; sapientiæ, ad quod formas ipsas uirtutum primarias & exemplares effingi atq; exprimi oporteret, si quidē exprimi possent. Sub ipsius enim nomine fulta à semetipsa autoritas, augusta maiestas, sacrosancta ueri fides, ipsa suo numine nixa, fixa, firmissima, omne externum respuens indicium & argumentum, intelligitur, significatur, & exprimitur. Quanquam si argumentorum & demonstrationis res esset, typorū cum ectypis compositio, indiscretaq; similitudo signorum cum significatis, symbolorum cum rebus repræsentatis, prædictionum cum euentis, conuenientissima comparatio, ad unguemq; exacta commissio respondens, omnem inficiationis ansam præcidēs: haud dubiam uim haberent grammicarū apodeixeon, ut mathematici uocant. Mihi autem fides certa & consignata summæ Christianismi, sic in scriptura condita uidetur esse, tum diuinitus edita, tum per manus ipsas Dei, eiusq; legatorum tradita & hypodidascalorum, ut ignis à natura in silice inclusus est, aut in alio quouis igniario. Vt enim corpora igniaria mortalibus data sunt ab initio, non ut ignauissimo cuiq; atq; inertissimo, ignis, usus, rei maximè ad uitam necessariæ, in promptu & ad manū, nullo labore, & sine inquisitione esset, sed ut uarias usus meditando extunderet artes: sic rerum æternarum, & ueritatis ab ipso prodite Dei filio, autoritas, æstimatio, firmitas, demonstratio: summi deniq; boni, omnibusq; numeris cumulati maiestas, atq; eiusdem indicatio, si liceri institerimus iusta contentione, in monumentis historiæ theurgicæ nobis proposita sunt, ab orbe statim condito res gestas prouidētię commemorantis. Atqui huiuscemodi sapientiæ doctrina, in scriptura, quasi in lapide, in silice, in re dura, interdumq; menti refractaria, cœlitus hominum generi iccirco prodita est, ut silicis uenis abstrusum excuderet ignem. atterere enim intellectum scripturæ, & affricare ualidè & assiduè opus est, fomitemq; bonæ mentis, atq; orthodoxiæ hærentis, promptum & paratum habere, ad scintillas luminis excipiēdas accuratè, & inrentè, atq; religiosè. Verùm id plerunq; ita segniter & oscitanter facimus, inde emicantes ut igniculi, in fomite sensim emoriantur, ut futuli & inutili. Profectò id mirum est, certumq; adeò stuporis hominum indicium: quòd cùm sapientiæ sacrarium in medio situm sit, omnibusq; sic expositum, ut cuiq; bona fide pulsanti aperiatur: homines tamen permulti cùm literarum studiosi, tum uerò philosophiæ nominis studijq; cupidissimi

dissimi, cognoscere germanam ueritatem non magnopere contendant, quæ intus non dubiè clausa est: cum eaq; cognita familiarius indies consuescere negligunt, tractare etiam & osculari, consertisq; digitis retinere & amplexari. Nisi uerò siquid pulchrius sapientia cœlesti, si iucundius, si suauius quicquam animis esse potest, si benignius morigerum, ac sese liberalius indulgens amantibus, secundo quidem numine salutis, philosophiæ studium capessentibus. Quantum porrò numen, quàm mirificum genium ueritatis habuisse, Christianismi promulgationem olim existimare debemus, quæ polytheiam uetustissimam abrogare per orbem terrarum potuerit? quæ omnia fana oraculaq; deorum exaugurare? quæ iura gentium, quæ cognationum, quæ gentilitatum delere? quæ naturæ commendationis uim, quæ mortem iuxtà uitamq; pro nihilo esse ducendas, persuadere? Sed scilicet ut Christus è cœlo euangelus, sapientiæ promulgator fuerat: ita Orci emissarius, ex Erebo obnunciator, atq; ipsi germanæ sapientiæ & ueritati oppositus anteuãgelus, auspicia diremit sensim & obturbauit inualescentis philosophiæ, contemplatricis æternitatis, de cœloq; seruantis. cuius solertia factum est, dira atq; animabus exitiali, ut mundus qui tanquam ludus esse debebat scholasticus, animantium ratione præditorum, diuersorumq; mortalium ad Dei cognitionem conditorum: conciliabulum factum sit errorum & uanitatum, è cœlo in terram studium hominũ detrahentium. Verùm (ut eò reuertamur) philosophia prisca, alumnaq; Hellenismi, insolentissimè uerba mortalibus dederat, inane ac ridiculum simulachrum commenta isothei cuiusdam sapientis, ut Homericum uerbum usurpem. qui uir iudicio eius sapiens, numerosq; omnes exquisitæ rationis assecutus, uitæ suæ tenorem inoffensa serie catorthomatum contexeret, rectorumq; officiorum: sicq; nunquam peccator, nunquam non inculpatus, uitam ageret. id quod uni tantùm contigit Ipsi, quem sapientiæ autorem, uirtutũ consummatarum parentem ac conditorem esse nouimus, uitiorumq; deletorem. Quòd si quibus ab eodem Ipso datum est singulari indulgentia, ut sensuum petulantiam, ut motus animi præcipites & abruptos, aut dementes & inconsultos, in potestate, quasiq; uinculis uinctos haberent Domini deiq; reuerentiæ: non minoris id donum utiq; æstimandum est, quàm illud commentitium Æoli regis deiq; poetici, qui uentorum sic potens esse dictus est, omneis ut eos in utrem quasi in carcerem compactos, Vlyxi nauigaturo dederit, ut est apud eundem Homerum: unumq; tantùm uentum a puppi flantem uinculis illis exemerit, in patriam ferentem, cuius incredibili tenebatur Vlyxes desiderio. Immunitas est hæc singularis omnino & eximia, rarissimiq; exempli. quod olim prouidentia in diua eiusdem Ipsius parente Dei atq; hominis, non modò à partu salutis integra atq; intacta, sed etiam à næui natalitij conditione immuni, ut credimus: atq; in una fortasse præterea, aut in altera anima, aliquando usurpauit. Certè Paulo suo Dominus, cùm mancipio nouitio & gratissimo, tum uerò fictili lectissimo, iterum id & tertium pernegauit, poscenti & flagitanti angentis molestiæ uacationem, idq; post rerum cœlestium inspectionem negauit, ne intellectui quidem humano, nedum oculis cedentium. gratiamq; tantùm tutelarem ei dedit, muneris pernegati succidaneam, digitum transuersum, ut aiunt, ab eo non discedentem. Ita fert autem humanæ conditio infirmitatis, & ratiocinatio hallucinatrix, tranquillo, ut interdum etiam in portu ut impingamus. quippe cùm nusquam non, nunquamq; non, tempestatem intus Æolus cieat, non Hippotades ille Homericus, sed tartarides. Huic enim Æoli nomen à mobilitate mirabili, & uersutia sanè quàm uersatili, conuenit. Tametsi tum maximè Vlyxi stoliditas sociorum suorum, animoq; sensuũ proteruitas, esse debet formidolosa, Subdola cùm ridet placidi pellacia ponti, ut inquit Lucretius. Improuisò enim nonnunquam tempestas fœda ac procellosa cietur, eoq; nocentior est, quo minus erat suspecta. Nam quæ tempestas, quis prester, quis turbo ignitus in aere, torrentior est aut atrocior, quàm bilis in homine, cùm repente efferbuit? At uerò ægritudo animi ori obducit tetra nubila tristitiæ, uultuosos homines efficiens. Excandescentia cœlum & terras, rationem & appetitum brutum miscens, toruè intuetur & minaciter, ex oculisq; eiaculatur fulgetra terribilia atq; coruscãtia, toto cum ardentis ab ore scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis. Qui etiam si

ipse in felle amarulento, quasi in nube procellosa collectus, ad uindictæ præcipitis fulmina exarserit: impetu iam inde cæco amentiáque furens, per omne fas, nefas, ius, iniuriamque fertur, calcata atque obtrita iuris humani diuiníque reuerentia. Ecce tibi opposita è parte lætitia gestiens, quæ aliquem ob successum, immodicam sæpe affert oris intempestiuamque serenitatem. Siquidem & frontem indecorè diffundit & exporrigit, intusque liquefacit animum fluxa ac dissoluta affectione. Iam uerò spes non dubia, iam deplorata expectatio, in eodem pectore alternantes, faciem hominis ad lętitiam ambiguam ac tristitiam, quasi habitum cœli incerti reddunt & ancipitis. Hæc cùm naturæ sponte in minore mundo fiunt, innatisque in homine uitiorum fomitibus, perinde ut in mundo maiore cœloque crassiore existit sæpe intemperies: tum furiæ illę infernæ, temerarijs è causis nocendi materiam nactæ, in mente composita nonnunque, nihilque tale suspicante, uarios cient turbines, ab ijsque periculum capitale creant animæ: nisi ad sacræ philosophiæ præsidia, tanquam ad Asylum certissimum, is qui tumultu cæco oppressus est, perfugium sibi comparauerit. Verùm ut aliptæ exercendis corporibus utiles sunt & appositi: sic animis exercendis sollicitationes illæ mentium compositarum, sæpe sunt non incommodissimæ. Nam absque infestis earum crebrisque incessionibus esset, multi supina quiete somniculosaque gaudentes: nec opinato opprimerentur tumultu, ab illo Vigilum Cimmeriorum præfecto, qui ab eo Græcum nomen inuênit, quòd delationes rerum capitalium apud Deum faciiter. Is cùm optimo cuique atque cordatissimo negocium exhibere cæcum, intestinum & perpetuum gaudeat: ex cordibus tamen ferè eiusmodi molestiæ fœneratur immunitatem. in qua immunitate incauti mortales securique, acquiescentes, rerum repentè capitalium rei ab eo facti, apud Deum clementem simul ac seuerum iudicem, damnatique, subinde permittuntur lorarijs imminentibus, in horrendam illam sedem pœnarum miseri furiarumque deportandi, semel atque in sempiternum. Hoc cùm ab ipso, cuius nullum uerbum non ratum est futurum, cùm à Deo, cùm ab ipsa ueritate denique præditum sit, palàm etiam atque pro concione, pro sententia, pro potestate dictatoria semel pronunciatum: trino insuper nundino (ut ita dicam) promulgatum: uerùm cùm hoc nihil testatius, nihil consignatius esse possit: & uerò cùm in actis adhuc Seruatoris perscriptum, in tabulis perpetuis proscriptum sit & expositum: ecquid causæ est tandem, quin mundus ab eodem Ipso sæpe contumeliosè dictus, qui & sensus & prudentia communis à nobis appellatur, tametsi animans permultorum sit capitum, nec aureis tamen ipse habere, nec oculos uideatur? ne sensum quidem ullum non stupidum, non torpentem, non emortuum, ad res dignoscendas animæ commodissimas, eidemque nocentissimas? Ecquid (inquam) causæ est, quin nostrum unusquisque qui communi sensu regimur, nec secum ipse religiosè, nec cum propinquis, necessitudineque initiali coniunctis, candidè, nec cum ipsa sapientia: cum Deoque non impiè, non irreuerenter agere manifestò compertus sit: nec tamen ob id atrox præconium cœleste perhorrescere? Hactenus certè iustitia ualet hodierno tempore, ut quæ sunt Cæsaris Cæsari, non item quæ Dei sunt, Deo reddat. Huiusmodi sunt pręstigiæ emissariorum mundi principis: sic mortales fallunt Sirenum blandimenta, quas multi fugitantes (ut iam diximus) dederunt se solitariæ philosophiæ. Ardua est enim & impeditissima umbratilis illa palæstra, cùm ciuilis uitæ theatro coniuncta est aut finitima. Ex Ægypto igitur excedendum, è Babylone erumpendum: & ut rem diuinam tranquillius Domino attentiusque faciamus, unius diei saltem iter abeundum est, atque etiam plusculum, si interesse animæ salutisque uisum fuerit. Id quod ægrè, & respectantes identidem, auersisque propemodum uestigijs faciunt, qui arctiorum necessitudinum nodis, aut commerciorum nexis, cum ipsa Ægypto coniuncti sunt. Nam honoris compedes, & uincula ambitus atque cupiditatis, tum siqua sunt alia argentea atque aurea retinacula, nec abrûpere iam ualet, nec soluere philosophia. Aurea uerò huic similis (si credimus) & argentea erat scilicet illa uita, quæ à poetis decantata est, admirationique habita: aureusque hanc uitam in terris Saturnus agebat. Mihi autem qui totos se in ambitus ærumnas dedunt, quasi Empedoclidæ quidam uidentur esse, qui aut gloriæ inanis aut pecuniæ quærendæ desiderio, in craterem Ætnæ similem se

coniiciunt

A conijciunt, ut ad mortem usque ardeant. nam ut inde in Phlegetontem ipsum sidant, ominari uereor. Certè quidem qui è compositis & explicatis uitæ rationibus, ad gestientem illam cupiditatem omnes animi facultates effundunt, qui omni contentione incumbunt ad patrimonium suum aliorumque nonnunquam coaceruandum, aut qui ad fastigium attollendum laris sui familiaris: non absimiles ipsi sunt eorum quondam curiosorum hominum, qui ad oraculum Trophonij, antrumque teterrimum, descendere sustinebant nulla digna de causa. Placentulas enim crustulaque mellita secum ferentes, ijsque sperantes repulsa mulsum ire, quæ introeuntibus occurrebant ob uiam: capitalem in fraudem sese conijcere non prouidebant, animo, in antrum introrsè dantes sinuosum & cauernosum: quo ex antro eodem exitu adituque uti, homini contigit antè nemini, ut autor est Philostratus. Atqui hos præposteram uitæ rationem sequi, atque etiam peruersam nemo non intelligit, qui quidem peritus sit, pauloque accuratius eorum subducere rationem instituerit. Etenim nec nauatæ industriæ rebus illis, nec impensi temporis, nec contritæ ætatis, nec ærumnarum interim exhaustarum rationem ipsis constare facilè deprehenderit. Fortuna enim ut choragus imperitus, temerè induit unicuique in proscenium prodeunti, personam nec habilem ipsi sæpissime nec utilem. & ut fictrix sit hominum ipsa, ut Prometheus fuisse dicitur, non tamen formatrix est etiam eorum, ut est philosophiæ genius. Adde quòd interim Christianismi stipendia non procedunt, ijs qui castris Hellenismi, qui præputio (ut sic dicam) cupiditatis, nimiopere autorati sunt. Sed enim legis euangelæ duo prima capita & præcipua, moribus propè antiquata sunt ordinum primariorum. Multúmque in uniuersum per (inquam multum) secula iam decoxerunt Christianismo, tum fidei bonæ, tum spei, tum charitatis. Proh diui immortales, iudicium nostrum hebetissimum, imò uerò prudentiæ iudicium, non iam communis, sed prætextatæ, sed purpuratæ ac trabeatæ, principibusque personis insignitæ & conspicuæ. Nanque si caliginem humani iudicij tanti ista bona licentis, tute dempseris aliquantisper: quod philosophia facit in æuum: fortunata utique ista conditio uitæ & amplissima, quæ splendo-
B re suo oculos nostros præstringit, ut futilis & aspernanda continuò iacebit. Ad eundemque fermè modum fulgor ille fortunatæ uitæ conciderit, ut adamas fuligine sublita micans, carbunculusque in funda flagrans bratteola substrata, gemmeo decore & fulgetro exuuntur, ab illo si atrum, ab hoc si purpureum substramen exemeris: sicque demum fucum factum oculis miraberis. Quin & colossicos illos homines, capite (ut sic dicam) minutos inuenies, si quidem ad uiuum usque specillum philosophiæ demiseris, ad explorandum fortunatæ uitæ, fascibus istis succinctæ, uitium & miseriam. Quippe ut cognationis iura gentilitatisque retineant, & ciuitatem tamen & libertatem amittunt, qui Sisyphium saxum magno cum sudore subuoluũt, interdumque horrore. assiduos enim eos & peruigiles antistites esse fortis fortunatricis necesse est: si uicissim ipsi assiduos comites habere flamines suos cupiunt, qui suo stipatu spectandos homines æmulandosque faciunt. His adde quòd duabus illi rebus mulctati sunt, quas Democritus sola esse, aut summa bona putabat, εὐθυμία & ἀταραξία. quo apparere potest quanto cum dispendio ocium honestum & compositum, negocio permutetur interdum, lauto quidem illo in speciem & splendido, sed tamen reuera futili & uitreo. Testor hîc, ut alibi sæpe feci, hoc acroama theatricum non esse, sed Academiæ potius aut Peripati abstrusi. Verùm si degenerem istam rationem, qua uita in medio posita, ciuilis, urbana, aulicaque reguntur, philosophia semel è mente hominis absterserit, rectæque rationi & quasi natalitiæ hominem ipsum restituerit: ilicet prudentia communis uerterit in stultitiam. Alioquin autem ut mores iam ad rationem peruersam incubuerunt, nullo thure litabis, hæreat in stultis breuis ut semuncia recti. Iam uerò animaduertere nos oportet, quòd ut tentationes sunt permultæ ęgrotationum in corpore: sic tẽtationes furiarum in homine interiore, plurimæ illæ quidem & perennes, sed cęcæ & abditæ, nec ab arteriæ micatu æstimabiles. quales sunt uoluptatis incessentis ac titillantis affectiones, auaritię atque cupiditatis stimuli, & cuiuscunque permotionis procacis & petulantis. Incessit igitur mortalibus aut uoluptaria, aut alia æque improba proteruaque cupiditas: meminerint philosophiæ alumni specimen sui

t 2 dandum

dandum esse oculis Dei spectatoris atq; superûm, sub pręsidioq; Domini tantùm: norint se, ac sibi persuadeāt dimicaturos citra noxam memorabilem. & quidem quamuis aliquandiu athleta dominicus certamen experiatur durum atq; acerbum, lætabitur tamen deinde, sibiq; gratulabitur, quòd ea ærumna exercitatior factus sit. Cùm autem alia alijs grauiora sunt certamina, tum uerò rerum uehementer aduersarum colluctatio cum æquitate animi, dolorisq; urentis commissio cum pertolerantia, fœdum sæpe spectaculum edit cœlitum ordinibus, etiam si fœdius interdum quàm exitiabilius. Labat enim plerunq; in atroci conflictatione uirtus, quæ nondum planè tyrocinium posuit: ad dolorisq; impetum quatitur & uibrat constantia fidei, etiam meditata, etiam in alieno antea certamine ad palmā cobortatrix strenua & assidua. nulla porrò pars uirtutis minus ad experimenta respondet. In nulla ferè uitæ parte sæpius uanitatis profana philosophia, luculentiusq; manifesta semper fuit. Adde quòd intelligentiæ humanæ modus, ad prouidentiæ diuinæ consilia perspicienda incumbens, sæpenumero cedit obscuritati. tum elogiorum sacrorum liberalitas, consolationisq; supernæ fomenta, eos nonnunquam destituunt, qui fiduciam plenam non babent, sed pro modo tantùm coniecturæ suæ sapiunt, communisq; prudentiæ. utpote quæ iudicia rerum faciat ex euentorum uarietate magis quàm ex oraculorum autoritate. Vnde fit, ut uel ad fortunæ sæuientis impetum, uel ad noxæ pertentantis appulsum, uel ad mœstitiæ uehementis aculeum, mens humana torpeat, quasi stupore perculsa atq; hæsitantia. Mihi certè boc uelut carcinoma bominis interioris aliquando uisum est, quod nec lenimento æquanimitatis, nec scalpello fortitudinis, nec cautere philosophiæ, ita uel mitigari, uel tolli, uel domari tandem possit, ut subinde non rebellet, sæpe etiam increscat, & magis ferum redeat. id quod à doctis ac meditatis minus, ab experientibus & in eo exercitatis longè melius intelligitur. fomentis igitur magis ac lenimentis philosophiæ, quàm imperio coercetur rationis atq; seueritate. Lectio autem scripturæ oracularis, assiduaq; commentatio, ualida depultrix est hæsitantiæ: fidei uerò & fiduciæ blanda conciliatrix cùm securitate perfusæ, tum eodem in ipso acquiescentis quem sæpe iam diximus, ut autore certissimo speratæ ęternitatis. adde etiam spei bonæ ratæq; suppeditatrix. At fortis fortunæ genius, felicitatis temporariæ rerumq; secundarum largitor, uel creditor durus potius & fœnerator, idem quoque importator est æternæ calamitatis ac detestandę sortis. Hîc rursus in mentem uenit cōmentanti, hominum secordiæ dicam an uecordiæ? qui in existimatione & arbitratu rerum ad uitam beatissimam spectantium & ferentiū, tanta inertia, inscitia, torpore præditi sunt, animiq; marcore, quarum inspectionem Deus cum naturæ excellentia, menti humanæ dedit. Qui si paulò cordatiores essemus, nequaquam pręposterum amorem coleremus, malaq; pro bonis tantopere expeteremus. Quis autem nostrum nescit, quis non sæpe fateri cogitur urgente conscientia, delicias uitæ, rerumq; secundarum blandimenta, nec bona esse nec commoda, sed bonorum imagines uerius, & ludibria sensuum, illiciaq; cordis perniciosissima? Quis uerò non dicere seriò solet, res aduersas, uitęq; molestias, flagra esse Domini, pistrinaq; salutis, quibus familiam sibi charam, desponsam & adoptatam, in officio continet? Seuerum enim esse parentem eundem ac dominum accepimus, & familiæ amātissimum: ab eoq; seruos eosdem frugi atq; liberos uapulare sæpius, quàm nequam & abdicandos. Nō sumus porrò nescij ærumnosam esse uiā uirtutis, elogio quoq; priscæ sapientię, ob idq; penè à uia uehiculari, prætoria & militari diuersam atq; auersam, quę à multitudine mortalium stolida & satagente tritæ sunt. Videlicet plūbei sumus homines, non aurei, non argentei, qui in fornace aduersarum rerum liquescamus, non purgemur & exploremur. Atqui compertum habemus, Seruatorem ipsum nostrum, cuius demum auspicijs utentibus & fretis sperare fas est aditum cœli, hac eadem uia uestigia fecisse perpetua, cùm bîc studium sapientiæ disciplinamq; institueret, quam resipiscentiam appetentis salutis prænūcius, quasiq; speculator mūdi præmissus, appellauerat primus. Nec uerò pedissequos Domini ipsius seruos & circūpedes, à manu quoq; & à secretis, deniq; sodalitiam manum, cohortem insuper amicorum & comitum, quos honoratissimo loco semper numeroq; habuit, fratresq; salutauit: & porrò eos ipsos è quibus

A bus centurias ipse primas conscripsit, cohortesq́ firmissimas aduersus tot gentium tantarumq́ efferatam multitudinem, non omneis (inquam) illas nationis beatissimę primitias, eadem disciplina in cœlum affectasse uiam atq; adeptas esse, inficias ire aut possumus aut uolumus. Hæc & alia eodem pertinentia cùm probè sciamus ipsi, & ut nobis comperta identidem cõmemoremus: cùm eo demum nomine memoriã illorum ut consecratam colamus & ueneremur: quid causę esse dicemus, quamobrẽ nullus nostrum, quanq́ Christianismi discipulorum, dieculam uel unam, pistrinum resipiscentiæ euangelicæ, pœnasq́ pendentis Domino conscientię, uersare, eorum ęmulatione sustineat, animi cum æquitate? At diuos ipsos iam immortaleis, ipsos etiã uades Christi in re capitali, in quæstione acerbissima factos, atq; atrocissima, ad eã molam uersandam libentes se & hilares dedisse credimus: in eaq; ærumna, quasiq; in eo pietatis munere persungendo, ad extremum usq; spiritum tolerauisse. alios inopiam rerum omnium qua uita carere potest, consertis, ut dicitur, pectinatim manibus, totius corporis animiq́ contentione, pro pignore summi boni amplexos esse, & tanq́ pro tessera sortis beatissimæ. Quarum rerum omnia si abnuenda nobis, si uotis conceptis & nuncupatis procuranda existimamus & depellenda, ut malarum & noxiarum, id quod palàm atq; exaudibili uoce facimus, ad hostes atq; ad inimicos ea reijcientes: cur sanctarum animarum exuuias eas ob res consecratas, osculo dignas religioso ducimus? idq́ iure ac meritò facimus? Cur crucis Christi assulas, ramenta, scobem, sicubi nos esse nactos cõfidimus, pro amuleto gestamus depulsorio? Atqui hęc ærumnosæ uitæ, conflictatæ, ac uexatę, indicia sunt & monumenta. Specillũ hoc profectò præcordiale, nullo fortasse minus certum & acre, inter alia permulta nobis admouit Deus, ad explorandam uel refellendam potius & demonstrandam fiducię nostræ conditam intus infirmitatem atq; futilitatem. Quæ, malum, est ista sensus ciuilis prauitásne dicam, an peruersitas? Nos fidem ipsi dedimus, sacramẽto enim adacti sumus in tinctura lauationeq́ mystica, ab eo instituta: uicissimq́ fidem ab ipso accepimus, testatam, scriptam, & obsignatam. Quotus autem quisq; nostrum fœdere stat &

B pacto, inito die suo lustrico? Nimirũ sceleris instar est perfidiosi & capitalis, accepto dextræ diuinæ pignore, in eo minimè acquiescere. Amentia est nefaria, in optione bonorum, & uitæ conditionis, fidem sequi, ut ita dicam, Mercurialem potius, & oculatam, ac circunforaneam, quàm in spe propinqua positam, quam spem ille Ipse absolutè dictus, fide sua esse iussit: nec uerò fide sua unius (quanquam erat abundè) sed fide tot testium, pignoribus & capite oppositis, repromittere nõ grauatorum quæ ille pollicitus est. Tametsi Ipsius cùm sponsionẽ dico: omnes numeros certæ & exploratæ & cõpertæ fiduciæ significo, qua nulla maior esse aut excogitari potest. Siquidem unus Ipse est, qui fidei conditor est, qui ueritatis genius, & ratio substãtię eius est: qui nullius nõ promissi potentissimus. At nos ab eodem Ipso autore, summi Dei filio & institore, bonorum æternorum spem Greca mercamur fide (ut Plauti uerbo loquar) non Christiana, & pietatis cultoribus conueniente. Quid autem in causa est diræ huius mutationis ac degeneris? Circunstat nos demõstrationum theurgicarum fides, grammicis illis certiorum, atq; mathematicis: quæ confessionem nobis exprimit hærentibus, non item assensionem. An expectamus illud tempus ad confirmãdam opinionem, cùm iam non ueritatis argumenta ualidiora, sed hortor nos mortis uadãtis ad iudicium, circunstabit? cùm iudex Ipse omniũ, pro imperio summo, pro potestate dictatoria, seueritate fortasse censoria & Cassiana, uim illam lictorũ Erebi, corporis animiq́ carnificum futurorum, lege agere iubebit Adrastiæ? Credamus igitur obsecro, per Ipsum, per superos, per illos iam diuos & immortales: credamus, inquam, quæ de superna infernaq; æternitate, prædicta sunt proditaq́ diuinitus. nec assensione supersedendum putemus, donec in rem præsentem abducamur cum illa multitudine innumerabili Ephecticorum: horret enim animus dicere, dum obtorta gula trahamur, rapiamur, & auferamur. Atqui ubi iam theca animæ, uel exãguis senio uel infracta, uel prematurè rupta non moratur animam, uereor ut integrum sit resipiscere. In leges, in instituta, in fidem Christianismi semel iurati sumus: sacramẽto Domini & monarchæ solius, & rerum potientis humanarum cœlestiumq́, cõceptis uerbis diximus

mus: uideamus quæso etiã etiã*, ne de rebus testatissimis addubitando, à susceptaq; persuasione paracleti spiritus interuentu, quouis modo desciscendo, inexpiabili religione crimineq; nos obligemus. Scelus est enim, scelus (inquã) & nefas est, tantam rem comperendinare, cùm de causa liquere illicò nobis debeat. Quos uerò sic obligatos perduellis ille perpetuus nactus est, eos agere trãsuersos ac præcipites ferre solet, per sceleratã uiam, per deuia, per auia: proculq; à uestigijs Christi, indeq; ad Charonium (quod uocãt) antrũ detrudere ad extremũ, ut Lotophagos in uita, & immemores patriæ. Appellat autẽ ambigentes primũ mortales, in Christianismoq; labantes, de reuerentia diuini numinis exuenda, de timore ac religione calcandis. Nempe quasi Dei prouidentia immortalis, aliud curans, nec mortaliũ rebus inspiciendis uacet, nec uotis eorũ exaudiẽdis feriata sit, ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri, quod dixit poeta Epicureus autor apud quosdã grauissimus (ut rumor est incredibilis) animorũ mortalitatis. Deinde glaucoma cupiditatis, omniuagiq; erroris nebulam ob oculos Cacus ille obijciens, excæcatos tandẽ deducit in abrupta uæcordis licentiæ, quæ instar est Atheiæ. Cor autem humanũ, bonarum & malarũ cogitationũ consiliorũq; receptaculũ, prout his aut illis aditum ac liberã sedem dederit, ita de anima optimè uel deterrimè consulit. id quod ita demũ in potestate est hominis philosophi, si id nõ de suo sibimet ipse spondere, sed de Domini beneficẽtia meminit, quẽ cordis cuiusq; nostrũ claustra in manu habere prępotenti certũ est. Quin & scopulis eiusdẽ Domini ijs opus est, qui domicilium suæ mentis bene uersum & mundũ seruare cõcupierint. Scopulæ autẽ uirgę sunt colligatæ, quibus quisquiliæ recrementaq; rerum utiliũ, id est redundantia, circũuerruntur: quibusq; sordes excutiunt è conclauibus, quę ad honoratos conuiuas hospitesq; lautè accipiẽdos, sternunt & exornantur. Quonã igitur modo uerbũ Dei accipere cõmodè atq; efficaciter possunt, idq; in rem suam atq; animæ uertere, qui diecula unam feriari, ne diei quidẽ unciam, animo quisquilioso soliti sunt, à cogitationibus, curis desiderijsq; flagrãtissimis rerum dissidentiũ cum theoria, acriterq; pugnantiũ? Ita, inter cœlipetas profiteri hæc hominũ natio, censeriq; iure nequit, quę uiam ueritatis & uitæ ingredi uehemẽter detrectat, quam ærumnosam diximus, in cœlumq; ferentem per mœrentem pœnitentiam. Atqui diuinitus ipsa nobis primùm, ore anteambulonis uerbi Dei indicta est: deinde ab ipso uerbo palàm ac pro imperio iniuncta. Sed quotus iam quisq; nostrum tanti resipiscere & pœnitere uult emere, uel tantulo potius, quod uenit olim in prouerbium? Usqueadeò damnosi negociatores atq; inscij sumus, qui foro uti rerum sempiternarum non didicimus, non cupimus, nõ discere laboramus. adeò cœlestis ille Orpheus, qui lenire tigres, qui cicures reddere leones, qui saxa mouere sono testudinis potuit Musarum æternarum, flectere mentes humanas desijt silice duriores. usqueadeò Sirenum auocamentis, & blandimẽtis uitæ, auersas aureis habemus ab auscultatione magistræ sapientię. usque eò denique eloquentia ipsius Pythagoræ, Suadæ parentis & conditoris, diuineq; orationis facultas: quæ torrente spiritus admirabili totum per orbem exęstuante, brutas animanteis efferasq; uerius quàm homines, ad concionem suam sacram celebrandam rapuit: flexanima iam non est, saxifragumq; illud uerbum Dei, carunculas præcordiales penetrare nunc exanimes & emortuas nequit: tantũ interest inter delectitias copias prouidentię, & multitudinem reiectaneam, apud quã Pithò oracularis (quod Comicus Græcus inquit) ὁ ποιεῖ, οὐδ' ἐπέρχεται. Heu pietas, heu prisca fides, quò tandem abierunt gentiũ? in cœlum'ne remigrarunt? paulatim igitur ad superos Astræa recessit hac comite fide scilicet prisca, heroicarumq; ætatũ, atq; duę pariter fugẽre sorores. Verum enimuero qui uirgas diuinas atq; emendatrices experti sunt, in rebusq; aduersis callum duxerunt patientiæ: ijs casus calamitosi, damnaq; facultates atterentia, omne etiã genus conflictationis & molestiæ, quædam uelut tributa sunt, quæ mancipia frugi, Dominoq; fidelia, è peculio suo sanctiore pendere iure euãgelico debent, arbitratu Domini, unaq; accessionem æquitatis animi. Etenim Dominus ipse usura luculenta testatus est uersurã se facturum à familia sua, quę in rebus quidem huiuscemodi fœnerari non grauatetur hilarem patientiam. Quo liquere satis potest, quantum compendiũ in futurum ij faciãt, qui in

qui in rebus acerbis atq; etiam urentibus, Domino se dedentes ad pœnam, insuper
A ab officio seruili non discedunt, non modò flagra Dei non expostulant ut iniuriam fortunæ, aut iniquitatem queruntur sortis natalitiæ. Atqui intelligimus, si animaduertere uacat, esse omnino optabilius, bonorũ istorum iacturam æquo animo, quasi in tempestate leuādæ nauis causa, & salutis ergô facere, quàm in naue exaggerata & prægrauata, uita periclitari: & uerò uita illa, beata immortalisq; futura. Nam bonorũ aut corporis, aut externorum, aut utrorũq; dispendium, æquo animo acceptũ, quidnam aliud est ipsum, quàm quod in diem fati ab omnibus dependendũ est (qui dies iam inde à uitæ rudimẽtis cedere omnibus horis cœpit lege mortalitatis) ante diem paulum repræsentare nõ nolle, idq; Domino fœnerari sesquicentesimo fœnore, longeq; ampliore? Qui autem quærendarum possessionum, dominatuũ, & prędiorum, augendarumq; facultatum, & gerendorum honorum cupiditati, nuncium remittentes, fortunamq; suas sibi res habere iubentes, ad bonorum æternorũ cupidinem, & ad philosophiæ Christipetæ studium incumbere instituerunt: ij mihi uidentur creditorem illi quidem, sed optima atq; plaudenda uertere conditione. Siquidem rationum suarum diaria atq; calendaria, ab Orci ipsi mensa, dirisq; institoribus eius atque numularijs, ad eius mensam creditoris transcribunt, qui condonare omnia solet benignissime ijs qui soluendo non sunt (quæ multo maxima pars est hominũ, ne quid amplius dicam) nisi meditentur debitores ipsi ac decoctores, etiam inficiatores esse. Quanto igitur consultius est & commodius, nomina à Christo parente facere æqui animi atque patientiæ, nexum etiam fide bona inire abstinentiæ legisq; reuerentiæ, quam uersuram repræsentatæ felicitatis facere ab hiantibus illis faucibus Orci, animarum uoracissimis? Sed enim ut est apud auctorẽ priscum, his populus ridet, multumq; torosa iuuentus, ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. uulgoq; gladium uerbi Dei, qui Caucasias rupes olim secuit, qui iura gentium naturæq; rescidit, ἔπεα πτερόεντα facimus urbanitate scelestissima. Malim equidem hoc loco Heraclitus ille uideri, quàm Democritus, qui risu irrisuq; prosequebatur ciuilem prudentiam.
B Nam in rebus hisce ridentes, eorũ uidentur esse mihi similes, quos aliquando in gladiatorum spectaculis aiunt, traiectis gladio præcordijs, moriendo risisse. Sit autem hæc disputationis nostræ summa: rerum secundarũ tenorem plerunq; in Orci fauces insinuare ac desinere, unde pedem sursum retulisse pręter unum Ipsum, adhuc nemo compertus est, quod quidem proditum sit diuina auctoritate: aduersarũ uerò rerum atq; patientiæ tyrocinium, in senectutem differre uelle, summæ esse omnino imprudentiæ: quod elogijs claris testatũ est cœlestis sapientiæ. At cui plurimis uelut emeritis stipendijs rerum aduersarum tolerantiæ, nihilominus ad extremum fides constitit, felix uerò ille planè ob infelicitatem. Cuius utinam sententiæ memoria efficax & strenua, quàm cordatissimo cuiq; mortalium cordi est, tam in corde nobis inusta esset cautere diuinæ prouidentiæ. Sed nihil æque controuersum est fortasse inter philosophiam Christigenam, ac prudentiam cõmunem. Homines enim à consuetudine uitæ inusta, à cogitatione secundarum rerum blanda atq; iucunda, abducere non minus penè est difficile, quàm qualitates à materia dirimere cõmentando, aut mentem ab anima: & hominem minimè aspectabilem à corpulento & tractabili. quæ notha quadam intelligentia fieri, philosophia censet humana, parumq; nobis familiari. Quare in rebus diuinis commentandis, non tam anima quam animo ac spiritu opus est. Vt autem ad id redeam quod dicere cœperam, nõ magnopere mirum est, ipsum mundi naufragi conseruatorem, rerum aduersarũ tolerantiam insontem à nobis exigere, qui cum sua sodalitate non mitius egerit, ut superius dictum est, quàm sodalitatem à patre sibi datam & commendatam, salibus illis amicitiæ quotidianis dignatus est, qui sunt apud Grçcos in prouerbio: ijs etiã ipsis è mensa cœlestis sapientiæ translatitijs. Quippe qua cũ sodalitate, fraternitatis & beneuolẽtiæ summæ necessitudinẽ tacitã pepigerat, ꝓtinus à primore cõgressu: q etiã homines obscuros, tyrãnorũ atq; impietatis uerberones, cognitores suos, ueritatisq; antistites mũdo dederit: ipsis etiã cruentũ testimoniũ & capitale, ad furẽtis sęuitię cõcilia denũciarit. Qui ipse crucifer esse, ac furcifer traduci per ora multitudinis, post cõtumelias uerborũ, post iniurias

uerberum, post lorarios acerbissimos, fustuariumq; sustinuerit. Deniq; qui omnia ex empla pœnarum perlulerit ante supplicium illud, longè omnium facinorum tum ui atq; efficientia amplissimum, tum multifariam illustrissimum, superis item & inferis, cœlo & elementis, stupore naturæ luctuq; testatissimum. Quæ omnia æterno senatusconsulto prouidentiæ, idcirco decreta fuerāt, simul ut mortalib. statueretur exemplum diuinæ & cœlestis sapientiæ, mortali & fluxæ è regione obuersæ: simul, lex ut sanciretur apud homines æquanimis patientiæ in rebus acerbissimis. Qua utiq; parte theurgiæ, exemplariq; domini patientia, tyrannus ille mundi clarissimè triumphatus est, unà cum suis illis copijs Cimmerijs ac teterrimis, cum omni clientela crudelitatis, sæuitiæ, impietatis impurissimæ. Pandito nunc Helicona Deus. Num tibi si linguæ centum sint, oraq; centum, ferrea uox: possis ipse pro rei indignitate exclamare in mores, in torporem, in ueternum, in marcorē, in perfidiam diram fœdifragæ uitæ, communisq; prudentiæ? Incipe Calliope, si tamē nobis adesse potes. Ecquisnam igitur datæ dextræ tanto taliq; mundi uindici & assertori, ab eoq; acceptæ fidei, uidetur nunc meminisse? num cui in mentem uenire inter curas ciuiles, præmiorum pœnarumq; potest haud dubiè nos manentium? nónne omnes fermè lethæa potione inebriati, a sensu communi propinata, somnum obdormiuimus amnestiæ Stygiæ, in lecto incuriæ perditæ, in culcitra supinæ conclamatæq; desidiæ? Id adeò è uita cognoscere quiuis potest in medio posita. Mortales pusilli, ter & quater & centies ausi capitalia, & rei non dico comperendinati, sed in diem, in horas ampliati, etiam genio indulgere, symphoniacos poscere, ædes, prætoria, penates architectari æmulos regiarum sustinent? nec euentum iudicij formidant appetēris, supplicijq; sempiterni? Qui resipiscentiam mœrentem & lugubrem ordine & professione præferentes, sordidatis & squallentibus similes esse debebant: in auro, in purpura, in pompa, in theatrica transuectione sublimes ac stipati, eaq; specie conspicui esse cupiunt? habitu etiā propemodum & cultu triumphali, omnium oculis designari? Ita toga pura innocentiæ priscæ, candidaq; sacerdotum demissę simplicitatis, ad togam pictā, propemodumq; palmatam, ad prætextam superbam fascium profanorum euaserunt, mundo degenerante. O mores olim iam degeneres, ac discrepantes ab ordine Christigenarum, nedum sacricolarum tametsi in nullo non ordine initiorum amnestia Christianismi disciplinam obruit, fideiq; eius mirificam efficaciam. Quid enim? Sed consultius, ut opinor, fecerimus, si quæ exprimere nunc oratione nec opportunè, nec festiuè possumus: Timanthis illius pictoris exemplo, contegamus silentij uelamēto. Iure igitur & meritò Hercules ille noster, Ipseq; Deo genitus, cœli & mūdi decus: cœlo etiam delapsus ad iuuandos mortales, uel ad seruandos potius animos immortales, ad internicionem generis sui iamdiu pereuntes: idem ærumnarū mirabilium atq; inauditarum confector, ad imumq; exhaustor: Iolaos quoq; suos & comites, ærūnosos esse iussit, uestigiaq; sua per pauperiem, per ignominiam, per mūdi cōtemptionem legere eos docuit, ad beatam uitam rectà non dubiè ferentia. Nam ipse in cruce æs alienum obæratæ inferis mortalitatis dissoluerat: eiusq; chirographum è loco superiore & cōspicuo inenarrabili beneficio expūxerat, nulla præscriptione temporis, nulla exceptione alioqui refutabile. Neq; autem qui eorum quos diximus, omniumq; adeò Domini assectarum successores se profitētur esse, hæreditatem tantùm honorū bonorumq; creuere, ut eorum non paucissimi persuasisse sibi præ se ferunt: quorum è numero illi sunt, qui credunt ingens pauperiem uitium, ut inquit Horatius. neq; non ijsdem ipsi legib. in eorum locum uicesq; suffecti sunt, quamuis iam desitas moribus & obsoletas, qui in procuratione animarum rationeq; dominica strenuè & pugnaciter olim testificari, aut inculpatè & innocenter pietatem colentes, eadem in ipsa demortui sunt. Siquidem instituta euangelica, non in personas, non in tempora, nō in homines tantùm æquales heroicarum ætatum, ut quidam iuris eius prudentes censere nunc uidentur: sed in res ipsas potius, queis de rebus nunc agitur: & uerò in omnem posteritatē, perpetuoq; scripta sunt, nimirū ut frugalitas antiqua & censoria, ut charitas uice publica flagrans, ut curæ, ut angores, ut mores sanctissimi. perpetui sint comites atq; asseclæ fascium sacrosanctorū: id quod diplomata hodie quoq; præfantur pontificia,

sollicitæ

A ſollicitæ ſanctitatis priſcam formulam aſſeruantia. Verùm id recordari atq; animad-
uertere ij non queunt, qui ſibi magis q̃ Chriſto rem gerere ſtatuerunt. Quare quid
illis tandem futurum eſſe cenſemus, quorum fides collabefacta uibrantiq; ſimillima,
uerſuram tandem ſoluendam minimè ipſos cogitare demonſtrat? eamq; non ſuis tan
tùm ipſorum, ſed omnium etiam nominibus, quibus pericula creantur capitalia eo-
rum uel exemplo uel inertia. fœneraro etiam nunc atq; uſura incuriæ grauiſſima, offi
ciorum neglectorum reliquamenta trahi. Scilicet eò iam mortales euaſiſſe incuriæ
manifeſtum eſt, temporum nequitia, nihil ut magnopere referre nunc putetur diſci-
plinæ Chriſti conſtitutio: dummodo uſu & fructu opimarum obuentionum potian-
tur primæ & ſecundæ claſſis homines, magna pars Chriſtianiſmi proceres, ſupina fu
turi æui ſecuritate ſomniculoſaq; præditi, atq; eo nomine ſæpenumero nobiles & ce-
lebrati. At uerò eam ipſi charitatem Chriſto debent in primis, quæ nec arare ipſa ſi-
bi, nec ſerere, nec metere didicit: nec tamen unquã ceſſare. Vni quippe uacat, ſtudijs
odijſq; carenti, humanũ lugere genus cæca cupiditate actũ. Hæc eſt aũt una uirtus ſe
cundum fidem rectam, & fixam, quæ ſinum Abrahæ expendere, Orci fauces occlu-
dere mortalitati poſſit. Quod ſi ſcelus eſt Chriſtum & ueritatem in teſtificatione ua-
dimonioq; capitali, teſtimonio ſuo fraudare, animæ ſuæ parcentem, & uitæ blandi-
mentis adductum: fidem ipſi non præſtare promiſſam, ambitioni, cupiditati, uolu-
ptati ſeruientem, animoq; obſequentem, ſenſibus ſuis indulgenti & addicto, quo no
mine appellabimus? Profecto diuitiæ ſeruorum, & affluentia exuberans in miniſte-
rio Domini, inopiæ ac penuriæ patroni & aſſertoris, res ſunt infauſti nominis atq; o-
minis, ad eius amicitiam gratiamq; conciliandam. Quid uerò ſi nihil quicquam pen
ſi habere non obſcuriſſimi homines præ ſe ferunt, quonam pacto ad extremum cum
rationibus dominicis paria facturi ſint? At difficile eſt ipſum ſeruili quoq; frugalita-
ti, ut quidem eſt opinio eiuſdem ordinis ſapientiſſimorum, qui tabulas huiuſcemodi
rationum conficere diligenter ſoliti ſunt. Videlicet ſeruorum huiuſcemodi fides, uel
herum ipſum ſibimet tabulas non conficere cenſet, uel accepta certè & expenſa ſibi,
B in rationes referre iam negligentius atq; conniuentius: quod ſummę eſt amentię: uel
deploratam ſpem habet, quod ultimæ eſt miſeriæ: uel ſpei ſubſidium ſibi fingit in cle
mentia eiuſdem heri. At is exacturum ſeſe nomina huiuſcemodi ad ultimũ quadran
rem teſtatus eſt. Vtrum eſt hoc igitur uitæ agendæ rationes inſtituere, & eas tempe-
rare ad prædicta præſcriptaq; dominica? an alogiſtiam potius quam uocant, in re
perdita & profligata, aut in ratione impedita conturbataq; meditari? Atqui id ſeruo
rum eſt nequam & piſtrino deſtinatorum, ergaſtuloq; tetro, perpetuo & miſerrimo:
aut fugam circumſpectantium, & tanquam uaſa colligentium. At uerò fugitiuus nul
lus eſſe poteſt omnia pro imperio obtinentis domini, uniuerſa oculis perluſtrantis,
ſupera, inſera, in medioq; poſita, expoſita iuxtà atq; condita. Ita nihil reliquum eſt ad
ſpem expectationemq; certam dominici imperij contemptoribus, niſi ut ad Erebi a-
ſylum ſe proripiant, pœnarum domicilium, dirum, horrẽdum & ſempiternum. Proh
dii immortales, præcipites uitæ abruptasq; rationes. Chriſti prouincia fuit regnum
euertere cupiditatis, aſtruere charitatis & beneuolentiæ: ij autẽ qui ſe chriſtos Chri-
ſti eſſe gloriantur (de multis loquor, non de omnibus) ij etiã qui inter magiſtros cen
ſentur eius pecuariæ, eoq; nomine honori, ut par eſt, & uenerationi habentur, capita
lis auaritiæ exempla prodere non uerentur ſępiſſime in medio eius atrio, ſed quaſi in
theatro. Quanq; quid mirum (aiebat quidam ſatyriſcus è proſcenio) ſi ij qui in ouile
Domini per poſticum ingreſſi, uel pſeudothyrũ potius, à Domino olim obſtructũ,
& multis ætatibus nulli peruium: ſic fucum aliquando ſponſæ Chriſti ac dilectæ fece
runt, ut Iupiter ille Terẽtianus, per impluuium aureo imbre delapſus, Danae fucum
fecit? Vtinam tanti eſſet in regnum cœlorum introire, in eoq; inambulare, uerſari, &
permanere, ſenſus cõmunis iudicio: quanti eſſe uidemus clauium eius arbitrium ac
cenſuram, æſtimatione iſtius ordinis prudentię, Chriſti faſcibus Auguſti, meritoq; e-
ius ipſius ampliſſimi. Age iam, quò pertinere tandẽ, quid ſignificare, quid polliceri,
quid minari apologos illos ſacros putamus euãgeli Seruatoris, quos audire cùm re-
citanẽ, inter rem diuinã faciendũ uidemur magna cũ attentione, quibusq; auſcultare

aure

aure admodum religiosa? num acroamata esse illa, num rhapsodias censemus, retinendæ multitudinis causa & oblectandæ, inter sacra dicatas atque ceremonias? Vtinam tam tenaces animi nostri essent monitorum sapientiæ, diuinarumque prædictionum memores, quàm rerum multarum nihil ad summam felicitatis humanæ pertinentium, ne dicam incōmodissimarum, capaces sunt atque comprehensores. Sed nos uelut uasa figuli, uel rimis perfluentia, uel luti uitio acceptum liquorem sensim remittentia, uel à clibano adhuc cruda extracta: rerum diuinarū intelligentiam cōceptam, atque opinionem, si non protinus, at alias res agitando, paulatim euanescere sinimus, ex animisque nostris exolescere. ex quo fit, ut cùm ad res minus secundas, ad iniurias uel hominum uel fortunæ perpetiendas, ad dolores uentum est: cùm ad iram, auaritiam, ambitionémue compescendam: cùm ad gestientem uoluptatem, arcendam & comprimendam: tum denique, tum, inquam, ut friuola, tum ut futilia uasa reperiamur. quippe sonat uitium percussa: malignè respondet, uiridi non cocta fidelia limo. At nos probè meditati & accincti ad certamen nobis esse uidebamur in prima statim cōmentatione, quasique in umbratili quadam prolusione. Causa est autem, ut opinor, quòd nos ut degener proles Abrahæ, & fide cassa, animæ multum, corporis plurimum, animi & spiritus parum, per (inquam) parum aut nihil animi & spiritus habemus ac retinemus. Tum demum uerò anima animus esse cœperit & spiritus, cùm philotheoriæ studio informata fuerit, prona & aspirante Dei benignitate. Est enim philosophia eorum recoctrix hominum, qui post Christianismū susceptum, iterum relapsi sunt in Hellenismum: qui ueluti colubri sunt exutam senectutem denuò resumentes: quod plerique facimus. Capitaliores tamen sunt, qui sapientiæ monita, dictaque ueritatis deuorantes in præsentia, ut iucunda & suauia: dein non regustantes ea, nec saliuam illam reuocantes sale diuino conditam, nihilo meliores inde fiunt: tanquam stupente palato cupiditatis aut uoluptatis ad epulas mystagogicas, quamlibet ambrosiam uehementer resipientes. Alij conclamati fastidij auditores, aut aliàs obauditores: auribus etiam fortasse redundantibus Sirenum incantamentis, appulsam sapientiæ cœlestis auditionem continuò respuunt. Quæ etiam si ab illis quoquo pacto atque ęgrè intrò admissa fuerit, tamen ad stomachum callosum, morticinijsque assuetum, non magnopere facit suauitas illa doctrinæ cœlestis & immortalis, sermonisque Dei sapor, uiui & animantis. Eorum uerò deterrimi illi sunt, qui uelut atrophia laborantes, alimentum animæ non sentiunt in tabe pertinaci. Hos nimirum ipsos, ipsa si cupierit salus, seruare non poterit, ut quodam loco inquit Comicus. Atque huius quidem formæ plurimi sunt, auriti illi quidem, atque acres noxiarum Sirenum cantibus exaudiendis, urbanisque salibus summopere dociles: cæterùm auditu mulctati ad ueritatis perceptionem, mystica & miranda, salsa, salutariaque docentem. Hęc natio τὰ ὦ ἄλλο, καὶ τὰ ἐπάνω, cum Lucretio argumenta esse putant scenica & theatrica. Ad huiuscemodi auditores sapiētia Dei, cum populo, cum primoribus, cum plebe, cum ordinibus agens: negabat tamen homines sese orationem habere cùm palàm proloqueretur. At prudentia uulgiuaga, homines quosdam Gratiarum lacte nutritos, earumque numine afflatos in nugis perdiscendis, lautos & elegantes esse, & æmulandos ducit, tāquam ad uitam agendam commodè & feliciter fictos. Nobis igitur qui Hellenismi sensib. perimbutum cor habemus, munienda uia est uerbo Dei, secandaque semita aduentanti sapientiæ: id quod Ioannes ille soliuagus in solitudine clamitando monebat esse faciendum, ut Origenes inquit. In corpore aūt humano partes duæ capacissimæ, quasique officinæ animæ, conuerrendæ sunt diligenter: summaque cum attentione præparandæ, ad uerbi ipsius aduentum inuitandum apud nos, atque excipiendum: altera uoluntatum & cogitationum, in corde: altera sensorum atque animi conceptuum, in cerebro: nihil ut statuamus ipsi ac uelimus, nihil ut in mente uersemus, quod nō sit consentaneum disciplinæ uerbi Dei & Christi, atque orthodoxiæ. est enim cor humanum ueluti fons quidā perēnis, unde sermo interior & exterior, quasi ductus aquæ fertur, ut inquit Basilius. estque sermo noster, quasi partus quidā mētis nostræ, imagoque ipsius: ut uerbū diuinū, imago est patris expressissima. Sermo etiam humanus, mentis uim & facultatē secū fert, aut similitudine eas refert, cū tamē in mēte ut Christus in patre, nihilo

nihilo minus maneant. Sed naturæ candorem atq; simplicitatem in plurimis mortalium adulterant mendosa oratio, uultusq; ei subseruiens, uani mentis indices, & charitatis euangelicæ internicio. Auscultandum uerò nobis in primis esse sapientiæ, nobilis ille autor sapientiæ studij admonuit, qui sapientis cognomentum ob excellentiam inuenit. Is enim quasi pędagogus quidam communis prudentię, si docilem ipsa se præberet, cùm seculis ipse multis natus esset ante allapsum in mundum ipsius sapientiæ, de ipsa ita inquit in prouerbijs suis, Lignum uitæ est ijs qui apprehensam omni ope retinuerint, nec eos ipsa fallit qui se nixi fuerint. Eiusdem ille uerò sapientiæ uel nomen tantùm & umbram odorari & admirari uisus est, cùm eam non nouisset, qui in satyra olim scripsit, Petite hinc iuuenesq; senesq; finem animo certũ, miserisq; uiatica canis. Hæc est una deniq; ipsa quæ suauib. suis canticis excantare facilè possit mala mundi carmina, quæ Sirenes sæpe dictæ, ad perniciem summam incantauerunt incautius in mari euagantium. Cæterùm aurium discutere prius torporem necesse est, quæ ad spiritalia acroamata obsurduerunt atq; salutaria: & enectum oportet humanæ prudentiæ sensum, si ibidem pollere numen cupimus diuinæ sapientiæ. siquidem luculento dissidio illarum naturæ discrepant, uelut ortus & natales earundem. Hellenismi autem sapientia duxit bellum olim magis, quàm gessit cum uitijs & erroribus uitæ, uel indixit tantùm potius. gladius autem sapientiæ diuinæ bellum ipsum decreuit & confecit, quacunq; impressionem fecit. Proinde oportet discipulum sapientiæ auribus circumcisis esse (quod antea dictum est) si ex eius magistrę doctrina, animi sui spiritusq; conditionem facturus est meliorem atq; beatiorem. Cultor enim iuuenum purgatas inserit aures fruge Cleantea, inquit idem Persius, de philosopho prisco loquens. quanto magis igitur euangelus ipse profanas aures atq; erraticas, mysticis insiturus est auribus, à spirituq; oriundis, si operam ei demus bonam atq; strenuam, fidei quoq; bonæ comitem? Quapropter non iam in iugis Parnassi nobis cum musis res habenda: non in Porticu, non in Academia, non in ambulatione arguta, de uita beata disputandum est: sed in schola euangelij, in olympo theoriæ, & uelut in qua paradiso theosophicæ contemplationis philosophãdum, siue philomorari potius id appellare placet communis sensus interpretatione: sic enim scriptura significasse dixisseq; uidetur. Hoc autem genus philosophiæ, mundiq; iudicio philomoriæ, in sanctario sapientiæ commentari, sanctioreq; animorum in officina debet, in qua animus magis q̃ anima excolitur: ubi facies subactæ mẽtis nouatur, ad meliorem frugem salubrioremq; accipiendam atq; reddendam. Admonitos autem lectores uelim, id quod alibi non semel admonui, ad eos me nunc uerba facere, qui uasa Ægyptiorum aurea & argentea rogauerunt utenda, quæ nunquam restituerent. iccircoq; idonei sunt qui mysticæ sapientiæ ac transmarinæ iam discipuli fiant: quales fortasse sunt, qui in Socratico sinu (ut idem inquit Persius) elementa philosophiæ edocti sunt, quorum studia non paruis tantùm (ut dicitur apud Græcos) sed magnis etiam mysterijs matura sunt aut adulta. ad quos gentilis ille supradictus sapientiæ, idem philosophię cœlipetæ mystagogus, ita inquit, Vir qui errauerit in uia doctrinę, in cœtu gigãtum demorabitur. uel ut apud Græcos legitur, Vir qui aberrauerit à uia iustitiæ, in conuentu gigantum requiescet. Gigantum populus homines sunt terrigenæ, inficiatores prouidentiæ, atq; immortalitatis animæ, & contemptores diuinitatis. Quam ob causam à poetis quondam dicti sunt Deos è cœlo deijcere uoluisse. Homines uasto corpore, immani uentre, nullo penè pectore: quorum pedes in draconum uolumina desinere proditum est: quod significat nihil illos supernum & cœleste, nihil cogitare diuinum: perpetuum uerò eorum uitæ processum humi repere, ad inferosq; uergere, ut scripsit Macrobius. Omnino terræ filij, nulla cœlum necessitudine, nulla contingentes superos affinitate, nullum cum Deo cõmercium habentes. materiariæ, ut ita dicam, & carnariæ animæ, cum terraq; prorsus concretæ. quales sunt plerunq; homines adipe rerum secũdarum obesi, ingenij interdum multum, mentis & spiritus non perinde habentes. Quorum genus aut generis indolem, penitus & radicitus post apertum cœlum & Dei conuersationem inter mortales, non perijsse, mirum est. Tales etiam sunt illi, quos diuus ille Paulus, diuersoriũ numinis paracleti

racleti cœlestium rerum indicis, progeniem appellat apithiæ, homines corneis præcordiorum fibris, nullam in Deo fiduciam habêtes: nec ab eo metuendum esse quicquam censentes, nô magis quàm ab Erebo, diri illius erroris & detestandi, atq; ignorationis Dei uæsanæ, parente & autore. Nobis autem adhuc in doctrina uerbi Dei pueris, qui discendi rudimenta in cunabulis posuimus profanæ philosophiæ, quibus in ipsis tametsi terrestribus, animus tamen alitur & uegetatur, ad beatæ uitæ cupiditatem atq; æternæ, aliud consilium capiendum esse censeo. Nam sapientiæ Græcorum magisterium, regendi principatus animi prouinciam obtinere imperio consulari & censorio potest: non item dictatorio, quod maiorum est auspiciorum, numineq; præditorum paracletico. Quocirca strenuissimo cuiq; philotheoriæ studioso, quæ beatitudinem illam pollicetur æternam, hoc omni animi côtentione faciendum est, in orthodoxiæ ut portum recta uia, à maiorum, ut dicitur, gentium Philotheoris inita atq; munita, sese conferat, omnibus cum suis animæ facultatibus. ut qui meminisse debeat, lustrico se natali, atq; initiali die, & uerò in lucis ueræ uitæq; tyrocinio, ex Ægypto migrasse, tuncq; Christigenam & cœlitum affinem, è terrigena factum. Huius philosophiæ summa, quanquam copiosam, uariam, amœnam commentationem habet, atq; admirabilem: quamuis omnium studiorum atq; scientiarum claritatem suo splendore dubio procul obscuret: tamen in crucis contêplatione, in Christiq; in eam sublati theurgia atq; œconomia, cùm animaduertenda, tum animo comprehendenda complectendaq; uertitur, qui cardo est Christianismi, quod firmamentum religionis, quod columen pietatis, quod decus polytheiæ fusæ, fugatæ, prostratæ, è mûdoq; explosæ. deniq; quod immortalitatis pignus est, quæ fiducia, quæ fides, humani generis transscriptionis in numeros cœlitum, primanos, secundanos, & tertianos. Ab eoq; uelut fonte ac capite salutaris sapientiæ, omnis ratio philosophandi in theoria manat, indeq; à nobis arcessenda est. eò etiam semper reuoluenda speculatio, siquando, aut si tantulum aqua theosophiæ, eiusq; theorematum hæserit in obice quopiam obiacente, ut est mentis humanæ instabilitas. Hæc illa est, illa, inquam, est uictima, quam in crucem sublatam ab hominibus ingratis atq; impijs, diuinitatis unitas, ternario distincta personarum, piacularem hostiam esse ac salutarem mundo uoluit. si quidem hâc pro palladio in primordijs rerum amisso, pro numine læso, effigiem statuere, nefas quæ triste piaret nefas, inquam, contempti interdicti diuini ut expiaret, commissæq; mulctæ æternæ & calamitosissimæ dispendium sarciret. Hoc illud est arcanum, quod ab æterno soli naturæ diuinæ notum fuit: cæteris omnibus absconditû à mundi tyrocinio, superis iuxta atq; inferis, quod Paulus idem ad Colossenses scripsit. solisq; sanctis Dei locuples œconomia eiusdem mysterij, in Christo semper abdita, innotuit quôdam inter gentes & nationes, ijsq; demû queis Deus aperire quod conditum erat, uoluit. Hîc ego centenas ausim deposcere mentes, ad commentationem unius huius loci, cùm mihi animo obuersatur tantæ rei imago: cùm mihi in mentem uenit, non dico mundi quædam insignis aut temporum inclinatio ad res nouas edendas, sed rerum humanarum summæ, stupenda & inaudita inenarrabilisq; conuersio, quæ ad tristis illius mulctæ capitalisq; antiquationem incubuit, humaniq; generis selectorum inter diuos & superos ad lectionem. cùm æterna prouidentia in gratiam natura cum humana redeunte, noxa & offensio in gratiam uerterunt atq; benignitatem. cùm pater ille cœlestis, filium suum minorem, asotum & erronem, familia quondam abdicatum, longo pôst interuallo, rursus in familiam fremente maiore filio inuidenteq; asciuit: ex patruoq; pater, ex Demea Mitio factus, gratuita indulgentia supplicem festiuaq; excepit. cùm mundi liberator, & sociam ciuitatem, & stipendiarias omneis prouincias, eodem iure immunitatis esse uoluit: nouarumq; tabularum legem in uniuersum tulit aduersus Orci nexus atq; calêdaria. deniq; cùm Deus homo natus, homines cômercio cœli uicissim, diuinitatisq; communione donauit. Quo ipso in miraculo, illud alterum extitit miraculum, quòd tanta, tam admirabilis, naturæq; nouatrix, orbis rerû conuersio, surda & cæca fuit, paucissimisq; mortalium uel uisa uel exaudita, utpote mundo res alias aliasq; agente. Peperit enim in loco obscuro salutem homini prouidentia, pusillisq; in cunabulis eduxit: quam in utero æternitatis

A nitatis à principio parturierat: tum noctis conticinio & in brumæ tenebris, natus est
Diphyes ille Cecrops, solꝗ; è cœlo & terra diuina manu coagmentatus: qui breui or
bem terrarum nominis sui claritate impleuit, numinisꝗ; maiestate. O rem mentium
excelsarum capacissimam, & retinentissimam. Hic cùm uestigia quidem sui impres-
sissima per totum orbem terrarum, monumentaꝗ; reliquerit illustrissima: hominum
tamen inertia capitali, stuporeꝗ; damnosissimo, eadem ipsa fugere uestigia exolesce
reꝗ; cœperunt, & simul monumentorum autoritas quamlibet consecrata, sensim ob
solescere: & cùm cœli quidem motus ad mortis eius miraculum obtorpuerit, sol splē
doris defectu laborauerit: durum tamen animātium genus homines, saxeumꝗ;, hoc
non quiuerunt persentiscere. Videlicet hæc illa est labes naturæ deprauatæ: animiꝗ;
humani, nisi assiduè exerceantur harum rerum meditationibus: noxam citò contra-
hunt obliuionis atꝗ; torporis. Hæc, inquam, est solertia scelerata Autolyci tartarei,
animarum sublectoris: quem mirè Homerus ἐρινὺν ἠεροφοῖτιν uocauit, quasi furiā aeri
uagam, & grassatorem tenebricosum, mortalium semper capitibus incubante, ut eis
incommoditet: cuius subautolycus est, ut ita loquar, is qui à Christo mundus dictus
est. Protheus quidam inauspicatus ijs qui in regno Dei uitam agunt, omnia transfor
mans sese in miracula rerum, circulatoriaꝗ; uanitate hominum mentes auertens à re
rum supradictarum animaduersione. Hic igitur uelut scopus, salutis indagatrici phi
losophiæ propositus sit: eò omnis animus contentus ad commentādum, incūbat: ab
eo digitum transuersum ne aberret mens philosophi. Hæc enim est ara misericordiæ
dicata, ad quam perfugium certissimum supplicibus patet rerum capitaliū reis. Hoc
altare edito loco, & undiꝗ; aspectabili uisendoꝗ; erectum: in quo pater optimus, ma
ximus, Isaacum suum dilectissimum, primigenium eundem & unigenium, sacrifica-
tum uoluit. Cui filio numeris omnibus paterni splendoris, diuinæꝗ; maiestatis prędi
to, patrimonium amplissimum dominatus gentium ac nationum omnium, pater, o-
mniumꝗ; omnino rerum dispensationem superarum & inferarum, dederat: eaꝗ; cū
libera, cum sibi æquali potestate, cum pari & eodem secū imperio dederat. Hoc, in-
B quam, ipso in altari, Deus filium suum Christum, mactandum sacerdotibus dedidit,
ad cædem eum exposcentibus: sæuitiæꝗ; & liuori paucorum uictimam tradidit suc-
cidaneam atꝗ; piacularem pro innumera mortalium multitudine, ex Erebi nexu, è
uinculisꝗ; eximenda reatus primordialis, & porrò inter diuos superosꝗ; adoptāda:
tanta, inquam, pro multitudine dilectissimum filium dedit, in quo filio intuendo &
æstimando patria maiestas suauiter acquiescebat, atꝗ; pro eiuscemodi multitudine,
quæ stellas cœli numero æquare posset, earumꝗ; decori minimè splēdoriꝗ; cederet.
Ante id tempus autem, mundus ab ornatu utraꝗ; lingua dictus, nihil tam fuisse uide
ri potest, quàm carcer tyrannorum principis, in quo carcere nō tam homines quàm
Orci custodiæ, à caluo, ut dicitur, ad caluum inter reos relatæ, erroribus uarijs sceleri
busꝗ; uinctæ asseruabantur: affectibus etiā nefarijs, bellis & discordijs exagitatæ in-
terim, & uapulātes: indeꝗ; ad ultimum uitæ spiritum eductæ, per sceleratum uicum,
nefastamꝗ; portam & Charoniam, τὴν ἐπὶ θάνατον, ut Græci dicunt, abducebantur in
perpetuum: à qua sorte seculà nostra exempta, nec grata memoria id beneficiū pro-
sequentia, quæ tandem animaduersio Dei, quæ conditio maneat, ominari uereor.
Proinde iure optimo atꝗ; meritissimo à nobis Deus poscit, non iam ut cruentis sacri
ficijs filio suo litemus: etsi patri æquali, pari, æquè pollenti: tamen in crucem acto sua
sponte salutis hominum ergô. Nō ut paria serui, quatenus fieri potest, cum domino
facere aggrediamur: non uices ut beneuolentiæ aut pares aut similes, quod fieri non
potest, ipsi exhibeamus exigit: id quod tamen heroica manus quondam, & numero
sissima militum purpuratorum, quoad eius fieri potuit, fecit: uolonumꝗ; lectissimo-
rum, in aciem illa quidem strenuè & fortiter, sed auspicijs Seruatoris instructa, aduer
sus mundi principem, & contra eius copias immanes & efferatissimas. Cæterùm uo
luntatem ut nostram eidem hero nostro atꝗ; domino, liberum ut arbitrium, quale il-
lud quantumꝗ; habemus cunꝗ;, uel quantulūm si mauis, eidem ut mactemus: id ue-
rò ille poscit, cùm iubere, cùm imperare, cùm cogere iure suo, eodemꝗ; optimo, ipse
si uelit possit. Simul uetustum ut hunc hominem nostrum, uietum, ueternosum, for-

u den-

dentem, illotum, & squallentem, in familia denique & comitatu cœlestis domini obsolentem: ad aram iugulemus eâdem, in qua ipse Dominus pro nobis occubuit: in cuius humerum pater æternus, superorum inferorumque & uniuersi imperium summũ principatumque cum cruce imposuit. Hoc autem unum ad uerum naturam æstimantibus, nostri est utcunque mancipij, cùm reliqua sint omnia tantùm in peculio. Verùm, hoc modo cùm sciamus Deum nobiscum agere, Deum, inquam, immortalem cum mortalibus, patrem cum liberis, dominum cum seruis, quorum uitę & necis liberam habet, omniumque dierum atque horarum potestatem: ac ne id quidem modò, sed opificem ipsum cum operibus norimus, & Prometheum cum figmentis suis, cum fictilibus, cum uasculis agere luteis: quæ confringere, quæ conterere, quæ in ignem abijcere temporis momento potest, simulac sibimet ipsis uidet illa, dominoque ipsi esse inutilia: Hęc igitur & alia eiusdem modi, cùm comperta sint omnibus & inculcata, cùm aliàs, tum uerò ipsius Dei notione, nulli non natura anticipata: nos tamen tam profligata ac deplorata ratione uiuimus ad beatam uitam quærendam & consequendam, ad aram ut clementiæ ipsius & misericordiæ, ne hoc quidem quasi thusculo salutem, liberalius sacrificare sustineamus, ipsi acceptissimo. Nam quid aliud est obsecro, corpoream uoluptatem, quærendi & fruendi bonorum bonorumque cupiditatem, ulciscendi libidinem improbam, denique Cerberi trifaucis tumidam ingluuiem, enecare & iugulare ad pedes in crucem acti Iesu Christi: quàm thusculo litare Seruatori hominum, exiguo quidem illo, sed odorarissimo, nidorisque ad cœlum pertinentis? Quòd si cupiditates uitiorum omnium errorumque parentes, exanimare penitus, elidereque earum reliquias nequimus, è terreno corpore, è solo (ut sic dicam) tribuloso, naturæ sponte scatentes: gladio tamen uerbi Dei sanctiore de philosophia rogato & accepto, ita sauciare eas possumus & concidere, ut exuccæ iam & languidæ deinde esse uideantur. Hæc atque alia animorum uenena, cùm prudentia ciuilis parum animaduertere solita sit, aut animaduersa sus deque (ut olim loquebantur) habere: nec uerò cauenda & auersanda ducere: philosophiæ est utique germanæ ueracis & cœlipetæ, id uidere: quippe mortis & crucis commentatrix est ipsa, tamque immortalitatis cupida, quàm prudentia illa communis, rerum est intereuntium nugarumque auida & studiosa: quo nomine eam philomoriã appellare uerissimè possumus, ut è diametro oppositam philosophiæ. Ad eam igitur cogitationem sese accingat oportet Christigenarum philosophia, quàm fieri potest maximè: quando quidem ab alijs ipsa curis feriata est, nihil ad rem qua de re in primis agendũ est pertinentibus. Quodnam autem alioqui dignum erit operæpretium disciplinæ orbicularis, quam encyclopædiam Græci uocant, per tot annos ætatis decursæ florentissimæ: si senectuti fortasse amœnum præbitura est, animi tantùm causa, nõ etiam animæ diuersorium? nec ueteres eâdem opera (ut inquit ille) auias mihi de pulmone reuellet? Atqui nulli erit usui memorabili, nisi gradum nobis factura est ad studia altiora, sanctiora atque salubriora. Nisi uerò non à ligno scientiæ, noxiæ causa primordialis manauit: cui lignum illud uitæ idemque sapientiæ, remedium attulit expiabile. Neque uerò satis est hominis studiosi & eruditi subactum esse ingenium (ut Ciceronis uerbo loquar) & iteratum, parum est etiam excultum & nitidum esse aruum animi. Nam nisi eam culturam sementis opportuna probaque exceperit, nulla inde fruges existet, quę quidem culturæ responsura sit: unde igitur & quò tanti laboris messis? Semen uerò sapientia prolixè suppeditabit homini, in æde pietatis fideique philosophãti: & ipse sibi porrò philosophus è granarijs duobus scripturæ admerietur, quę unicuique pulsanti, ac modulis suis poscenti, aperiri paulatim solent: idque pro soli bonitate & culturæ industria, restibili fœcunditate prouenit, ampliusque centuplicatò redit. Eadem etiam philosophia index thesaurorum sapientiæ, puteos animantis aquæ, à priscis putearijs ipsius sapientiæ demonstrabit effossos, de quibus rigabit agri cultor huiuscemodi, ea quæ uidebuntur neglecta exaruisse. Pretium autem erit operæ, cùm inter hauriendum nectaream aquam, laboremque studij theorici exhauriẽdum, bibere ex ea licuerit nullo sensu laboris, & cum ingenti desiderio, inexplebili quidem illo fortasse, cæterùm huiusmodi, haustus ut quisque, quantus unicuique plenissimus esse potest, ad

stoma-

A stomachum hominis pro portione faciat. Summa uerò est comitas illa sapientiæ, incredibilisque benignitas, quòd omnibus bona fide ab ipsa poscentibus, atque eam per ipsam fidem obsecrantibus, ducere largè & assiduè licet: & porrò priuatim nō cisternam modò sibi lacumque compluuium, sed puteum uiuum fodere: ex eoque inter commentandum magna cum suauitate iugem aquam auferre, pro moduli cuiusque capacitate: nihil etiam singulos uetat, eorum quidem certè quibus cum nunc ipse uerba facio, & aquilegem sibimet ipsi, & putearium esse, ad nutricationem mentis & interioris hominis. At hoc quid uoueat dulci nutricula maius alumno? Quid homini, in quam, studiosissimo literarum antiquarum, atque uendibilium, magis est exoptandū, quàm in huiusmodi philosophiæ contubernio, emeritæ saltem senectutis annos aliquot exigere, nec inertes nec effœtos? Mihi certè philologia, quam iam annos fermè quadraginta amare primùm institi, curriculumque ipsum honestarum disciplinarum quoquo modo decursum, cos quædam esse uidetur aptanda gladio uerbi Domini, ad aciem ingenij exacuendam, ad significationes percipiendas mysticæ theologiæ, troporumque eius symbolicorum. Quare nobis uidendum est ut censeo maximopere, ne ad Lotophagorum littora adhærescentibus ad horam undecimam, sæpius frustra animi iam sibi moræ conscij immodicæ, ingemiscendo dicant, Quid stetimus hîc tamdiu ociosi? Quin à persuasibilibus disciplinis tandem, ad certam illam doctrinam, ac suapte fide nixam migramus philosophiam? ἅλις δρυός ætati iam uergenti: ex illa encyclopædiæ sylua nihil præter glandem legitur: ad Cereale studium transeundum, quo ager Domini consitus est. Verùm, ut alibi diximus, huius philosophiæ caput est, cum Paulo sæpe dicto, principe eiusdem & antistite, in primis hoc profiteri, nos scire Iesum Christum, & scire in crucem actum: idque salutis mortalium gratia, atque immortalitatis: ad quem ueluti scopulum, hominum æternæ uitæ rationem prædicationemque respuentium, arietina quidem Iudæorum pertinacia, hactenus in uniuersum offensa est inexpiabiliter. Gentilis uerò philosophia, eadem aut si mili offensione in pseudosophiam tandem est uersa, quæ reuera semper oxymoria

B fuerat. Hanc porrò effigiem circumferre semper eum & quocunque oportet, qui re ctè & commodè philosophari cupit, in sinu cordis conditam: non leuiter ipsam, qualem uulgus hominum solet, delineatam, sed scalptam, sed incisam, sed indelebili memoria intus penitusque insitā. Nec uerò eam modò in secessu & in solitudine: sed uel mediam per Ægyptum, per Babylonem perferre, palamque & prædicabiliter, siquando negocium sit nobis cum Ægyptijs atque Babylonijs. Licet enim & Babylone Hebræum esse, ut inquit Ambrosius in libro de anima. Hæc est autem uirga, qua in Ægypto Moses quondam memoranda edidit, clataque facinora theurgiæ: quæ in terrā proiecta, in serpentemque uersa symbolum sapientiæ, cunctos Ægypti serpētes sapiētesque deuorauit, cum sua sapientia humi semper reptante. Quo intelligi potest maximè, quantum sit numinis, cuiusmodique, in hac philosophia. Digna igitur est ærumna circumferendæ crucis, homine philosopho, quamque orthodoxiæ discipulus humeris suis iniunctam cupiat, & gaudeat: quando Herculem indecorum est sine claua conspici. In hac etiam ipsa sita est, & uero clauis fixa trabalibus, ut dicitur, atque adamantinis, autoritas fidesque Christianismi. In hac confixa est sceleslissima principis mundi arrogantia, qui generis humani à Deo ac ueritate auersi, imperium sibi uendicauerat, diro ac detestando errore mortalium. Quapropter, qui ad philosophiam istam resipiscentiæ magistram sese applicare statuerunt, quod omnibus necesse est cœlipetarum uiam capessentibus: ad staurophoriam ij pariter semetipsos oportet ut comparent: quæ pars philosophiæ, ab eodem illo ipso autore rerum cœlestium sæpe dicto, instituta est & demonstrata. Nam cùm omnes Christi actiones sint admodum admirabiles, cùm omnia eius opera diuinitatem suspiciendam præferant, ea tamen quæ per crucem acta sunt atque administrata, omnium sunt admirabilissima, ut inquit Damascenus. In hac maiestas Christianismi, eiusque placitorum uertitur: in hac summa theurgiæ atque œconomiæ Christi, quasi in capite, in cardine, in firmamento rectæ philosophiæ, ut posita, sic quærenda est. Hoc denique uelut cornucopię habeto philotheorus, salutis indagator, cœlestis uiæ conlectator, in uita peregrinus: hoc, in

quam Amaltheæ cornu locuples in ſinu interiore teneto, ex quo uiaticum animi cō templatoris largè & copioſe prōptitet. Hoc eodem in palo, cippoq́ adeò illuſtriſſimo, medio mundi loco, ob idq́ uiſendo & mōſtrabili erecto, chirographum illud uetus, graue, fœneratitium, longiſſimiq́ temporis interuallis indies ingraueſcēs, nedum indelebile, cum ſeruatore ipſo confixum eſt: ut inductum ab eo & circumſcriptum, ad numumq́ ultimum diſſolutum, atque eo amplius. Cuius chirographi nexu mortalitas uniuerſim ſigillatimq́, Stygio fœneratori autorata fuit tamdiu, atq́ in eius ergaſtulis duriſſima cōditione diriſſimaq́ uincta, nullo ſenſu, (quod mirum eſt, an miſerum potius?) calamitatis ſuæ: in caligine denſiſſima merſa ignorationis Dei, & ſummi boni, ac ueritatis. Id tale tantumq́ beneficium, humana oratione nequaquam enarrabile, cruci Chriſtoq́ acceptum referri debet uni, recordatione perenni, aſſidua, & accurata: quippe qui pro nobis tantum æris alieni dependerit à maioribus noſtris contracti iam inde à primis uitæ incunabulis. Quorum omnis poſteritas iure quodam ſucceſſorio & erratico, deinceps ad eum diem, malorum tantùm (ut clarum eſt) poſſeſſionem, non etiam bonorum agnouerat. Cruci igitur affixus, conſtituto debiti grandis atque piacularis, in præteritum, in inſtans, in futurumq́ facto, & ſortem ipſe & uſuras pro uniuerſitate dependit: ſicq́ ergaſtula iam uetuſta emiſit, iuſſa eſſe libera: quæ quidem certè ſalutari ſtigmate, notaq́ prouidentiæ, inuſta reperta ſunt. Poſtremò hoc teneamus ut enūciatum quoddam ratum orthodoxiæ, qui inter euocatos Chriſti cenſeri, qui in numeros illos æternos referri, qui delectarum copiarum, quæ ſupernis exercitibus in ſupplementum aggregandæ ſunt, numerum augere concupierint: id quod nemini non precamur, ut expetendum in primis, cui optimè conſultum ipſi uolumus, nobiſmet etiam ipſis ominari gaudemus. Quibus hæc (inquam) in mentem inſtinctu Dei uenerint, ijs omnibus illud geſtamen Chriſtianiſmi, & uelut labantis animi ſcipionem, aut fidei coneuſſæ & languentis adminiculum, ſuſcipiendum eſſe, ad finemq́ uitæ conſtanter perferendum. Siquidē abſq́ eo adiumento ſurgere iacentes animi, & ſtare recti nequeunt. Quis autem Chriſtianorum hominum uel immortalitatis inconſiderantiſſimus in uita, non in morte crucem ipſam cum Chriſto ſignificato, eius numine & ornamento, adorandam eſſe cenſet & amplectendam, ut baculum quoddam alexicacum? Quis funeri ſuo crucifixum præferri non precatur? Quis inter ultima mandata hæredibus non imperat? niſi fortè ſimulacrorum inimici, ſtauromaſtiges quoq́ eſſe ſuſtinent: omnes enim ſanæ mentis meritò tanquam teſſeram cœleſtis hoſpitij, crucem Chriſti aut eius omen, ſecum auferre hinc emigrantes cupiunt. Hoc denique ſublato geſtamine, ſignum dat nobis è littoris ſpecula in mari euagantibus, theorica philoſophia. Quocirca cùm crucem Domini ſupplicum uelamen eſſe nouerimus, & miſericordiæ pignus: & in miſericordia unam quidem, cæterùm certam nobis ſpem ſalutis comperiamq́ eſſe poſitam: quid cauſæ eſt, quin planè futilis atque nugatoria ſit prudentia ciuilis, tametſi honori habita inter eos, ut commoda, qui boni grauesq́ uiri exiſtimantur? Quid ni enim bellam iſtam ſapientiam hominum, nugas eſſe cenſeamus, ſi quidem Chriſtigenam ſeſe ingenti contentione aſſerit, & cœlipetam: nec tamen Chriſtum quærit ſequiturq́ Seruatorem? Niſi uerò Ieſum Chriſtum quærere eſt, Chriſtum iam triūphantem quærere, Chriſtum prouincia iam confecta, comitatu laureato inſignem, in cœlumq́ ouantem immortali cum exercitu innumerabiliq́ ingredientem, cupere: à nobis enim huiuſcemodi Chriſtus ſperandus eſt ille quidem, & exorandus: ſed ita demum ſi Chriſtum ipſum quæſierimus in cruce fixum atque cupierimus, cū quo nos cruci nunc affixos eſſe omnino neceſſe eſt, & ſtaurophoros eius, quaſiq́ calones eſſe, ſi cum ipſo quidem certè nos à morte ac per ipſum excitatos uolumus & cupimus. Multos porro chriſtos fuiſſe nos legimus, & Ieſus etiam plures: ſed unum tantùm cruci affixum, qui Seruator, qui liberator, qui aſſertor & uindex eſt hominum. Age, ſi buccinæ ueritatis, ſpiritu cœleſtis ſapientiæ plenæ, hæc quondam cecinerūt, quos prophetas ſacroſancta ſcripta uocant: ſi ſermo Dei ſalutis promulgator, hoc palàm conteſtatus eſt: ſi Paulus accenſus (ut ita dicam) cœleſtis dictaturæ, id uerbis conceptis poſteritati prodidit, in crucifixoq́ ſummam expectationis ſuæ poſuit: ſi

uades

A uades ipsius cruci affixi: si tot testes non fortuiti, non rogati, sed diuinitus oblati, hoc fortunis & pignoribus suis, hoc capite cauerunt: cur omen staurophoriæ usque adeò reijcimus & auersamur, ut inimicis id nostris capitalibus, ut hostibus imprecemur: à nobis autem, à charis pignoribus, ab amicis id nostris abominando amoliamur? Ecquis est autem mortalium sanæ mentis, qui cùm hæc apud se existens, maturè & perpensè considerarit, non extemplo ab hilaribus (ut aiunt) ad cineralia transiturus sit? Profectò si doctrinam euangeli, cum Pauli epistolis, qui ueluti codicilli sunt additi testamento ipsius, animaduertere uelimus: necesse erit ut fateamur, satyram hanc esse quandam sapientiæ delapsam è cœlo, ac destinatam ad reprehensionem humanæ prudentię: acerbam quidem illam satyram primore sensu, & tanquam aduersus contumaciam nostram, monita sapientiæ obaudienter excipientem, strictam illam frameam uerbi Dei uibrantem: cæterùm aures hominum summisse libēterq; euangelio auscultantium, mirè patefacientem symbolicæ sapientiæ: uerùm ad præcordia eorum ipsa demum penitus insinuat, quos Dei prouidētia spiritus sacrosancti appulsu pignerata est. Nūc autem ut mores ad stultitiam, ad uanitatem, ad nugas, ad incuriam denique, contemptionemq; æternitatis, uergere iam cœperunt: sic breue curriculum uitæ nos peragimus (quibus quidem consenescere contigit, quæ minima pars est hominum) quasi inter aleam quandam ancipitem finium constituti, bonorum & malorum: ob idq; non magnopere de exitu casu'ue laborantes. Etenim tanta in securitate futuræ uitæ mersi sumus, tantaq; incuria præditi an perditi? ut multi his de rebus sermocinantes, sortiri quid dicant ac cēseant (ut est in prouerbio) uideantur potius, quàm ratione pendere & æstimare. Cæcum uitæ propositum (superi immortales) diramq; amentiam. Scilicet improba Siren illa desidia, secordiaq; somniculosa, nos oppressit in tumultu, in naufragio, in incendio gliscente, in tanto discrimine. Tum spes & opinio longiusculæ uitæ, diem ex die ducit, & resipiscētiam plerique differimus in id tempus, quod resipiscendi spatium non admittit. Fati enim supremi aduentus inopinatus, mentem apud sese esse non sinit, sibiq; consulere attē-
B tius, utpote tumultuariam manum Atropi, eandemq; indeprecabilem inijciens. Nā iuuentus aut firma ualetudo, cùm semel unicuiq; mortalium, caniciem seram & longos promiserit annos: cunctationi protinus homines sese dedunt & procrastinationi: quam deinde incuria sequitur & obliuio uitæ ad decessionem expediendæ, rationumq; subducendarum neglectio, ad impetrandum ius illud ciuitatis supernæ & æternæ. Ad hoc proprium munus est huius philosophiæ quam sectandam esse ducimus, non illius hallucinatricis, quæ ueluti planus gentium ætatumq; profanarum, uerba Græciæ & Barbariæ dedit. Verùm illæ duæ ad sese redeundi remoræ, longè, lateq; in uitæ celebritate grassantur, quasi agminibus illis lucifugis cœloq; extorri multitudini subseruientes, multosq; ubique gentium circumscribentes, quâ iuuenes, quâ senes, quâ ualentes, quâ languidos & femineces. Quo clarius intelligere possumus, non de nihilo illud esse, quod excubare nos Dominus & peruigiles esse, sermocinationibus suis admonet sententiosissimis, mortisq; subitum uadimonium, & furis nocturni aduentum, prouidere necopinatum. Qui etiam olim prouinciam suam obiens, primum illud edictum ore proprio ac propalam pronunciandum censuit, Resipiscite, appropinquauit enim regnum cœlorum: nimirum ipse legem mœrentis ob secus admissa conscientiæ, autoritate sua sanciens: quam prænuncius eius, uictimaq; præcidanea antea promulgauerat. Id uerò satis significat sapientiam humanam & mortalem; cum diuina & immortali plenam habere discrepantiam, ex edictoq; illo suo Christum, ius unicuique prouincialium tandem esse dicturum. Proinde cùm rerum diuinarum æternarumq; enthei pronunciatores, præscita sua prædictaq; reliquerint uitæ, conscripta luculenter & cōsignata: cùm Deus ipse Christus superùm iuxtà inferumq; potens, pœnas præmiaq; ore ueritatis atque sapientiæ pronunciarit: omnem nobis ansam utique prolatandæ resipiscentiæ, procrastinandiq; studij philosophiæ propriæ dictæ, præcidit. In biuio igitur uitæ peregrinantis fac duos esse cippos: alterum euangeli doctrina, alterum anteuangeli incisum uel inscriptum, qui sensus est communis magisterio mundi imbutus & institutus: inde au-

tem uias duas à peregrinis iniri, alteram sursum uersus spectantem, scansimque ferentem peregrinos & uiatores, asperam, angustam, pedestrem, ac raris diuersorijs: alteram in diuersum uergentem, pronam, planam, curulem & equestrem, tabernis multis diuersorijs distinctam, quibusdamque peramoenis, tum instrumento uitae uario, uisendo, ac copioso instructis. Da etiam huic, si placet, agendae uitae facilitatem non dubiam, commoditatemque conspicuam & luculentam: illinc fac e contrario omnia incommodis scatentia, curisque angentibus. Harum (opinor) duarum uitae formarum rara in uita exempla sunt, propterea quòd ciuilis conuersatio, & alia quaecunque celebritate hominum constans, ex utroque genere temperata est illa quidem, atque permixta: caeterùm maioribus minoribusque modulis, prout est id quod tulit ac statuit unicuique ratio prouidentiae. Haec autem ab hominibus iccirco comprehendi non potest, quòd arcanas causas habet effectusque qui mortalium coniecturam fugiunt. Nemeseos enim numen unicuique suum ius suamque sortem tribuēs, ut nomine ipso prae se fert, nō ex humani sensus formulis ius reddit distributiuum, sed ut Lachesi illi coelesti uisum est, dispensatrici prouidentiae. At uerò haec ueluti libraria quaedam coelestis, unicuique pensum suum uel parcè uel prolixè: tum operosum & molestum, tum facile & iucundum appendit. Temeritas autem casuum, & sortis fortunae iniquitas, in rerum humanarum administrationem, bonorumque & malorum admensionem, iure quodam obscurissimo conniuentiae diuinae irrumpentes atque patientiae: rationes conturbare uidentur ipsius Nemeseos, summaque cum imis permiscere perplexissime. Inde illa sors & fortuna, in coelum quondam hominum errore sublata: quae tamen etiam hoc tempore, & summi actus rerum & infimi, eorumque confinis gubernacula tenere uulgò existimatur. Illa uerò è cornu copiae mundi, è penuque fatorum non modò pro potestate, sed etiam pro numine promere mortalibus, quibusdamque profundere: non aliter atque olim, cùm simulachrum eius pingebatur gubernaculum manu tenens cum copia, tanquam rerum ipsa regimen haberet in potestate. Quae causa est ut in ciuilis uitae aulicaeque praecipuè rationibus, & acceptorum paginam & expensorum impleant non eius modò beneficia, sed etiam maleficia, aequè enim & bonorum & malorum dispensatrix uel dilargitrix potius esse dicitur, è dolijsque illis Homericis fundere summa iniquitate. Huius esse creditur beneficentia, mundi penè monarchia sub Alexandro magno (quod mirari possimus) ab ethnarchia nata. Haec memoria nostra quosdam, terrae quidem filios, sed è Pygmaeorum gente, triduo aut trieñio colossicos fecit, talesque trinoctio ut concepti è Ioue esse uiderētur: quod de Hercule traditum est in fabulis. Itaque cum huius intemperiae ludibrijs, perpetua & inexpiabilis est rationi dimicatio: cuius auxiliares copiae sunt spes bonorum aeternorum fides Dei promissorum, cum charitate Christi numeris omnibus absoluta, nec aemulam aliam admittente cupiditatem. Fortunae autem auxilia sunt mūdus iam saepe dictus, caro, id est uoluptas, & cupiditas: illa, in omne genus animantium imperiosissima domina: haec, tantùm in hominum. Iudice autem philosophia orthodoxiae affini atque alumna, & cuncta & singula auspicijs reguntur prouidentiae: etsi saepe tum iniquitate mortalium, tum larium Stygiorum instinctu consilioque, negocia & facinora suscepta sunt & instituta. Neque uerò in schola philosophiae, fortuna rerum clauum tenens pingitur, aut fingitur: sed aleam potius manu mouens: quo ludo oblectari etiam ab antiquis dicta est, ut inquit Eustathius. Quapropter rerum euentis mortales rerum peritos, ultra modum permoueri, aegrescereque uehementius non conuenit: sed illis tanquam actis quibusdam coelestium Parcarum, prouidentiae utique diuinae certo quodam modo arcanoque ancillantium, quoad eius facere possumus, acquiescere. Esto uerò hoc animo hominis sapientiae discipuli, praeiudicatum in praeteritum, in praesens, & in posterum, quicquid tempore & coeli conuersione fiat, factum'ue à mundi sit molitione, atque etiam ad usque conflagrationem eius futurum, nihil utique fieri, fore, factum esse, absque eius ipsius auspicijs, qui causarum omnis generis autor iam inde ab initio fuit, & coeli uertiginis arbiter in perpetuum. Id quod attentius paulo saepiusque aestimatum, efficiet in rebus ut aduersis secundisque perinde sentire de amore diuino erga nos indulgentiaque debeamus. Ecquid autem est aliud patiētiam

A tiam rebus aduersis, & fortasse destinato Dei certoque consilio, accommodare, quàm paucorum annorum, an mensium, an dierum, molestiam deuorare? Sępe uerò œconomia ipsius prouidentiæ, cuidam quasi numini fortunæ ascribitur, ignoratione nostra, rationisque stupore. Flexuosa enim ratione hominum coniectura sæpe utitur: atque in multas erratiunculas digrediente, quæque erratio potius, quàm ratio dici debeat. Ac tametsi humanæ mentis Mercurius, id est ratiocinatio, quæ sæpe mendosa est, prouidentiæ consilia atque eorum causas, interpretari & explicare nequit: æquitas tamen animi tanquam arbitra quædam honoraria, ac iuris diuini consultior, controuersiam illam prouidentiæ ac fortunæ, in iudicio communis sensus omni memoria, in omnique gente, apud doctos agitatam: conuocato senatu sanctioris philosophiæ, dirimere semel atque in perpetuum: iudicareque secundum illam partem debet, quæ patrocinium cœlestis sapientię meruit, & simul suffragium beatæ multitudinis. In iudicio enim rerum tantarum, ad summamque bonorum & malorum rectà pertinẽtium, simul ut Mercurius humanus hęrere cœpit, ratioque torpere, ad cœlestem illum consulendum protinus Mercurium adeundum est: sermonem dico Dei, inter oracula receptum omnium quondam mortalium consensu, & piè consecratum, rerum cœlestium nobis diuinitus enarratorem datũ: adhibita eodem & aduocata ratione ab eo condocefacta, non etiam ab ista prudentia cõmuni informata, quæ notiones nobis suggerit erraticas, atque à ueritate deuias germanaque sapientia. Quis autem sanæ mentis homo, cunctetur ore, mente, pedibus in sententiam transire sapientiæ? atqui resipiscere, & antè actorum pœnitere, post errorem est intellectum in autoritate esse uelle sapientiæ, ut præstantioris & consultioris magistræ. Quare cùm aduentantis regni Dei prænuncius resipiscere nos iubet, nihil aliud quàm diuersam & auersam uiam, ab instituta iure gentium uita, nobis ineundam esse docet: secundum quam ui tam animus iure suo decedens, quasique uir uxori rerum suarum regimine summo cedens, & principatu sese abdicans, sensibus temerarijs habenas arbitrij fœdissimè permisit. Ita qui uerè resipiscere instituit, quod plerique præ se ferunt, is uiam, ueritatem, B & uitam sequatur necesse est: quæ uita ex animantibus homines spirituales efficit: mors est enim non uita si scripturam audimus, Hellenismi sensus, consilium mundi, & propositum: ut non mirum sit, quòd Christus regnum suum, à mundi tyrannide diremisse, non semel testatus est. Quo uel uno argumento liquere potest, quàm irritæ sint precationes nostræ, qui identidem aduentum regni Dei expostcentes, Deumque uotis nequicquam fatigantes in ea ipsa uerba conceptis, interim quàm longissimè possumus, ab eo regno aberramus. Profectò labat fides, & conspicuè uibrat, etsi conuelli non potest: & quod Plato in uniuersitate, analogiam esse uoluit, id est, δεσμὸν τῶν πάντων, in Timæo, hoc idem est Christi charitas sponsalitia, in Ecclesia: quanquam id appositius esse censeo & commodius, quod è Philone Eusebius dixit, uerbum Dei, mundi & naturæ uinculum esse, atque retinaculum: illud uerò idem & fidei firmamentum est in uniuersitate Ecclesiæ, ut manifestè apparet. Fidem autem intelligi uolo, non inertem, non cessatricem, non manibus consertis in securitate acquiescentẽ, ignauaque fiducia fretam destinatricis prouidentiæ: sed strenuam & actuosam, fœtãque æmula probaque charitate. Verùm enimuero ut dicere cœperam, uita etsi uarietates multas & mirabiles habet, δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει, δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων, tamen plerunque bona malis mixta: & uersa uice, mala bonis temperata sunt, duntaxat apud homines rectum iudicium habentes. Nemo certè adhuc inuentus, qui malorum expers fuerit, eodem teste poeta rerum humanarũ prudentissimo, ut hisce ex uersibus eius intelligimus, ᾧ μέν κ᾽ ἀμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος, ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅ γε κύρεται, ἄλλοτε δ᾽ ἐσθλῷ: & uerò abundè atque indulgenter, inquit Plinius, à fortuna cũ eo deciditur, qui iure dici non infelix potest. Sed fac esse ut illa uia latè patens atque frequentissima, præ se ferat omnia homini cessura animi è sententia, ad implenda uitæ desideria: num in eo tandem uiarum diuortio Hercules constitutus, non ille quidem Iunonis inclemẽtia, & gloriæ cupidine exagitatus, sed pietate Christianismi instinctus atque imbutus: si ipsi optio permittatur, utrã malit inire uiã, Paridis statim exẽplo, Minerua cõtẽpta, uoluptatẽ præsentẽ secuturus sit? an Themidis supradictę

potius oraculum aditurus, ex eiusq́ responsis cōsilium agendæ peregrè uitæ capturus, commodiorem ut in partem, id est ad salutem procliuiorem, summam rationum uitæ conferat? Equidem sic futurum opinor: neminemq́ consultum uereq́ prudentem, facturum, præsentem ut bonorum copiam, ut theatricum fastum, ut uiam denique cæcam & præcipitem eligat, præ uia euangelica, ad cœlumq́ ferente, præsertim aduersus quod ipse pepigit ac spopondit die lustrico ac purifico. Quippe qui probè intelligat, illa bona bonis istis, cœlestia terrenis, uera imaginarijs, æterna temporarijs, summa infimis, diuina fortuitis, continuari & cohærere non posse contra fidem oraculorum. Proinde si Dominus de torrente in uia bibit, & nos saltē in hac uia mœrentis ob culpam pœnitentiæ, super agelaston petram sedentes acquiescamus. Nam quid aliud est homo euangelicæ disciplinæ retinens, nisi ille apud Terentium in sese suam ob culpam animaduertēs, ἑαυτὸν τιμωρούμενος, de semetipso Deo dans sua spōte supplicium? Quod qui facere pergunt, ijs Dominus non ueniam solùm deprecantibus, sed etiam ultro grande pretium operæ pollicitus est. At nos aut liberi sacris & Veneris operantes, aut promissa iuxtà minasq́ Dei, ut Iunonis asseclæ, studijs cupiditatis ambitusq́ posthabentes: momo tamen cœlesti litaturos nos speramus ad ultimum, nec de hoc magnopere interim angimur aut laboramus. Verùm illa Saturno sata Iuno, ut uirtutis inimica semper à priscis inducta est: uirisq́ fortibus cœlum petentibus inuidens, ut inquit Augustinus in decimo de ciuitate Dei. Quæ cùm Hera à Græcis appellata sit, ancipiti ut uidetur omine colitur deuotissimè ab hominibus seruiturem cupiditati, non Christo Seruatori seruientibus: eius etiam Heræ cliētum, atque in fide patrocinioq́ positorum, longè plures inter heroes, quàm inter diuos relati commemorantur. Nempe quasi ἀεροβατοῦντές τι, καὶ τὰς νεφέλας σκοποῦντες, & cum dæmonum natione aeriuagi. Summa autem nostræ disputationis eò pertinet, ut intelligamus, uirga Mosis iter per mare pandēdum nobis esse, hoc est cœlestis sapientiæ disciplina, scripturæq́ autoritate: quæ uirtutem Dei, summamq́ theurgiæ totius admirandæ, in Christo cruci affixo sitam esse ac fuisse, nos docuit, atq; in eius fide rata, in animoq́ fixa & persidente, ad opera semper accincta, qua Christianismus constat. Hanc enim unam arcem habemus: hoc præsidiū religionis rectæ, cœlitusq́ proditæ. Cuius autoritatem & maiestatem, rituumq́ eius normalem disciplinam, si summi morum censores, maiorum uestigijs admoniti, sartam ac tectam per manus deinceps posteris tradidissent: longè melius utique, præclarius, & salubrius, cum genere humano tot iam seculis actum esset. Sed illa est scilicet potestas principis tenebrarum, hominum ut singulorum mentes sine noxa, moresq́ uniuersorum, diu permanere non possint, nisi omnibus ungulis, omni ope cautionis diuinitus adminiculatæ, obuiam eatur illi: & natura comparatum est deprauata & uitiata, ut uita & mundus in peius sensim deteriusq́ ueterascant. Quam in partem iamiam uix erit multorum opinione, iamq́ est fortasse, ut incrementum dies afferre posse uideatur: quippe ubi fas uersum, inquiunt, atq; nefas, tot bella per urbes, eaq́ nefaria: tam multæ scelerum impiarumq́ opinionū facies, non ullus aratro dignus honos, cuinam? dicet aliquis. Nempe quo terra subigitur humana, ad fruges accipiendas animis salutares, & refundendas uicissim. Proinde hominem philosophum hæc æstimantem, oportet et necesse est, cruce dominica humeris suis iniuncta, quasi quadam ærumna, Christum ipsum crucifixum, diui Pauli delicias, in sinu circumferre: tum Christianismi placita, fixa in corde suo, incisaq́ habere, literis Latinis & Grēcis, ac si fieri potest etiam Hebraicis: hocq́ quod dicturus sum, ut enunciatum theosophiæ suapte autoritate nixum fixumq́, consertis manibus retinendum est. Qui lignum uitæ, idemq́ sacrosanctæ disciplinæ, copiosæ, uariæ, amœnæ ac mirabilis, interioris hominis dente non attigerit: qui in caudicem eius & stirpem iudicij morsum non impegerit cum magna suauitate: ipsum nequaquam posse de puteo aquæ uiuæ, atque etiam animantis homines iugis & perpetuæ, salubriter haurire. Quod qui facere supersederit, alijs studijs nimiopere deditus, is non philosophiæ studio, sed aut philomoriæ (ut dictum est) aut pseudosophiæ teneri, fallacisq́ aut inanis simulachri scientiæ, ad extremum ut comperiatur necesse est: quod genus à Græcis κενοσπουδία dicitur. A diuturniore

A niore ergo potu aquarum Ægyptiarum, siccam saltem esse ætatem iam ingrauescen tem conuenit professioni philosophiæ: quo facilius hauriat philosophus & suauius è puteo euangelico. Nam Christianismi alumnum esse, & simul Hellenismi perpetuum discipulum, cothurnum est quodammodo Theramenis perpetuum induere, in confiniocp habitare, atq; uitam agere pietatis atque Polytheiæ, uel Atheiæ potius impurissimæ. Igitur ἅλις iam δρυὸς, quod antea dictum est: nec Cereali munere inuẽto & pergustato, in sylua deinde Hellenismi diutius expatiandum: ex qua tanquam sylua pascua, ut glande sues læti, ad extremum tantum inconsulti quidam redeunt, frugibusq; non gustatis diem obeunt iudicij decretorium in perpetuum, non suum, sed inimici, atrocis & infesti uehementer criminatoris. Porrò autem qui Christum cruci affixum in sinu fouere & continere cupiunt, expressamq; & eminentem effigiem summi boni æterniq; colere: ijs hoc quoque faciendum est, ut cincti sint circa lumbos quàm accuratissimè atque exactissime. Nec uerò unquam committendum, ut per incuriam discinctis, aut per incontinentiam, fides & charitas excidant, pignora summæ spei, quas ipsi in sinu suo confouere cœperũt: tametsi Christus ipse, quem in limen templi admittere diebus constitutis & aliàs unicuique solenne est, perpaucis autem penitus & hospitali mente: si semel in cordis intima insinuarit: ibiq; diuersorium sibi loco mundo, scopisq; iam dictis reprehensantis sese cum mœstitia conscientiæ, rectè atque ordine circumuerso, elegerit atque ceperit: non facilè deinde sic emigrare solet inde, præsidio ut suo exutum hospitem destituat. Absque hoc uerò hospite contubernalem habere pacatæ mentis statum, euthymiamq; illam nemo potest, interioris hominis felicitatem, cuius prisca philosophia nominis tantùm splẽdorem, sanè augustum & expetendum, uehementer admirata est. Sed enim Christo Dei uerbo atque sapientiæ, hospiti amplissimo atque suauissimo, & uerò uotorum philosophiæ summam pignusq; summi boni, secum unà ferenti, uia domum aduenienti munienda est & præparanda, supplicium ipsi suppliciter de se dando per mœrentem ob secus admissa ægritudinem: dirigenda etiam & explananda, ut uates il-

B le maximus, appetentis salutis præmetator & prænuncius, admonuit: à quo Christus ipse lustrari mystica immersione uoluit. Ita autem ferre mihi uidetur ordo, ratio & processus elementaris philosophiæ ac philotheoriæ, ut uerbum Dei in præcordia admissum, paulatim in corde concipiatur: dein ex informi & adhuc inanimo, sensim commentando formetur in modum expressiorem, diuinitusq; deinde animetur, uix iam semianimo exteriore homine. Ab hoc profectu Christus ipse cùm in corde iam animatus est, tum animans est animi, atque etiam inspirans, ob idq; in corde regnare auspicatur: & porrò tyrannidem mundi, eiusq; principis potentatum, locomouisse uidetur, & eiecisse fortasse. ex quo fit ut homunciones sæpe, plus quàm heroes euadant: famiolaq; uasa paulum antea & futilia, interdum fiant aurea, dominoq; præpotenti grata & utilia: tales enim fuerunt permulti olim uiri sancti, quibus numen illud paracletum incubans, spiramentum uitæ cœlestis luteam in faciem mirificè inspirauit. Hi sunt qui spiritu Domini tincti atque imbuti, summum bonum in uita, summamq; definiunt felicitatem, summa fidei amorisq; Dei affectione: quiq; omnium actionum suarum, consiliorumq; ac desideriorum summam, fructum etiam omnem eorum, atq; operæprecium uitæ, in duabus illis uirtutibus sita esse existimant, amplissimeq; ad extremum constatura esse mortalibus. Nobis autem studiũ sapientiæ auspicijs Christi capessentibus, hoc omni ope contendendum est, ut ab infantia uerbi Dei, ad adultam fidem eius intelligentiamq; assurgere cõmentando possimus: quod quia sine magisterio indulgẽtiæ diuinæ impulsuq; fieri nequit, ideo à nobis precibus imploranda est atq; obsecrationibus. Animus autem farragine literarũ humanarum disciplinarumq; farctus, cùm ad sapientię studiũ contentionem sui trãscripserit: historiæ theurgicæ pabulo primùm delectabitur, nisi genio præditus sit ad salubrem doctrinam refractario atq; dissono: deinde animãte & mystico intellectu quasi epulis diuinis & pane cœlesti aletur. Vnde sensim euehetur ad intelligentiam anagogicam & spiritualem: longe maiorem ipsam augustioremq; profanæ philosophiæ fastigio. Quidnã porrò iucũdius hoc, quid uerò euthymiæ illi beatæ affinius,

esse potest, quàm huiusmodi philosophiæ studentes, ad mortis antè prouisæ atque præ- C
meditatæ uadimonium excubantes: porroque ad mortis certamen proludentibus similes, præpetem spem amplecti, tenere & fouere, hominem quidem illam quanquam adhuc mortalem, sublimem nihilominus, in cœlumque rapientem. Verùm enimuero cum magni cuiusdam sit negotij animum reuocare à commercio sensuum, moresque à consuetudine abducere diuturna, quæ iam callum obduxit in sensu cõmunis prudentiæ: iccirco philosophiæ priscæ elementis opus est, studium augustioris philosophiæ capessentibus: quam Cicero in Tusculanis ait culturam esse animi, quæ extrahit uitia radicitus, & præparat animos ad satus accipiendos, qui tandem adulti, fructus uberrimos ferant. Et in tertio de Oratore dialogo, Philosophia est, inquit, omnium optimarum rerum cognitio, atque in ijs exercitatio. Quod tamen nunc qui facere optima fide cœperint, philomori magis, ut dixi, ciuili prudentiæ, quàm philosophi uidebuntur: utpote cuius aures occaluerint ad monita sapientiæ, ad iussa, ad interdicta legis summæ, ad præmiorum iuxtà pœnarumque immortalium denũciationes. Proinde qui in literis antiquis, honestisque utraque lingua disciplinis feliciter eruditi, ad sacram ipsi philosophiam conuertere parem animi contentionẽ nõ magnopere laborant semini diuino accipiendo: aut cùm id statuerint, in ætatem iam caussariam differunt exuccamque facere: ij mea sententia tam absurdum consilium uitæ capiunt, quàm de agricultura illi perperam statuũt & incommodè, qui segetes in agro supramodum inarescere sinunt, messis fructum sustinendum esse putantes, ad inanitatem usque spicarum aut siliquarum. Qui uerò aut animi causa, aut gloriæ comparandæ studentes, in externis disciplinis consenescere constituerũt: atque in extremo actu fabulæ huius uitæ, animam quoque agere non uerentur: hos quidem ipsos non tã philosophari in literis censuerim, quàm cum Fauni, ut prisca uoce utar, uxore fatuari: id quod significat amore Musarum lasciuiorum captos, afflatuque spiritus proteruitatis, fanatico atque insano impetu uaticinari, quod Hesiodus fecit in illa sua Theogonia, stemmateque teterrimo Titanum atque Tartaridarum. A quo ipso forsitan proximè ab esse uideri possunt, alumnorum uatum Polytheiæ perpetui admiratores, qui lepôre D
poetico insanè delectati, sacrosanctæ doctrinæ salutarisque studiũ ob id floccifaciunt, ueluti ad eruditionem politiorem ineptum & incommodum: in summa sanè ipsi uersantes inanitate studij, adumbratamque tantùm persequentes philosophiam. Siquidẽ uaniloquam in uniuersum philosophiam externam, fatuam ac Fauni coniugẽ esse, nemo inficiari potest: duntaxat non impudens atque impius, aut certè non imperitus. Quòd si sale condita sit eadem philosophia: & uerò si salibus aspersa germanæ æternæque sapientiæ, atque diuinitus proditæ: haud dubitarim ipse eam primæ commendationis esse dicere, inter res quidem certè humanas, optandas & consectandas ingenuis animis atque excellentibus. Animi porrò non exigui tantùm, sed etiã diuina pro nihilo ducentis esse mihi uidetur, & tanquam demissi cuiusdam infernatisque philosophi, inter homines rerum humanarum prudentes, facundiam omni studio eloquentiamque comparare: quod plerique facimus: inter eos uerò qui sapientiæ student, ac de ratiõne summi boni adipiscendi differunt, infantem esse non nolle, aut certè nõ omni ope uitare. Vltra modum autem & ætatem amœnitati tantùm studere literarum, summæ est amentię: nisi uerò amentium non est, animi causa animam suam perdere, aut de eius salute perpetua negocium sibi non faciendum ducere: nempe quasi ex actis tantùm destinatricis prouidentiæ, ius beatæ uitæ petendum habeamus: non etiã ex pietatis & religionis studijs, exposcendaque per mœrentem pœnitentiam uenia, sperare debeamus. Arqui post sermonis mortalis peritiam atque philologiæ, ipsa quoque sapientiæ dialectos immortalis & sempiternæ, cognitu est utique dignissima, ut summum ac salubre fastigium eloquentiæ columenque illustre imposìtura. Id quod ij demum hominum doctissimorum, ut opinor, contemnere soliti sunt, qui præputiũ Hellenismi, post Christianismi sacramentum retinentes, creta an carbone notandæ sint animæ ad extremum, aut nihil aut parum interesse nostra putant: nihil uerò referre, inter Dei filios & cœlites ipsi referẽdi sint, an inter Tartaridas & Orcicolas. Verùm hi ex eorum natione sunt, οἳ τὸν οὐρανὸν λέγοντες εἰ ἀπέθανον, ὥς ἐστι πηγὸς, καὶ τὸ πρὸς ἡμᾶς

ἡμᾶς οὗτος, ἡμᾶς δ' ἄνθρωπος, ut inquit ille Comicus. Hactenus enim ipsi nec amplius cœlestibus de rebus sempiternisque philosophantur: quorum contubernium atque sodalitatem, ut diram & capitalem, eos auersari oportet, qui aduersus Sirenum secularium delinimenta, & sæpe lustralium, circumcidere sensus suos statuerunt, cultroque selectioris philosophiæ accidere desideria cupiditatis improbæ. Deus autem omni genere doctrinæ ad cognitionem sui ac nostri condocefactos nos uolens, præsertim hac ætate literarum meliorum strenua instauratrice, præcidisse nobis omnem spem mihi uidetur causandæ ignorantiæ: quo impendio magis attēti esse debemus, ad aureis perpurgandas ueritati exaudiendæ. O tenebræ Cimmeriæ uita quæ lux ab antiquis appellata est. Abrahamus ille medius fidius, in scriptura decātatus, ut fidelium decus ac parens, in tanta luce literarum, in summa illustratione proditæ quondam promulgatæque ueritatis, diffidentiam exprobrare nobis capitalem, diramque mihi uidetur incuriam immortalitatis beatissimæ: qui in spem ipse maiora spe fideque pollicitationis sibi factæ, credidit: quod Paulus ille sanctioris ueritatis calamus, ad Romanos scribens, testatus est clarissimè. Tametsi non capitalior est nostra diffidētia, qui in gentem Abrahamidarum nos professione tantùm uerboque adoptauimus: quam sceleratior confidentia, quòd in lubrico & præcipiti loco stantes, tamen securi, supini, somniculosi, ueterno denique diro oppressi, acquiescimus. Proinde (ut finem dicendi faciam ea de re, quæ nec dicendo, nec scribendo, nec commentando finem ullum inuenit) literarum bonarum (ut uocamus) doctrinam, philosophiamque antiquā & externam, sic cedere sapientiæ oraculari & consecratæ oportet, ut sensum rationi: nec modò manus illi ut meliori, ut superiori, ut multum augustiori dare: sed sese etiam ipsam, atque suas omneis copias & facultates, quamlibet instructas & pugnaces, præbere eidem necesse est ac permittere: nec uerò manus quolibet modo dare, quasique defunctoriè, sed uinculis quidem illas Christianismi constringendas, timorisque dominici: cæterum æquis atque liberalibus, & porrò dignissimis natione mortalium immortalitatis admiratorum, hominumque animis natalibus restitutorum. Hæc enim post compertam ueritatem atque agnitam, sola uocari meritò philosophia potest, fidelium tantùm ipsa magistra, & mystagogos, quos Græci πιστομόνους appellant: qui sibi rerum diuinarum atque sempiternarum ueritatem ita persuaserunt, adducti ui illa admirabili Pithûs euangelicæ, abduci ut fide Iesu Christi euangeli alia nulla ui queant, non humana, non dæmonia, non prece, non precio, non terrore, non præmio: quippe qui non suam, non sensuum, non rationis fidem, non disciplinarum sequantur: sed grandis illius pronunciatoris, rerumque in spe pòsitarum certissima certiore repromissoris, classici & assidui, ut prisci loquebantur. Habet autem & hoc genus philologiæ musæum suum amœnissimum, suæque encyclopediæ spatium, studio dignum triseculari Nestoribusque discipulis: habebunt enim illic homines doctissimi, ubi philologiæ genium accipere lautè & opiparè possint, epulis sanctioribus: gustabunt etiam interdum nonnihil contemplationis sublimipetæ, & tanquam extaticæ: qui etsi extemporalis breuisque suauitatis fructus est, ἀλλὰ τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀπορρώξ. Neque uerò asininum iugum domini est aut bubulum, quod multis ætatibus existimatum fuit & persuasum uulgo. Sed & equestre curriculum decurrere, & quadrigarium potest theorica philosophia, non tam mortis contemplatrix, quàm immortalitatis: idque iure proprio, non occupatitio: longè enim maiores (quod Augustinus inquit) diuitiæ Solomonis regis fuerunt, quàm aurum, quàm argentum, quàm supellex, quàm uestis, à Mose quondam Iudæisque ex Ægypto ablata & deportata. Proteus enim est propriè sermo Dei, omnia transformans sese in miracula rerum. Quem sermonem si fide tenere, si studio colere, si amore complecti instituerimus: docebit nos ille omnia quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahentur. Sed uinculo triplici uinciendus est hic Proteus arctissimè, fidei, spei, & charitatis Christi. Quantum est autem theorema illud huiusce philosophiæ, genus humanum è mancipio tyrannidis inferorum, humanitate filij Dei suppliciòque exemptum esse? & simul inter cœlum & terram interuentore Christo tantum taleque commercium initum esse, ut immortalitas cum mortalitate spon-

ſponſalitium uinculum commerciumq́; contraxerit & coierit, communicato iure di
uinitatis atq; æternæ beatitatis? Quanta porrò amœnitas eſt in libris originum ſacra
rum, elementa conſiderare prodentis ſe homini ueritatis ſub perſona dramaticę ſim
plicitatis, & mirè ſymbolicæ? ibi uideas Moſen ueluti fores cœli adhuc clauſas pul-
ſantē, quas Chriſtus poſtea à ſe recluſas, patêre delectæ multitudini uoluit ſibiq́; de-
ditıtiæ. Huius lex temporarium edictū fuit è cœlo miſſum: quod ille ipſe iam dictus,
id eſt Chriſtus, poſtea magna ex parte inductum, ad edictum perpetuū redegit: cui
nec derogari quicquam ab alio, nec obrogari poteſt, et Moſes quidem cum ſua lege
tanquā pegaſus fuit, id eſt fama, ſic enim pegaſum interpretantur, ſalutis iamiam ad-
uenientis, id eſt ipſius prænuncius: qui Muſis ſacroſanctis fontem illum aperuit en-
thei uaticinij, ueraciumq́; prædictionum. In uniuerſum uerò in ſcripturæ ſenſu multi
plici, quaſi in Iano quodam cœleſti, commentari magna cum uoluptate licet, eadēq́;
ſaluberrima. Qui Ianus quatergeminus principium & finem rerum temporumq́; &
intermedia tenet: aditus etiam multos habet ad ueritatem ſummi boni atq; ſapiētiæ
comperiendam. Vnus eſt aditus, ut uolunt, per hiſtoriam, quæ fidem rerum geſtarū
facit. Alter eſt aditus allegoriæ, quæ ea ſignificat quæ credenda nobis ſunt, non ſine
ingenti gratia troporum & figurarum. Admittimur intrò etiam per ea quę in mores
recipienda ipſa ſcriptura docet occulta ſignificatione. Sublimè autem attollitur cō-
mentatio per eam quam anagogen Græci & ἀνάτασιν uocant, quaſi theoriæ quoddā
auguraculum. Hæc autem literatores planè homines fortaſſe ſiqui ſunt, non proba-
bunt, quorum ad ſtomachum literatura magis quàm myſtica doctrina facit: doctiſſi
mi tamen uiri olim & Græci & Latini, in ijs ingenia præſtantiſſima opportunè exer
cuerunt. Nam quo ſtomacho homines eſſe oportet, qui ſalibus diuinis non delectē-
tur? uagina eſt hiſtoria: gladius eſt literaturæ ſpiritus. Enimuero marcentis animi
ſpeiq́; homines eſſe oportet, quos poſt diſciplinas liberales ſtudiumq́; eloquentię, le
ctio ſacra non iuuet, quorum animi fœno quaſi animantes tantùm alātur, ambroſia
non uegetentur. Proinde ſi ſtudioſiſſimi homines poſthac doctiſſimiq́; faciāt, ut ex
Helleniſmi campo & curriculo, tempeſtiuè ſe in lucum Chriſtianiſmi condere & ab
ſtrudere inſiſtant, tanquam ad Ægeriæ iam ſanctioris conſuetudinem atq; philolo-
giæ animum transferentes: eo pacto fiet utiq; & inſtituto, deliciæ ut hominum ad in
genij cultum natorum, non modò literæ bonæ & elegantes, ſed frugiferę etiam & ſa
lutares tum uocentur in poſterum, tum eſſe uideantur. Quippe quarum ſucco per-
imbuta aurea argenteaq́; uaſa, ex illa animarum maſſa diuinitus exempta, ad hono-
remq́; electa, non ſplendidiora modò in æde Domini expoſita, ſed etiam u-
tiliora fiant, atq; ad inſtrumentum eius ornamen-
tumq́; præſtantiora.

FINIS.

A

GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS CONSILIARII REGII, SVPPLICVM'QVE LIBELLORVM IN Regia Magistri, Epistolarum Latinarum Liber primus.

Gulielmus Budæus Richardo Paceo s.

PVderet me iterum prouocatū tamdiu tibi non rescripsisse: si mihi quoquo modo incuria uitio uerti posset. Quinto Idus Decembres Brugis tum agens scripsisti expectari in dies à te editionem libri tui, de fructu qui ex doctrina percipitur: eiusq; unum exemplar mox te mihi missurum. Literis tuis acceptis, incerto rumore audiui in urbem Romam legationis obeundæ gratia primo quoq; die te profectum. Quare etsi auebam amicitiam tecum hoc genere officij, uicissitudineq; scribendi in posterum contrahere, sustinēdum tamen esse existimaui, quoad certiorem de te nuncium mox haberem. Nuper autem ad me ex comitatu Regis scripsit Normania regius caduceator: te quum istic ipse esset, sciscitatum à se esse, ecquid Budæum nosset: & satin' salue ageret: uerbisq; tuis ille iubebat me poscere, si rei cuiuspiā quę usquam in Britannia esset, egerem, quæ quidem tui muneris esse posset. Te enim operā quandam strenuam & benignam cupere mihi nauare. Tum addidit quantum autoritate & opibus in regno isto polleres: quanta gratia apud Regem flagrares. Quo nuncio tantopere exhilaratus sum, ut in sinu ferè literas tuas eiusq; hactenus habuerim, obuio cuiq; amicorum ostentans: nonnullis etiam ob oculos obtrudens, qui mihi nimium literarum amorem ut damnosum crimini dare solent. Mihi certè ineptire ipse interdum in huiuscemodi rebus uideor præ lętitia, & magnificentius quàm pro meis spiritibus in publicum prodire, homo utiq; non ita multum sortis propriæ admirator: ut ne industriæ quidē satis benignus æstimator: utpote qui ex officina mea prodeuntia minoris indicare æquis ac bonis arbitratorib. uidear, quàm quanti esse possint siquando eiusmodi rebus gratia apud nos condigna accesserit. Quum autem tabularum mearum rationem, quas in hac negociatione Philologiæ iamdiu conficio, ita fermè instituerim, ut quæstui quidem nullam dum pagellam destinauerim, amicorum uerò accessionibus totum semper codicem implere concupierim: sic mihi (nisi fallor) res cessit, ut fortunarum dispendium non spernendum compensare opibus possim copiosæ ac multiplicis amicitiæ. Verum quum multos amicos, in hisq; uiros egregios, in patria quæsiuerim: quorum autoritate fortunis meis, meorumq; præsidium atq; etiam subsidium afferre sæpenumero mihi licuit, si animum & oculum ad rem factitandam adiecissem: fit tamen nescio quomodo ut externis magis amicitijs rationem mihi cōstare putem insani literarum amoris: quem multi etiam uecordem esse putant: ijsq; amicis magis exultem, quibus uti nequeo ut rem saluam uel ampliorem faciam, ne frui quidem animi causa, & familiariter interuisere. Quò fit ut externorum epistolas uelut exoticas merces ac uendibiliores elatius inter nostros proferam ac uēditem. Adeo nihil propius factum est his alteris tuis literis quàm ut librum meum de Asse exoscularer, qui mihi clarissima una in prouincia tot simul amicos uno nomine talesq; conciliauit: & tam luculenta accessione rationes meas auxit. Ais enim in amore, atq; etiam (si credere ipse sustineo) admiratione mei socios tibi esse Linacrum, Morum, Tonstallum, & Latymerum cum nonnullis alijs, quorū ut Tonstallus & Linacrus epistolarum commercio mihi iam coniuncti sunt: ita alij olim fortasse notiores mihi erunt, siquando res ita nata fuerit. Hos eosdem tibi magnopere amicos esse ex libri tui recens editi lectione intellexi, in quo cum ipso ingeniū tuum mihi Pacee doctissime eruditionemq; probasti, tum uerò animum istum mirificè am

B

plector & exosculor: sic literarum studio deuotum & addictum, ut ne in intimam quidem Aulam admissus musis nuncium remiseris: aut salutem semel earum cultoribus dixeris. Quò magis cauendum mihi duco, ne eam culpam admittam in existimationē mei, ut in hoc priuato oppidanoq; ocio cessisse tibi uidear inter aulica munia satagēti. Nisi si hæc laus fortasse propria est Regis tui, cui tu clarissimum in libro tuo testimonium dedisti: non tantum propensi in literatos uiros animi, sed etiam literis non leuiter imbuti. Hoc autem posterius ut credere tibi cum aliquo utiq; fidei temperamento in animū induxerim potius quàm fidem abrogarim ueluti Regi tuo & beneuolo & munifico benignius iusto testimoniū reddenti, sic satis uel per se regium esse puto hac ætate literas admirari, earumq; studiosos ornare, honoriq; adeò doctrinam ipsam habere. Id quod de eo Rege baud dubiè mihi persuaserim, qui Linacros, Paceos, Tonstallos, Moros, Latymeros, & ueluti cohortem quandam palladiam in prætorio semper habeat, quo tanquam satellitio succinctus & instructus, uisendus Rex & augustior aliorum Regum fastigio, prodeat in publicum, procedatq; in consilia. Id siue uerum est, siue ipse in maius imaginando extollo: iuuat tamen reapse ita esse credere, nec huiuscemodi exemplū nostram banc regiam post bominum superstitum memoriam tulisse, fateri apud te ingenuè: alioquin ipsam longè Principem omnium in occidente. Fatorumq; id medius fidius fixo nec circunductili decreto imputandum magis esse duco, quàm regum nostrorū principumq; uitio, qui non tam ipsi arte doctos homines arceri ab aula sua uolunt, quàm semetipsi ab Aula docti ultrò procul submouent fatali nimirum aulicorum elegantiumq; ingeniorū dissidio. Id quod ipsum quum permulti etiam Aulicorum mirabundè indignētur, baud dum tamen extitit Curionum aliquis qui & de repub. & de re literaria hactenus mereretur, ut fœdum illud dissidiū dirimeret, literarumq; decus Aulæ Francicæ accommodaret, tametsi Guido à Rupeforti Cancellarius eam gloriam affectauit, si per fatum Parcasq; licuisset. Nam ut id ultrò in mentem Principibus ueniat, spe maius esse putatur post Carolum Regem defunctum, qui ad literarum fauorem deriuare liberalitatis partem instituerat, ut creditum est. Huius qui nunc regnat, ut natura felicior & uberior, omnesq; corporis animiq; dotes multum locupletiores atque instructiores, ita studia & benignitas aliorsum detorta sunt sinistro quodam fato. Quod uerò ad me attinet, annum iam plus duodeuicesimum agere inter aulicos desij, quo literis prolixius liberiusq; uacarem: quum sub mortem suam Carolus in aulam me euocasset iam tum studij literarij cōmendatione innotescentem, in quibus nōnihil profeceram. Sed iam in ore præcipuè hominū esse cœperam ob græcæ linguæ studium, quam sine riuali tum amabam. Quod quum homines tum nostri mirarentur, rumor in aulam usque manauerat (iam enim Regis, non à secretis, sed Secretarius eram) et si studia literarum in abdito colerem procul arbitris & magistris: ne mireris tanto tempore parū me profecisse. Post octauum circiter mensem a morte eiusdem Regis, cū degenerare in comitatu à meipso me sentirem, occasionē nactus ex aula me subduxi, nec unquam postea ex quo ad ingenium meum remigrasse me sensi, persuadere quisquam mihi potuit ut denuò è studio migrarem: etiam si aliquoties aulam ad aliquot dies adij, & Romam interim legatione functus sum. Quare quod ad me de pace scribis, quasi in actu rerum aulicarum aliquæ meæ sint partes, non patiar ulterius te errare. Volo enim ut intelligas nullum me negocium cum aula, nihilq; planè commercij cum aulicis habere. De quibus quid sentiam, ex digressionibus meis in libro de Asse facile intellexeris, liquādo tibi aliquot horas male occupare in animo fuerit. Belli pacisq; munia eadem propemodum obeo. Reges Secretarios suos partim in hac urbe, ubi centenaria curia sedem habet: partim in comitatu suo habere solent, libero tamen omnibus ultro citroq; commeatu Vrbanis (ut dixi) adiunxi me semel ex quo aulam ualere iussi. Hic enim familia nostra penates suos non obscurissimos habet. ex quibus duodeuiginti ijsdem parentibus orti liberi, hæredes duodecim patri superfuimus. Proinde pacem uotis tecum adiuuare, nō etiam consilio possum. quippe qui inter Aulicos eo demum tempore uersor, quo Rex in hac urbe manet, unde iam annum abest. Verumenimuero quoniam de fœderibus & pace tuendis cen-

dis censere mihi nõ item ut tibi datum est in Principis consilio, iuuabit in sinu tuo susurrare quid ijsdem de rebus sentiam & audiam: quãdoquidem tibi homini placido & humanitatis amanti consilia pacis cordi esse uideo. Τῆς εἰρήνης μὲν ἦν πρόσωπον ἀρεστὸν καὶ φιλέορτον μὴ εἶν, τὸ δὲ ὄνομα, κρότητόν τε ἡδύ, οὐκ ἄν τις ἔξαρνος εἴη, τῶν γε δὴ νουνεχόντων. σύ γε μὴν ὦ φιλότης τὸ κατὰ χώραν ἐᾶν τὰ ἐσπουδασμένα, ἀμφοῖν τοῖν βασιλέοιν πάνυ τι φὺς διαφέρειν. ταῦτ᾽ ἄρα τὴν εἰρήνην ἀσπάζῃ, καὶ περιέπεις σύ γε ὡς τιθήνην τινὰ τῶν λόγων οὖσαν, τά τε μαθήματα περιέπουσαν, τὸν δ᾽ αὖ πόλεμον ὡς ὄλεθρον μισεῖς τε σὺ καὶ ἀποτρόπαιον ὡς ἀπότροφον δῆθεν ὄντα τῆς φιλοσοφίας, καὶ τὰ πράγματα δὲ ἀμφοτέρων ὑμῶν τῆς βασιλείας ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ σφόδρα λυμηνάμενον. εἰσὶ δ᾽ οἱ τῶν ἐνθάδε ἀγχινουστέρων, δῆθεν μὲν ἴσως τά τε κατὰ τὸν πόλεμον καὶ τὰ κατὰ τὰς συνθήκας στοχάζεσθαι, οὐχ ὁμοίως δέ γε οἶμαι ἐμοί τι καὶ σοὶ φιλανθρώπως διακείμενοι, τοὺς Βρεττανούς φασι, νῦν μὲν ἀσμένως τοῖς ὡμολογημένοις ἐφησυχάσειν τε καὶ στέρξειν τοῖς παροῦσιν, ἕως ἂν βεβαιότερον σχῇ σφίσι τὰ κατὰ τὸ Τόρνακον. τοῦτο μέντοι καλῶς καὶ τελέως ὀχυρωμένου, οὐχ ὑμᾶς ἔτι σταθερῶς τοῖς συμφωνηθεῖσιν ἐμμένειν, ὅτι ἂν τύχῃ τε ἀφορμῆς λαμβανομένους. οὗτοι μὲν οὖν οὗτοί φασιν, οἷα δὴ πολλὰ φιλεῖ τοῖς ἀσπονδοποιηθεῖσιν εἰκῇ ἐπιλέγεσθαι. αὐτὸς μέντοι σοι συνεπεύχομαι τὰ εὖ καὶ καλῶς κείμενα, μένειν κατὰ χώραν ἑδραίως, εἰ μὴ κατὰ πλείω χρόνον, ἀλλὰ ζώντων γε ὑμῶν. ὅπως ἂν γοῦν ἀδεῶς ἀλλήλοις αὐτοῖς τις ἔλθοι εἰς τὸ τὸν ὑμῶν θέμις ᾖ, οὐγὲ σοὶ καὶ τοῖς σοῖς φίλοις τοῖς αὐτόθι, γνώριμον τὴν φιλίαν ὑμῶν ποιεῖσθαι ἀρέσει παρά τε τοῖς νῦν σπουδαζομένοις καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα γενησομένοις, ὥσπερ καὶ οἱ αἰῶθεν κατὰ τὴν χρείαν τῶν ὑμετέρων ἐν τοῖς λόγοις εὐδοκιμοῦντες, πρὸς ἀλλήλους ἐπιστέλλοντες, τὴν μνήμην τῆς ἑαυτῶν φιλίας κατέλιπον. ὁ δὲ δὴ βασιλεὺς ὁ ὑμέτερος ἔοικε μὲν καὶ αὐτὸς ταῖς συνθήκαις ἐμμένειν προῃρημένῳ, ταῖς τε μετὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν συντεθειμέναις, καὶ ταῖς μεθ᾽ ὑμῶν, ὅσα γε κἀμὲ δρᾶν. οὐδὲν τι καινοτομεῖν, πρὶν αἰσθάνεσθαι ὑμᾶς ἢ τῶν ἄλλων τινὰς παρασπονδοῦντας τι περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ βουλεύσεσθαι. Cæterũ si tu ad me posthac scribere uicissim animi causa institueris: tibi ad hoc obsequium libens me accõmodarim: quando tu ultrò amare me cœpisti, literisq́ me prouocasti, qua de re mirificè te amo. Quo genere officij cum Linacrus & Tonstallus me sibi deuinxerint, responsumq́ tulerint, exoratum te uelim ut eos uerbis meis salutes, Moroq́ salutem, uel fœneratò reddas: qui literis tuis nũcijs cum Linacro me salutauit. Vale uir literis amicissime, & me in albo tuo perscribe. Parisiis quinto Calend. Maias. Anno M.quingentesimo decimooctauo.

Gulielmus Budæus Richardo Paceo s.

NIcolaus Beraldus qui tibi hanc epistolam reddidit, homo utraq; lingua doctissimus, & iam de literis bonis non leuiter meritus, est etiam alioquin mihi amicissimus. Hunc cùm audire cœpissem istuc esse iturum in contubernio Antistitis Parisiensis, existimaui mei esse officij literas ei ad te dare, etiam si paucos ante dies longam satis epistolam ad te scripserã, cuidamq; cognato meo cõmiseram eiusdem contubernij comiti. Nolui enim Beraldum hominem mihi familiarem, & Erasmi tui aliquando hospitem, inscio te in Britannia esse, qui studiosorũ ipse hominum amantissimus esse mihi uiderere. Huic quicqd officij & comitatis in aliena prouincia uersanti impenderis, nõ recusabo quin mihi omne expensum feras. Tametsi (qua te humanitate præditum esse comperi) non dubitem ultrò facturũ id te fuisse, si semel eo ingenio, eaq; doctrina hominẽ istic esse rescíscere potuisses: atq; etiam ubi eum primũ cognoscere tibi uacauerit, ita eius causa omnia te cupiturum: ut me tibi acceptum referre non postules, quod in ipsum contuleris. Nec eo secius tamen hunc ita tibi commendatum esse meo nomine uelim: ut quem maximè meorum amicorum commendare mihi licet per tuam facilitatem. Vale, Parisijs postridie Assumptionis in sublime diuæ Dei genitricis.

Gulielmus Budæus Richardo Paceo s. p. d.

PRò diui immortales quid ego audio? ô quot? quantos? q; panegyricos? quàm theatrales, quàm tibi mihiq; plaudendos sermones celebritas sponsalium iam apud nos excitauit? nostræq; legationis fama lautè, nitidè, magnificè, benignè, eleganter, & facundè exceptæ? O elegãtem tuum Regem omniq; præconio maiorem, omni laudis commemoratione præstantiorem: qui tot, tam amplis corporis animiq;

dotibus liberalitatẽ egregiam, eximiam uolũtatem, gratiosamq́ apud omnes comitatem accommodarit: qui naturæ benignæ munificentiam dexteritate morum, augusta maiestate, heroica specie, & oris probitate cumulatam reddiderit & uisendam. Nostri istinc reuersi statim atque splendidam illam apparatus magnificentiam, & recte atque ordine constitutam commemorare cœperunt: quum ab omnibus ferè auribus propensis excepti sunt: tum uerò illud hianti (ut ita dicam) aure & uultu stupenti grauissimus quisque prosequebatur: quòd serenissimus iste Princeps comitatum suum frequentare solet doctissimi cuiusque uiri præsentia, dicendiq́ facultate præstantissimi: & ueluti suam aulam insignibus ijs distinguere & exornare, quæ speciem ipsa præbeant uenerandæ regiæ, externisq́ spectandæ: ipse quidem mea sententia dignus, cuius fama luminibus istis illustrata, quoquouersus explendeat quàm latissimè patent Christiani nominis fines: olimq́ memoriæ consecretur æternæ monumentis ingeniorũ. Equidem quod ad me attinet, nihil nec lubentius fecerim nec alacrius, siquando ita tulerit scribendi meum institutum, quàm ut tanto Regi relinquam elogium quoddam memorabile, uelut animi mei testimonium in eius maiestatem propensi: egregiè quidem illam de literis & honorificè meritam, si uera sint quæ audiuimus Etenim qui humaniorũ studiorum honorem, in ordinem plebeium redactum, tum aliarum gentium incuria, tum nostris præcipuè moribus & institutis, ad gradum subuexerit altioris fastigij, etiam exemplo in seipso prodito & instituto eloquẽtiæ regiæ: is pulcherrimæ rei decus æqualibus & posteris Regibus nimirum præripuit. Quippe qui primus Regum multis iam seculis intellexerit & uiderit eam esse uim atque autoritatem eloquentiæ, ut Reges inter superos referat & inferos pro cuiusque meritis. Quòd si uirtus amplexandam tam facilè se præberet, & cum suauitate quadam præsentaria retentandam, quàm uirtutis ipsius splendor & species plausum sibi emerentur per omne genus hominum gnaros iuxta atque ignaros liberalium disciplinarum: haud dubiè literarum altiorum maiestatem principes, proceres, primatij uiri tanto exemplo edocti, mox conseruare certatim instituerent: ut quidem nostratium hominum sensum nunc affectum esse uideo, inde iam ex quo nostri Legati reuerterunt. neminem enim iam nostrum non pudet & miseret propriæ ignorantiæ. Tua autem Richarde doctissime oratio aliorumq́ amplissimis in conuentibus habitæ, eousq́ celebrantur: opiparus ut ille ac prænitens apparatus transigendis in rebus adhibitis: facundia uestra cohonestatus sit admodum, & magnificentior uisus. Qui si paria nos facturos speratis in hac rerum parte instruẽdarum, uereor ut uobis satisfacere possimus: apud quos disertæ industriæ suum nunquam constitit operæprecium, insigni ob eam noxam & indignitatem rerum Francicarum obscuritate. Nicolaus Beraldus tibi iam charissimus (ut ex literis tuis intellexi) in aulã cum Præsule Parisiensi profectus est, uestris suffragijs & commendationibus adiutus egregiè: indeq́ non dubia spe erectus. Rex iam aduentare dicitur, ut Legatos istinc expectatos excipiat. Vale mi Pacee, & mihi Tõstallum Morumq́ meos, Linacrum, aliosq́ saluta. Parisiis Nonis Nouembribus.

Gulielmus Budæus Richardo Paceo s.

TErtia iam epistola tua accepta miratus sum diligentiam tuam in hoc genere colendæ amicitiæ: cui uix adhuc æquiparabilem in ullo amicorum expertus sum. Vtinam iam prosperè à febre recreatus sis. ad me enim hanc curam in posterum pertinere par erit q̃ prospere uitam agas, quamq́ firma ualetudine corpus habeas, cum in eo animum istum habeam tantopere beneuolum. τοσούτῳ δὲ ἀσπαστότερον ὅσῳ αὐθαιρετώτερόν τι σαυτὸν καὶ γενναιότερον εἰς φιλίας φέρων ἐπιδέδωκας. καὶ μὲν δὴ ἔστιν ὅταν τοὺς φίλους μου τοὺς ἔξωθεν καταλέγωμαι, σὺ μὲν ἐν τοῖς πάνυ πεπαγμένοις δίκαιος εἶναί μοι δοκεῖς, οὐχ ὅπως τὸ ὄνομα τὸ σὸν αὐτοκελεύστως εἰς κατάλογον ἐγγεγραφώς, ἀλλὰ καὶ τὰ νενομισμένα λειτουργῶν τῇ τε χειρὶ καὶ τῷ θυμῷ. Itaq́ tuo nomine accessionem magnam factam rationibus meis existimo: illis quidem sanctioribus, quas in arce Palladis deponere non in æde Saturni institui. Quod igitur tã benignè te mihi in amici obsequiũ indulges, ingẽtem à me gratiam iniuisti. Sed uide

quo

A quo iam pedem protuleris. Quid enim futurum est si te non ex stipulati, sed de spontanea pollicitatione appellem? quum mihi pulchrè cautum sit & teste caduceatore, & literis à te obsignatis. ac ne te circumuentum esse caussificari tandem possis, iterum promittere, & interuallo longiusculo non dubitasti: quum sic se obstringentibus: si postea officiũ detrectare cœperint, & irrita pacta facere: repetitæ pollicitationis pudorem, & congeminatæ obligationis nexum obijcere legum constitutiones permittant. Proinde cum agnosco & amplector istum animi candorem simpliciter se promentis ad obsequium: tum uerò ita rationem comitatis tuæ & generosæ humanitatis habebo, ut hactenus pollicitationem exigam, fidemq; tuam onerem, quatenus & hilariter & non magno negocio defungi possis: ac ne id quidem primo quoq; tempore: sed quũ antiquiora nomina exegero: quæ multa adhuc bona & idonea habeo: & quorum etiam iudicium & disceptationem constituere in meo foro possim, si inde controuersiæ existant. Huiusce autem calendarij nominum rationem ita comparatam habeo, ut bene mecum agi putem si syngraphas domi incolumes asseruem: ut pote qui in eo sitas facultates meas esse gaudeam, ut nominũ multorum ac locupletum diem iam cessisse gloriari diu possim, nec tamen uenire uelim, nec si etiam uenerit, exigere sine rubore aut mœstitia queam. Audio legationem amplissimam de negocio & grandi & pacificatorio istuc esse propediem ituram, quam uelim tam auspicato esse decretam, ut pax inde in ætatem meam tuamq; confirmetur: quo æquiore tecum cõditione experiri & agere possim (si res ita cesserit) actione pro amico: qualem tamen nullam nominatim esse proditam à iure ciuili demirari quiuis possit: qui quidẽ certè cogitet & animaduertat actionẽ pro socio latissimè in Pãdectis iuris patere. Verum in ea legatione Episcopus Parisinus aut primas aut secundas partes obtinebit, ut fama est: qui an hac urbe uiam facturus esset, nondum constabat cùm hæc scriberem, & diu iam inter aulicos erat, ubi plurimam partem temporis agit. Vir est doctus inter paucos, & multarum rerum prudentia præditus, literatorum amplexator & suffragator, & Erasmi tui studiosus: quo quum mihi cognatio magis quàm ui-B tæ consuetudo intercedit, qui urbem colo. Existimo te cum uel huiusce rei commendatione officiose obseruaturum, præsertim quòd tibi in munere tuo fungendo (ut conijcio) sæpe cum Legatis uerba facere uel necesse uel opportunum erit. Vale. & Tonstallo, Linacro, Moro, qui me uerbis tuis uel epistolis salutarunt, centuplicatò salutem rependito. Parisijs Calend. Aug.

Gulielmus Budæus Thomæ Moro s.

PAt canum Britannicorũ abs te mihi obtulit Lupsetus adolescens utraq; lingua doctus, atq; apud doctos (ut uideo) gratiosus. Quod & si mihi gratum admodum iucundumq; donum fuit, atq; etiam ex euentu amplum & magnificũ (munificentiam enim luculentam & felicem singulis ijs donandis edidisse me spero) haud paulo tamen iucundius par illud epistolarũ fuit, in quibus lectitandis ingeniũ tuum ut fando olim auditum, sic ex Vtopia tua cognitũ agnosco & exosculor: mihi adeò ut nihil minus esse uideare quàm quod uocaris ipse. Qui si fortè auitũ nomen sic (ut debes) retines & amplecteris ut nullo mutare feliciore uelis, mihi saltem indulgebis ut altero tantum longius cognomentũ faciam, & pro Moro Oxymorum te uocem, nullo stẽmatis tui dispendio, quo magis ex ea stirpe genus ducere existimeris, cuius encomium Erasmus mirificè conscripsit. Verum ô suaues tuas mihi literas, ut dicere cœperam, ô suauiãdum mihi librum meum de Asse, qui tot mihi pondo elogiorum grauissimorum, tot talenta Attica amicitiarũ conciliauit: præsertim peregrinarum, quas mihi liberisq; meis splẽdidiores domesticis & uernaculis esse, foreq; existimo. Atqui nulla re magis constare mihi rationem olei & operæ studijs impensæ puto, q̃ quòd in Theatrũ amplissimum prodire ausus, plausum ab ijs partibus adeptus sum maximè, à quibus me adepturũ minimè quiuis fortasse arbitrarer. Tametsi (ut tibi ueritatem fatear) mea semper ea fuit ratio, ut ex Assis mei digressionibus & ueluti figuratis panegyricis, à promiscua quidẽ turba (in qua tum ferè nostrates esse sciebã)

non tam impræſentiarum admurmurationem ſecundã, quàm ſibillos expectarem. Neq; enim unquam inducere in animũ potui, ut ſententiarũ numero emerendo potius inſeruirem, quàm ponderi atq; autoritati: ac uelut in Ariſtocratia ætatem tranſigendam haberem, non ita unius & plurimorũ rationem habui, quin optimo cuiq; maximè approbare me cõtenderem. Hoc meum inſtitutũ minime populare, eò me primũ diſcriminis adduxerat: ut quicquid in medium ederem, ſtare uix poſſet in ſcena, præiudicata ſcilicet opinione nimiũ ſibi inſtantis diligentiæ meæ, (hoc enim de me aiebant) nec ſe cum famæ diſcrimine ad uulgi captũ gratioſe populariterq́; ſummittentis: cùm interim ipſe iudicio meo ſeruiens, ut olim ille diſcipulus Antigenide, mihi & muſis canerem: & mox ſecuturæ (ut ſperabam) hominũ opinioni. Verũ ſtudiorum tandem profectu & ingeniorũ æmulatione factum eſt, ut noſtratium etiam alius atq; alius ſenſus eſſe cœperit. Quibus tamẽ ipſis nondũ tantum tribuo, ut ex eo tum ſtatim ſententia, aut cõmodè, aut ſecus de meis ſcriptis ſentiam, ut qui ſatis perpẽderim & meminerim quid ipſe præſtare efficereq; poſſim hac ingenij doctrinæq; mediocritate. Sed neſcio quomodo ueſtris externorũ teſtimonijs ita me ferri tranſuerſum, & interdũ ſublimem rapi ſentio: ut uel magnificulè inferã me inter amicos, & ueſtris aliorumq; epiſtolis ſuffarcinatus, quaſiq; peregrinis elogijs fultus & ſubleuatus, faſtigiolũ meum attollere uidear: & ceruices ſubrigere contra ingenij mei rationem. Quod etſi mihi uidetur ineptũ attentius me nonnunquã æſtimanti: tamen ſi uobis ijsq; qui me amare fidem mihi fecerunt, ingenium & induſtriã meam probaſſe me confiderẽ, ne Momum quidẽ (ut aiunt) uel Ligurinũ, uel Tuſcanicũ timendum magnopere ducerem. Quanquã ſunt (ſi dijs placet) qui id demũ mihi uitio uertant, quòd anxiè nimis ac religioſe uerſare ſcripta mea uidear, & ueluti ad priſcæ formulæ normam exigere cõmentandi diligentiam. quaſi uerò noſtri ſeculi eloquẽtia ad præſcriptũ antiquitatis componere ſeſe, atq; effingere ſine reprehenſione non poſſit: aut ego nullo magis nomine culpari poſſim, quàm quòd culpa uacare contenderim. O felicem me ſimul & miſerũ, ſi omnes ita de me ſentiant. Felicẽ, quòd mihi crimen obiectũ in laudem tandem ceſſurũ ſit. Quis enim hoc crimine uacare uelit? Miſerum, quòd tot mea uitia clarius alijs cernens, nec emendare queam, nec de me ita mereri ut me cum alijs ipſe probem, & in luculentis meis uitijs cõniueam. niſi quòd interdũ (ut dixi) alieno me iudicio æſtimo. Quorũ quidem certè ingeniũ & peritiã captui meo ipſe ac ſenſui præferam. Enimuero nihil me magis mecũ in gratiam reducit, ac me melius ominari ſubigit & ſperare, quàm quòd concordes multorũ ſententias uideo in Aſſe meo probando. Quas etiam conflatas eſſe ideo ſuſpicari nequeo, quòd ab ijs autoribus eas emanare ſcio, qui nunquã in unum capita contulerunt, nunquam inter ſe cenſentes audire uiderèue potuerunt. Quod ſi non tam doctrinæ (quã malignè in me cognoſco) quam amicitiæ tribuitur, (neq; enim aut opibus aut potẽtiæ tribui quiſquã ſuſpicabitur) quid reſtat quo magis beatus ac diues eſſe poſſim? Id adeò ut uel exilium mihi conſciſcere tandem debeam, uel diuturnam certè peregrè abſentiam, ut & externarum amicitiarũ quas propenſius colo, fructum aliquando percipiam. Neque uero quum rationes meas calendarim recognoſco, prouincialia iſta nomina inania eſſe puto, quæ ſe quotidie perſcribenda alia ſuper alia inferunt. quanquã non perinde hinc appellare eos poſſim qui mihi ſeſe obſtringere amicitiæ non ueriti ſunt literis obſignatis, nec iſtinc aut aliunde illi mecum eadem actione experiri: quibus itidem me obſtrinxi (ut interim eos omittam, qui mecum coram hàc tranſeuntes contraxerunt amicitiam (quanquam utriſq; noſtrum reis & actoribus, & domi & peregrè, idem ſemper unuſque iudex ius ſit dicturus ſi controuerſia exiſtat, optimus ille maximus Iuppiter cognomento Philius, iuris amicitiæ præſes. Sed mihi rurſus uereor ut pronum in poſterum eſſe poſſit hoc propoſitum externas prouincias uel iuſta uel libera legatione, uel priuata peregrinatione uiſendi: homini quantum per uitæ inſtitutum licet & fortunarum modum, ſtudioſo, nec ſatis firma ac uiatoria ualetudine: adde etiam, ſi placet, coniugato: & qui ſeptimo iam filio in familia factus ſim comitatior, uxore uixdum ingreſſa annum duodetricesimum. Mirum quantum me totum tuum literis illis feciſti, in quibus ſcribis perſuaſum te

sum te habere affectibus tuis perbelle cum meis conuenire: coniecturam utique ex meis digressionibus factitantem, quibus in ipsis scilicet animi mei sensus non obscure sese proruliffe uidentur & indicasse. Equidem mi More quod mihi das ultrò, id libenter amplector: ut tanquam genituram philosophicam communiter habeamus, atque etiam Vtopianis institutis & moribus à natura informati in lucem prodierimus. Itaque uolens hilarisque faciam ut inter nos contractam naturæ sponte imperioque amicitiam, omni deinceps officij genere, obsequijsque confirmem, inter absentes usurpabilis, si modo te ad amicitiam colendam tuendamque comparatū esse seniero. Magnum id solatium & adminiculum erit ad maritam hanc nostram tolerādam Philologiam: cuius rara exempla nostra auorumque memoria tulit nō modo apud nos, sed etiam apud uos, ut tu ipse testaris. Neque ego, ut opinor, usque adeo uel pertinaciter uel constanter susceptum hoc uitæ institutū annis iam fermè duodetriginta pertulissem, nisi me uis quædam maior & fatalis ab rei factitandæ cura flagrantibusque municipum meorum studijs ad literaria studia detorsisset, id est (ut nunc sunt mores Principum & publici) in egestatis officinam, patrimoniorumque internicionem ab census augendi disciplina obtrusisset. Ex quo tempore tanta alacritate operam literarum studio dedi, tam prono pectore incubui in eam spem quam etiam nunc foueo, tanta omnium sensuum industria ab omni externa cura feriatorum, propositum finem studiorum persecutus sum, ut nihil unquam huic uoto præuertendum esse duxerim: nullam rem antiquiorem habuerim: nulli uel spei uel uoluptati tantum tribuere uisus sim, duntaxat secundum Dei cultum, & æternæ felicitatis desiderium, non parentū cognatorumque autoritati mihi si in instituto persisterem, inopiam, ignominiam, corporis infirmitatem prædicentium atque denunciantium, non curæ rei amplificandæ, & fastigij familiaris attollendi (quod commune & feruens studium esse uidebam eorum qui frugi homines prudentesque moribus nostris existimantur) non coniugis precibus, quæ meam Philologiam uelut suam pellicem sibi præferri dolebat & fremebat: non rei in uniuersum uxoriæ lenocinijs, non prolis numerosæ blandimentis festiuè ludibundæ: denique non tuendæ prosperæ, non curandæ aduersæ ualetudini. Quarum rerum incuria quum in fraudem luculentam sciens prudensque inciderim bonorū corporis & externorum, ut sæpiusculè animo labefactatus, sic nunquā ita fractus sum, quin aliquantum quidem in spe & cogitatione acquiescerem Budæorū nominis illustrandi: quod nulla re minus olim quàm literarum peritia innotuerat. Sed tamen locupletiorē sem per ampliorem que spem illam esse censebam per tranquillitatem ac securitatem transigendæ senectutis: quatenus quidem ferret humana conditio: simul mortis æquius ac placidius obeundæ in hoc studioso & meditato uitæ genere: bonaque indidem spe in æternum hausta atque concepta. Atque hæc sunt ueluti pignora quædam idonea, quibus fretus animum bona fide in ijs rebus meditandis commentandisque occupaui & addixi penitus, quæ in uulgus non probabantur, ad primarios ordines offendebant, in consessu procerum in Senatuque frigebant, à Regibus Principibusque ne agnoscebantur quidem. Nunc uerò rei dignitas & autoritas hactenus sese protulit, ut admirationem sui apud omneis ordines aut plerosque dicendi facultas rerum scientia instructa, excitasse uideatur: non etiam ut inde studiosi eius & docti magnopere crescere possint, aut ab ordinum ductoribus in ordines cooptari. Eam demum ob causam (ut multi opinantur) quod doctis cum imperitis, ut studia, sic mores opinionésque non conueniunt: quæ sunt amicitiæ glutinum. Sunt uiri æqui & boni permulti, qui nostram studiosorum uicem uel decoris potius publici dolentes palàm eos detestantur, eorumque capitibus, liberis, fortunis, nomini diros exitus imprecantur: qui à sanctioribus consilijs existentes Principi, & beneficentiæ regiæ publicæque potentes & arbitri, nomina de nomine Gallico decoreque publico meritissima supprimunt: ut indignos sæpe homines sibi morigerantes, honoribus & commodis ornent atque augeant, insigni dispendio Regum, & publica ignominia. At uerò ipse quum hæc & huiusce modi admissa in Rempublicam & uideam & audiam, nec Diuûm fidem nec hominum imploro: utpote qui Diuos ad hæc postulata semper obsurdescere norim: & homines huius culpæ uel authores uel affines eiusce modi

esse putem, quorum iniquitati doctrinę & eruditionis fasces quantula est in me cunque, submittere non debeam, si mihi constare uelim: & quod reliquum est uitæ, congruenter & consentaneè anteactis annis degere. Simul quū eam naturam esse sciam sceleratissimi illius genij, cui Fortunę nomē est, ut optimo cuiq; uiro ac uirtutis amantissimo libens maximè incommoditet, bonorumq; & grauium indignatione & quiritatu insolescat: cōtrà uerò ut indignis & qui superûm inferûmq; numinum metum & reuerentiam susq; deq; faciunt, fautorem se præcipuè & ornatorem præbeat: & sartas, ut ita dicam, tectasq; eorum fortunas ab omnibus tueatur incommodis: animum quoad eius facere possum, confirmo: ne indignando & querelis indulgendo improbissimæ potestati ludibrium esse possim. Iuuat tecum mi More uelut cum uiro mihi iam familiarissimo sermonē conferre, & uelut aliquot inambulationes in porticu implicare. Quid enim uetat aut obstat, quo minus utriq; nostrū familiaritate complacita ita absentes utamur & fruamur ultrò citroq; epistolis cōmeantibus, ac si coràm nobis colloqui mutuoq; uidere liceret? Multa enim imaginaria pro ueris in uita hominū cedunt, & pro Germanis succidanea subsidiariaq; subeunt: hominibusq; perinde ferè quidq; aut deest aut adest, ut illi sibi adesse aut deesse in animū induxerint, & sibi ipsi persuaserint. Nostri iam Legati istuc traiecisse putabantur cum hęc scriberem. in eorum comitatu est Nicolaus Beraldus utraq; lingua doctus: quem uelim ita susceptum à te esse, & si res ita tulerit, adiutum: ut utrum mihi amicū, & de literis literatisq; meritum. Spero ijs primordijs, ijs auspicijs, ijs legatis & interpretib. esse iam rem exorsam: ut lætum & facilem fœderis pertextum & firmamentū sperare quiuis debeat, eorum quidem certè qui pacis consilijs non infensi sunt. Equidem quod ad me pertinet, libens in eam pacem ominari soleo, quæ tum inter me & uos istius prouincię lumina, beneuolentiam tueri & uicissitudinem officiorum possit: tum in bellum pium & sacrum principes erectura sit: & expeditionem quandā conflatura in omne ęuum memorabilem. Sic enim te quum sperare haud dubia cōiectura uideam: mihi quoq; necesse est, ut opinor, ut in eādem spem incumbam: quumq; te præ alacritate gestientem, & pio iam bello propè deuotum ex literis tuis intellexerim: facere, ut arbitror, non potero quin æmula pietate ad idem decus accingar: & ut spero ad amicitiæ iam contractæ necessitudinem accedēt etiam iura cōmilitij. Quod si fatum trāsmarinum utrunq; nostrum manet, optarim editis prius strenuitatis nostræ documētis, uterq; in alterius conspectu, & eodem temporis momento mortem ut oppetamus illustrem summa animi æquitate. interim peruelim scire, siquādo fortè tibi scribere huiuscemodi uacabit: ad equestrem ne pugnam an pedestrē potius te compares: ut & ego quoq; tecum tyrocinium eodem genere faciam: æquè enim, ut spero, natura ad utrunq; me genus accōmodauit. Ioannes Baptista Sanga has literas me scribente, uisendi causa ad me uenit: istinc rediens ut aiebat. Is à me contendit, ut te uerbis suis salutarē: à quo multa comitate adiutum se esse non obscurè ferebat. Quod ei me facturum ideò recepi: quòd quantū ex congressu primore & breui colloquio conijcere potui, doctus est & honestus. Velim uti Paceum tuum meumq; uerbis meis salutes: ad quem per legatos & per Beraldum scripsi. Vale mi Oxymore, μᾶλλον δὲ μωρόσοφε, καὶ εὐτυχῶν διατέλει. Parisiis, postridie natalis diuæ Deiparæ. M. quingentesimo. XVIII.

Gulielmus Budæus Thomæ Linacro S.

REdditæ sunt mihi literæ tuæ pridie Nonas Iulias beneuolentię atq; humanitatis plenæ: ab eo qui mihi annulos tuos obtulerat, iuuene sanè docto, atq; indolem ingenuam præ se ferente. Quibus, ut opinor, literis impræsentiarum respondissem, nisi iam ocreatus eas uiatoriaq; indutus accepissem, mox equum admissurus. Siquidem ab earum lectione tanta sum hilaritate perfusus, ægrè ut mihi temperarim, quin styli officio certare tecum protinus contenderem. tametsi uidebam effusam à te tam pleno pectore nec inani manu gratiā, ut eam æquiparare quamuis ambitiosa & enixa rescribendi cōtentione desperarem. Nam quod ad antidota pertinet, honori munificentiæ tuæ cedere nunc necesse est; ut utar uerbo Maroniano. Cum igitur domū

redijssem

A rediissem, nihil antiquius habui quam ut epistolæ tuæ rescriberem. Id demum autem molestum fuit, quod epistolę tuę gratię cessurum etiam me uidebam: qua in re à nemine uinci æquo animo patior: duntaxat quod ad officij uices exhibendas pertinet. Verum ex literis tuis intellexi magnopere te anxium esse de rependenda mihi beneuolentia & obsequio: cum ob librū de Asse à me tibi donatū, cum tu hic esses in Reginæ Mariæ comitatu: tum uerò ob impēsam à me operam in recognitione lucubrati à te nuper operis. Hic etsi perdere initam à te gratiam, uerum fatendo, periclitor, cedere tamen conscientiæ cogor: cui nunquam ipsi ita par esse potui, ut ueritatis confessionem à me non expresserit, cum id quidem tulit ratio ingenuæ probitatis. Erras mi Linacer, erras inquam, si tu donum illud gratuitū fuisse putas: librumque meum te tulisse ob salutē datam uicissim & acceptam cum primū in sermonem uenimus unà (etiam si congressum primum & appellandi benignitatem ea in te agnoui, quæ amicitiam cuiusuis boni uiri promereri citra obsequium ullum possint) hac mercede patrocinium tuum lucubrationibus meis tacita stipulatione surdaque paciscebar: hoc munusculo autoritatis tuæ suffragium pignerari mihi uidebar: uel liber ipse meus potius in fidem tuam uerbis meis se conferre. Magnopere enim pertinere ad libri à me elaborati indicaturam existimabam, si tantam ei aduocationem in Britannia emererer, clarissima iam prouincia elegantium quoque literarum nomine. Proinde si iam eum librum acceptum liberalitati meæ ac gratiæ tuæ tulisti: per me licet in aliam quamuis paginam tabularum tuarum ut transscribas. non quod munerum repositor uideri non uereor, sed quod te admonitum officij tui uelim: quaque lege acceperis munus id, meminisse. At enim librum de Sanitate tuenda à te uersum ut legerem, & tibi quoquo modo obsequerer, nec laboris nec temporis rationem habui. quasi uerò in hoc tibi operam potius quàm mihi ac literis dederim, aut id tibi tempus gratuitum donarim, in quo quantum ipse profecerim, me nunquam pœnitebit. Quod si quid fortasse interim uidi quod tu in proprio, ut fit, opere nō animaduerteras (id quod uix mihi persuadeo, qui te tam circumspectum interpretem, tamque exactum, καὶ πάντη πάντως ἀπηκριβωμένον uideam) non tam id sanè mihi obsequiosa lectionis intentio (rursus enim ab eadem simplicitate ingenij uerum tibi fatebor) quàm æmula quædam contentiuncula indicauit: ne tu mihi scilicet undique perplaceres, cui tot in proprijs scriptis incommode dicta absurdaque uidentur. Mihi adeò quum ea ex interuallo recenserem quæ in libro tuo adnotaueram: calumniam planè olere atque etiam sycophanticam obseruationem uidebantur: ut nonnunquam suppuderet manu esse mea adnotata. quanquam ea adnotamenta dici non possunt, quæ priuatim in charta una mea perscripsi. Arrogantiæ enim plenum fuisset aliquid me libro tuo ascribere, ut citra prouocationem iudicatum, Criticique iuris usurpatio. Ea demum quæ uel immutanda uel illustranda ducebam: seorsum mihi ac tuo procuratori excerpsi. Siquidem ne operam tibi strenuam nauasse non uiderer, temerè quædam & perperam adnotari oportuit: cùm alia non occurrerent insigniora: quo tibi fidem facerem impensi à me laboris. Verum ô te felicem, cui olim contigerit Italicam illam doctrinam auribus etiam nedum oculis haurire. Id quod cum animaduerto, infelicis sortis meæ reminiscor. Quo fit ut cùm tuus iste stylus odorem illum redoleat germanæ atque exoticæ doctrinæ, in meo uernacula quædam compositio, nec castigata me offendit: quæ ferulam non resipit: nedum stomacho tuo atque primæ classis hominum satisfacere posse me sperem. Ἐπίστωκέ μοι τοὺς δακτυλίους ὁ νεανίσκος ὁ σός, εἴθ᾽ ὑπηρέτης, εἴτε μαθητής, εἴτ᾽ ἀμφότερος. ἀργυρείους μὲν δυοῖν δέοντας εἴκοσιν, ἔνια δὲ πρὸς τούτοις χρύσεια, ὧν δὴ τοὺς πλείους ἤδη ταῖς τῶν φίλων καὶ συγγενῶν διενειμάμην γυναιξί. παραδοὺς τι μεγαλοπρεπῶς, καὶ ἐπομοσάμενος ἦ μὴν ἀλεξικάκους εἶναι, καὶ νὴ Δία καὶ συκοφάντου γε δόγματος. τούτους τοίνυν δεξάμενος τὴν δεξιότητα δὴ τὴν σὴν ἀπεδεχόμην, τοῦ ἐγγυῶντος μὲν τὴν φιλίαν τὴν σὺν ἐμοί. ἐγγυωμένους δὲ δὴ τὴν ἐμὴν τοιούτῳ τῷ δώρῳ, ἀξίῳ τινὶ ἀντιχύρῳ, ἐσομένης βεβαίας τῆς πίστεως ἐχεγγύῳ. ἐγὼ μὲν δὴ ταύτας τὰς σφενδόνας ἄσμενος ἂν συνθείμην ὅτι κατατεθύμμοί εἰσι, ἐφ᾽ ᾧ τε ἡμᾶς εἰς τὸν τρόπον ἀλλήλοις φίλους εἶναι. πῶς γὰρ οὔ. ὅς γε πάλαι τὰς τοιαύτας φιλίας ἐμνήστευον. ἀλλ᾽ ὅπως ἀπεχθῶς τι καὶ ἀγαθῇ πίστει τελέσει τὴν ὁμολογίαν ποιήσεις. ἐπεί τοι τὴν ἐπιστολήν σου ἀντὶ τοῦ γραμματείου τοῦ ἐλέγξοντος τὸ γεγενημένον διαφυλάξω. σὺ δὲ ἐὰν ὀλιγώρως διακέῃ πρὸς τὰ τῆς φιλίας ἀσκεῖν δεξιῶς καὶ καθηκόντως, ἴσθι μὲν

ἕξων

ἔχων τὸν Βουδαῖον ἐγκληματικόν τε φίλον καὶ φιλαίτιον, εἰ ὢν μὴ δικαστικόν, μὴ δὲ πάνυ δεινὸν εἰπεῖν. ὅπως τὸ πάλιν φιλοπρεπῶς τὸ καθῆκον θεραπεύσεις. οὐ γὰρ ἀρκεῖν ἡγοῦμαι τοὺς ὄντως φίλους εὐνοϊκῶς ἔχειν πρὸς ἀλλήλους, ἐὰν μὴ καὶ τὸ νενομισμένον τῇ φιλίᾳ ἀχρήμασι συχνῶς ἀποπιπίλλοντες. ἀλλ᾽ ὦ τῆς εὐηθείας τῆς ἐμῆς. ὃ τί φθονῶ ταῦτα γράφων, ἢ τὸ ἵππια φασὶ εἰς πεδίον προκαλοῦμαι. ὅς γε Λίνακρον τὸν πολυμαθῆ, ἢ νὴ Δία δεινανδρόν τινα, εἰς ἄνδρον τῆς παιδείας τῆς δηλώσεως ἀφιγμένον, εἰς ἀγῶνα τουτονὶ προξενῶ, ἐμὲ δὲ ὄντα τὸν ὀψιμαθῆ, μᾶλλον δὲ τὸν κενομαθῆ, αὐτίκα δὴ μάλα ῥαδίως καταπαιωνιζόμενον. ἀλλὰ τί ἂν πάθοιμι. ὀνειδίζω μὲν γὰρ τοῖς τῶν σοφῶν ἐπαίνοις. χαίρω δὲ ταῦτα ἀντιγράφων. καὶ εἰδῶ πολλῷ τούτων ἥττων ὤν. ἔῤῥωσο ἀνδρῶν λογιώτατε, καὶ διατέλει τοῖς καλλίστοις ἐμφιλοπονῶν, καὶ σπουδάσαις τῶν συγγραμμάτων, καὶ μέμνησο τῆς φιλίας τῆς ἡμῶν. οὕτως ὄναιο τῶν φιλοπονημάτων. τῶν τε προλαβόντων, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἐκδοθησομένων σοι. Equidem præclarè mecum actũ esse puto: quod paucorum dierum operam aut horarum potius tam feliciter occuparim legendo illo tuo libro, qui iamiam ex officina exiturus est magna tua gloria: quem suauius ipsum legissem & attentius, nisi inter multarum rerum curas ea mihi prouincia obuenisset: idẽtidem interpellantes lectionis intẽtionisq; tenorem. Iam enim alterum annum multa mihi negocia domesticæ curæ facessunt: ut succisiuos tantum dies & dierũ etiam ipsorum horas literis impertiam: nonnihil utiq; hebescente ingenio crassiorum rerum atq; etiam à literis abhorrentiũ animaduersione. Quę eo mihi grauior est & nocẽtior, quo insolẽtior id facio. Quippe qui retroacta ætate quantũ per ualetudinem licuit, nihil penè rei familiaris procurationi dederim: nullasq; partes patrisfamiliâs nisi intra cubiculum geniale obite solitus sim. Vale rursus, Parisiis, VI. Idus Iulias.

Gulielmus Budæus Thomæ Linacro S. P. D.

MAgnas habeo tibi gratias ob munus tuum iucundum quod ad me nuper misisti, sed ijs maiores alias ob epistolam tuam. οὐδὲν γὰρ ἂν ἀπόντων τῶν φίλων καὶ μακρὰν ἀφεστηκότων παραστατικὸν οὕτω μνημόσυνον εἴη, ὡς τοῦτο τὸ ὑπόμνημα τὸ δι᾽ ἐπιστολῶν τῶν παρὰ τῶν φίλων ἐπισταλέντων, καὶ γάρ τοι τὰ μὲν δῶρα, τὰ παρὰ τῶν φίλων δεδωρημένα, ἐστὶ μὲν αὐτὰ κεχαρισμένα, καὶ δὴ καὶ τοῦ πέμψαντος ἡμᾶς ἀναμιμνήσκοντα, ὅσον γε δὴ χρόνον παρῆσι οὐκ ἀναλισκόμενα. οὐ μὴν δὲ καὶ παρεστᾶσί γε τοὺς φίλους τοὺς ἐν ἀλλοδαπῇ μακρὰν ἡμῶν ἀποδημοῦντας. οὐδὲ δὴ τοῦ προσφιλῶς καὶ κατὰ πρόσωπον κοινολογεῖσθαι χρείαν ἡμῖν παρέχει. Video & intelligo q̃ parum tibi uacet ἐν τῷ ἐπισταλτικῷ, cum aliâs, tum in editione tam ardui ac grandis operis occupato. Itaq; facilè excusatam à te causam accipio, quamobrẽ diu non rescripseris. Sed & mihi eadem opera ueniam ipse paciscor, quod ad te interim nihil literarum dederim. Sum enim ego quoq; curis tam uarijs tamq; multis implicitus q̃ qui maximè. Quæ mihi sors uitæ paucis annis impacta uel diuinitus uel à fortuna, tam maximè molesta est, q̃ est maximè diuersa à pristino uitæ meæ instituto. Legi in tuo Galeno (diui boni q̃ splendido futuro mox opere) ea quæ me legere Lupsetus uester uoluit iuuenis omnino ingenuus, specimẽ honestatis & comitatis uel Anglicæ uel qualiscunq;, & natales generosos præferens cum eruditione non mediocri. Siquam præterea opellam nauare me tibi uis, ἀφειδῶς χρῶ ὡς φίλῳ ὅτῳ ἂν ἐπιτήδειόν τε αὐτὸν εἶναι γνῷς τῶν σῶν. Nec enim maligne locare, nec addicere magno operas meas soleo, ijs quidem certè quos dignos esse censeam queis ultrò industriam meam uenditem. Legati nostri iam istic agent, ut opinor, cùm tu has literas acceperis: uelim si res ita tulerit, ut amicum te mihi esse sciant: quando ego literarũ peritis Linacri doctrinã deprædicaui. In comitatu Parisiensis Antistitis est Nicolaus Beraldus utraq; lingua doctus, & mihi magnopere familiaris: qui te omnino aditurus est. Lõgiores à me literas habuisses, nisi iamiam rus profecturum negocia multa obeunda me ursissent. Vale, Parisiis postridie natalis diuæ Dei parentis.

Gulielmus Budæus Ludouico Viui S.

SPero te purgationem meam accepisse de eo quod neglecti me officij insimulare uidebare: si tamẽ literas accepisti quas nuper ad te dedi. Nec Germanum autem illum nobilem, nec Britannum uidere mihi contigit: quorum tu in literis tuis meministi: qua in re non dubito me compendium non spernendum amisisse in ratione amici-

A amicitiæ, cui calendarij mei paginas præcipuas destinaui. Nam binas tuas literas uno die accepi cum rure in urbem uenissem. Postremę autem casu magis quàm destinato mihi redditæ fuerunt. temerè enim creditæ alienis manibus fuerant: à quibus iam resignatæ in meas inciderunt. Proinde ut te iam utar placatiore, nosse hoc oportet: ruri me nunc agentem uix bis in mense nec nisi coactum in urbem uētitare. Quippe qui literariam supellectilem bona ex parte in Marlianum uicum meum trāstulerim, ubi æstatem uenientem exacturus sum, si tamdiu uixero. Et est adhuc ibi quod procurationem meam poscat, & præsentiam: etiam si uilla urbana absoluta est. Quare nec literas statim urbanę domi redditas accipere ipse possum, cum in uilla sum, nec sub manu tabellarios habere. Ægrotaui etiam grauiter ab ineunte hyeme: id quod alternis ferme annis & interdum singulis solenne mihi fuit hactenus post annos quindecim, quanquam nulla non mihi tempestas ad capitis grauedinē satis apta est: pręter quem morbum alium ferè non experior. Cæterum quod de opere illo nouo mihi tibiq; gratularis: non facilè patior falso te gaudio duci: qui nouum opus esse putas, quod iam quater minimùm sub prǽla missum fuit. Audio enim nescio quid operum meorum propediem rursus editum iri: unde enatum illum rumorē esse arbitror qui ad te usq; manauit. Hic facere nequeo uir amicissime, quin tibi succenseam de hac ipsa spe improbiore, quam de me meaq; industria concipere te uideo: quasi uerò homini mihi ingenio iam effœto, animo etiam alacriore defecto ob malā ualetudinē, sexto quoq; mense aliquid edendum sit: quum toties testatus sim nihil me propemodum nisi ocium parturire. At tu hoc ipso ex ocio negocium, ut uideo, facessere mihi instituisti. Eia tu uide obsecro ut satis æquum te mihi præbeas, per quem pauculos hos menses cessare mihi non licet, cui quadriennij uacatione iusta etiam immunitas quæsita uidebatur & concessa. Leges priscæ & seueræ multum ijs indulserunt, qui ius trium liberorum in Italia, aut in prouincijs plusculorū citare potuissent inter causas detrectandorum munerum publicorū: ipse cum geminato eo numero auctus sim etiam superstitum & alendorū, inter munifices censeor existimatione tua & amicorum fere om

B niū: inter immunes prætereor quasi orbitate præditus. Vide igitur tu cum illis etiam atq; etiam ut satis me noritis: ut facultates meas satis attente expenderitis: ut deniq; ex æquo bonoq; mecum agatis: qui perinde ipsi me publico nomine appellatis: atq; si unus essem eorum prædiuitum, qui inferre identidem aliquid memorabile possunt in gazophylacium, quod ad tuenda sartatecta musei institutum est & Græci & Romani. Erasmo uestro conuenit ea functio, & si quis posthac existet ei æquiparandus: cuius opes ingenij atq; eruditionis copiæ trierarchiæ censum inter Gręcos, inter Romanos primæ cuiusq; superant centurię. Ego cum inter proletarios censeri potius q; inter classes debeā: utpote qui inter causarios usurpare uacationem possim si uelim: nec ius tamen, nec æquum apud uos obtineo qui immunitatem ipsi agnoscere non uidemini, inter eos quidem qui aliquando munia subierunt. Quo iure mecum agere si ista tua expectatio gestiens obstinauerit: quasi scilicet delicias nunc faciam cum hæc & huiuscemodi causificor: nec loquar ex sententia animi: sine me saltem sarcinas adhuc obligatas soluere, quas nuper, id est ante quinque menses in Marlianum meum importandas curaui: supellectilemq; componere. Ḥauddum enim scrinia digessi, & pluteos locumq; unicuiq; constitui. Da spacium respirandi à iactatione urbica & peregrina æstatis nouissimæ: patere me illorum obliuisci, totus ut sim in ijs quæ instant & ocium nostrum manent. Vixdum fabricam concinnaui & instruxi, & tu opus non modo dedolatum atq; exasciatum: sed compactum quoque esse arbitraris & probatum: iamq; præberi quasi ex pacto postulas & conuento. Haberote quæso rationem temporis, eiusq; quod commodo meo fieri potest aut incommodo: & ego fortasse præstare quædam non grauabor, quæ ferre quidem certè facultates meæ poterunt, cum eo tamen, mihi ut cautum sit existimationiq; meæ ab expectatione publica uestraq; amicorum, fraudi ne sit si solennes quotannis præstationes in eam rem non pensitarim, uel in hoc ipso secessu, uel in urbano ocio, quando mihi hæc studia quantumuis feruētia uacationem iam nullam præstare possunt à curis familiaribus auocamentisq; rei œconomicæ & uxoriæ, quam unam philologia

lologia mea æmulam iamdiu habere cœpit. Quo mihi nunc magis omni ope contendendum esse duco, ut quo ad eius fieri poterit, contubernio ipsas hospitaliq́ necessitudine coniungam. Quippe quum alteram amplectendam retinẽdamq́ necessario habeam, alteram summa uoluptate semper sim exosculatus, ex quo ad frugem aliquam bonam excolendum mihi animum esse statui: illamq́ ueluti instrumentum uitæ colam, coluerimq́: ad hanc omnes uitæ rationes uiuendiq́ causas contulerim & referam: illi deniq́ corpus, huic animum desponderim. Gaudeo Erasmum ambas meas epistolas accepisse post Græcam ab eo ad me scriptam. Verebar enim ne si intercidissent, ipse mihi succenseret ut parum officioso, tanquam non rescripsissem. Salutabis eum uerbis meis cum hominem conueneris. Τοῦτον γὰρ ὑπὲρ πολλοὺς ποιοῦμαι τὸν φίλον, οὗ πεῖραν ἔφθην ποιήσας ἤγουν ἀξιολογωτάτην, καὶ ἐπιφανεστάτην γε δὴ ἰσομένην τοῖς ἐντυγχανομένοις ταῖς ἐπιστολαῖς ταῖς ἀμφοῖν ἡμῶν ἤδη τε καὶ εἰς τὸ ὕστερον ἐσομένοις. Vale. Salutaui quos salutandos mandasti. Parisiis postridie Cal. Feb. M. quingentesimo undeuigesimo.

Budæus Viui s.

VT lætitia affectus sum literis tuis perlectis, ita tristicula quędam subijt animum mihi suspicio, subacerbusq́ scrupulus ab Erasmo meo, qui pro suo more nõ rescripsit alteris iam literis meis: scilicet hoc illud est, nescio quid ille arbitratur stomacho meo hæsisse aut rancidulæ simultatis, aut pertinacis offensionis, ob grandem illam epistolam, in qua eloquẽtiæ tragulas figuris inuolutas in hominem semiermem atq; improuidum contorsit, omnia tum pacata sperantem & composita. Quam tamen ut elogium summi uiri asseruandam esse duxi, in bonam utiq; partem fidem magis facturum. Quanquam cum minimè suspicacem me hominem duntaxat ab amicis, ac summæ simplicitatis esse semper præ me tulerim, mihi ipsi imperare constitui, nihil omnino odiosius existimare, quàm Erasmum inertiorem iam esse factum & desidiosiorem, animo utiq; satiscente laboribus irrequietis. Neq; uerò aut illum, aut te audiam, si caussificari institeris, & excusare occupationes eius, auocamenta non admittentes: utpote qui sciam, & ex publicatis libris cernam nunquam non illum scribendis epistolis feriatum fuisse, ad eos quidem quorum huiuscemodi commercio animi causa utitur. Sed quod ei de me te rogitanti dixisti, existimo perbelle meipsum admodumq; risisse, uidelicet quod diceres cum fabris mihi nunc & structoribus, non cum literatis ac studiosis rem esse: deinde etiam (si Philologiæ placet) cum aulæ mancipibus: officinæ scilicet molestiarum atq; imposturarum. Iam primum quod bellum dirum & inexpiabile quieti, ac pecunijs meis indixerim, cum mihi ædificandi libido incessit damnosissima: erratum quidem agnosco, culpamq; adeò fatalem non inficior. Verum quid agerem, aut quam mihi fugam mortis consciscerem potius? quod exilium amœnius à contubernio Philologiæ meæ? Sed rem totam ut cognoscas uelim. Nescio quo casu contigerat ut essem repente in ære meo satis multo, ut unus quidem hominum studiosorum: at sum numeratæ pecuniæ impotens, ut si quis alius natura: fœneratoriam factitare non didiceram: quum omnino facere nequirem, quin pecuniam studiorum meorum interpellatricem, aliqua in re occuparem, aut qtouis modo amolirer à contubernio bibliothecæ meæ, nec in uicinia proscriptiones prædiorum existerent, ad ędificatoriam animum appuli: primũ animi ipsius causa, quem à contentione lectionis commentationisq; ut abducerem, medici ita mihi autores erant, minas ut adderent etiam capitales nisi dicto audiens essem. Hoc enim competenter quoq; ad casum ante dictum accesserat, instabãt propinqui, amici obuij, quiq; deniq; ut affectam ualetudinem, corpusq; extenuatum, ac propemodum accisum recrearem & instaurarem. In quorum potestate ac medicorũ cum futurum me sæpius promisissem, ab instituto tandem genere uitæ migraui in uniuersum, salutemq; penè literis dixeram destinatione animi: utpote ob aduersam meam ualetudinem inuidiosis apud omnes qui me nouerant. Specimen autem œconomicæ facultatis factitans, in merandis circumscribendisq; uillis & instruẽdis mirè mihi placebã, interim ratione nullam subducens in summam uniuersam impẽdiorum, quoad tertio demum

anno

anno errorem sentire cœpi: tum primum scilicet, quum expeculiato mihi esse contigit & exhausto. Et tamen sic quoque etsi sero ad frugem bonam rediisse quoquo modo uidebar, iamque senectutis & familiæ rationem ducere, quum rursus è re nata ædificandi necessitas studiorumque auocatio, in pristinam me molestiam, reique familiaris uoraginem reuoluit, unde semel extitisse mihimet ipse gratulabar. Siquidem cum antea inter inquilinos cēserer, & sexto aut septimo quoque anno domicilium, uiciniam, parœciam demutare cogerer: simul nouas sedes musis meis quærere, larariumque meū interpolare: firmare aliquando sedem constitui Philologiæ meæ, instrumentumque figere studiorum meorum. Domum emi procul foro, sed ea in regione urbis, quæ magnificis ædificiis nuper cohonestari cœpit. Hæc cum à uicinis mihi sest accommodata, tum uerò compendiosum habet exitum ad utranque meam uillam. Cęterum (quod aiunt) porculum intra saccum mercatus. Nam domum emi uix oculis limis per transitum inspectam. Neque enim tum licuit ob inquilinum intus eam perlustrare. Quare quum hoc anno in eam transiuissem, reconcinnare eam adortus, eo necessario perductus sum, ut partem eius dirutam ab integro instaurarem. Deinde hoc incommodi accessit, quod ne rediuiuo quidem lapide uti mihi licuit, ne contignatione quidem eadem, ne ipse mihi magis quàm liberis ædificare uiderer. Ita quod in prętoriolis rusticis luxui imputari potuit, in urbe necessitatis expressæ fuit. Quod ideò testandum apud te duxi, ne mihi uitio uertatur quod domi me tunicatum, ut arbitror, offendisti, & circa huiuscemodi curas satagitantem, haud congruenter utique studiosi uiri instituto. En tibi rationem frugalitatis meæ, quam triennio ego secutus, Plutum illum meum, quem mihi aliquando Erasmus inuidere uidebatur, funere tandem extuli, non latrocinio, non alea, non ui aut casu sublatum, sed lapidatione confectum, peremptum & obrutum. Post hæc tanta ingenii mei auocamenta ab solito instituto, etiam curiosus esse uolui, & uelut in Euthymiæ numen piaculo me obstrinxissem, aulam inspicere sustinui atque etiam introspicere. Miserum me qui id inficiari piaculum nequeo: scilicet parum erat totum penè triennium tot mihi negocia meipsum facessisse, studii uoluptate caruisse, tantum temporis rationibus meis exemisse: nisi etiam Iliadis molestiarum periculum facerem. Tametsi οὐδ᾽ ὅπω κακῶς, ut aiunt. nam interim ineptiens tribus aut quatuor mensibus tantum me spero profecisse: ut speciosum quidem illud monstrum, sed Sirene pellacius exitiabiliusque, quam Aulam appellamus, haud antea mihi inexpertum, ita denique cœperim odisse & auersari, ut auem inauspicatam. Quod nisi τοὺς ἀποτροπαίους θεοὺς præsentes ac propitios habuissem, in medias utique fauces monstri me insinuauissem, ut quidem impetum haud auspicato ceperam. Nunc uerò ita perspexisse illecebrosam eius ingluuiem me spero, ut nunquam propius accessurus sim, nisi (ut sunt humana non in homine sita) liuidus aliquis genius securitatem mihi inuidere cœperit, & uelut aulæ fugitiuum, ad eam retraxerit, quod diui omen auertant. Quod si sciens prudensque fallo, causam haud dico quin me deus optimus maximus maximo quodam mactet infortunio. Et tu me arbitraris aulæ mancipatum ita esse, ut nec mei iuris esse cupiam, nec ditionis philosophiæ? Apage sis mi Ludouice istam opinionem, & nisi perfidiosum me esse putas, mihi me & Philologiæ meæ, amicis & literatorum omnium studiosorumque nationi restitutum nunc esse crede, qui quidem mecum inire & contrahere amicitiam uolent, id quod tu uotis propè conceptis exoptare uidebare. An uerò ego illam libertatis prostitutionem, illam industriæ & facultatis uenditationem indecoram, illam denique mentis carnificinam tranquillitatis cupidæ, commentandi uoluptati, styli exercitationi, ingenii officinæ præferrem, in qua officina animi sensusque simulacra cuduntur & effinguntur, non modo iconicè sed etiam ethicè elaborata? ut nunquam ipsa interitura ita perenni memoriæ famæque consecranda posteritatis scitis. Ita me Deus diuique omnes iuuent: ut ego Philologiæ meæ iugem, assiduam, perennem consuetudinem, uxoris consortium & conuictum, liberorum comitatum cum filiolæ unicæ blandimentis, & infantium acroamatis strepitantium inter se & collusitātium, pluris esse duco, quàm omnes fastus aulæ & mirificas illas species regii comitatus, omnes principis apparituras libertate mulctatas. Quid? hortorum, pascuorum, aruo-

rum conspectum nullis officientibus ædificijs liberum, quanti esse æstimas? quanti uillarum amœnitatem, ambulationes inter opaca abstrusas, meditando, commentando, recitando implicitas, rhapsodijs canoras, numeris omnibus securitatis tranquillitatisq; solutas? Quanti deniq; illud ocium fruendæ felicitatis, quum interordinijs arborum obeundis, quibus ipse metandis nō pridem, in uersusq; oblongos porrigendis interfui, uelut operis curator operarumq; exactor, uiuere me sentio? Eos autem quibus uel in fori strepitu, uel in aulæ ambitu consenescere contingit, aura quidem uesci ac spirare, non etiam frui uita cœliq; suspiciendi compotes esse censeo, quibus utiq; ipsis (ô miseram uiuendi conditionem) nec licet unquam nec libet secum uiuere, & suo uersari cum genio. Ibi unam demum experior ægritudinem, cum mihi subit scilicet repetendæ urbis memoria, non aliter atq; si iugum rursus subeundum sit equo in pascuis soluto. Enimuero lectitandi, commentandi, scriptitandi uoluptatem, ijs quidem certè queis ea res sub manus succedit numine aliquo aspirante, nec ære nec auro permutandam esse censeo, ne sceptris quidem ipsis, nedum fascibus & infulis ad uulgus splendorem suum uenditantibus. Neq; id temerè ipse inconsultoq; impetu aut inani, ut fit, philosophatione iudico & statuo. Certa est hæc sententia animi confirmati, fiducia solida subnixi, multa atq; diuturna meditatione quæsita: det mihi modo prouidentia ut iuris mei esse possim. Omnia enim uitæ genera considerasse, omnia instituta hominum nostratium expendisse accuratè mihi uideor, duntaxat quod satis esse possit ad æstimandum quid in unoquoq; genere commodi sit & incommodi: quoq; aliud alij præstet, aut alio deterius sit. Sed nihil perinde hilariter recordor, quàm cum omnes animi mei potestates commemini ueluti palabundas expatiari in earum rerum cogitatione & cura, quæ maximè abhorrere à philosophia uidentur, & per diametrum esse obiecta (ut est in Græcorum prouerbio) ei uitæ quam ego institui annos iam propè duodetriginta, omnesq; sensus meos per occasionem à statione sua emissos, ueluti errones aut emansores longè diuq; peruagatos esse, & multa explorasse nihil ad institutum pertinentia euentu haud incommodo. Quippe qui in præsidia se sua haud turbidè receperunt, statim atq; principatus animi receptui canendum esse censuit, ita ut imperia nunc libentes à ratione accipiant, ac sese in potestate futuros philosophiæ præ se ferant. Atqui in huiuscemodi constitutionem animi fortuna æmula philosophiæ parum mihi iuris uidetur habitura. Quo fit spe ut certiore ac securiore proposito instructum me esse confidam aduersus indeprecabilem fatorum necessitatem, nec magnopere fortuna negocia facessere possit studio literarum obhærescenti. Huiuscemodi porrò fuisse animi mei habitum credi nolim in posterum, nisi eiusce rei documenta dedero luculenta, modo nihil mihi acciderit humanitus. id quod ipsum diuina uiderit prouidentia, cuius est benignitatis quicquid possumus & præstamus. οὕτω γοῦν τελευτῆς φοβῶ τοῖς τε πολλοῖς τοῖς τε τῶν πολλῶν προεστηκόσι, ὥστε μέγα ἔγωγε φοβῶ ἐπὶ καταφρονήσει ὧν οὗτοι τιμῶνται καὶ ζηλοῦσι, τούτων αὐτῶν οὐ δήπως οὐ κηδομένων ὧν ὑμεῖς θαυμάζομεν. Erasmum meum tuumq; uerbis meis saluta: cui ex ijs quæ tecum locutus sum non pridem persuasisse iam debes nihilo me illi infensiorem esse ob illam scriptionem. Quicquid enim in me scitè ac lepidè per speciemq; declamationis uelitatus est, offendere me non debuit, præsertim quum nihil ita noxiè spicularum emiserit, ut non ab eodem ipso euelli queat cum uolet, uulnusculiq; locus cicatrice obduci. Vt autem sciat quàm eiusmodi facto eius conturbatus sim, uelim ut eum certiorem facias, me epistolam eam imprimendam curaturum nisi ipse anteuerterit: feramq; libens hanc ei conditionem, liceat ut ei statuere an eiusce modi pactum concipere inireq; mecum uelit, ἐφ᾽ ᾧ μὴ μνησικακήσομεν ἀμφότεροι τῆς αἰτιασαμένων ὑφ᾽ ὑμῶν, καί τοι ἄρχομαι μὲν ἔγωγε ἀπεσχόμενος αὐτοῦ τούτου, καὶ περὶ ὁμολογήσαμεν ἂν μὴ ἐξηγήσασθαί γε αὐτὸς ὑπὲρ τῶν γεγραμμένων. Habes quod petijsti longæ epistolæ argumentum, si tibi uel in nugis paria mecum facere uacauerit. Vale, Parisiis quartodecimo Calend. Septembres M. D. XIX.

Guliel-

A Gulielmus Budæus Ludouico Viui s.

NVnc nunc intelligo imprudens quid in me admiſerim. Scripſi, ut opinor, animi mei iam penè compoſiti atq; in certum quoddam propoſitum confirmati luculenta me argumenta daturum. Hoc uide, ne tu præpropere quaſi grandium quo rundam operum conſcriptionumq; pollicitationem arripueris. Ecce enim prægeſtientibus his tuis literis, quid aliud quam me temerariæ huius pollicitationis appellas, & admones ut commeminerim quam de me expectationem excitarim? Heus tu uir amiciſſime, uide tuo ne præiudicio mihi grauis ſis & moleſtus: nō ego mea uerba ſic à te exauditum iri putaui. Quid ſi ego ita intelligi uerba mea poſtulem, ſtatuiſſe me poſthac ſic literarum ſtudio incubiturum, ſic philoſophiæ cultui obſeruantiæq; hæſurum, ut nulla ſpe nec honorum nec bonorum auelli inde poſſim, & ad iſtas nugarum curas curioſitatesq; adduci? num in eo mihi indulgere grauabere? Amabo te mi Viues, liceat mihi per te ocio hoc libere pleneq; frui, cuius cupientiſſimus iamdiu ſum, ut ſi quiſquam hominum. Qui ſi hic mihi ocium non indulges, quod idem non nego cū plenum ſit laboribusq; fœtum, nimirum in eandem rurſus moleſtiam me reuoluis è qua emerſiſſe gaudebā ipſe, Philologiæq; gratulabar. Non quod recuſem ſi ex hoc (ut fit) ocio negocium ſponte ingenij mei enaſcatur, in id toto etiam pectore incumbere: ſed expectationem iſtam tuam ocij mei rationem exactè ſubducentem & grauor & uereor, quæ mihi legendi uoluptatem meditandiq; ſpacium adimit. Quippe quæ hoc exigere uidetur, ut à labore campeſtri ac ſubdiali, ad umbratilē protinus me conferam, & tanq; piſtrinarium. Sic iſta tua de me magnifica opinione me oneras, ut ſuccumbere exiſtimationi tuæ quaſi oneri iniquo & prægrauanti cogar. Itá ne uerò Budæo ceſſare, ne in ſeceſſu quidem, non licebit citra inertiæ ac deſidiæ crimen? O Iupiter amicitiæ præſes, quid eſt ſi hæc imperioſa amicitia non eſt? Mihi igitur per homines immodicè amicos ac mei nominis præter modum ſtudioſos, animi gratia latere, atq; in obliuione tranquilla eſſe aliquantiſper nō licebit? Quin tu is ipſe in hoc ipſum decus potius cum iſto ſtrenuo animo atq; irrequieto? Cur hominem me quietis appetentem, gloriæ iam minus cupidum, ad iudicium rurſus ipſe uadaris hominū literarum præſidum? Quo in iudicio noui quanto diſcrimine famæ ſuæ facinus ſuſcipiant ij qui nouas controuerſias in medium deducunt. Sine me quæſo uir amice paululum mecū eſſe. Lege age cum illo infatigabili Eraſmo, cuius animus opere perenni paſcitur, & rerum uegetatur difficultate: qui cauſam obtēdere nullam poteſt quo minus totus eſſe debeat in contentione legendi, commentandi, ſcribendi. Cui uelut omnium laborum Herculi, publicæ expectationis opinionisq; ſenſus, quaſi quidam Euryſtheus labores continuatos iniungit & perennes. Mihi una aut altera ærumna exantlata abundè ſunt (ut arbitror) ad emerendam rudem. duabus iam confectis, ſi tertiam olim addidero, ea pro corollario habebitur utiq; exiſtimationis de me conceptæ. Etenim homini uxori ac liberis obſtricto quæ cauſa eſſe tanta, quæ occaſio poteſt, quæ uoluptas tanta deniq;: ut in literarum & ſcribendi contentione ſpiritus iam ab ętate, & alias languidiores obtuſioresq; fundat? At uerò amicorum meorum optimus quiſq; & ſpectatiſſimæ fidei ita mecum nunc agit, ſic mihi iam ut ceſſatori inſtat, quaſi ea quæ iam à me edita ſunt induſtriæ documenta, uelut proluſiones fuerint eorum quæ expectantur. Atqui ipſe (ut uideo) longè opinione falſus ſum, qui ſperabam rude iam me donatum omnium iudicio, utpote qui iamdiu uſurpaſſem immunitatem nullo intercedente. Nunc uerò eo mihi res recidit, ut uideo, errore ſcilicet ueſtro induſtriam meam nimiopere æſtimantium. ut non modo gloriæ prolixæ à uobis erogatę autoramento rurſus in arenam deſcendendum ſit ac deſudandum, ſed etiam niſi me in ludum reuocauerim, uitare ipſe ut ignominiam nequeam. En mihi pręmiū fortaſſe pro repudiata ambitione. Vndenam autem mihi fiducia denuo prodeundi? unde porrò ocium à curis familiarib. & lectione qua magnopere oblector? Sin tute cauſificationibus non auſcultare ſtatuiſti, finito ſaltem me fascinas hic componere, ubi ocij literarij officinam inſtitui, animiq; tranquillitatis. quanq; nihil minus q; cura rum ſolicitudinumq; uacationem diuinitus exoro, cùm nihil magis optem oremq;.

Dabis certè spacium animo sese recolligenti. Quid? stylum uelut rubigine quadam diuturnæ inertiæ exesum atque obtusum, non poscere cotem multam arbitraris, multam expolitionem lectionis acris & elegantis? Noli igitur uir amice ante diem urgere, qui nondum ipse ita eessit ut appellare me de inconsulta illa pollicitatione possis: atque ita mecum agere, quasi mora iamiam intercessura sit, nisi opus aliquod confectū propediem præstitero arbitratu tuo atque doctissimorum. Nam quid ego præstare tam repentè potero dignum spe tua & existimatione? Hoc ipsum tamen quale sit aut propediē ipse aut certè primo quoque tempore uidero, si spes una ac præcipua amplectendi retinendique consertis, ut dicitur, manibus ocij non decollarit. Verum quod de Annotationibus in Pandectas peragendis admones, actum agis, ut aiunt. Semel enim lampadem huius incepti illis libens tradidi, qui me nō dubiè cessante uices meas occuparunt ut caducas. Quòd mirareris me non scribere, uelim ut scias Erasmi epistolæ nouissimæ Grecè & Latinè rescripsisse. Priores literas misi ad Hermanum Erasmi amicum, posteriores Gourmontio dedi, qui fortè huc uenerat cum homine mihi amico. His literis quid factum sit mirari satis nequeo, si ne nunc quidem redditæ sunt. Tibi autem non rescripsi, quando uices tuæ iam esse scribendi uidebantur. Deinde nullum inueni, qui se literas ad te perferēdas curaturum reciperet. Binas hoc quatriduo à te accepi. cum in urbe essem ob negocium quod me totum poscebat, nunc occasio se obtulit ut hinc properanter scriberem: ac nuncium tamdiu ob id moratus sum, qui literas in urbem pertulit. Ad alteras tuas literas rescribā cum licebit, parum est enim hic quoque mihi ocij, & ad urbem subinde concursare res me cogit familiaris. Vale, & feliciter uiue, ut diu nobis Viues sis, & (quod nunc facis) literas bonas illustres. Ex Marliano nostro, postridie Calend. Ianuarias M. D. XIX.

Gulielmus Budæus Salmonio Macrino S.

REdditæ sunt mihi literæ tuæ uiam ineunti ad urbem, in qua triduum moratus, quum huc propere reuertissem, scribere hasce ante omnia cœpi ac primo quoque tempore. Accipe igitur quod petijsti, quod à Fabio acceptū per manum tibi trado: is autem libro decimo ita inquit, Quis dubitet Platonem esse precipuum siue acumine differendi, siue eloquendi facultate diuina quadam & Homerica? multū enim supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci uocant, surgit: ut mihi nō hominis ingenio, sed quodam Delphico uideatur oraculo instinctus. His uerbis prosam & pedestrem orationem eandem esse intelligo: ita ut &, coniunctio sit μόνον διαλεκτικόν. siquidem Græci πεζὸν λόγον prosam orationem uocant, quasi peditem sermonem, & πεζολόγους historicos. Neque uerò id uocabulum à pedibus metricis inditum est, sed aliquid humile submissumque denotat significatione præcipua, nisi fallor, quasi dicas humi gradiens, quodque nec carminis sublimitate uehitur, nec figurata numerosaque oratione nititur: etiam si in uniuersum usurpari soleat pro omni oratione soluta lege carminis. Sed humilitas ista & submissio intelligenda mihi uidetur in pronunciatione, ac uocis temperamento, magis quàm in structura aut elocutione, tum quidem certè cum prosam orationem in uniuersum hoc uocabulo significamus. Argumentum huiusce opinionis illud Horatij in Arte Poetica esse potest, Interdum tamen & uocem comœdia tollit, Iratusque Chremes tumido delitigat ore: Et tragicus plerūque dolet sermone pedestri. Simul illud Luciani, ἀτραγῴδη τά τε πάντα καὶ πεζὰ καὶ δημοτικά, καὶ τῦφος οὐδὲ εἷς. ac si dicas, Nihil autem tibi tragœdiæ simile, sed pedestria omnia populariaque citra fastum prorsus & elationem. Hactenus ille. Nam carmē suis numeris quasi equis iunctis tollitur, celeriusque incedit oratione prosa in uniuersum: utpote cum ipsa prosa intra sermonis pronunciationem cohibeatur, etiam si sit grandiloquentior, aut suapte ipsa grauitate sublimis. neque enim in canticum effertur ut poema. Sunt alioquin prosæ orationis duo genera eodem Fabio autore, cum libro undecimo ita scripserit. Etiam quæ bene composita erunt, memoriam serie sua ducent. Nam sicut facilius edidicimus uersus quàm prosam orationem, ita prosam iūctam quàm dissolutam. Quibus uerbis intelligimus pedestrem orationem non esse propriè orationem numeris

iunctam

A iunctam aptamq́; oratorijs, & ita compositam ut fastigium sermonis excedat: qualis est Platonis, cuius supra meminit. Verum quod me obsecras & obtestaris, parū amice facis, quando id quod me ambitiosè rogas, iure postulare tuo potes. Id enim tu uelim ne ignores, in albo amicorum meorū eum te locum obtinere, possis ut operam mihi quantamuis iniungere, duntaxat quæ muneris mei & opificij uiriumq́; esse uideatur, quanq́; nihil in hoc esse uideo quod tibi magnopere succensere debeam, si tu obsecrabūdus operam meam utendam ad semihoram rogasti, quū id pro tuo ipsum more, moribusq́; adeò tuis animaduertam fecisse magis quàm quod meos id mores poscere arbitrare. Qui si me ipse iudicasses eorum esse ordinis qui grauatè & magno operas suas addicunt, aut indicant hominibus sibi notis, nedum amicis, neq; ijs quibuslibet, sed certi cuiusdā meriti & notæ primariæ (cuiusmodi esse te existimo) esset abundè quod tecū expostularem. Nunc uerò cum eo esse te ingenio agnouerim iam diu, ut deduci ab ista comitate ac benignitate appellandi amici nequeas, haud ægrè tibi gratiam ingenuæ ac liberalis huius culpæ faciam, quam ipse identidem admittere in officijs multis ac muneribus agendæ uitæ solitus, mirū est quod in epistolis scribendis contrariam ei culpam non uito: tum quidē præcipuè cum ad doctissimos uiros scribo, & literarum amantissimos. Est enim nescio quid numinis (propitij an infensi addubito) quod mihi fiduciam pleniorem accommodat, uel adimit innatam uerecundiam, in eo genere commercij quod musis initur conciliatricibus, interdum inter alienos ac lingua institutisq́; discrepitantes, Qua in re immodicum me esse uiri mihi amicissimi epistolæ testātur officiosè obiugatrices, fidemq́; mihi facere iam cœpere: apud quem tamen ut apud alios quoq; in satisfactionem cessuram mihi puto ingenij simplicitatem, quum ijs ipsa pernotuerit. Hanc naturæ temperaturam Græci εὐήθειαν appellant, Attici præcipuè: quæ quoniam ipsa interim stultitia esse creditur, eodem uocabulo habitus uterq; animi significatur: quum tamen dictionis etymon commendationem rei significatæ præferat. Verum enimuero quod scribis in transitu, quasiq́; aliud agens, seriò me hic cuidam operi incumbere amabo te mi Salmoni,
B cedo mihi nunc illum qui tibi hoc indicauit. nempe coniectura est hæc istius animi, in me ita propensi, ut in hoc ipso ocio ad quod ego confugi, mihimet negocium me facessere certo certius habeas. At uide quæso ut ista coniectura tam certa æquus sis mihi satis amicus. Quid autē per musas sanctissima tibi numina, quid inquam aliud mihi quàm inertiam, desidiam, socordiam exprobras hac tua existimatione tam explorata, si nihil tandem scripsisse comperiar? Equidem nihil grauius, nihil molestius, nihil magis obnoxium esse reor quàm eiusmodi expectationes sustinere hominum nimium de me merentium, opinatione magnifica à me sibi semper aliquid spondentium, iamiamq́; exiturum. Quo efficitur non modo ut alto perfrui ocio liberoq; nequeam, sed etiam ut ad occursus hominum palleam, aut rubeam idētidem tanquam debitor ὑπήμερος, καὶ ἐκπροθεσμίους τῶν κεχρεωστημένων. Itaq; ne diutius te frustrer, nihil iam moror istos efflagitatores, quibus ut obuiam ipsis factus sum, salute data statim & accepta, auribus uorare cogor illa toties inculcata: Satin' salue Budæe? ecquid tibi secus accidit quod tamdiu nihil edis? quousq; nos expectatione suspendis? q; mox illud paris quod aiunt te parturire? Scilicet hoc illud est, nescio quid maius aut intractabilius tamdiu in incude uersatur. Me miserum quūm hæc audio, & angore æstuq; intestino perditum: qui si causari quid insistam, ilicet renidentes aiunt me ludificari, & simul hortantur ut primo quoq; tempore fidem meam liberem præclaris illis Annotationibus in Pandectas: quibus etiam præla iam apparari dictitant. quorum tu unus aliquando fuisti, ut meminisse uideor. Quare ne diutius erres, de Annotationib. actum iam agunt, qui me eo de nomine appellant, quando eiusce rei absoluendæ eos expromissores dare possum, & ipsi accipere, qui ea de re iam ita constituerunt operibus editis, ut cautum reip. satis esse uideatur, præclareq́; mecum actū esse arbitrabor si impunè ferre liceat quod hactenus mihi de enarratione accidit rerum ad ius ciuile pertinentium. Quippe qui iam atroces contumelias intentari mihi non nescius sim à postica mundi parte, unde minimè mihi esse metuendum existimaueram. Quod uero ad alia pertinet, utinam mihi diuina benignitate hæ suppeditētur facultates, unde

quo quo pacto decidere queam uobiscum istam de me enatam expectationem, quasi nomen quoddam publicum errore hominum contractum, à ceruiceq; mea excutere iam grauem functionem inique mihi impositam. Sed etiam etiamq; uereor: ut æquas mentes nostrorum hominum opinionesq; inueniam, queis cum decidere id debitum leui conditione possim, cui soluendo non sum omnino. Qui si dure mecũ ipsi agere tandem, atq; ex opinione temerarijs de causis præsumpta urgere institerint ad opus aliud aliudq; faciendum, perij: nisi spes aliqua affulserit, tanq; tabularum nouarum, ansam ut arripere inde possim frustrationum & comperendinationum in posterum ac tertium semper annum. Age: quid si solum uerterim, & in Marlianum meum migrarim: tamen ne molesti esse pergent: & in me lege agere ? credo, ut est improbitas existimationis publicæ, qui etiam (me miserum, cui uni fere ut Erasmo cessare nõ licebit) quum tertium iam mensem hic cum familia habitem, non animi isti causa sed operis secessisse me dictitant. Cui errori tu affinis (ut opinor) illud in literis tuis addidisti de opere serio tantisper intermittendo, Proinde ne dicas non prædictum, serium mihi hic opus est quiescere, & ocium amplecti quàm possum arctissimè, recreari ab huius anni fatigatione & egregia illa atq; luculenta expeditione, quæ meas fortunas scilicet mitifice auctitauit: quam ut susciperem ipse amicorum iurgia cognatorumq; extuderunt. Deniq; nugarum curarumq; obliuisci hic meditor: uerum nõ modo hoc opus sed etiam hic labor est, usqadeò recursantes identidem nugas, ac peruigiles curas consopire nequeo, nec abigere à contubernio Philologiæ meæ. Cupio, per (inquam) scire cupio quid Ianus Lascaris agat, uir apud omneis ordines gratiosus, ubi sit, quantumq; ualeat. Vt enim neminem esse hominem arbitror, cui melius consultum quàm mihi ille cupiat, ita officij mei esse duco omnia eius causa uelle, incolumitatemq; ipsi corporis fortunarumq; optare quàm uehementissimè. Eum uerbis meis salutabis, si istinc adhuc non discessit, gratiamq; habere dices ob scita admodum epigrammata ad me missa. Scribam tamen ad eum nonnihil si fortè adhuc agit in aula, quod uix mihi persuadeo. Vale uir doctissime, in Marliano nostro, postridie diei diuo Martino festi, qui nobis Pithœgia est ad exploranda uina, auspicãdamq; uini musteì potionem, aut certe proludendam.

Gulielmus Budæus Baptistæ Egnatio S.

QVum apud Franciscum Deloinum Iurisconsultorum disertissimũ heri ad prandium ex condicto uenissem: incidi tum primum in sermonẽ cum Ioanne Grolierio Insubriæ Quæstore, uiro sanè eleganti institutione perpolito, literarumq; bonarum amanti ac studioso: quod rarissimum est apud nos in ea forte uitæ. Is cum de doctis Italiæ uiris excitatus esset sermo, ait de me te ita loqui solitum, atq; de eo quem tu amicum habere cuperes, coramq; aliquando alloqui si res ita forte nata tulisset, ut uel ego istic negocium, uel tu hic prouinciam haberes. Hoc cum mihi iucundum fuit & pergratum auditu (sum enim ut qui maximè, istius generis amicitiarũ cupidus) tum illud ægrè tuli quod addidit, abhinc iam fermè biennium literas te ad me dedisse: quibus non responderim. Cuius rei ut fidem mihi planè Deloinoq; faceret, ait penes se earum literarum exemplum esse: stipularìq; à se me uoluit id mihi missurum iri primoquoq; tempore, aut certè prima quaq; occasione. Velim igitur ut uel perfidię, uel iniuriæ inquiras in eum cui tu literas eas credidisti: aut si id facere grauabere, me ut superbiæ, ut rusticitatis, ut inscitiæ, ut alius cuiusuis ignominiosę culpę absoluas: quem non dubito hactenus apud te reum suspectumq; fuisse ob id quòd non rescripserim. Egon' ut Egnatio aut cuiquam ista doctrina, ista existimatione præditorum, officio me prouocanti, & huius generis officio, cederem, ut appellanti non responderem? Ego ne si semianimis quidem essem: non ita me experti qui ad me ex Germania, qui ex Britannia, qui Roma, qui Latinè, qui Græcè, qui promiscuè scripserunt. Nihil enĩ mihi non uitio dari malim quàm uirorum doctissimorum neglectum, quorum quidem certè ingenium non tantum admirer, sed etiam probem. Siquidem ex quo studij profectu altiores quidem spiritus, sed placidiores sustuli: ita me cõparare institi,

A eamq; scribendi rationem institui, ut ingenij atq; animi mei æquitatem probare magis doctissimis hominibus, quàm aut acumen, aut magnitudinē contenderim. Apud alios quonam modo uoti compos factus sim, partim nescio, partim nunc ad rem non pertinet. Quod uerò ad te attinet, res mihi cessisse ex sententia uidetur coniecturam utiq; ex tuis in Suetonium cōmentarijs facienti: quibus tu in ipsis non minus grauiter quàm beneuole Budæi meministi, expendens candorem ingenij nō minus q̃ doctrinam. Quod nisi tandem ipsum tibi in mentione senatorij census in mentē uenisset ut faceres, in eo ferme eram ut compilasse cōmentarios Leonardi Portij Vincentini crederer, quos scriptos uel ab eo, uel ab alio quoquam fuisse, nedum editos, à nemine unquam audire præterq; à te potui. Equidem nō dubito Leonardum Portium doctum & ingeniosum uirum esse: cum eum tu dignū existimaris, quem testimonij tui autoritate ornares. Veruntamen ita mihi & in præteritum, & in posterū rationem constare laborum scriptorumq; meorum diuina benignitate detur: ut in nullius unq; aut uiui aut mortui cōmentarios uel adnotationes inciderim: ne in sermonem quidē, ex quibus uel tantulum adiutus sim ad ponderū mensurarúmue, aut rei numariæ explicationem: præter eos autores quos nominatim laudaui ad meam sententiam confirmandam. Id quod tibi atq; omnib. facilè me persuasurum cōfido: qui quidem ita me disputationem illam tractasse animaduerterint, ut à primis demonstrationis elementis exorsus, ac per omnes, ut aiūt, numeros persecutus: nihil nec mihi nec alijs fortasse dicendum reliquerim, quo res ea perspectior ac certior esse possit hoc æuo. Te aūt non oscitanter librum meum legisse ex cōmentarijs tuis intelligo in Suetonium editis. Portio uerò & mihi ut candidè & grauiter testimonium te accōmodasse mihi credere imperaui (hoc enim & ætas tua poscit, & uitæ adhuc actę honestas, eaq; amplissima in Vrbe autoritas, quam te obtinere audio) ita præclarè actum esse mecum inter prætor: quod non unus ipse, ut arbitrabar, ab omnibus dissentire uideor, qui post auorum nostrorum memoriam scripserūt de sestertijs & talentis eorum æstimatione: sed & Portiana commētatione, & Egnatiano calculo inuentum meum comprobatum

B est, postquam liber meus trans Alpes legi cœptus est. Vestramq; amborum autoritatem obijcere ijs potero qui rei, ut arbitror, nouitate perculsi, in antiquis me operibus æstimandis rectè ratiocinatum esse non credūt. Id demum deprecor, ne libris quinq; de Asse & partibus eius editis, & quoquo gentiū iam, ut audio, dilapsis, altera etiam editione emendatioribus, ipse ære non meo negociari per prouincias, sed mutuatitio uidear. Nec enim ante hoc tempus uetsuram facere solitus sum: ut famam aucuparer, nomenq; inter copiosos & classicos dare possem: quo minus nunc in animum inducerem ea trans Alpes mutuari quæ non modo in patria, sed etiam in Italiæ luce uenditarem, & ubiq; terrarum. Cupio igitur aliquando commentationem illam Portianam exire in publicum, ut uideam an ijsdem uestigijs ambo rem indagatam persecuti adeptiq; fuerimus. Interim uerò hoc postulo, ut nihil præiudicatum sit: quo minus meum totum id esse censeatur quod nemo sibi uel iusto sacramento, uel legitimis uindicijs asserit. alioqui cum nouas uisendasq; res amplissimi theatri oculis exposuerim: non ipse longè eas petijsse magnoq; labore uidebor, sed ueluti institor esse potius hominis Vincentini copiosi ac locupletis. id quod in hac conscientia præterire silentio non possem. Nec tamē illi quod suum est inuideo, modo id sine ulla mea captione obtineat. Et est res huiuscemodi fortasse, quæ duorum esse possit. Certè tu hoc eadem de re duos, ut aiunt, parietes illeuisti: scitè certè & feliciter, quod quidem ad me attinet: à quo nihil hoc facto nisi bonam gratiam iniuisti. Quare te oro atque obtestor mi Egnati. iam enim meum te uocabo fretus testimonio Quæstoris grauissimi, quo uelut interuentore & proxeneta in amicitiam, ut spero, iam coiuimus. Verum te obsecro atq; etiam adiuro per numen Philologiæ, ut si amico & candido animo semel ad me scripsisti, iterum uel eodem, uel alio potius exemplo scribas: ut obsignatis literis credere possim, & intelligere quid habeas animi: & rescribendi argumentum habeam. Vale uir doctissime: & quòd constituisse te audio facito. rem literariam ut in dies magis ac magis illustres. Parisijs V. Cal. Decemb. M. D. XVIII.

Gulielmus Budæus Nicolao Beraldo s. C

Literas tuas accepi cum & permolesto negocio districtus essem, & morbo impli citus:quæ causa mihi fuit ut serius ad te scriberem.Quòd me hortaris atque etiam flagitas,ut institutum illud meum urgeam:id uerò ego percupio, sed sperare aliquan do licuit.Nunc autem quæ operi aggrediendo moram mihi diu ac sæpe fecit aduersa ualetudo,eadem ab opere edito ad hunc diem nullã dum (propè dixerim)horam re misit:uix ut sperare ausim tantum mihi unquã laxamenti futurum quo reliqua conquisita iamdiu, & uaria lectione regesta, composita quoquo modo & in annotationum speciem digesta,in publicum æstimanda præbeam. Neque tamẽ eo nomine angi (ut opinor)magnopere debeo: audacior est enim hæc res incepto quàm euentu gloriosior:nuncque demum persentisco quàm arduam quamque parum gloriosam prouinciam aut sortitus sim aut sumpserim:præsertim inter eos in quos & apud quos arma facundiæ parum ualent. Abunde igitur esse putabo si appetẽte iam ea rerum inclinatione (insigni sanè in posterum ac maximè memorabili)qua Accursianorũ infantia, Ciceronianorum eloquentiæ aut certè elegantiæ cessura uideretur, tantum hoc ego bellum cõmisisse olim dicar:quod à præstantibus ingenio uiris non citra sudorem(ut aiunt)& puluerem profligandum tandem esset. Maius est enim hoc bellum quàm ut uno aut altero prælio decerni,unius hominis auspicijs ductuque quantũuis pugnacis (nedum cuiuslibet,qualem me esse non ignoro)confectum iri sperandum sit. Verum id demum periculum est, ne dum hanc pugnam lacessere uolui, incautius inferuescẽte stylo prouectus,atrociorib.uerbis in uiros magnæ sectæ aut autores aut uindices uelitatus esse uidear: hastasque magis ab autorib. acceptas, in homines nequicquam exhausisse Accursianæ maiestatis umbra contectos,quasi scuto Aiacis Homerici. Sed præterita,ut aiunt,non tam corrigi quàm reprehendi possunt.Proinde id in primis optãdum erit nobis:ut siue humanitus quid mihi contigerit,aliquis mox existat,qui ad præscripta à nobis lineamenta excipere opus inchoatum nõ dedignetur,& uelut in demortui locum se sufficere,siue id mihi absoluere licuerit, complures nostrum exemplum æmulati,aut fortasse imitantes(id enim gloriæ nostræ non refert) in eandem causam descendant:ne ueluti temerario ipse procursu extra ordines euectus à robore atque acie ipsa nostrorum meritò destitutus esse uidear.Amplum enim mihi erit me nouum (ut ita dicam)inter literatos hominem,quasique terra,ut dicitur,enatum literarum humanitatem ab Accursianis oppressam, uel suppressam potius, seruituti eximere atque ignominiæ, & in suam dignitatem liberali causa asserere contendisse: complureis etiam clarioris famæ patronos inuenisse, qui in eandem actionem subscribere maioris doctrinæ fiducia non dubitarint: causamque aduersam à nobis aut affectam aut missilibus impulsam,gladijs comminus confecerint & iugularint, in queis te futurum propediem auguror. Quo enim te animo esse sentio,si paulum ad istam quam adhibuisse te aiunt in literis, industriam porrò etiam adnitere: magnum nobis momentum adijcies trahendis in hanc partem hominum iudicijs. Id quod eo mihi gratius futurum est quod causam non hominem sequi mihi uideris. Antehac enim ne de facie quidem inter nos ipsi nouimus. Agedum incumbito in causam (ut dicitur) & quamplurimos tui similes quoad eius fieri poterit citra incommodum institutæ tibi uitæ in eandem causam deducito (iam enim tua magis quàm nostra res agitur, quibus alia sors uitæ oblata est,uel hæc ablata potius & extorta, mordicus & ad perniciem usque retinentibus.) Sic enim fiet ut quantum nobis uirium accesserit, tantum illis decedat, non modo nostris, sed etiam humanitatis aduersarijs: cuiusmodi uenustulus ille est Aristarchus primarij istic nominis, ut tu ais, qui Budæum scribendo, & præsertim illo in loco Apuleij imitatorem esse censuit. quod unum uerbum eius quid aliud quàm meram ignorantiam clamitat? Nam de me alij uiderint,mihi certè non perplaceo:uerum Apuleium Latinum uix semel legi, idque etiam contemptim:Græcum iterum etiam suauissimè.Sed quid agas?sic uiuitur:ea demum isti rectè ac Latinè dicta esse arbitrãtur & cõtendũt,quæ intelligere ipsi possunt: quorũ specimẽ in prima statim charta Bartoli ac deinceps in omnib. inuenire possumus.

quicquid

A quicquid ad nostrorum autotum normam aut obseruationem edideris:nunquã istis approbaueris improbis.Huiusmodi atq; etiam multo improbiorib.uerbis aures nostræ occalluerunt:quos nihil æquè premit quàm quod Cisalpini atq; etiã Parisiis nati educatiq; sumus: & (absit uerbo inuidia) à nobis ipsi edocti.Id nos inuisos facit.Popularibus tantum in oculos incurrimus:peregrinos benignis oculis aspiciunt:aurib. æquis ignotos audiunt & perpurgatis,ciuibus obstrepunt & obloquuntur. In causa est,ut opinor, rei nouæ inuidia. Atqui quo magis nonnulla scriptitando urere me homines sentiam(nunc enim primum animaduerti)eò minus inuidiam eorum ægrè feram.Ex quo autem ambitione bonorum ipse mihi interdixeram:securus omnis im peritorum iudicij,fati uelut pondere excusso,solaq; egregij propositi conscientia fre tus,mecum alacriter uiuebam, si per ualetudinem cõmodam licuisset. At iam fermè quadriennium ancipiti marte cum morbo infestissimo depugno: qui ut corpus exte nuat,sic animi uigorem,alacritatemq; retundit, sæpe ut despondere literarũ mihi stu diũ,præsertim reclamitantib.amicis,atq; etiã nonnunq; animũ,mihi cõtingat.Quod si hanc epistolã peruenisse ad te sensero, satis tibi faciendi cura defunctũ me esse læta bor:sum enĩ ad scribẽdũ natura ꝑcrastinator. Vale Parisiis: M.D.XVIII. Cal. April.

Gulielmus Budæus Claudio Cantiunculæ Iurisc. S.

PErgratæ perq; iucundæ mihi fuerunt literæ tuæ doctissime Cantiuncula, duorum mensium interuallo peregrè redeunti redditæ.Humanitate enim tua singulari adductus sum,atq; adeò negocijs ab omnibus abductus, ut Zazianis commentarijs uacarem,quos tu mihi dono miseras, ut quidem ego interpretor, animi tui pignus mihi ultrò beneuolentis.Quòd uerò tuis literis magnopere uidere,quasiq; ambitu quodam suauiloquo contendere mecum ut amicitiam coire tibi liceat, hanc ego conditionem tam cupidè amplector,ut si prior ingenium tuum nossem, prioreis quoq; partes ad amicitiam prouocandi occupaturus fuerim.Siquidem eximię tuę fa B cundiæ documento ita animum meum pigneratus es,atq; munere ultrò misso ex tan to locorum interuallo autoratum tibi reddidisti,ut totus esse tuus gestiam: quod qui dem nulla aliorum amicorum captione aut incommodo fieri possit. Præsertim cum istam tuam facundiam germana probitate conditam esse sentiam, quantum quidem odorari ingenij tui naturam ex unius epistolæ uestigijs potui: cuius tute contextu si mihi animum tuum bona fide prompsisti & explicasti,ut fidem mihi facit scriptionis tuæ candor maior omni suspicione,ut uerbis uestris utar:quum ipse ea in re quoq; ut in alijs imposturam factitare non didicerim:optimo utiq; exordio uidemur auspicati esse amicitiam quippe queis mutua admiratio proxenetæ uice functa, officiorum cõmercium conciliarit.Cui etiam accessit, quod morũ similitudo utrunq; alterius cupidissimũ effecit,nisi si animi mei æstimatio ad falsam me cõiectutam impulit. Atqui animi tui syncera inculpataq; simplicitas doctrina multiplici perpolita, conspicuam se præbuit & illustrem non modo in amicitia mea artifici & cãdido eloquio emerenda,sed etiam in Zasio tuo mirificè cõmendando, simul in Forbenianæ industriæ patrocinio suscipiendo.Quo minus uerendum mihi esse duco ne in æstimatione & perpensione tuæ mentis præpropere sententiam tulerim, unico specimine cõtentus humani ingenij,quod afformare sese & affingere multiplicatius Proteo natura comparatũ est. Hactenus est quod affirmare ausim de homine & externo & alioquin mihi incognito sentiendum esse mihi, si quidem uir bonus esse & existimari uelim. Verũ enimuero quod in Triumuiratu constituendæ rei Pandectariæ honorificam mei rationem habuisti,fecisti tu quidem pro ingenita tibi humanitate: cæterũ per me licet ut Zasius & Alciatus homines pereruditi te collegam sibi ad eam rem persequendã cooptent,in musarũ utiq; officinis apprime expolitũ.Sępe enim literis obsignatis,& quæ in manus hominũ exieruñt,id me munus eiurasse testatus sum.Quo facto præci puè meruisse mihi uidebar ut æquiore iam ac placidiore Zasio tuo uterer, qui mecũ ipse simultatem non obscuram exercuisse in legis Pomponianæ cõmentario,à nullo non iudicabit,qui cõpos sit intellectus: & eundẽ tamen ipsum siquãdo audierit aut uiderit

uiderit multa me in nouissima chalcographi editione eradenda curasse, quæ confusciosius mihi dicta quàm grauius uidebantur, bonã utique partem offensionis suæ mihi remissurum esse puto, ut cæteros quoque omneis qui uicem hactenus iurisperitorum doluerunt ob dignitatem eius disciplinæ (ut quidem tractata est & tradita à recentioribus) quoquo modo imminutam annotationibus meis. Quin & illud fateri non dubitabo pro innata mihi simplicitate, nullum esse omnino eorum queis de eo opere calculos ponere doctrinæ meritò licuerit, qui iniquior me aut iratior eius rei arbiter sit. Cæteri quantum audio & uideo, multa me in eo commentario præclarè cõgessisse, aliqui etiam digessisse, iudicant, nonnullos etiam loquendi genus imitari dictionemque non pœnituit, à quibus Zasius ipse non alienus mihi uisus est. Ecquæ autem prerogatiua præiudicij mei grauior esse potuit in uniuersum opus, quàm quod & uerbo & scripto profiteor contestabundè, opus mihi meum eo nomine displicere, quod iuuenili tum feruore incaluisse me postea agnouerim, scribendique tyrocinio ferociter elatum & in transuersum actum? Zasius autem ipse uiderit nimio ne fortasse ostentandi ingenij studio, aut alia quapiam inconsulta cupiditate, æqui bonique rationem quibusdam in locis non habuerit, suæ etiam grauitatis aut opinionis non satis meminerit. In uniuersa autem re perpendenda, in antinomijs diiudicandis, in quibus tandem ipsis grauiorem se arbitrum mihique placabiliorem præbuit, quod quidem ad me attinet, an ipse litem suam fecerit ambitiosule sentẽtiam pronunciando, aliorum erit iudicium: quando quidem semel animo offirmaui, nec eius nec cuiusquam commentarijs causa mea rescribere. Nec ob id ipsum Zasius infensiore unquam me aut minus amico uretur, si mecum ipse olim rem sibi esse uelit, qualis inter homines esse potest tanta locorũ interstitio disiunctos. Ac ne mihi tu necopinanti id accidisse putes, præclarè utique ipse mecum actum esse palàm dictito, quod hactenus multorum scriptis non proscissus fuerim, & contumelijs enectus, uidelicet quod sero intelligere cœperim quàm luculenta iniuria genus hominum afficere uoluisse uidear quam existimatissimum: quam tamen & ipsam tot annorũ dissimulatione remissam & abolitam esse sperabam, idque mihi sæpe palàm gratulatus sum. Alziatum in numerũ amicorum meorum meritò retulisse me puto, uirum non iam eximia doctrina cõmendabilem, præter est eius uisenda comitas & facundia. Is, quum Auenione trãsirem, ultrò ad me adijt perquàm officiosè contra quàm eius præstantiæ & meæ mediocritatis ratio exposcere uidebatur. Tametsi ea in re nihil mihi uitio uerti potest, cui de uia fesso super cœnam homo urbanitate præditus anteuertit. Zasio autem scripturus sum pro pediem si tabellarium nactus fuero. Is enim ad me scripsit, sed literæ interciderũt, anxie à me nequicquam perquisitæ. Non dubito uirum eum esse multis nominibus cõmendabilem, cui tantum testimonium præbẽdum esse duxeris, prætereaque quod ipse sui documentum edidit non mediocris industriæ. Nonnulli tamẽ eorum quibus alioquin doctrinam suam operamque nauatam probauit, mirari sese aiunt quid causæ esse possit, aut quam ipse causam dicere, quin homo multarum rerum scientia præditus, & tutor iuris ciuilis, eiusque studij patronus & gnauus & impiger, messem sibi laudis ex aliena segete arripuerit, præsertim quum latum adhuc campum laudis percipiẽdæ intactum reliquissem, occupantis futurum omnium confessione, tanque pro derelicto habitum. Quem ipsum adhuc uacuum quum repetere integrum sit, Zasio tamẽ atque alijs in eius possessionem ituris anteuertere non conabor: mihi ipse, quid acturus sit, Zasius denunciandum curauit. Vale, Parisijs XVI. Cal. August.

Gulielmus Budæus Ioachimo Vadiano S. P. D.

SI cum literis tuis unà quoque Pomponium tuum accepissem, his literis ipsis ad ea tibi respondissem de quibus tu iudicium meum rogasti. Verum quum post quartum quintumue diem quam literas tuas acceperam, ijdem ipsi ad me adolescentes Heluetij redijssent, qui mihi epistolam tuam reddiderant: & se habere idoneum tabellarium dicerent cui literas ipse darem, matutino sequenti profecturũ, mirari ipsi cœperunt quod dicerem me non posse tibi in præsens morigerari. Excusabã enim nõdum me

A me Melam tuum uidisse: ut qui necdum à te mihi delatus, nec in urbe nostra uenalis esset, nec apud quenquam reperiretur à quo utendum rogare potuissem. Quare illi à me sub uesperam digredientes, ad eum aduolare se dixerunt qui ipsum ad me librum perferendum mittendúmue susceperat: ipse uerò interim ut raptim ad te scriberem in animum induxi, ueritus ne tu me incuriæ aut fastidij insolentis iudicio arcessere ad tribunal Philologiæ posses, si literis tuis non respondissem, aut mecum quoquo modo alteris literis uel iurgari uel expostulare. Equidem mi Vadiane (iam enim meum te fecisse uideor, quòd amicitiam meam hominis à te remotissimi tanti esse putasti, ut in amicorum meorum numerum centuriari te postulares: idq; ipsum ambitiosè) uelim ita tibi persuadeas, periucundas mihi literas tuas eo nomine fuisse: usqeadeò ut luculento quodam loco & conspicuo nomen tuum in numeris meis ascripturus sim. Et enim hoc libẽs hilarisq; fecerim, ut Vadiani capite Glarianiq; complectendis, de nomine uniuerso Heluetiaco ipse benemereat, quo cũ ipso nunc Francia nostra fœdere coniuncta est non nouo sed uetere: etsi aliquandiu deterrimi cuiuspiam dæmonis inuidia interrupto. Neq; uerò si temporariũ hoc fœdus esse quispiam male ominator aut contendat aut suspicari se dictitet, in causam tamen ego publicam animo tam obnixo incumbere mihi persuaserim: ut si (quod ominari nolim) rursus bella exoriantur, me uiuo, inter nostros & Heluetios: ego quoq; hostem me protinus doctorum hominum profitear, & eis bellum indicam unà cum Republica. Ecquis est autem humanitate hac literaria perimbutus, qui quas amicitias in gente quaq; contraxerit doctrinæ cõmercio: quos amicos in externis prouincijs industria non uulgari quasi suffragatrice emeritus sit & adeptus: quam gratiam in longinquis locis ab existimatissimo quoq; inierit commendatione famæ nec inani aucupio nec illiberaliter collectæ: eas ipse amicitias, eam gratiam ijs amicis renunciare non nolit: statim atq; Rempub. gerentibus consiliorum pacis satietas aut bellicarum rerum cupido incesserit? Mihi certè, ut arbitror, hoc nunquam in mentem ita uenerit ut assentiar, qui nullum unquam operæprecium maius aut certè luculentius optare omnis B huiusce meæ industriæ sustinui, quàm hactenus mihi obtigit, ut in patria non obscuro loco natus, eo demum nomine inclaruerim, quod apud exteros iam uidetur innotescere fama propemodum illustri. Mihi uerò ipse cùm haud ita multum fauere natura comparatus sim, tamen gratulari iam cœpi, quòd de meis amoribus & delicijs, id est de literarum studio pertinaci, amari me ac deamari à uiris grauissimis externis iuxta nostratibusq; uideo. Vale uir doctissime: & perge & à me & ab alijs dissentire cum ueritatis indagãdæ ratio ita tulerit. Hac enim ego lege in meis scriptis usus sum: quam in me usurpari æquissimè patiar, modo absit animus inferendæ contumeliæ. Itaq; quòd quodam in loco dissensisse te à me significas, potuisti tu quidem ac poteris cùm tibi usu uenerit commentando, incolumi amicitia ac bona mea gratia, tantisper dum id facies ueritatis afferendæ studio, non mihi obtrectandi. Vale rursus, Parisiis, VIII. Calend. Nouembres M. D. XVIII.

Gulielmus Budæus Petro Bembo Patricio Veneto S.

VT ad te scribere instituerem, homo nec familiaritate tibi, nec necessitudine, nec alio iuris aut amicitiæ uinculo iunctus, nec aliàs aut usu aut oculis cognitus, singularis tuæ humanitatis & doctrinæ fama fuit in causa. Christophorus Longolius iuuenis nostri ordinis apud bonam partem nostratium hominũ gratiosus honorisq; habitus, quum recens istinc redijsset, meq; ueterem satis amicum non inter postremos uiseret & salutaret, multa nobis de peregrina eruditione moribusq; Romanis adactus narrare percunctantibus, Sadoletum & Bembum, Bembum & Sadoletum alternis propè uerbis in ore habere, ac commendare solebat: non à doctrina modo literarumq; splendore per cunctam Italiam illustri, sed etiam à probitate morum in omneis benefica. Commemorabat autem quid sibi negocij istic facessitũ fuisset, in quod genus cõtrouersiæ ipse attractus esset, & à quib. obtorto penè collo in iudiciũ raptus, propius ut nihil factũ fuerit ꝙ ut inimicorũ atrocium factione opprimeretur homo

homo peregrinus, in alieno foro stupens, in arena sibi incognita deprehensus, ni uestra æquitas & humanitas homini coitione circumuēto suppetias tulisset, & manum, orationem, opem prolixè accommodasset, lapsantem iam & penè afflictum subleuasset, in gradumq; reposuisset, exitu rei patronis reoq; ipsi peregrinitatis honorifico. Huius officij rationem, consilium, propositum eiusmodi esse nemo nō intelligit, qui quidem intellectus compos sit, ut non homini id tribuisse, non gratiæ referendæ rationem habuisse, non deniq; uestris commodis seruijsse uideamini, sed Mineruæ (ut ita dicam) & musis sacrificij genere & pio & honesto litare uoluisse. Quænam enim tandem casuum uarietas, quæ rerum uicissitudo existere olim aut propediem tanta potest, ut tu rem quampiam desiderare possis, cuius aut ille aut quisquam peregrinorum copiam tibi facturus sit aut potestatem? Neq; uerò tale solum Germanæ id probitatis documentum, eiusdemq; Romanæ, sed etiam tantum fuit si pro dignitate rei æstimetur, ut non ad unum Longolium, sed etiam ad Budæum, ad omne nomen Gallicum, ad omneis deniq; literarum meliorum studiosos pertinere uideatur. Quo fit ut mea quoq; causa omniumq; nostratium & nostri ordinis hominum, id te cum Sadoleto facinus suscepisse debeamus existimare: idq; beneficium non magis in priuatas tabulas referendum esse, quàm in publicas nationis studiosorum. Ἔῤῥωσο αἰὲν εὐγνωμονέστατε, ὦ σύντροφέ μοι τῇ ψυχῇ σου τῇ ἀπὸ τῶν φιλοσόφων καὶ τέχνῃ. οὐδὲν γὰρ αὖ τοσοῦτο πλέον τῶν σωμάτων ἔχει τὰ ἀπὸ παιδείας ψυχῆς αὐτοφιλανθρωπίας, ἐπιεικείᾳ τε καὶ φρόνησις καὶ καλλιπρεπείᾳ εὐδοκιμούσης. ὥστε οὐδ᾽ αὖ ἐρασμιωτάτου παιδὸς ἐπιστολὴ τοῦ σοῦ ἀντικαταξίωσιν ἂν ἔχοι, εἴποτε αὐτοῦ πτωχικῶς εἶχεν. Vale rursus, Parisiis XVII. Cal. Septembres, Anno M. D. XIX.

Gulielmus Budæus Iacobo Sadoleto Episcopo S.

QVàm probè & commodè naturâ constitutum est, ut quæ res omnium maximè rerum paucis amplexabilem sese retinendamq; indulget: eadem res ipsa (quam uirtutem uocamus) nulli non uisendam ferè seipsam plausibilemq; præbeat. Id adeò re ipsa cognoscere nuper in laudum tuarum enarratione licuit. Christophorus Longolius, homo iam tibi notus & autoratus, claris hinc propinquitatibus fultus, & necessitudinibus ornatus, cùm eleganter & lautè uitam hîc agere posset, Vrbem patriæ, uosq; cognatis prętulit, nimirum Romana humanitate & splendore urbano inuitatus & captus. Quin & comitate & beneficentia uestra ita se lactatum esse præ se ferebat, ut in mores etiam institutaq; uestra degenerasse, animoq; semel à nobis demigrasse uideatur. Verum is inter aduentitios, ut assolet, festiuosq; amplexus de ingenijs moribusq; præsentibus Italiæ quid censeret interrogatus, quum in sermonem pleniorem ab ijs productus esset qui rerum humanarum callentes sunt, & gnari rerum Italicarum, ecquidq; æqui & boni ab externis tulisset, scitè quidem multa eò pertinentia & expeditè commemorabat, ut sermo de unoquoq; homine & quaq; re natus erat. Modicus autem alioquin in uniuersum atq; in utranq; partem in elogijs edendis, in Sadoleto Bemboq; commendandis tam multus erat & incitatus: ut admirationem uestri & amorem in nobis uehementem incitarit, & inflammarit ipse me adeò, ut eo infelicem esse putem, quod familiares quoq; uos & notos de facie non habeam, aut alia quadam ratione mihi iūctos familiaris usus succidanea. Quotus enim quisq; est hominū quidem humanitatis non expertium, qui ęquitatem illam uestram uirtutis peregrinæ propugnatricem, destitutæ ac deprehensę innocentię patronam, non amet, non osculetur, non amplexetur? Ego certè natura cum sim oculis subhebetibus ad longissimum prospectum, uestrum illud absolutę humanitatis specimen, haud obscurè ut audio editum, suspicio hinc ac demiror: ut quidem ille mihi persuasit, ab omnibus suspiciendum, qui hominem unum incolam, uel etiam peregrino propiorem, nullis opibus fidentem, nullis necessitudinum adminiculis subnixum, nulla nisi doctrinæ commendatione gratiosum, decuriatis calumniatoribus, conscriptis delatoribus, summissis conuiciatoribus circumuentum, afflictum, perterritum, autoritate, suffragatione, patrocinio deniq; uestro subleuastis, erexistis, cōfirmastis, sartumq; & tectum, ut aiunt, ab omni contumelia, ignominia, dispendio præstitistis,

beneficio

A beneficio hauddubie ad nomen uniuersum Galliæ pertinente, porroq; etiam spectā te ad cunctum ordinem literatorum. Sane quidem quod ad me attinet, causam haud dicturus sum, siquando res ita tulerit, quin huius operæ partem egregie à te nauatæ atq; impensæ Longolio, expensam nobis ferre possis si uelis, qui numerum ipsi inter studiosissimos literarum augemus. Tametsi non nescius sum maiorem esse doctrinę opinionem, altiusq; fastigium istud tuum, meūq; contrà inferius ac submissius, quàm ut eo tibi unquam descendere aut commodum aut libitum esse possit, aut mihi me attollere promptum & conducibile, unde tu mecum ex æquo, & ego tecum officio tum uices usurpemus mutuo paria factitando. Sed neq; tam obscurus animi tui sensus, quum hoc faceres, esse potuit, ut non intellectu promptum sit unicuiq;, nō te beneficij, non suffragationis, non officij uicissitudinem hoc facto, sed uirtutis & humanitatis agnitionem ab ijs qui doctrinæ studiosi sunt aut fautores, sed præclari facinoris conscientiam spectasse & expectasse, gratumq; fortasse animum ab eo in quē beneficium collatum. Quam tui facti rationem eximij & commemorandi, cum nō dubie iniuisse te credam, spondere ego tibi ausim, nequaquam te opinione falsum esse in summa rei colligenda. Vndiq; enim euentus respondebit iamq; respondit, nisi me ipse fallo, coniecturam in alios ex animo meo faciens, & ex uerbis, uultu, spiritibus loquentis de te Longolij. Hæc ut tibi scriberem libido quædam me impulit animi se se tibi, prope dixerim, uenditare non dubitantis, si ueta de te audiui, hominem alioquin haud cupidum operarum, prolixumq; pollicitatorem, aut siqua est in me facultas, gestientem eius uenditatorem. Verū cum te de eo amare magnopere cœpissem, quod libēs faceres ut bene ab omnibus audires: latere te nolui humanitatis illius tuę benignitatisq; documentum, hic etiam testatissimum esse, nec fama sua fraudatum, cum antea Sadoleti nomē & chirographum in aula Gallica notum sit & celebre ob literas Pontificias, Sadoleti nomine augustiores iam haberi nostrorū opinione cœptas. Vale, Parisiis, sextodecimo Calend. Septembris.

B Gulielmus Budæus Nicolao à Querceto Prætori Mediolanensi S.

SI eo fato natus essem Nicolae charissime ut animo ipse meo obsequi sæpenumero nullo rerum mearum incommodo possem, ita omnia moderante fortuna, ut utilitas & uoluptas inuicem incurrerent, id mihi nimirum fortuna indulsisset, ut inoffenso cursu iniuncti mihi nuper muneris in Narbonensi prouincia Mediolanum obiter ire liceret, & te mihi cognatione amicitiaq; cōiunctum inuisere, honore istic primario secunda fama fungentem: præterquam etiam quod alioquin iamdiu superare Alpes destinaram ualetudinis gratia, quæ mihi cura præcipua semper erit. Nihil enim mihi tantopere cordi est quàm ut naturalem habitudinem corporis recuperem, quam annos iam quatuordecim atq; etiam plures amisi, dum literarū magis studiosus quàm lucis cupidus eram. Id autem uiæ diuerticulum opportune oblatum, ut libentius amplecterer accessit, quod te in muneris tui functione inspicere obseruareq; gestiebam. Rem & hilariter susceptam et commode iam instructam disturbauit iamiam me uiam inituro nostræ legationis calamitas nō obscura, obitus Maximi aulæ nostræ magistri, à quo ipso ueniam in Italiam diuertendi impetrandam duxeram, cuius mors publice lamentabilis, Principi etiā luctuosa, priuatim comitatui eius importuna, mihi eo amplius fortasse calamitosa fuit: nam germano tuo qui tum mandato eius aberat, quid damni tristitiæq; importatura sit existimo coniectu esse tibi facile. Atqui ita sum eo casu deiectus, & contractus, ita omnis mihi hilaritas fronte, oculis, ore, & uultu deniq; detersa est & excussa: ut iocari nunc ad te scribens nequeam nec tecum comperendinatam illam controuersiam epistolari prolusione disceptare, interim dum tu huc redis, aut istuc ego uenio, iustam ipsi litis contestationem facturi, & coràm altercaturi. Sensiq; quantum affert impetus lætitia gestiens ad magna itinera haud ægre peragenda, tantum afferre molestiæ tedijq; uiatorij ægritudinē animi mœstam ad corpus atq; animum fatigatione conficiendum. Facilius certe mihi uideor illud uię dispendium perferre potuisse, ut Auenione transiens, & superatis

Ebredunensibus alpibus Mediolanum profectus,indeq; Lugdunum reuersus, Magnum magistrum assequerer antequam in aulam reuertisset, quàm id uiæ quod feci recta domum contendens, etiam si ad itineris compẽdium nauigationem adieci, secundo Ligeri biduum et dimidiatũ diem delapsus continuis imbribus aucto ad summum incremẽtum. Tibi uerò lætiora ut sint omnia deum superosq; omneis precor, tibiq; ita defungi clarissima ista liceat prouincia, istinc ut decedens patriæ te parẽtiq; tuæ, gentilibus, ac cognatis restituas, ut suauem & plausibilẽ tui magistratus memoriam istic relinquas, & præclare integreq; muneris peregre acti commendatione ornatus, simul Transalpinæ disciplinæ commercio locupletatus, lares tuos familiareis propinquos reuisas, specimen etiam tui patrio aliquo munere fungẽdo propius nobis præbeas. Duabus enim his rebus auctum te magnopere luculenterq; redire spei nostræ non parum refert, quos ingenti quadam expectatione suspensos ad reditum tuum tenes, haud temeraria de causa. Magnum enim tibi testimonium præbet prouincialis fama, tanto etiam interstitio locorum exaudibilis. Minutius Mediolanẽsis Senator homo summa humanitate prædítus, & bonarum, ni fallor, artium bona fide studiosus, admodum fauere tibi uisus est cum inter loquendum in tui mentionẽ inci dissem. Fratris tui aduentus cum hæc scriberem in expectatione domesticorũ erat. Medulla genere Neapolitanus, Senator Mediolani hoc anno factus, uir literarũ bonarum peritia commendabilis, etiam mihi alioqui charus est. Hunc, si tibi iam familiaris quoquo modo factus est, uerbis meis salutabis cum ita tulerit occasio. Literas unas accepi tuas, quas sexto Calendas Iunias scripsisti. His tu literis uideris scriben di me uiribus cupide prouocare, homo parum, ut arbitror, scribendis epistolis feriatus: qua in re ne tibi cessisse officio uidear etiam etiamq; uidero, si tamen mihi diuina benignitate id factitare licuerit per incolumitatem ac uitæ tranquillitatem. Tu sacito isti tuæ ut fortunæ famæq; ita instes, tuam industriam ita urgeas, eo summa curarum tuarum contentionisq; animi incumbat, ut ne secundis tuis rebus populo non secundo in patriam remiges. Vale, Parisiis tertio Nonas Iulias.

Gulielmus Budæus Salmonio Macrino S. P. D.

Accepi epistolam tuam cum fasciculo literarum, quẽ mihi Lascaris noster reddendum curauerat, ab Legato Venetorum, ut opinor acceptum. In quo literę erant ad me hominum doctissimorum: inter easq; Longolij epistola, qui nũc Venetijs agit, bibliothecamq; copiosissimam pro arbitratu recenset: id quod si mihi contigisset, summi loco beneficij ampliq; esse ducerem. Mire delectatus sum castrensibus tuis iocis: in quibus lectitandis placere mihi fortasse potuissem, nisi nimiũ te submittens, extra numeros militareis poneres, ac pene dirueres omni ære laudis atq; existimationis. Enimuero hic uocem attollere opus est, ubi tute adeo deijciendum cẽses. Scilicet hoc mihi persuadere sperasti homini ueteratori, inter centurias fabrûm atq; ministeria in castris Palladis esse te aut censeri? quem sciam omni suffragio ordines hic ducentium, dignum esse qui honoratissimo loco principiorum tabernaculũ habeas. Quanquam in hac re iudicij mei fidem magis, quàm famæ prærogatiuam sequor. Quare cum ob unam rem aut alteram non deterrime gestam, dignum me censueris appellatione honorifica inter Antesignanos & Principes: caue tu inter Triarios, quod scribis, posthac te succenturies, aut alium tibi quæras quicum hoc ludo te oblectes. Etenim per Palladem ipsam, cuius numine auspicijsq; rem gerimus, isto tu ioco non uereris ne rei literariæ male ominari uidearis? qui egregie doctum hominem eo loci etiam post subsidia colloces: ubi si unus aut alter manipulus itidem doctorũ aggregandum se duxerit: quid causæ est quin res literaria ad Triarios redijsse dictitetur? At hoc prouerbiali sermone literarum decus atq; autoritatẽ in ancipiti esse significatur: quod omnino ominari ipse grauarere, si quis te percontaretur. Sin pergis obstinate inter Triarios manere, certius nihil habeto quàm me tibi statim denunciaturum contubernium. Malim enim è Principum manipulis numerisq; expungi, quàm tanto interstitio à te dirimi, nec recte nec ordine, cuius commilitio gaudeo. Satis

tis hoc ad iocos. Accipe ad seria. De Annotationibus in Pandectas multum te propensius posthac amabo, qui iam me de ijs non appellaturum esse spondes: qui utinã cauere etiam posses, neminem eo nomine periturũ: nam sæpe hac de re interpellor, quod mihi molestum esse cœpit, ex quo quidem certe causam esse sensi quamobrẽ inchoatam rem abijcerem, iacturamq; laboris nõ modici facerem, potius quàm actã rem agerem, quod est in prouerbio, aut mihi negocium non necessariũ facere perseuerarem. Omnino huiuscemodi commentationibus animum appellere, adhiberecq; contentionẽ nequeo, non quod magnopere uereat obtrectationẽ quorundã pertinacium. (Quandoquidem longe propensior est gratia ab æquis & bonis, quàm liuor ab iniquis, isq; non ex professo, quantum quidẽ uiderim) sed aliquos iam uidemus huius laudis petitores certatim existere: quibus in suo foro ut concedam, æquũ esse facile mihi cupideq; persuadeo: præsertim cum exercitationis huiusce alius mihi campus pateat, in quo animi causa expatiari gestio, si ocij fruẽdi rationem confirmare cõstituereq; possim. Accedit quod incommoda corporis constitutio cum ætate ingrauescens, sæpe mihi stylum stomachãti ẽ manibus excussit, cum cõmentarios huiusce modi retractare longo interuallo instituissem, in quos miscellanea adnotamenta uariæ ac multiplicis lectionis regesseram non pridẽ, ea spe ut prima quaq; occasiõe exirent, ordine structuraq; per ocium informati. Id quod si postulatis amicorum me dedens, facere nunc mediter, animiq; ad id languẽtis partes ciere & euocare ad munia quæq; sua protinus obeunda, uereor mediusfidius ne obsequium detrectent. Qua ratione adactus sum Mineruã ut ducem sequerer, autoremq; constituendæ Philologiæ, atq; tuendæ, quæ longi tẽporis uel inertia uel turbulẽtis rebus meis dissoluta fuerat. Cuius numinis afflatus, ut ea parte reflaccuit, quæ spectat ad scriptiones refractarias, cõmentationesq; pugnaces, Martios illas quidẽ spiritus poscentes, nec minus Bellonæ quàm Palladis instinctũ: cuiusmodi mihi cordi fuerunt ætate uegetiore: ita me nunc acuit & promouet ad eam contentionem quæ placidẽ pacateq; inseruescit: & ut aduentanti ætati haud dubie congruentior est, sic iam me iuuare magis cœpit lectio ac meditatio ad eam philosophiæ partẽ uergens, quæ rationes fere suas ad Spei fanum refert ut in tuto deponat, ea non ita multum elaboranda ducẽs, quæ ut præsentaneã ipsa causam habent, sic fluxam etiã & caducam. Gratũ est mihi & iucundũ quod in clientelã transieris maximi dispensatoris, qui magister est aulici ministerij, quasiq; decurio magistrorum. Nullus est enim qui summo actui admoti sunt à Principe, cui amplius uberiusq; cupiã: quippe quẽ nouerim ipse inter comitatus interioris primotes uiris bonis & doctis bene & prolixe cupere: id quod experimento cognoui, cũ etiã alioquin à nobis amandus sit, optatisq; beandus, qui Ianum Lascarem nostrũ uirum literis literatisq; deuotũ, in prima commendatione semper habendũ esse duxerit. Dii approbent id quod tibi forte fortuna contigisse gaudeo. Deamo te de Dracone meo, cuius tibi in mentẽ uenit, is salutem tibi per me fœnerato refundit. Vale, et eam in spem feliciter progredere, ad quam tibi aditum doctrinæ existimatio patefecit. E Marliano nostro Cineralium die, quæ sic Hilaria excipiunt, ut mœstitia gaudiũ immodicum. Saluta mihi Lascarem illum nostrum, quem spero iterum cum comitatu huc uenturum ad Resurrectionis natalem, nisi Rex aliud statuerit.

Gulielmus Budæus Petro Amico sodali Franciscano,

CVm in urbem negocij causa uenissem ex Marliano meo, literas mihi tuas ad se ostendit Franciscus Deloinus: homo ut tibi amicissimus, sic mihi coniunctis omnibus prope numeris officij & familiaritatis. In his cum lotum unũ legissem quo in loco Budęi meministi, in memoriã statim redij earum literarũ quas tu ad me pridẽ scripsisti. Quæ etsi ipsæ erãt eiuscemodi, ut uicissitudinẽ magis officij per ociũ postulare, quàm responsum primo quoq; tẽpore expediendã uiderentur: tamen in religionẽ trahi posse existimaui aut iniuria affectæ amicitiæ, quæ inter nos iã olim intercessit: aut neglecti desertiq; officij, quod ijs nõ rescripsissem: quanq; rursus quod postea in hac urbe corã tecum uerba feci, literarũ id uicẽ supplesse uideatur. Itaq; ut illã scribẽ

di moram cessationẽq; purgarem, ἐμαυτῷ ἐπὶ πλεῖον φιλεῖν καὶ πρὸ ὑπομιμνήσκω mihi faciendum esse duxi, ut desitas scribẽdi uires inter nos lacesserẽ, quasiq; intermortuam amicitiæ memoriam inter nos exuscitarẽ. Magnam aũt uoluptatem ex literis tuis accepi, quibus ab ipsis facile intellexi qui sit animi tui habitus, quod consiliũ tuum sit & propositũ. Video & cerno quantopere distrahentibus te curis & officijs tuæ professionis, in diuersumq; trahentibus à literarũ bonarũ cultu moribus et institutis sodalitatis uestræ: tamen contrahas tu teipsum, difficultatiq; obluctaris, quo impensius ad studia philosophiæ nitidioris disciplinarũq; probatissimarũ incumbas. Qua in re æstimanda, geniũ lautioris huius Philologiæ ipse sane admiror, numenq; adeo musarum sanctiorũ agnosco & ueneror: cuius afflatu inferuefactus amor doctrinæ elegãtis simul & solidæ, nulla ui restingui potest aut consopiri. Ipse me adeo plerũq; percitũ diuino illo instinctu ita sentio & experior, abduci alia ut oblectatione nulla possim à Philologiæ meæ cõplexu, obseruantiaq; philosophiæ: quã adhuc ipsam uerecũde religioseq; attingo. Nec reperire est, ut opinor, queis aliter res cesserit, ex ijs quidẽ certe qui auspicacius ac beneuolente Minerua in officinã philosophiæ disciplinarũ parentis expoliendos se dederunt. Verũ huius notæ studiosorũ haud scio an rariora sint exẽpla q̃ ut multos hoc æuo laudare autores huius instituti possimus. Scelerata enim cupiditas ambitionẽ complexa, nefas esse non arbitratur Mineruæ Musarũq; uirginitatẽ imminuere. Quo fit ut cõmunis prudẽtia qua hominũ multitudo publice priuatimq; ducitur, à philosophiæ sacramento desciscens, in partes stultitiæ trãseat solicitãte cupiditate, uastaq; sit solitudo hodie in præsidijs philosophiæ: ut mirũ sit philosophiã non modo sciris popularibus, sed etiã prudentũ responsis eiectam è medio & explosam, adhuc tñ subsistere in hominũ memoria posse, nomenq; suũ seruare uenerandum & augustum. In quo perpendere licet animũ aduertentibus uim uirtutis & honestatis: quarũ cõmentatio propria est philosophorũ. Nã ista professio licet paucissimos habeat amatores, admirandã tamen sese præbet omnibus: documẽtaq; sua probat splendore maiestatis, ijs etiã quos meliores non efficit. Quo facile iudicare possumus ac debemus, in hac deprauata natura ob primi parẽtis admissum, ratiõeq; animi principe affectibus subacta, igniculos tamen remansisse uirtutis ueritatisq; reuerentiæ: tametsi exiliores, q̃ ut per se ipsi exuscitari flagrareq; amore iustitiæ possint: nisi aut philosophiæ hortamẽtis, aut diuino afflatu spirituq; superne cieãtur. Ob id igitur ætates priscæ ingeniorũ fœcundissimæ philosophiã magno longoq; enixu peperere, parentẽ ipsam futurã honestarum disciplinarum, uitæq; humanioris magistrã, id est propius accedentis ad ingenium primi parentis nondum labefactatũ. Sed (ut sunt humana fere in deterius prona) eousq; tandem uaniloquentiæ uẽtum est, ut officinas quidam philosophorum, uiri alioqui summi, instituerint: in quibus ita perpoliri posse animos moresq; confidebant, ut ui tandẽ nec humanæ nec maiori cederet uirtus humana. At inane id mangonium, uanitatẽq; professionis fuisse non naturæ deprauatæ instaurationem, mores ea uia philosophantium documento mox fuerunt: quorum uitio philosophiæ nomen euasit in ludibriũ. Quibus autẽ philosophis sapientiæ Christi auditoribus esse contigit, eiusq; sacramẽti compotibus: ij demum philosophiæ germanæ atq; insontis sacra ceremoniasq; interpretati sunt scite & enucleate: qua una magistra & præeunte rationis iustitiæq; diuerticula constitui possunt in uiamq; reduci, ratio oblæsa corruptaq; sarciri, mẽsq; errore seculi circũuenta in integrum restitui. Qui igitur in uerba sanctæ huius magistræ ducisq; uitæ adacti, è stationis eius se subducunt aut proripiũt, ut in ordines ipsi numerosq; eorum centurientur qui stipendia faciunt auspicijs fortunæ; quid aliud ipsi q̃ exilium sibi consciscunt ab honestatis beatæq; disciplinæ contubernio, & à tranquillitate uitæ diuersorioq; ueritatis? Ac mihi quidem nostram hanc uitæ conditionem consideranti, undiq; sane infestam atq; profanam, uideris ipse uelut emeritis stipendijs uoluptatis, cupiditatis, ambitionis, angoris, quibus quasi ob noxam primigeniam dedita est uita communis, ad sortem aliam te contulisse liberiorem, munitiorem, & procul à tumultu securam, nosq; hic in æstu curarum, in affectuũ carnificina, in trepidatione deniq;, conflictationeq; reliquisse. Quòd si mihi optare genus uitę diuina daretur benignitate,

nihil

A nihil præstabilius esse duxissem aut mihi magis optãdum, quàm ut curis his domesticis uacuus, sensibusque, ut ita dicam, omnib. captus: quod quidẽ ad res externas & aduentitias pertinet, quodãmodoque torpens ad cõmoda iuxta atque incõmoda corporis & fortunę: ipse animi feriati munia, officia, uires contrahere in obsequium philosophię et addicere possem, in ueritatisque contẽplatione ac rerũ æternarum expectatione spiritum effundere. Ad quod ipsum fastigium uitæ quum uestræ institutum professiõis ingentem uobis gradũ fecerit (eo utique ipsum liberius & remotius ab imperiosa grauique tyrannide cæcorum affectuum rationem opprimentium, quo affectuum ipsorũ materiam argumentũque simplicius à uobismet ipsi amandastis) luculento utique interuallo nobis anteuertistis, ad eandem animi tranquillitatem anxietatumque metã, cursum contendẽtibus. Hoc cum uobis commune sit, qui posthabita gentilium cognatorumque charitate, calcata contentione quærendæ, amplificandæ, componendæ fluxarum rerum possessionis, ab egestate cognomentũ affectauistis: quam reliqua pars hominum cupiditati seruiens, imprecatur inter diras: tu in tanto tamque illustri sodalitio præcipuũ unum habes, quasique ad eam uiam quam ingredimini amplũ quoddam uiaticum large suppeditaturũ: ut qui utriusque linguæ copijs & apparatu uti facile possis & libere ad cultum atque obseruantiam philosophiæ: quæ commẽtatio mortis est: unde rediuiuam uitam uobis nobisque promittunt oracula fidei exploratæ, at pro cõperta habitę. Mihi uerò quo minus uergente iam uita atque etiã impulsa ab aduersa ualetudine, ociose pleneque fruar ijs bonis quæ mea sunt, si quid tamen nostrum ac non precarium habemus, certe quibus in ipsis fortuna manus iniectionem non habet, uehementer nunc obstat familia adaucta earum rerum procuratio, quæ nihil ad eã rem pertinent, quæ mihi cordi est in primis, quanquam tuendæ œconomiæ fines contraho quàm fieri potest angustissime, ut uberiorem partẽ animi contentionis impendã Philologiæ: cuius semper antiquissimã curam habui. Proinde μακαρίζω σε φίλτατέ μοι τῆς σπουδαίων, πρῶτον μὲν, τῆς εὐσεβείας ἧς ἔφθης ἐπιτηδεύσεως, ἢ διπλῆς ἀντεχόμενος. ἔπειτα δὲ καὶ τῆς δὲ τῆς φιλοσοφίας τῆς τε ἐγκατασκευῆς, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν λατίνων δὴ καὶ ἑλλήνων ὁμολογούμενα, συνεσκευασμένης. ἣν δὴ σὺ μόνος, ὡς οἶμαι, ἐν ταύτῃ τῇ ἑταιρείᾳ ἀσπάζῃ τε καὶ καταφιλεῖς. αὕτη γάρ τοι ἡ ἐμ- B πειρία τῶν πιθανῶν τούτων λόγων καὶ καλῶν, τὸ σεμνὸν δήπου τῆς φιλοσοφίας τῆς ὀρθῆς καλλωπίζουσα, πρὸς τὸ ἐπιφανῆ σε ποιεῖν καὶ ἐξαίρετον ἐν τοῖς πολλοῖς, εἰ δὴ ἔστι σοὶ τούτων μέλει, ἔτι καί σε διὰ τῶν πολλῶν ἂν τῶν ἐνοχλούντων ψυχαγωγίαν, τήν τε ἐπίπαν, καὶ τὴν περὶ τὸ ἐπιτήδευμα τὸ ὑμέτερον. Vale. Parisiis quarto Idus Februa. Hæc ad te scripsi in uicum meum rediturus, ubi hyberna æstiuaque huius anni studijs meis constitui procul urbis strepitu.

Gulielmus Budæus Adolpho Roboreo S. P. D.

Hilaribus epistolam tuam accepi ad uesperam cum libo strenario intrita Agripinensi aromaticaque cõfecto. Quod opportunius mihi sane redditum est, quàm si Calendis Ianuarijs accepissem: quo die scilicet tu strenam mihi cum epistola destinaueras. Siquidem qui dies sequenti nocti illuxit, primus is fuit ineuntis ieiunij quadragenarij, quod uelut decumanum tempus ecclesia Seruatori nostro sacrauit & dicauit. At eo tempore esitari solere huiuscemodi bellaria ex literis tuis noui: & mihi consentanea tempori esse uisa sunt. Id ego libum ominis gratia sanciẽdæque inter nos amicitiæ libatum, statim inter eximios amicos partitus sum, qui lautis ipsi sæpe muneribus impertire me solent: quo latius scilicet humanitatis tuæ officium pateret, cũ alioquin ipse cibis aromate conditis non nisi parce uescar, quod experimento lõgo ea comperi grauedinem mihi ciere. Velim autem ita existimes, tanta me animi grati suauitate perfusum ob illud munus tuum fuisse, mihi ut magnopere in eo gratulatus sim. Et muneris gratiam non dico auxit & adornauit, sed pene obscurauit & imminuit literarum tuarum comitas, in memoriam me reducens humanitatis tuæ, singularisque facilitatis atque exosculãdæ, quam in te animaduerti cum ad me uisendum adijsses anno superiore hominem tibi ignotum. Qui etiam ultro beneficijque loco poposcisti laborem describendi libelli quem ad Erasmum Roterodamum missurus eram, quo me ea cura leuares: quum alioquin etiam in aditus, congressus, colloquij ratio-

ne,illustrem quandam & eminentem in ore,in uerbis,in oculis, omniq; in corporis affectione probitatis notam præferens.Obsecro te mi Adolphe,ecquid in me aut in meis scriptis uidisti & æstimasti dignum ea obseruantia,quam tu mihi uel absenti ex hibes?præsertim cum nec opera mea usurus sis, nec plumeo ramento rationes tuas aucturus aut adiuturus ob meam amicitiam?Equidē nihil te eiuscemodi uidisse scio, nihil si errore lapsus es. Quare istius uoluntatis tuæ conciliationem tam propēsam, nec ingenio meo,nec industriæ,nec officio acceptam unq; referā,sed ingenij tui cādori: quo si tu ipso in patria quoq; sæpe uteris, ut omnino facere te opinor, necesse est apud omneis ordines istic esse te charissimum. Vale.Et existimato non admodum à proposito te aberrasse,cum animi tui beneuolentiam effundendam in me cēsuisti,ut quidem in hominem externum.In uilla nostra,decimoquarto ab urbe lapide:octauo Calend.Martias.

Gulielmus Budæus Claudio Cantiunculæ S.

EPistolium tuum tertio Calendas Februarias scriptum accepi circiter dimidiatū mensem Martium.Præterea nihil à te literarum accepisse memini post illud epistolium quod obiter ad te scripsi equo iam admisso, cum per urbem nostram iter facerem,eo tempore exinanitam fuga hominum propter pestem in uillas secedētiū. Corradum tuum nec uidi,nec literas tuas habui:id quod te magnopere conturbare non debet. Nam diu iam in hoc uico domiciliū potius & magis frequēs habeo q̄ in urbe,etiamsi utrobiq; domum habeo,nec in urbem nisi inuitus cōmeo & negociorū causa. Quæ tamen domi meæ literæ ibi redduntur,ad me nō longo interuallo mittūtur ab ijs quos ibi collocaui. Hoc modo quotidie literas accipio ab amicis exteris iuxta & municipib. meis. Tu uelim tibi persuadeas Claudi mihi charissime: siue Corradum, siue alium mihi commēdes,libentem me facturum,idq; tuo merito: qui ultro me ad amicitiam singulari humanitate prouocasti,ut homines à te mihi commendati,intelligant te mihi charum esse:meq; ita esse animatum,ut bene & accurate mereri de te cupiam,ne tibi cessisse in hac uicissitudine uidear exhibendæ humanitatis & beneuolentiæ cum res ita tulerit. Reliquos in Pandectas Commentarios nec edidi nec editurus sum, nisi alia mihi opinio sedere in præcordijs cœperit. Quare uanus iste rumor aureis uestras pepulit. Volo enim ijs gratificari qui mihi hoc laudis argumentum subducere gestiunt,quos etiam ipsos si integrum adhuc esset,facile ipse paterer id mihi præripere quod subducere instituerunt.Laudis enim mediocris iacturam cum laboris ingentis compendio haud ægrè compensassem. Vale uir amicissime.In Marliano nostro,quinto Calendas Aprileis.

Gulielmus Budæus Petro Bembo.

AD me plurimum amandum,id quod antea euenisse tibi dicis, quibusnam philtris impulsus sis conijcere ipse nequeo,qui in meis scriptis quibus solis innotescere tibi potui,ut opinor, Venerem nullam agnosco,quæ hominem te mihi eximię elegantiæ , ingenij solidi, selectæ doctrinæ , gratiæ exuberantis conciliare potuerit, quum hæc omnia amoris honesti lenocinia parum meis in scriptis mea etiam sententia eluceant. Quare si ultro me amasti, aut erroris id fuit, aut ingenitæ tibi charitatis in homines propensæ earum literarum studiosos quibus tu inclaruisti. Sic mores in Longolio dotesq; animi eximias admiratus:ultro tute illi beneuolētiam opitulationemq; tuam detulisti, ac reo peregrinitatis etiam studium atq; patrocinium. In quo facinore suscipiendo ac tuendo coniunctā mopportune nactus es uoluntatem Iacobi Sadoleti grauissimi tui collegæ,uiri non modo Antistitis sed etiam præstantis, omnibusq; ornamentis ciuilis uitæ & elegantis uberrime prædit:qui cum ipso tenacibus glutinis concordiæ,ualidis ac multis retinaculis amicitiæ iuratissimę cōpactæq; beneuolentiæ,quum deuinctum esse te ex literis tuis aliasq; intellexerim: nullum tamen ius inter uos propensius intercedere uberiusq; ad amicitiam tuendam existimo·

(id

(id quod tu in illa tua eleganti nomenclatura causarum cōiunctionis uestræ prætermisisti) ꝙ incredibilem quandam indiscretamq́ similitudinem humanitatis, comitatis, probitatis, eruditionisq́ rectæ & iustæ ad amussim priscā exactæ, lepôre exosculando conditæ ac iucundæ. His animorum insignibus, quasi quibusdā illecebris honestatis philtrisq́ adeo philocaliæ si captum esse me dicam, uestriq́ amore flagrantē, quid causæ est tandem quin fidem mihi protinus accommodare uos debeatis? eum ad conscientiam ueritatis accedat iudicij uestri candor, qui ex quibusdam ipse quidē documentis quæ exierunt ex officina nostra, persuadere uobis potuit honestatē me & probitatem, inter numina mortalia magnopere colere atq́ religiose. Non pridem uerò existimabam & dictitabam Lōgolium iam tuum beneuolente eo Ioue natum esse quem Græci Philium uocant & Hetærium, ut cui tantarum amicitiarum opibus auctum esse contigisset, præsidijsq́ firmatum & subsidijs. Nunc ex ijs quæ ad me ipse scripsit, intellexi non minus eum Xenio Ioui curæ esse. Quippe qui in urbe illustrissima hospitium regium inuenerit, ut ipse commemorat, non quæsitum sed oblatū, dignum mediusfidius, in quod cum Veneris pellice altera Vulcani coniugē, Fors fortuna diuersetur, omniaq́ fata hilaria benignaq́ immigrent. Quod te in ære meo esse dicis, habeo gratiam ꝙ maximam, & accipio quod das: à teq́ libens contenderim, ut me meaq́ pignora pro antidoro offerre tibi liceat. Quod si mihi iam indulges, uideo enim facilitatem tuam, statue quo in numero non ultimo ἐμὲ π καὶ τἀμὰ φίλτατα esse uelis: quando te ego collegamq́ tuum in calendario meo ἐν τοῖς τιμιωτάτοις ἐμοί π καὶ τοῖς ταωῶν ἔταξα. Vale, E Marliano uico nostro, sexto Calen. Martias anno M. D. XX. more uestro, non nostro Cisalpino, qui annos auspicamur à natali Resurrectionis nobis oraculis promissæ.

Gulielmus Budæus Iacobó Sadoleto S. P. D.

ITa me affecit epistolæ tuæ lectio Antistes grauissime, quam ad decimum Calendas Martias accepi, statuere uix ut possim, suauitatē ne maiore perfusus an admiratione fuerim: suauitate in cursu orationis puræ, emendatæ, nitētis ac disertæ: admiratione ob eximiam probitatem, animiq́ candorem, comitate ipsa quidem graui cōdita & iucunda: cum interim animaduerterem excellentissima ista dignationis tuæ personæq́ ornamenta, sua quadam decoraq́ urbanitate locupletata esse & expolita, quam honestissimæ institutionis ingenuæq́ educationis alumnam esse facile est iudicare. Facereq́ non potui quin Longolij olim nostri, nunc uestri consiliū ipse tandem probarem, quod is coràm mihi probare non potuit, nuncq́ demum animum eius intelligo: nexum ita fuisse atq́ obstrictum usu et admiratione humanitatis uestræ (tuæ scilicet atq́ collegæ tui Petri Bembi, qui re unus (ut arbitror) ijsdem uirtutibus æquat) adduci ut nequiuerit nec propinquorum, nec amicorum precibus, nedum nostris monitis, aut paucorum autoritate qui de eo mereri præclare cupiebant, quo minus uadimonium id obiret, quo benignitas Pontificia eum uadata erat. Me uerò cum eo miserum esse censeam, quod quum exiliore ipse quidem animi dote præditus, amore flagrans non minus, ad literarum bonarum studium me contulissem omnibus cum fortunis, quo ipso animus utiq́ humanus tanquam coniugio quodā cum Philologia iungitur: insuper nec in tantam, tamq́ pronam facilitatem inciderim per agendi curriculi studiorum, nec in homines incurrerim qui ardenteis mihi spiritus alerent aut opitulatione aut cohortatione. Sumq́ eorum, ut uideo, similis: quibus cum ipsis stipendia iam multa peracta ac prope emerita sunt, rei militaris disciplinam uidere sub missionis tempus contigit constitutam commode & indulgenter. Tametsi inter exautorandos ipse nunc potius quàm inter ueteranos cēsear aut missionem flagitanteis: ualetudine utiq́ causarius & curis œconomicis, non etiam animi languore atq́ remissione. At Longolius felix, cui omnia obtigere procliuiora, apparatiora, instructiora, cum eo ut animi quoq́ eius alacritatem naturæ benignitate subnixiorem, uegetaret cōuictus hominum huius instituti Principū: mihi adeo ut non tam tædium laboris ille sentire, ꝙ plausus spē & palmæ fouere uideatur. Id quod

à me animaduersum & perpensum, efficit ut altius opinione nostra consilium eius fuisse in posterum defensurus sim aduersus eorũ peruicacẽ opinionem: qui cum multa ipsi causa eius amplaq; & uellent & cuperent, ægre tulerunt hominis fastidium, sic enim interpretãtur, domesticis ac patrijs necessitudinib. externas peregreq; contractas amicitias anteponentis. In cuius hominis ornamentis si fati benignitas ea perferat: quæ frons & auspicatus efflorescentis ipsius opinionis præfert, nimirũ uestra ambor um in eo elucescet existimatio & claritas integritatis, probitate illa quidẽ, humanitate, comitate, fide, omnibusq; uirtutib. elegantioris uitæ apta atq; cõserta: quibus incrementorũ istic suorum patrociniũ ac presidium acceptũ se referre ipse testificari solet. Atqui si quisq; est hominũ doctrina præstantiũ atq; autoritate, cui obstrictum maxime fateri se & profiteri animi generosi quempiã pudere nõ debeat, profecto tu is mihi esse uidere è longinquo æstimanti, aut tui similis alter codẽ luto factus, beneficij non exprobrator: cuiusmodi te esse ex literis tuis agnosco. Cũ etiã in Collega ac Theseo, ut ita dicã tuo, eadẽ lineamenta oris probi animiq; peringenui honestatis amore suffusi, imaginer ipse mecum: cuius spectrum in literis tuis asseruo: quẽ ideo dignum esse censeo qui in eundẽ tecũ aut parem gradum laudis adoptetur. Tu uelim existimes animo me q̃ gratissimo accepisse beneuolentiã tuã, quam mihi expetenti baud grauate despõdisti pronuba epistola, æmula priscæ doctrinæ. Cui si parem hãc Cisalpinã ac ieiunã nostram facultatẽ dicendi, nec perinde ductilem orationem, esse posse sperassem: conarer ipse quoq; huius animarum cõiunctionis ac fœderis formulam concipere in æquũ decorũq; modum amicitiæ studiosæ ac philosophię cupidis congruentis: quæ nos ipsa tanto interstitio sortis locorumq; diremptos, haud secus ac ciues eiusdemq; ordinis homines consociare posset. Vale uir ornatissime, è Marliano uico nostro ad quartumdecimum ab urbe nostra lapidem. Sexto Calẽdas Martias Anno M.D. undeuicesimo, aut etiam uicesimo more uestro.

Gulielmus Budæus Christophoro Longolio S.

Hllaribus ad uesperam literas tuas accepi cum Iacobi Sadoleti literis ac Petri Bẽbi, hominum tibi amicissimorum ut eorum testãtur elogia. Hominem uerò te felicem, ac beneuolentibus Gratijs literarum istarum studium auspicatum: cui in urbe incolæ id contigerit, quod ciuibus in suis oppidis usu uenire non sæpe solet, tanto rum ut uirorũ ad unguem absolutorũ amorẽ, suffragationẽ, patrociniũ, tam propẽ sa emererere. Ita aũt mihi propitiã detur esse Mineruã: ut causam hanc unã satis esse credo, quamobrẽ domo sese extorrem homo literarum cupientissimus faciat: cõsuetudine ut uti possit, officiorũq; uicissitudine huiuscemodi uirorũ rei literarię principũ. Tametsi doctrinæ & eloquentiæ splendorem, humanitatis, comitatis, ac modestiæ peringenuæ dignitas & species obscurat ac præradiat, in utriusq; literis elucẽs mirifiçe. Ipse dum in Aula uersabar, eorũ nomen celebrari magnopere intellexi, Principis etiam opinione. Põtificisq; epistolam unam uidi à Sadoleto subscriptam, in qua stylum admiratus sum ad decorum attemperatum grauitatis ac dignationis Pontificię, purum atq; latinum. At nũc in ea epistola quam ad me scripsit, in qua suus ipse totus est Sadoletus, Tullianam phrasin animaduerti, parum hac ætate usitatam, characteris prisci non adulteratiq; exemplum. Certè ad utrũq; religiosius posthac atq; etiã cũctantius cõsultiusq; scribã, qui mihi eruditionis suę documentũ luculentũ paruo specimine dederũt, scilicet, quod aiunt, leonẽ ab unguibus. Ad quos tu ipsos, si dijs placet, uiã iamiam inituros, equũq; prope admissurus, epistolas me expedire, ac uelut è penu literaria atq; etiam prõptuario quodã facundiæ promere censuisti, & tandẽ extudisti: cum etiam tum ipse sarcinas cõponerem tumultuarie in uillam migraturus. Prædiceres igitur ut lectissimum quodq; bellissimumq; huiuscemodi uiris apponerem accurate & religiose. Id quod cum non feceris, ut satis meministi, illud saltem mihi cauere ab ipsis non grauabere, quibus tu adeo cõmendatus es, ne fraudi sit nobis uiros eloquentiæ primores lacessisse, cum autoritati tuæ tribuere me id uolueris, periculumq; receperis, nec ipse negare tibi amicitiæ munus sustinuerim. Id tu si bona fide

fide mihi accuraueris, Supprӕfectũ Ruzӕum placatiorẽ tibi ipsa placabilitate prӕ- A stabo epistola priuatim elaborata, aut mihi infensum reddã, litẽq; meam uestrӕ con trouersię faciã. Iam de te hominẽ coràm non semel aggressus sum, inopinatoq; ador tus, sed in urbẽ non nisi negocij causa uentito: & hac hyeme morbo mihi insueto, quẽ iam annũ hunc quartũdecimũ circũfero, nec excutio, cõflictatus sum grauiter, & ad inertẽ usq; animi deiectionẽ. Quare solitudinẽ captare institui, quantũ per officia ui tӕ iniunctӕ licebit, & rei œconomicӕ procurationẽ, quã detrectare nequeo. Quod de Annotationibus scribis frustra est, & iocari te suspicor, qui satis nôsti, ut opinor, quid mihi sit ea de re animi. Iam id mihi nomen expunctũ satis esse confido Alziati fide, qui expromissorẽ se obtulit ultro ille quidẽ et constituto obstrinxit me tacente, quo scilicet fidem meã solueret. Is cũ sit longe me locupletior, prӕsertim in ӕre suo, aut etiam in suo meoq; simul, neq; enim plane facultates eius nosse licet ex eo genere quod in manu mihi fuit, cautũ sane mihi pulchre esse confido neminẽ eo nomine po stea petiturũ: eorum quidem certe qui animaduerterint nõ modo felicem eũ fuisse in cõtrectandis Pandectis Florentinis, & penes se habendis: sed etiã qui industriã eius & solertiã in sarciendis locis bona fide ӕstimarint. Nã populo cautũ est egregie prę dibus ac prӕdijs, ut dicitur. Prӕdes appello Paradoxa & Dispunctiones, & alia quӕ ille uelut cõductor ac redemptor sartorũ & tectorũ iuris tuendorũ edidit. Hanc ipse redempturã operis cũ uicerit, nihil utiq; iam ad me pertinet eiusce rei cuius ipse mã- ceps factus est omnibus, ut opinor, approbantibus, dũtaxat qui digni sunt & idonei quorũ nomina sint in albo. Itaq; hanc tibi atq; omnibus renuncio pollicitationẽ quã feceram. Digitũ ille sustulit, & cõducẽti cessisse me testatus sum. Quid est igitur iam quod hac de re me appelles? Abunde est mihi si bona fide mecũ egerit, de ijs quidẽ certe quӕ à me inchoata utcũq; erãt, si tamen illa quadrare possunt operi ab eo insti- tuto: id quod mihi uidet' ipse existimasse. Quòd si quibus in locis in speciẽ opus ipse ex rediuiuo, quasi nouum extruxit: bona fides hoc poscit ut mea rediuiua sint. In his igitur utrũ fidem ipse bonã agnouerit, secũ ipse aut cũ amicis statuat, ego rẽ deduce- C re in iudiciũ hominũ non statui. Librum eius Dispunctionũ legi lectione tumultua- ria & interrupta; cũ nuper in urbe nostra essem ob negociũ accitus. Multa prӕclare ab eo animaduersa & cõstituta restitutaq; mihi uisa sunt: idq; ipse affirmaui inter ho- mines, qui nõ satis mentẽ eius sententiãq; capiebant, & ille nõnulla aptius ac felicius deprehendit q; explicauit ad captũ plurimorũ. Librũ cum uenalem diu non inuenis- sem, utendũ ab amico ad paucos dies atq; etiã horas rogaui. Est tamen locus unus in quem incidi lectione subsultante. Neq; enim seriem ducere uacabat in chartarũ euo lutione. Locus est, ut meminisse uideor, in titulo, Si certũ petatur: libro xij. Pandecta rum. Quo in loco cũ quindecim mutua uulgo legatur: ipse quindecies sestertiûm le gendũ affirmans, ait me, ut uerum est, hanc locutionem, centies cẽtena millia sester- tium esse interpretatũ: seque mecum sentire. Sed ea ab antiqua lectione argumenta in libro meo collegisse: quӕ sicui calũniari collibuisset, dissolui facile atq; refelli pos- sent: me scilicet ille quidem aut inscitiӕ pudendӕ nota, aut certe negligentiӕ asper- gens, aut inuenti autoritatem eleuans. Et ipse tamen locum unum Liuij citãs, quem non memini, ait se firmissimam columnam operi meo subiecisse, quӕ me hominem, ut ipse inquit, quamlibet oculatum fugerat. Quo fit, si homini docto credimus, ut in uenta illa mea de Asse & rei nummariӕ ratione constituenda: quӕ ego magno labo re atque animaduersione non oscitante in eum operis titulum haud ipsum parado- xum, construxisse gloriabar interdum, & nunc etiam dicere non uereor, leui mo- mento ruitura, & primo quoq; impulsu collapsura fuerint, nisi columnam illam ad- amantinam operi meo homo sane doctus & ingeniosus obiter affirmauisset. Me mi serum si ita est, nec uenia certe dignum, nec misericordia, qui tantam operis fiduciã prӕ me toto in opere tulerim: quod tibicinibus multis atque impeditis tam leuiter fultum sit, ut unica columnella ab Alziato aut alio forte reperta omnibusq; obuia, instar eius fulturӕ non modo prӕstare, sed etiam luculenter superare uideatur. Vn- de fit ut argumentosi mihi operis laus suscepti quasiq; inchoati, Alziato probati per fectiq; debeatur; quippe qui rei compertӕ argumenta tantum adumbrauerim, cum

ille ueritatis demonstrationem postea expresserit: nutantem rei opinionem cōfirmarit, operi columen addiderit, denique, ut dicitur, Colophonem commentationi imposuerit: cum interim ineptus ego tanto errore ducerer, ut decem plureisque huiuscemodi columnas nec deterioris marmoris, nonnullas etiam eiusdem statuisse ac cōfirmasse operi iam solido existimarem nec labefactabiles. Quas omneis sanè uereor ut ipsi Alziato satis ociose percensere arbitrarique uacauerit, oculis quidem proprijs, non uicarijs. Nam primū uix ei licuit id facere rebus in grauioribus occupato, ut ex ijs quæ scripsit, coniectu promptum esse uidetur: multiplici enim multaque lectione uidemus & accurata eum occupatum fuisse. At libri de Asse plena iustaque lectio atque animaduersio acrem & multam intentionem poscit. Deinde in superiore loco explicando, in quo operis ipse particulam architectonico oculo mensus est, diligentiam suā animaduersionemque nec mihi unquàm probauerit, nec tibi ut opinor. Sacramēto enim iusto contendere cum eo non dubitarim, iudicēque ipsi ex numero acrium hominū & peritorum ferre, tu ille eo ipso in loco quo me modeste quidem & docte, sed tamen utcunque compellauit, & in transitu perstrinxit, tota decempeda lapsus sit: luculento etiam errore decumanoque, quod dicitur, prouectus in loco Pandectarum restituēdo quantumque centenarius à millenario distat, tantum ipse abfuerit Alziatus à ueritatis inuestigatione, homo alioquin egregie doctus, stylique facultate & intelligētia rerum præditus, dignusque mea sententia, quam hic consignatam uolui, cui publico cōsensu emendatio Pandectarū, eiusque disciplinæ constitutio mandetur, & in integrū restitutio ut quidem fieri potest: usqueadeo doctrinam mihi industriāque probauit: non etiā magnopere æquitatem in pauculis locis à me ante animaduersis et explicatis. Hominem Auenione uidi eximia sane comitate gratiosum & amandum, quantū iudicare licuit ex cōgressu breuissimo. Ad me enim adijt officiose statim atque in urbem uenit, contrà quàm decuit omnino, nisi mihi ipse anteuertisset exhibitione officij super cœnā fabulanti cum homine mihi noto, nec satis tum ualenti: & postridie matutino proficiscendum mihi fuit. Obiter enim illuc uenerā digressus à comitatu. Neque uerò existimo eū cupiditate maleuola prouectum incidisse in mei mentionem (poterat enim si hoc quæsiuisset, Annotationum loca non pauca, ut opinor, ad reprehensionem arripere speciosius:) Sed cum in Liuij autoritatē incidisset à me intactam: & laudem eā maiorem nomine & Franci hominis & Budæi esse duceret, huius quoque partē uendicare in transcursu uoluisse. Vsqueadeo rara sunt exempla candoris atque æquitatis inter homines gloriæ amantissimos, paucosque reperias innocenteis & integros in aliena laude contrectanda. Hæc ratio cum alioqui ipse animo fatiscerem & languerem, me impulit ut his atque huiuscemodi scriptis supersedere statuerem, quæ sine Herculis uxore, ut ita dicam, tueri ipsa sese nequeunt. Mihi iam excessit ætas ab ista concertandi contentione: sine qua iacere multis uidetur scriptorum opinio, operūque elucubratorum indicatura. In alio uerò genere nauare operā malim, nisi mihi humanitus ante quid acciderit, in quo totus ipse meus sim, & cū plenius animo meo uberiusque obsequar, tum etiam minus metuam ab oculis fascinantibus, non quod inaudito priuilegio sacrosanctam existimationē librorum meorū esse postulem, neque enim tam aut hebes aut insolens sum, sed septum me magis puto fore, si ab inuidiosis argumētis stylū abstinuero. Proinde libera fidē meam si potes utcunque se tibi occasio obtulerit, quam temere obstrinxi non satis explorata magnitudine rei, perpensisque facultatibus meis. Sin pergis ipse quoque pro more tuo appellare me duriuscule, quid ni possim si uelim summouere te longi temporis præscriptione? Quanquàm quis tibi alioquin actionē daturus est aduersus hominē qui solū uertit, ac foro iā urbeque cessit. Vidisti enim me ruris incolā cū cœnobiarcha Aspromōtano, qui ut ualeat ipse etiā atque etiā opto: unus sane optimæ notæ iuuenum quos hæc edidit ætas ad honestatis doctrinæque præsidium, cuiusmodi homines singularis quędam sors genituræ tibi conciliare solet. Scribā, ut opinor, Sadoleto & Bembo uiris ad unguem consummatis & perpolitis, quorum tantam istam beneuolentiam prope est ut tibi inuideam. Vale, & accingere primo quoque tempore ad eam contentionem, ut nomen tuum Gallicumque illustres: nec sinas me iam quinquagenario maiusculum, in ea expectatione

tui

tui consenescere,in qua hactenus acquieui.Beasses me de ista bibliotheca Alexan-
A drinæ æmula:nisi semifracto animo essem ob hanc flagitiosam ualetudinẽ, quæ mul
tas æquat ærumnas.Nam de hospitio beatus mihi uidere: propter quod uadimoniũ
deseri uel ad tribunal Cassiani iudicis possit,ut fuit in Prouerbio. E Marliano nostro
Cineralium die.Sed Rex longissime hinc abest, & literæ ad Legatum Venetorum
mittendæ,quare metuebam ne interciderent. Salutabis mihi Egnatium, quem mi-
ror literis meis non rescripsisse,quas ei redditas esse ex Thesaurario Insubriæ Grolie
rio cognoui, homine Egnatij amicissimo, omniumque doctissimorum. Vale καὶ ὅπως τῷ φιλίῳ τῷ δὲ τῷ ζήλῳ ἀξιωτάτῳ.E Marliano nostro, V.Cal.Martias.

EPISTOLARAM G. BVDAEI.

LIBER SECVNDVS.

Gulielmus Budæus Ludouico Ruzæo Supp̄ræfecto Parisiensi s:

QVærenti mihi materiam ad te scribendi Ruzæe charissime, oc-
casio obtulit.Christophorus Longolius Venetijs nũc agit hye-
mem,diuersaturque apud Petrum Bembum Patricium Venetũ à
secretis Pontificis Maximi:honeste sanè ac splendidè miraque co
mitate exceptus. Est enim Petrus Bembus non modo magistra
tu atque autoritate Romæ inclytus, sed etiam doctrina præstanti
& eximia,collega Iacobi Sadoleti etiam à secretis Pontificijs,di
gnitateque episcopali præditi. Qui Duumuiri,ut ita dicam,consti
tuendæ Romæ eloquentiæ nuper ad me scripserunt: Roma alter, alter Venetijs: in
amore illi quidem ingenij Longoliani riuales:tãtaque complexi hominem charitate,
dignoscere uix ut possis uter alteri cedat in officij benignitatisque præstatione. Id ex
B Longolio cum audierim, facileque eius asseueratione inductus sim ut crederem: qui
etiam eiusdem suasu perpulsus ad eos prior scripserim non alio sumpto argumento,
tum uero in literis eorum eam agnoui urbanitatem,quodam lepore elegantiæ con-
ditam & iucundam, quæ me in uenerationem hominum mihi ignotorum adduxit.
Habebam antea par unum ingeniorum in animo meo adumbratum denũciatione
famę.Sunt enim ambo celebres in comitatu interiore Regis,ob literas Põtificias eo
rum chirographis subscriptas. Fidem etiam opinioni arrogauerat Longolij affirma
tio,aliorumque nostratium. Nunc uirtutis eorum ac probitatis species usqueadeo in-
formata & expressa oculis meis obuersatur,ut nihil iam morer aut Longolij testimo
nium,aut publicæ uocis prærogatiuum: ipse penes me epistolas habeo, quasique ob-
signatas tabulas absolutæ numeris omnibus humanitatis & eruditionis indices: ita
in tuum Longolium propensæ,id est in homines studiosos bona fide literarum ele-
gantium,similesque Longolij,qui rari sunt,ut materiam se nactos esse lætẽtur,quasique
sibi gratulentur specimen ac documentũ prodendi egregiæ uoluntatis & generosę.
Cuius rei cognitione æstimationeque adductus, haud cupide quidẽ ipse,sed tamẽ nõ
inuitus facio ut de sententia mea decedã,in Longolijque transeã & ore & pedibus. Et
enim per superos immortales,quæ commodior homini conditio, quæ splendidior
potuit euenire, quàm ut in alieno cœlo homo peragrandi cupidus, apud nationem
eruditam, ingenij ac doctrinæ commendatione inardesceret? At huic non tantum
id obtigit, sed etiam ut clarissimorum uirorum sinu exciperetur benigne & proli-
xe. Nam cum nauiculam ingressus Venetias secundo flumine delapsus esset, à
Bembo qui tum forte illic erat ad hospitium amœnissimum ac pene regium non
inuitatus,sed raptus est ambitiosis precibus ac retentus,quoad ad Calendas Aprilis
unà Romam contendant. Ac ne hominem gratuito indulsisse se diceres ad huiu-
scemodi hospitium inuitanti amico,præterquam quod ab hospite cauit ne fraudi si
bi esset à Pontifice Maximo Venetijs restitisse, quasique uadimonium Romæ dese-
ruisse, etiam hoc pacisci sustinuit, sibi ut interim pateret ex sententia animi biblio-
theca

theca publica illius celebratæ Alexandrinæ æmula:idq; ei non negatū est, quod nul lus exterorum adhuc impetrasse dicitur. Nuncq; ille librorum helluo, ad penū illam Musarum ita obhæsit, quasi ad Lotophagos, ut nec patriæ meminerit nec sodalium ut conijcere licet: hactenus quidem certe ut res Cisalpinas requirat. Scripturū enim ad me pollicitus est de copia eius bibliothecæ. Quid igitur causæ est quin ipse Longolius, contra quàm ego tecum sentiebam, de se & conditione capienda honorifice hactenus atq; ex euentu feliciter senserit ac statuerit, nedum consulte atq; prudēter. Atqui nūc in eo sum, manus ut illi haud grauate daturus sim, si urgere insistat, à meq; exprimere erroris confessionem: cum par esse nequeam urgenti conscientiæ: qui ante ipse inire rationem me non quire dictitabam consilij quod ceperat, consciscendæ à patria gentilibusq; & amicis absentiæ: quod instar esse uideretur extorris uitæ uagæq;. Quippe qui non nouissem illis eum illecebris captū externæ benignitatis, con uictusq; & usus uirorum grauissimorum. Quibus in ipsis sat causæ fuisse uideo homini uinculis omnibus retinaculisq; coniugij, pignorum, autoramentorum, noxa deni que, ut aiunt, atq; nexu soluto, quamobrem animo suo obsequi constitueret consectandis & obeundis honestissimarum disciplinarum diuersorijs. Mihi quidem certe si similis fortuna obtigisset melioribus illis annis ac liberioribus, quo erā ardore discendi affectus, credo futurum fuisse ut aspiranti fortunæ cupidè uela pāderem, quo cunq; illa gentium aura me prouexisset. At enim ille amicis ita autoratus erat fide data sui iam ut arbitrij non esset. Non id ipse inficiatur: ad diem ob id affuit: quum fonti cam causam haberet, tamen uadimonium obijt, & uadimonium tam longinquum: quod etiam ipsum differri frustratione potuit, si frustrator esse uoluisset. Sistenti se nihil fuit quod obijcerent amici. At repente se proripuit, ita ut saluere simul ualereq; nos iusserit. Num etiam uasis non conclamatis? In hoc promissi fides elucet, tot itinera emensum esse eum nullam aliam ob causam, quæ quidem conspicua sit, quàm ut ex pacto se sisteret. Licuit manum inijcere præsenti, si iniectionem amicitia daret. Verum fac fuisse iniectionem aut amicitiæ iure, aut inter uos compactam: num tu summo iure cum amico uterere? non puto, non ita te expertus sum. Vnde tibi frontē iuris huius usurpandi, qui etiam ex æquo & bono, magnam partem remittere amicitiæ ac condonare assueueris? Noli de tuo more decedere: ut in alienos mores immigres. Hactenus amici partes amicitiæq; benignæ numeros omneis impleuisse te palam ille contestatur. Vide ne pulcherrimum factum, ne optime collocatam beneficentiam, dum cumulare uis, euertas. Ægre tulisti scilicet hominē tibi è manibus ereptum, in quo ornando omne tuum studium conatumq; destinaueras, Hunc cui omnia summa non tua sed ipsius causa cupiebas fortuna tanquam è sinu tuo aut gremio pignerata est, non minus illum quidem ubiuis gentium in ære tuo futurum. In hoc quid tibi obsit, quid iure queri possit non uideo: nisi nō gratuitum esse fateare quod homini præstitisti: id quod si diceres ipse, nemo tibi crederet. Quam si summo iure uti nunc institeris, tuumq;, ut ita dicam, inusitata tibi frugalitate seruare: ad idq; actionem ut pro socio, sic pro amico intendere, quæ nulla iure ciuili prodita est, (quæ etiā si prodita esset ipsa, in bonum utiq; & æquum honestumq; conciperetur, iudiciumq; non ultra id haberet, quàm quantum facere amicus commodo suo posset) sed si hac aut alia actione nunc utare, non rei modo ipsa sed etiam hominis persecutoria, tanquam mancipij tui fuerit: uereor ut amicitiam hilariter & comiter susceptam, parum officiose tueri ac perferre uideare. Caue per Deum diuosq;, qui obloqui gestiunt: dictitare illi quidem hoc possint, te tanquam ex syngrapha cum homine doctissimo tibiq; charissimo egisse ad operarum præstationem: quod à moribus tuis perquàm est alienum. Proinde hic me tibi consultum amicitiæ ingeram (me enim multis in rebus consultorem tibi poscis, quarum tu longe prudentior es) censeboq; & autor ero ut pro ingenij tui candore litem hanc tu dirimas potius, iureq; tuo decedas, quàm duriusculè cum amico agendo tota persecutione cadas. Sua, ut dixi, huius iudicij formula est & peculiaris, ut si cuiusquam: cuius controuersia non modo ex decoro & honesto disceptabitur, sed etiam disceptatio in reum propensa erit & prona. Quare si rem ad communium amicorum disquisitionem uocaris: aut res suapte ipsa sponte (ut

(ut fit) ad iudicium hominum delata deductaq; fuerit, id est si innotescere cœperit
A quam ob causam inter uos animi quædam offensio intercesserit: uereor ne ut egregium te semper eius aliorumq; amicum gnauumq; esse docuisti, sic uicissitudinis amicitiæ reposcitor fuisse uideare: id quod exprobrationis beneficij ut par sit necesse est. Iam cum hoc ferat ius ratioq; amicitiæ (quod tu minimè ignoras, qui id sæpe ius amicis commodando usurpes) amicorum ut commodis nō minus quàm nostris seruiamus: cur tandem ægre feras usu atq; cōuictu hominis amici te fraudari, quem eam ad spem souere ornareq; statueras, potius quàm rationem habeas aduentantis eius fortunæ: consiliumq; & propositum eius adiuues ac confirmes, festaq; gratulatione erigas: quod certa ipse aut penè explorata spe suscepisse creditur? Depone tute paulisper memoriam iucundi fructus amicitiæ, quem tibi ereptum esse doles: & ob oculos tuos siste animum hominis honesta cupiditate flagrantis illustrandi sui nominis, ad præmiaq; instantia erecti, studij incredibilis, laborisq; multos iam annos exhausti ingenio excolendo, quod præstantissimum natura sortitus est. Tum maturè statuenum ille gestientem animum, doctrinæq; conscientia fidentem, coercere debuerit, in ordinemq; cogere translatitiæ uitæ in patria propositæ: potius quàm spei indulgere, quæ in Vrbe illustrissima, in parte mundi celeberrima, in natione clarissima literarum cognitione & doctrina, ultrò deferebatur. Neq; uerò obtrectare eius consilio quisquam meritò potest ut temerario & inconstanti, quemcunq; ipse exitum rei habiturus sit. Vrbe Roma profectus in Galliam ut promiserat, uenit: consilij, propositiq; certus: ab amicis redeundi ueniam, quasiq; peregrinationem liberam ut postularet. Si quod petijt à te non impetrauit bona uenia, tamen fide exoluta, mea quidem sententia, honestè se exauctorauit. A te discedens in Marlianum meum uenit, cum egregio iuuene doctoq; Bartolino Florentino Cœnobiarcha Asprimōtano. Cumq; de te multa tuisq; in se officijs & benignitate inuitandi, grata quidem ille & facunda commemoratione dixisset, id à me contendere cœpit ut apud te causam suam defensitarem, cui omnium maximè amicorum purgatum se uolebat. Ibi cum ego rursus la
B befactare constantiam eius tentarem: ut sensi actum me, ut dicitur, agere, non ultra odiosus esse uolui. Feci etiam de industria ut ostēderem haud ægrè adduci me posse, ut consilium eius non absonum à ratione temporis esse existimarem. Quid ni enim id facerem, qui uiderem animi eius alacritatem non sine numine erectam, tanta fiducia fretam, ut id uelut pignus esse ducerem manentis eum honoris luculenti? præsertim cum tanta inertia, inscitia, neglectus honestarum disciplinarum elegantiæq; literatum mentibus eorum obrepsisset qui autoritate atq; opibus ualent in rerum actu summo quorūdam etiam animis, qui uideri uolunt doctrinę arbitri & censores, proteruus liuor & scelestus usq; adeo incessisset, ut penè incubuisse uiderētur, operamq; inuicem condixisse ad summouendos è comitatu principali homines qui hoc nomine inclaruissent. Nosti enim in egregia Principis ingeniosissimi uoluntate, in plausu nobilitatis, in ueneratione populi, ualuisse tamen paucorum improbitatem ad opprimendam cito famam splendidæ inclytæq; doctrinæ nonnullorum hominum: quorum nomina suapte ipsa cōmendatione in Regiam insinuarant sine suffragatore. Explosa igitur è conuentu primorum procerumq; literarum bonarum existimatione, deturbata & exacta è subsellijs curiarum, è tribunalibus, è selectis consessib. eloquentia, qua ille maximè eminere potest, seseq; cōmendare, quid ei sperādum erat à beneficentia publica? Nouerat (crede mihi) nouerat (inquam) ac probè ęstimarat istorum hominum mores, qui tantum decessurum autoritati suæ putant atq; opinioni. quanta erit olim lautioris doctrinæ politiorisq; opinio, si qui maiore quodam fato ad rerum actum euadant aliquando, qui cornicum, quod aiunt, oculos configere & audeant & possint. Hæc ferè sunt quibus animaduersis causam non esse duxi cum homine contendendi, qui consilij sui rationem subduxisse in summam consectandæ claritatis nominis præ se ferebat, famæq; propagandæ ingenij facultatibus, in officinis perpoliti claris elegantia. Etenim quotus quisq; faceret duntaxat prudētia iudicioq; præditorum, ut cuius rei gratia tot loca peragrasset, tot sibi labores ærumnasq; iniunxisset, quam rem deniq; omnibus anteponeret, eiusce rei fructum inter eos homines

perceptururn ſe ſperaret: apud quos friget eius gratia, quantum quidem pertinet ad honores adipiſcendos? Non neſcius erat quoſdam nullis nec induſtriæ nec neceſſitudinum adminiculis erigere ſeſe, nulla ſui, nulla meritorum fiducia ſtare potuiſſe aduerſus cęcam iſtorum obtrectationem, qui literas ipſi bonas earumq; peritia nobiles interdum palam laudant more faſcinantium. Eum autem cum ſcirem nulli magis quàm tibi optaſſe conſilium ſuum ut approbaret: ea de re tecum antea uerba feci, quo tibi perſuaderem Longolium nec inofficioſè de te, nec de ſe ipſum inconſultè hoc facto ſtatuiſſe. In quo cùm parum profeciſſe me arbitrater, cõſilium cepi literis id internuncijs tentandi quod præſenti coràm non proceſſerat. Nam id ei diſcedenti facturum eſſe, poſtea etiam epiſtola perfecturum recepi. Quàm benignè uerò ſecum pręſente, abſente, domi, peregreq; egeris, quàm egregiè ac prolixè de ſtudijs ſuis meritus ſis, conteſtatione edita ingenuè profeſſurum eſſe comperi, quam mox, ut ſpero, uidebimus Venetijs informatam. Proinde niſi his meis monitis auſcultare tibi imperaueris, quod præſenti noluiſti, denuncio tibi periculum & ſimultatem. A quo tandem inquis? Nempe ab eo periculum, ne te alienatũ ſemel à ſe ipſe ſuſpicetur aliumq; calculum parem eiuſdemq; candoris ſubſtituendum cenſeat rationibus ſuis, quo iacturam ſarciat, amicitiam deniq; diſſuat ſolidis officijs contractã, obſeruantiamq; exuat, qua te ſemper & merito tuo proſecutus eſt. A me uerò tandem ſimultatem & expoſtulationem præſentem. Qui cum in tui obſeruãtia atq; amore æmulum Longolium haberem, cernam me ita faſtidiri: ut deſiderium æmuli mei ferre non queas: cui ob antiquitatem ſaltem nedum aſſiduam operam anteponendus ſui. Quem cum abſentem ipſum tantopere requiras, ſatis eſt argumenti quo loco habiturus me fueris ſi eũ tibi habere ſodalem licuiſſet. Ita quem antè non pœnitebat quantum iſtius amicitiæ cultu autoritatem meam auxiſſem, nunc propè eſt ut perpudeat me in ſecũdam claſſem amicorum à te eſſe contributum. Quod parum acutum me hominem nõ uidiſſe diſcrucior animi, qui myſtica tecum neceſſitudine contracta in initiali genitura infantuli mei Ludouici, trabali clauo fixiſſe amorem noſtrũ ſperabam. Verum ne iſto faſtidio mei magnopere tibi ludos facias, ueniſſe iam tempus ſpero quo mihi poſſim opinionis tantum apud te autotitatiſq; aſſerere & arrogare, quantum propenſiore Longolij charitate decedebat atq; derogabatur. Quẽ enim iam habere potes, quem mihi anteponas? niſi ſi Eraſmum extermum tibi amicum epiſtolis crebris amplexari inſtiteris, quicum certare iam non auſim. Qui ſi fortè huc migrarit, eumq; exoſculari in animum induxeris, iſq; ſe tibi dedat, fatebor hanc rem mihi ad incitos redijſſe ut fuit in Prouerbio. Verum id fortaſſe melius in præſenti uidero, alium intenero faciè quem in oculis tuis colam, cui me uenditem, cui uel ſupparaſiter in hac ætate, potius quàm inultus abeam. Quin & ipſum Eraſmum confirmatum mihi amicum exorare potero, mihi ut in hoc ſubſeruiat officioſè atq; amicè. Nam ſi aduentu ſuo ab omnib. optato luminibus meis officere proteruè ſtatuerit: primum id erit, ut opinor, ut è medio faceſſam: deinde ut eminus intemperias ipſi cieam magiſtrales: quibus iam ipſis cum uix par eſſe poſſit, ſi in præſidia ipſe calumniæ tranſiero: eorumq; auxilijs centurijſq; cauillantium me adiunxero, quid futurum deinde cenſes? quas illis copias acceſſuras, ſi commentatiunculas nouas ſuccenturiauero? quantam porrò impreſſionem me facturum in eius commentarios agmine impudentiæ toto, ut aiunt, organo inſtructæ & accinctæ? Verum (ut iocos iam deſinam) nuper ipſe Eraſmus ad me ſcripſit, ſed in tumultu: aiebatq; ſe magnopere uereri ne tu cum Deloino noſtro ſibi infenſus eſſes: orauitq; ut ſe purgarem de ſcribendi neglectu. Turbulentis negocijs implicatus, animum, ut arbitror, parum habet liberum: officijſq; non neceſſarijs minimè feriatum. Nam & ipſe nunc ad me rarius quàm ſolebat. Enimuero amice maximè (ut ad ſeria de Longolio redeam) uidetur mihi tuus ille amicus, non modo ingenio præſtanti, ſed etiam genio quodam excelſo præditus & ornatus, in primiſq; gratioſo: cuius uelut numinis inſtinctu agitur in hãc illamq; nationem, libero & patenti ultro citroq; commeatu. In quibus quaſi expeditionibus neſcias Palladis ne auſpicijs, an hoſpitalis Iouis potius Gratiarumq; rapiatur. uſq; adeo Longolij nomen non doctrina tãtum eximia: ſed amicitijs etiam illuſtribus nobilitari uidemus. Id quod certè

non

A non procederet nisi ingenium geniumque huiuscemodi circumferret, ueluti diploma quoddam tuti pacatique commeatus atque etiam festiui, à Fortuna & Gratijs mutuatus. Hunc cursum eius hactenus inoffensum morari si perrexeris: non tam amicitiæ ius colere quàm commoda amicitiæ cōsectari uidebere: qui hominem à te bona ex parte productum, obseruantissimū tui, in medio spacio insistere causa tua postules, plaudentesque destituere: deposita spe atque etiam abiecta ad metam palmarem perueniendi. Quanto igitur satius est, erectis eius spiritibus indulgere? qui simulatque palmam adeptus fuerit, quo est in te animo grato ac penè deuoto, primitias honoris in manu tua ponet: quem in primis dignum esse arbitratur quicum lætitiam decusque communicet incrementorum suorum. Equidem ætati meę hominem succrescentem, mollioraque omnia ac procliuiora nactum, ut longè meliorem ingenio, sic cætera non facilè superiorem, tantum abest ægris ut oculis uideam emicantem, iamiamque anteuersurum si adniti uoluerit, ut etiam adhortatione adiuuem atque uotis: ut quem in primis inter nostrates animaduerterim iusto literarū amore captum, nec ingenium nec doctrinam illum quidem quæstui, honori uerò habuisse studiorumque uoluptati. Quoniam autem memini me non alia pietate imbutum fuisse in obseruantia cultuque antiquæ eloquentiæ: suaue est mihi utique in huiuscemodi uirorum mentione acquiescere. Nec uerò usu sermonis tecum colloquioque fatigor: nec salibus tuis satior urbanis & candidis: pro quibus uillaticos hos habebis extra pomœria natos. Quare libens hilarusque feci, ut datum mihi à Longolio tuo scribendi argumentum longius latiusque propagarem, quàm fines epistolæ iustæ ab illis circumscribuntur qui breuitatem peculiarem epistolarum esse sanciunt. Quos etiam ipsos leges alias tulisse ætate nostra noui, quas nunquam sacrosanctas esse duxi, ex quo priscorum institutis contrarias esse comperi: quum antè ipse ab illis translatitias esse duxissem. Vtcunque teneri me sanctionibus istis scrupulosis nō existimo cum ad homines amicissimos scribo: ijsque uicissim amicos soluo, ac doctissimum quemque aut iucundissimum maximè, quorum longissimam quamque epistolam lectitandam in primis, seruandamque censeo. Si ut ualeam scire cupis, cætera egregiè ac pugilicè ut plerunque à capite nec bene nec prædicabiliter: ut solitus sum ferè, ex quo noxam contraxi. Sin quid hic agatur quæris, uiuitur: id est tranquilla uita degitur. Nam ab urbe proficiscens, grauissimam quanque curam ac molestiam relinquere soleo. Hic ocio fruor alto atque uberi, quo nomine maximè uicum meum abstrusum urbis frequentiæ præfero, qui mihi uacationem fermè iustam ægritudinis præstat. Cui si hoc accederet: ut ægrotationis quoque præstaret: causam haud diceretis, ut opinor, quin ego animo huc migrarem. domusque hæc mihi iusti loco exilij esset ab urbe, solicitudinum, angorum, mœrorumque conciliabulo. Certè si tantam mihi immunitatem dare posset hæc officina tranquillitatis, ualere (ut arbitror) iuberem ius omne postliminij. Quanquam si amicum unum & alterum fidei exploratæ haberem, quibus tanquam depositarijs curarum uti possem, (nam ægritudinum nollem) minus fortasse urbanam morosamque istam habitationem odissem. Quare si mihi hasce ferias liberales inuides, quas in hunc annum concepi: statue an ex syngrapha huic te deposito offerre suscipiēdo audeas: ita ut sine captione eadem usurus sim securitate in urbe & in uilla. Sed etiam etiamque statue, & maturè. Neque enim ludicra aut triobolaris est sponsio, ut nostrates loqui solent. Poscit autem ut prædibus prædijsque, quod dicitur, stipulanti caueatur. Tametsi ecquem esse putas tam bene prædiatum, tot possessionibus, tantis obuentionibus præditum, cui hāc crederę sponsionem debeam si fide iubeat esse suā? Atqui dedisset mihi Deus tantum capitis firmitatem, quando Asclepiadæ nequeunt, haud erat quod angerer, quod quererer, denique quod poscerem, etiam si multa desidero fermè necessaria. Nescis tu re profectò Ludouice, nesciunt alij qui in forense aut palatinum ergastulum ascribi præclarum esse ducunt & fortunatum: quantum uectigal lucratiui temporis atque æquanimitatis, hac ex officina liberalis ocij securitatisque percipiam, cum interim si quid exoriatur (ut fit interdum) controuersiæ, sine tua aut cuiusquam prætextati disceptatione, Philosophia litem dirimat arbitratu ferè meo. Adde quod capitalem hāc noxam, ab eaque enatam interdum ægritudinē, ipsa mihi Philologia omnium horarū locorumque

ſocia,carminib. excantat ad id accõmodatis,tum Gręcis,tum Latinis. Quam utinam ipſam tam facilè cõſopire poſſet,ſemelq́ſupprimere, quàm potuit ambitionem atq; cupiditatem. Quanq́ ô me cæcum animi,maleq́ de meipſo meritum,qui ob id ſuperûm aures fatigare non deſinam,uacationemq́ eius ęrumnæ flagitare. quam mihi fortaſſe prouidẽtia ad luſtrationem animi illuſtrationemq́ iniunxit. Nam abſq; hac inualetudine eſſet: quis ſcitan erronem animum coercere potuiſſem, quaſiq́ à Philologia fugitiuum reprehendere aut curioſè emanſitantem? Quid igitur, inquis, homine te futurum eſt ſtudiorum alumno affinium philoſophiæ, nec ætate iam uergente proficiente in conſtantiam? Neſcio, niſi futurum ſpero ut ſim tandem in autoritate philoſophiæ: ſiquando penitus admitti ad eam mihi liceat. Nunc errorem tantummodo agnoſco, nouiq́ quàm ſim ineptus requirendo priſtinã ualetudinem ac propè inoffenſam. Quod uelut epodium intercalare omnibus, ut aiunt, rhythmis ſuccinere ſolitus ſum: omnibusq́ interſari cõmemorationibus. Tanta eſt ineptia hominis non ferentis deſiderium proſperæ habitudinis, ac deploratæ ſpei damnum. Geſtio ſcire q̃ proſperè ualeas cum uxore ac germanis: quid tuus meusq́ meditetur Tuſanus: quẽ tibi eſſe ſpero à memoria literarum colẽdarum horis tuis ſucciſiuis. Qua in re quamdiu tibi operam literarumq́ elegantium honori nauabit accuratam & ſtrenuam, gratiam à me quàm maximam inibit. Nunquam tam literatus q̃ paucis diebus fui. Crebris enim atq; etiam multis pariter itidem fuit reſpondendum, & ſcribendi labor me conficit, cùm à manu miniſtri uicem mihimetipſi ſuppleam. Quare nõdum auſpicari licuit quod tibi ſpoponderam. Et aliquid lectioni dãdum eſt, qua mirum in modum me oblecto, ita ut ſcribendi cõmentationem numerem inter labores: nimirùm quod lectitandi intentio conſentanea magis ſit Philologiæ meæ, etiã ſi minus è re ſit & incremento hæreditatis quam liberis meis relicturus ſum: congruentẽ utiq; ipſam homini antiquiſſimam curam habenti eorum ſtudiorum quæ decoquere creditoribus ſolent. Quanquam nihil tam ſemper ijs credidi, quàm nihil deperire ijs hominib. qui in dies in horasq́ copioſiores fiant. Quæres fortaſſe quot uncias eius hæreditatis ex Aſſe meo facturus ſim. Ego ſi fata me expectent, uix in ſemiſſem ceſſurum eſſe illum Aſſem confido, cum eo quidem ut cætera competant ac ſuppetant ad ocium & arbitrium liberum. Spero te cum primarijs meis amicis huius cernendæ hæreditatis liberis meis arbitrũ fore patronumq́, ſiqui extiterint fortaſſe qui expilare conentur. Res certè hactenus ad te pertinebit: ut unciolam defendas mei tuiq́ Ludouici (tuũ enim appello cuius tu initiationis arbiter luſtrico die fuiſti, alteriusq́ genituræ) qui te utiq; incolumi nunquam orbus eſſe poterit. Vale, & Longolium tuum & me ama ut ſoles: ne ſi nos amiſeris amicos, decuriam amicorum luculenter ſupplendam continuo habeas. E Marliano noſtro, Pridie Nonas Martias M. D. XIX.

Gulielmus Budæus Nicolao Beraldo S.

NVnquam mihi tantum fuit ocij, ocium ut ſuppetere mihi exiſtimarem. Nunc cum procul ſim ab urbe & negocijs: tamen defici me tempore cauſificor, ad ea cõmentanda quæ in animum induxeram eſſe mihi ſcribẽda: ſiue eſt hæc inertia mea & ingenij tarditas, explicare ut non queam in re præſenti quæ mihi expedita paulò ante uidebãtur tractatuiq́ ceſſura: ſiue ea eſt animi mei auiditas, moroſitasq́ iudicij, ut quocunq; labore, quantauis contentione & induſtria ſatisfacere mihi nõ poſſim. Nam quum in negocijs immerſus eram, ocium ipſe requirens, mecum ita ratiocinabar, interdumq́ dicere non uerebar, ſiquando mihi exiſtere ex illo tædio daretur, domumq́ penitus me recipere, ita me totum literis tum redditurum: ut geminato labore, inſtaurataq́ contentione, atq; etiam impetu amplificata, diſpendium rependerem operæ deperditæ. Nũc cum in eo propè ſim ocio quod tantopere expetiueram, non tam cauſificationib. ſuperſedeo, quàm quid cauſer non habeo. Etenim ſi ualetudinis excuſare incõmoda inſtitero, ſi rei familiaris munera iactitare, cum id translatitiũ eſt, omnibusq́ egregiè ſtudioſis ſolenne & obuiũ, tum uno ſemper & eodem modulo (ut eſt in noſtro prouerbio) tibiã inflare uidebor, aut cantitare ijſdem ſemper nume-

tis

A ris. Quod quid est aliud ipsum quàm aureis obtundere audientiũ? qui frustrationem hanc esse dicent, expectationisq; ludificationem, quod nulla causa satis conspicua inter causarios profitear infirmitate, nimirũ ut uacationem huius muneris habeam, id est prætextum languoris & inertiæ. Erunt etiam fortasse qui cauillentur & quærant cur non semel inteream, cum toties penè sim intermortuus. Quo uerò magis æstuarẽ atq; angerer his rebus perpendendis, ecce autem tu nunc à me cõtendis, quasiq; uniuersitatis actor publico me nomine appellas, ut primo quoq; tempore pariam quod iamdiu parturire me fama est. Næ hoc iamdiu minus est decem mensibus, si te ratiocinari non piget. æstima quamdiu peregrè reuertimus, tu enim in eo comitatu fuisti. Nam superioris temporis cõmentationes, id est quę ad Annotationes & huiuscemodi scriptiones pertinent, ex commentarijs meis ita tum circumscripsi, uix ut interlitas schedas & inductas inter res meas esse paterer. Age ex illis decẽ mensibus, pauculos menses demito uelut accessionem temporis deperditi & contriti in ea peregrinatione, cum temporis intertrimento quod factum est in transferenda supellectili mea in hunc locum, quasiq; euocando lare familiari ab urbe, nimirũ uix iam id erit diutulè quod iamdiu uocasti. Mitto tempus impensum in absoluenda uilla & exornanda, ne incõmodius ruri quàm in urbe, illautiusq; aut sordidius hic quàm istic habitarẽ. Ad id enim succisiuas horas destinaui, quibus Philologiam meam fraudo. Nec uerò ineũda hac ratione calculũ ullum pono curationi corporis iam deplorati: nec enim id iam tanti esse censeo, ut pro eo dependere tantulum uelim temporis, quod mihi non multũ superesse conijcio ad uitam finiendam. Nunc cum in eo sim fermè ut tu atq; alij qui itidem mecum agunt, uenisse diem existimetis, quasiq; menses luculenti cuiusdam partus esse exactos: ego cessisse diem non inficier, ut aliquid exhibere edereq; debeã ex hoc ocio natum: cumq; tu scribas expeti à me quippiam grauioris operæ, si expeti tu quidem pro exoptari intelligis, facilè id patior: sin expectari aliquid eiuscemodi desiderariq; significas, uide ut satis æquus sis mihi æstimator & adhortator, qui me abortiuum potius atq; eiectitium, quàm nihil parere uis. At ego ut uxorem, liberos, sic Phi-

B lologiam meam uxoris meæ pellicẽ, parere mihi libros uelim uitales potius & uegetos, quàm multos & semianimos. Atqui partio ab antiquis existimata est mense demum decimo, ut Græci dicunt βιώσιμος, id est iusta & uitalis. Vide igitur tu actor præpropere ne in fraudem incideris, & in mulctã formulæ, causaq; ista cecideris: utpote qui non re tantum, sed etiam tempore plus te petere nõ animaduertisti. Atenim sunt qui septimo mense tempus exactum esse putent: at ego non tantum uitales partus, sed etiam uolo uiuaces. Quanquam hæc mea uerba, uelim ut optantis à te uerba nõ ut sperantis excipi. Nam quod opus aliquod grauioris operæ expeti à me dixisti, uereor ut isti expectationi respõdeam. Quanquam quid apertius loqui religiosum esse putem? planè tibi denuncio spei me uestræ expectationiq; decocturum, si tamen istam bona fide spem de me uos concepistis. At temeritatis fuit tale aliquid aliquando iactare, uide ne etiam leuitatis homini iactanticulo credulis aurib. auscultare. Sed fuerit apud me unum culpa: nihil ne proderit exilij causa solum uertisse, ex urbeq; migrasse? Enimuero insignis erit iniuria si ne in hoc quidẽ suffugio, quasiq; inertiæ ac desidiæ asylo, cessare mihi licebit, & identidẽ obdormiscere cum ita uisum fuerit. Quippe id iuris fuisse nouimus olim apud Romanos, ut qui creditorum nexus uitare, qui criminũ supplicia, qui legum animaduersiones cuperẽt, ijs facere liceret, ut exilio uoluntario solum ipsi uerterent, sicq; defungerentur animaduersionũ metu. Præclarum uerò scitumq; consilium meum, si eo redactus sum, in eamq; miseriam deuolutus, ut ne extorri quidem esse in obliuione liceat. Ita qui in secessu hoc deuio dormire somnos Endymionis speraueram, animoq; fatiscenti ac cessatori obsequi ex sententia, necesse utiq; nũc habebo etiam lucubrare contra meum institutum, atq; incõmodo ualetudinis, quando pręsenti iuxta absentiq; uacationem negatis atq; immunitatem. Proinde paucorũ adhuc mensiũ deuoranda erit ærumna ut uideo, faciendumq; mihi erit ut aliquid editum eam, amicosq; flagitatores quasi creditores absoluam, acrius iam urgentes. Sed heus ipsi, uidete ne alteras pẽsiones annua bima trima die promissas uobis dicatis. Si quidem ex eo genere esse me uobis prædico & contestor, queis cum non ultra quàm fa-

cere haud ægrè possunt, agitur. Quod de Frobenio & Badio scribis, tecũ coram statuam. Sed quod sedulo te curaturum scribis, ut quicquid hinc prompserim, elegãter & ex fide concinnatum exeat (id enim significas, & ultrò polliceris) hoc facito ut meminerie, si quid tale acciderit. Quod certè mox fieret, nisi colligendi recognoscẽdiq; epistolas schedatim dispersas, labor me & molestia deterreret: nonnullasq; rescribendi, lituris & chirographo meo in celeritate neglecto, corruptas & obscuratas. Gratũ est autem mihi quod eam tibi operam deposcis, quam cum precib. etiam delaturus eram non tibi, sed τῷ τυχόντι, qui tamen præstare securitatem mihi posset. Tibi uerò hoc amplius permitto: ut mihi sis Aristarchus, nedum impressorum mancipi. Diligo iam Badium de typis Græcis ab eo è Germania curatis: qui si in eo genere operã nobis suam probarit & industriã, nitar pro uirili parte cõminisci quod eò pertineat. Saluta mihi Glareanum, qui nudiustertius à me discessit, cum Heluetijs adolescentibus doctis sanè & honestis. Hũc iam impensius amo quàm solebam, eius merito, quippe qui huc uenire non grauatus sit, tametsi eos pœnituisse oportet quantum ea bidui iactura itinerisq; labore profecerint: ut uillam hanc meã studiorumq; sedem uiderent, tam uerò rem uisendam quàm hominem me spectandum, ad quem salutandum ad quartumdecimum ab urbe lapidem uenire sustinuerũt. Ad Deloinum scribo, quare hoc compendij operæ facies ne ad eum salutandum uerbis meis hominẽ conuenien dum habeas. Vale, E Marliano nostro, sexto Calendas Martias.

Gulielmus Budæus Thomæ Moro S.

NVnquam posthac uerebor in istorum me conuentu sericatorum sistere, qui solos sese nobiles esse censent: atq; etiam ore me & digitis magnificè inferre, ac proferre in publicum, quum à te hominum graui æstimatore annulis nuper donatus sim, ut dudum canibus Britannicis, tam consectoribus ferarũ quàm ad limina custodibus. Quod tamen munus tuum & locupletius & ornatius haud dubiè fuisset, si tibi una quoq; epistolam mittere uacauisset ingenito lepôre conspersam, ac salibus illis conditam, qui mihi magnopere ad stomachum faciunt. Nulla enim munera amicorũ accuratius quàm epistolas asseruo, dũtaxat istiusmodi, ut quas habere solitus sum numero supellectilis in delicijs habitæ, intraq; scrinia sanctiora ac lautiora conditæ. Est autem alioqui scribendi uicissitudo, ut mea fert opinio, simile quiddã atq; si inter socios & fœderatos reges pax & amicitia, anniuersarijs legationib. retineatur & confirmetur. Quum sit ita fere in rebus interituris natura comparatum, quæ rectè & commodè constituta sunt ea ut tanquam cum uertigine mundi rapta, tractim in finem & interitum uergant, nisi humana prouidentia curaq; labentib. eat obuiam, in locumq; ipsa & subinde gradum suum reponat. Accedit obliuio res inuida & exitiabilis, in desidia & securitate obrepens, omnium rerum etiam incisarum & inustarum obliteratrix atq; peremptrix. Id quod ipsum uidisse mihi ipse uidere, qui uelut alto me silentio indormientem, munere hoc ueluti commonefactorio torpẽtis iam & inertis admonuisti amicitiæ. Cuius rei culpa si ἐπὶ Διὸς τοῦ φιλίου ἐπὶ ὅτῳ δίκην τὴν ἀμφοῖν ἡμῖν φίλων ὄντων in controuersiam deduceretur, futurum existimo ut nostrum uterq; eo se potissimum à crimine uindicaret, quod scribendi uices alterius esse diceret ac defenderet. Quo fit ut cum ambo cessauerimus, neuter tamen nõ ita culpæ inficiator ac reiector esse possit, ut præstolatorem se non cessatorem uocet. Quod si tu mi More in ratione tua ineunda munerum missitandorum uices in officij numerum ita ducis, ut tibi illæ pro scribendi functionibus cedant, uide ne qui carius ac honorificẽtius defungi præstationibus amicitiæ instituisti, non etiam officiosius ipse euilescere sinas istius tui ingenij opinionem, suauitate atq; amœnitate nobilis. Quum alioqui officio non cõueniat uiri ista eruditione præditi, huiusmodi permutationẽ in amicorum cõmercium admittere, literariam facientium, in disciplinisq; negociantium cum successu, ut ingenij functionem ac præstationem annua pensitatione redimãt, & desidiæ pœnam muneraria mulcta luant. Atqui quanti utrunq; genus apud me sit, inde conijcere potes, quod canes illos tuos prægrandes, trucisq; aspectu commendabiles & speciosos, singulos amicis ijs dono misi, apud quos rectè & congruè collocata munera existimabam

A bam. Annulos inter cognatas primo quoq; die distribui θαυματουργία commendatos, bona quidem ex parte, reliquos etiam diuisurus, quosq; à te quosq; ab alijs accepi, prout occasio sese cōmodè & opportunè aut iucundè obtulerit. Epistolas autē tuas in rebus meis ita semper habiturus sum liberisq; & hæredibus relicturus inter epistolarum mearum exempla, aliquando fortasse in medium prodituta, ut in ipsis munificentiæ tuæ memoriam inuolutam impressamq; asseruem. Proinde quod mihi dona elegantia misisti, id ita mihi gratum est, ut ob ea gratiam à me magnā inueris & pertinacem. Quod non comitem epistolam addideris muneris ornamentum, & liberalitatis tuæ (ut ita dicam) indicaturam, id uerò ideo tecum expostulandum habui uir amicissime, ut intelligeres id me iure meo flagitare, quod tu mihi nullo negare pacto potes, nisi mihi hoc anno pro Moro suauissimo morosus acerbusq; factus es, quod abominor. Vale, Parisiis pridie Idus Sextileis, M. D. undeuicesimo. Post has literas scriptas resciui Christophorum Longolium clara hic gente oriundum, in Britāniam iturum. Is cum nostri consortij homines inuisurus sit quacunq; iter fecerit, ad te istic ut adeat in primis necesse est, & ei autor fui. Quem ut benigne ipsum officioseq; accipias, non tam mea causa uelim, aut postularim, cui ipse nō mediocriter amicus est, q̄ eruditionis singularis ingenijq; eximij gratia, & iudicij in paucis excellētis. Est enim cum apprime doctus in Græcis iuxta Latinisq; literis, & de ijs ipsis olim literis aut etiam mox optime meriturus, ut si quis alius æqualium nostri seculi. Vale rursus.

Gulielmus Budæus Francisco Picarto S.

SVpplices tuæ literę & propè obsecratrices tanta me obstrinxerunt religione, ut cœptam cōtentionem abrumpere coactus sim, & postulato tuo uacare. Ad preces enim ambitiosas hoc etiam addidisti, ut adiurares me per eam necessitudinē quæ mihi cum patre tuo intercedit, ne id cōmitterem ut rationem tui nō habuisse uiderer aut tuæ postulationis, præsertim cum aliorū habuissem etiam ætate inferiorū. Atqui B nullo me nomine astringere potuisti appositius aut etiam sanctius ad id quod à me contendisti. Siquidem eundem tuum patrem in amicorum meorum album honoratissimo loco iamdiu referendum censui. Id quod non magis spōtaneo quodam amore, q̄ merito eius feci, quum amari me ab eo amore non translatitio senserim, certisq; ac multis documentis iudicarim: ut eū non amare sed redamare uidear, ijs qui in cōn scientiam assumpti sunt earum rerum, quas ille mihi sæpe perficere adnixus est. Verum præter amicitiæ officia in consuetudine uitæ usurpata, præter unum & alterum specimen ab eo in articulis rerum datum, animi in me propensissimi causaq; mea omnia summa mediocriaq; cupientis, etiam propter me, ut opinor, nō pridem ita colere atq; obseruare Philologiam meā cœpit, ut iam ei familiaris factus sit, aut certè apud eam frequens & multus. In quo tamē (ne nimium ei blandiar) parum officiosus fuit, quod uerecūdè & religiosè ad amicam necessarij sui accedere ipse existimari uoluit, homo ut ingenuo quodam pudore suffusus, sic quodā modo malignè de amicitia ac præparce meritus, qui primoribus (ut ita dicam) digitis amores amici attrectare uix ausus sit, cuius etiam penetralia patere sibi non nesciebat. Nuper ipse ad me ex Attiliano uestro scripsit, primū literas semilatinas, deinde mira quadā uoluptate legendis scriptis meis affectū se fuisse. Sed hactenus, inquit ille, de literis, ne risum tibi excutiā si amplius locutus Latinè fuero. Deinde ad uernaculū sermonē trāsitū fecit. Itáne uero hominē mihi æqualē, & mediocri eruditione præditū (ut parcissimè dicā) Latine mecū loqui puduit, ac fateri sese studio doctrinæ elegantioris teneri? At uide quid in se ipse hac uerecūdia admiserit. Nā dum Latinā ad me epistolā perscribere in religionē traxit, bilinguē se hominē amico exhibuit: qd', uersuti magis ingenij q̄ simplicis esse solet. Scis eīm prouerbio uulgi præiudiciū esse factū in homines nō unius sermonis, quasi fidei nō perspectę. Quare ad eū ipse scripturus sum simplicius. Latinè enim tantū loquar, nisi si quid mihi imprudēti mixobarbarū exciderit. Quod si (qua est ille continentia ac probitate morum) ueretur ne hoc in iniuriam uersurus sim, si frequentior esse cœperit & familiarior apud meā Philologiā, uelim eū certiorē factū, me etsi

sim in ea tota cogitatione procliuis, ea tamen esse in hoc amore, comitate, ut neminē participem ac sociū respuam, nedum eos homines qui mihi propinquitate stirpis cōiuncti sunt, & uicissitudine officiorum non mediocri. Philologia (ut nosti) in fide est & patrocinio Mineruæ, & in Musarū clientela, quas Deas prisci non modo pudicas, sed etiam numeris omnib. integritatis intactas esse censuerūt. Quæ igitur inuidia est cum amicis quoq; meis illam & cum optimo quoq; uiro consuescere, quum nullius contaminari consuetudine aut sugillari possit? Ipse adeò deterrimus hominū studiosorum essem, si eius familiaritatis usum negarem, aut inuiderē ijs qui admitti ad eam per me poscūt, duntaxat quatenus cōmodè ijs morem gerere mihi & expeditè licet. Siquidem ut omneis numeros recenseam hominum mihi bene cupientium, nullibi tot legitimè centuriatos inueniam, quàm in ea cohorte millenaria, cui me literarum professio studiumq; cōmendauit. Proinde mi Francisce, quum te germanumq; tuum Christophorum, eam ingredi uiam uideam ineunte ætate, quā ipse præcipiti iam adolescentia nondum ingressus eram, libentius nihil faciam tum indolis uestræ, tum paternæ beneuolentiæ merito, ꝙ uos in hoc cursu studij uestri adhortabor, ac cum sese dederit occasio, & eum cōmodum uestrum meumq; ita tulerint, consilio, ope, doctrina, quantula sunt in me cunq;, iuuabo. Vestrum erit autem officium uidere, ne isti parentis indulgentiæ, & temporis opportunitati, egregiam alacritatem & uoluntatem non accōmodasse sero uos pœniteat. Quod si Draconis mei ætas & ingenium, in uestrum istum decursum feruoremq; incidisset competenter, ac nō iam longè ipse à uobis relinqueretur, una ego opera prodesse nonnunq; uobis illiq; potuissem. Et eum tamen sic quoq; spero, simulac uim sentire æmulationis ingenuæ cœperit, nonnullis æqualium anteuersurū, queis cum erupit à carceribus. Neq; enim usq; adeo defectus est dotibus ingenij, ut nō possit, si adnitatur, plausum in cursu mereri: nisi aut iudicio meo imposuerunt indolis lætæ indicia uana & fallacia, aut mihi obrepsit conijcienti fauor, in pignus meum propēsus. Saluta mihi utrunq; tuū parentem, & fratrem Christophorum. Vale, καὶ διατέλει σπουδάζων περὶ τὰ ἑλληνικὰ γράμματα, σὺν ἀδελφῷ τε ἐμοὶ ἠγαπημένῳ. In Marliano meo, Pridie Calendas Octobris.

Gulielmus Budæus Christophoro Picarto. s.

Vereor ut una epistola satisfacere expectationi tuæ possim: qui tot ad me epistolas epistolarum mearum flagitatrices scripseris. Qua de re magnopere mihi anxio nihil potius in mentem uenit, ꝙ ut testarer ualere id ad purgationem aut moræ aut incuriæ debere (alterum enim non dubito te mihi uitio iam uertere, etiam si obijcere non audes) quod ram diuersa atq; adeò auersa esse uidetur conditionis meę atq; sortis ratio, ab ista uicissitudine epistolarum missitandarum, ꝙ tui instituti ętatisq; ratio ad eam concertationem apposita est & opportuna. Nec enim minus incōmodè à procuratione familiari, muneribusq; alijs huic meæ sorti necessarijs, auocare me possum, ꝙ tu cōmodo tuo atq; animi causa incumbere toto pectore ad eam cogitationē potes, ita ut ex usu studiorum tuorū ea futura sit exercitatio: quod nō perinde ipsum in rem meam esse potest. In numerū etiam procedere excusationū potest, quod scribendi alacritas, ingenij ostentādi industria prompta & expedita, & omnium deniq; horarum stylus, ita in me consenescit in dies ut in uobis adolescentulis uegetatur & gliscit. Nam quod in hac ætate aut labor est aut tædium, in isto ætatulæ feruore pabulum est animi & alimentum: & æqualium æmulatio in animo strenuo & impigro stimulus est acerrimus, omnem sensum laboris adimens & defatigationis: animi affectio omnino improba, imperiosa, acerba exactrix operarum, operi semper instans. Quæ nulla diligentia ita sibi satisfacit, ut nō semper ipsam sui profectusq; pœniteat. Cuius rei experimentum cepi, ut si quisquam hominum studiosorum: qui nullius unquā mihi operæ in feruore cōtentionis (quę diuturna fuit) uacationē remissionemq; concessi, quam summa obire diligentia incumbensq; intētio deberet, æquo fermè in tertrimento patrimonij atq; ualetudinis. Ausim enim me dicere ad extrema usq; exempla urgētis sese cōtentionis processisse, diuq; in ijs perseuerasse: siue id æstimandū

sit

sit ab animi habitu studio literarum deuotissimo, externisq́ curis atq; in diuersum ab strahentibus abdicato & uacanti, ita ut antiquiorem nullam cupiditatem habeat q̃ elegantium disciplinarum: siue à constantia propositi tenacissima, & ad extremum usq; perferente, quod suscipiendum duxerit. Quis enim huius instituti unquam retinentior fuit? Quis cum certa pernicie amantior literarum bonarum? Quod tamẽ (ut uerum ingenuè fatear) non tam propositi ac consilij fuisse quàm natalitiæ procliuitatis puto, quæ instar in me quoddam necessitatis habuit. Nam alioquin quî fieri potuisset ut studium illud insanum consertis digitis retinerem, cum discrimine uitæ? in eaq; statione uiuendi causas rationesq́ collocarem, quam mihi morbi perpetui, ægritudinisq́ animi inde manantis officinam esse non ignorabam? præsertim cum omnium medicorum interdictis quibúscum cõsilia communicaui, amicorumq́ iurgijs deductus deiectusq́ sæpe fuerim, minisq́ capitalibus absterritus & nequicquam repulsus. Sed scilicet Multa ferũt anni uenientes cõmoda secum, Multa recedẽtes adimũt. Impetus igitur ille cum ætate ac noxa corporis paulatim relanguit, liberorumq́ examine succrescente curarum quoq; agmen securitatem illam animi egregia conscientia freti obruisset, penè & extinxisset, nisi fatalis amor resurgens & existens in hunc me secessum quasi in portũ recipere suasisset, ut ab illo tumultu me recrearem. Quoniam uerò te amitine mi eximia indole præditum cum fratre primigenio uideo inter paucos, quos in secula ituros haud uana coniectura iudico (si tamen id fatum uobis Parcarum fusis inuolutum est, & ut Græci dicunt ἐὰν τοῦθ' ὑμῖν ἐπικεκλωσμένον ᾖ, id est si Dei prouidentia tamdiu uos superstites esse incolumesq́ statuerit) libens hilarisq́ nunc feci, ut uel œconomicis rusticisq́ curis atq; etiam studijs tantum succiderem temporis, uel ut inertiæ ac desidiæ (cui iam me penè dedi) hanc operam exprimerem, ut tuo desiderio satisfacerem, aut certè pro parte obtemperarẽ. Pudet enim me à te quasi debiti officij identidem appellari, appatitore etiam patre tuo, homine tum propinquo mihi, & multis nominibus necessario, tum à puero semper amato, idq́ eius merito. Cæterum quoniam in literarum tuarum postulatis hoc quoq; esse uideretur, ut Græcè aliquid ad te scribam, Latinæ epistolæ calcem Græcam habeto. Εἰ μὲν οὖν ὦ Χριστοφόρε ἴσα μοι τοῖς πατράσιν ἀγαπημένε τοῖς ὑμετέροις, (σὺν ἀδελφῷ σου Φραγκίσκῳ,) σύ γε τὰ αὐτὰ φρονῶν γε καὶ ποιῶν περὶ τῶν μαθημάτων τῶν ἐλευθερίων διατελέσεις, τούς τε ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμοῦντας ἄνδρας ἐπιμελῶς θεραπεύων, καὶ διὰ τιμῆς ἄγων, ἔστι μὲν καὶ αὐτὸς πλοῦτον, τὸν ἐπὶ δυνάμει ταύτῃ ἐπιφανῶν ὡς ὑπάρξων, καὶ τὸν ἐπὶ δεινότητι τῆς φράσεως καὶ λογιότητι πολυθρυλλήτων. ἐφ' ᾧ σοὺς γονέας δῆθεν καὶ συγγενεῖς γεγηθότας καὶ περιχαρεῖς ἐμφανεῖς. εἰ δέ γε καὶ μείζονός σε προσδεῖσθαι παραινέσεως ἡγούμην, οὐκ ἂν λόγων ἐφεισάμην ἔγωγε τῶν ἀκονησόντων τὴν ψυχήν σου εἰς τὴν φιλοπονίαν ταύτην. νῦν δὲ καὶ τάδε ὑπολαμβάνων ὑπερίσχυα εἶναι μειρακίσκῳ γε δὴ φιλομαθεῖ τι καὶ πρὸς τὰς παιδείας τὰς καλλίστας ἀναπεπταμένῳ διακειμένῳ, ἐνταῦθα δὴ λήξω τῆς ἐπιστολῆς. Vale, E Marliano nostro.

Gulielmus Budæus Draconi filio S.

ET si mihi ocij parum erat ad scribendum in hac urbe, in hoc tempore, in hac concursatione, multæq́ mihi simul scribendæ sunt ad amicos necessariosq́ epistolæ, aliosq́ non ita ualde familiares: epistolæ tuæ tamen heri super cœnam acceptæ negare non potui id quod tu me poscebas ambitiosulè & suppliciter, ut iterum ad te scriberem. Quod igitur epistolam unam flagitas eiuscemodi quæ tibi hortamento esse possit & inuitamento acri & uehementi ad literas Latinas eleganteisq́ iusto studio capessendas & amplectendas, id uerò mihi gratum per (inquam) gratum fuit. Nulla enim re magis cõmendare se ætatula tua mihi alijsq́ (ut opinor) poteſt, quàm indole certa & conspicua doctrinæ honestatisq́ amorem acrem præ se ferente atq; admirationem non mediocrem. Ad id uerò studium tacente me nec admonente aut literis, aut sermone, excitare te paterna æmulatio atq; extimulare potuit: ut si quenquam alium aut in hoc nostro cœlo, aut in extero natum & educatũ. Etenim in præcipiti iam ista pueritia anticipatione quadã sensus cõmunis ita præditũ te uideo, ut animaduertere nõnulla possis quæ ineunte demũ adolescẽtia ab ijs percipiũtur quibus

crassiore

crassiore temperatura mentis esse contigit. Quare cum me uideas uehementi litera- C
rum amore, mediocri earum cognitione, in aliquo apud nostros homines esse nomi
ne atq; opinione, apud etiam primores ordines cõmendatum & gratiosum, hominẽ
alioqui nec magistratu, nec opibus, nec aulico obsequio, nec ciuili industria, nec ho-
minum præpotentium obseruãtia præditum, aut alia quauis arte instructũ, qua mihi
fortunam fingere potuerim, aut imagines familiæ iam fumosas, quod quidem ad me
pertinet, detergere (harum enim rerũ sensum pro ætatis captu satis te scio pepulisse)
non magnopere adhortatione aut scripta aut ore prolata egere mihi uidere. Quare
coram ipse raro sic agere tecum soleo: utpote qui intelligam id esse ingenium hone-
starum mentium, ut re magis & exemplo adducantur q̃ uerbo & præceptis. Quod
nisi igniculi huius amoris, quos in te natura satis felix, nisi fallor, ingenuit, paternis a-
lijsq; huius ætatis exemplis quasi fomitibus rapacissimis admoti, excitati fuerint &
inflammati ad eandem contentionem, ne clamosæ quidem aut meę, aut præceptoris
obiurgationes, quasi quidam buccarum folles, consopitam incuria naturam exusci-
tare poterunt, teporemq; studij in feruorem uertere. Quanto autem tibi omnia pro-
niora sint, instructiora, uberiora atq; expeditiora ad studiorum istud stadium percur
rendum, quod literarum humaniorum mansuetiorumq; musarum nomine censetur
atq; omine, quàm mihi olim fuerint, inire rationem poteris, si animaduerteris adole-
scentiam tuam in ea tempora incursuram (si tibi incolumi uiuere licuerit, nec infirma
ualetudine) cum literæ hæ nitidiores instauratæ planè erunt & cõstitutæ: & cum Grę̨
cam linguam Latinæ altricem atq; adornatricem, humano generi restitutã nemo in-
ficias ibit: ut quidem studiosorum hominum industriam uidemus incredibili nunc la
bore, cura, concertatione ad eum finem incumbere. Accedit librorum antiquorũ re-
centiumq; copia uel inopi parabilis, atq; in triuijs penè exposita, qui meo tempore
rari grandi ære permutabantur. Iam uerò præceptorem mihi tam neutra habere lin-
gua & uidere contigit, nedum audire, ne condiscipulum quidem, quàm tu eo nomi-
ne fortunatus esse potes atq; adminiculatissimus. Ita cum his alijs cõmodis totidem
opponere incommoda mea possim, & altrinsecus sistere huius ætatis felicitatem il- D
lius seculi intempestiuitati: super omnia est tamen, quod ut patrem habui sanè copio
sum & mihi indulgentem, ita ab hoc studio primum me distinentem imperatis alijs
operis, de industriaq; reuellentem: deinde etiam ob id sæpe offensionem denuncian
tem, nisi moderatius animo obsequerer libris agglutinato: quum tibi uiceuersa præ-
monstrator curriculi, præitor, manuq; interdum ductor & confirmator, nedum dis-
suasor fuerim & auocator. Et quod tum unus in patria & uerecũdè & propè cum di-
spendio famæ non modo facultatum suscepi (ut erat tum sensus hominũ de re cis Al-
pes inusitata) tu sine ignominia in tam flagranti propè omnium studio nõ amplecti
non possis, consertisq; manibus retinere, quoad ego uixero, & ratio tuendæ tibi uitæ
eodem non inuita spectarit. Proinde etiam tibi etiamq; uidendum est, summaq; ani-
mi contentione prouidendum, ne id in te dedecus admittas: ut nec tibi parens, nec
occasio, sed tute ipse tibi defuisse uideare: imò ne te degenerem prolem à meoq; in-
genio iudicioq; abhorrentem homines olim cognati, amici, atq; alieni existiment,
qui uitæ meæ institutum ductumq; non ignorarunt. Quoto autem cuiq; ignota esse
possunt quæ monimentis contestata sunt in publicum prolatis, in diesq; peruulga-
tioribus? Porrò autem cum ita naturæ ordo tulerit & arbitrium prouidentiæ, ut in-
ter multos liberos tu matri primigenius partus esses, & mihi hæres potissimus patri-
monij non luculenti: hanc de te spem conceptam habeo, ac propè exploratam (fi-
dem enim mihi indolis tuæ notæ quædam fecerunt in functiunculis uitæ puerilis im
pressæ) primigenia ut laturus sis, & præcipuum ætatis inter fratres, & ut Græci uocãt
τὰ πρωτοτόκια καὶ πρεσβεῖα, non in asse hæreditatis meæ, qui ex uncia paterna enatus est:
sed in Asse illo ampliore quem ego tibi fratribusq; peperi dieb. permultis noctibusq;
conceptum, Lucina huius partus non Iouis coniuge sed filia. Simul in alijs rebus quę
huic hæreditati accedent si uita mihi suppetet cum prosperitate ualetudinis. Siqui-
dem nuper in spem ueni atq; meditationẽ augẽdi uobis huius patrimonij: ita ut nihil
magis optem quàm detrimentũ farcire biennio iam acceptũ in hac rationũ mearum

parte

A parte. Ad hoc autem placato mihi propitiatoq; opus est Mercurio, non illo quidem fori negociantiumq; præside, sed strenuè actuosæq; in schola ociantium: nec cẽsus & facultatum amplificatore, sed nominis & insignium animi. Nec tamen cum hæc scriberem, hoc tibi exprimere uolebam & extũdere, ut tu ad præsentem animi alacritatem ad studijq; contentionem magnum quippiam adijceres, quasiq; impetum cõduplicares, sed istum tuum animum quem uel absens ex literis tuis agnosco, è longinquoq; cerno, confirmandum esse duxi tuendumq;, & uelut monitis adminiculãdum ætatulæ accommodatis. Magis enim id operæpreciũ fore censui, quàm si pro uiribus & ætatis modulis contendenti stimulos acriores intentarẽ, aut calcar durius admouerem, quando sponte currentem uociferatione urgere superuacaneum esse puto, nec satis liberale. Quin & uirium paulò infirmiorum rationem habere te iubeo, uicissimq; ut fert ætas lusitando animum corpusq; uegetare. Ex consuetudine etiam uitæ, sermonis, & conuictus, hominumq; elegantium obseruatione, cultiorem, urbaniorem, expolitumq; uideri te uelim: ut summopere cures, quantum quidem in hac ætate licebit, præimbui lepôre & elegantia ciuili, morũq; suauitate, siue inter doctos homines, siue inter ignaros literarum uersabere. Nam cum ferè semper ita & natura & moribus comparatum fuit, tum hoc idem ferè impensius temporis huius usus & sensus: ut & adolescentia & iuuentus, non minus certa quadam urbanaq; palæstra, in sermone, habitu, gestu, omnifariòq; affectu corporis enitente, commẽdare sese possint inter primores & mediocres, opinionisq; & famę fauorem emereri, quàm nuda, umbratili, rusticulaq; doctrina etiam nõ mediocri. Ipse uerò expertus sum ætate iam propè inflexili, ingenioq; iam ægrè ad insolita nouaq; uersatili, quàm serum sit & intempestiuum, ac fortasse ineptum, mores in celebritate hominũ interpolare, quasiq; incudi redditum hominem aut cõflatum, ad exemplar denuo effingere uel afformare præsentis seculi & instituti. Horum igitur Draco admonitum te oportuit quo magis à teneris, ut aiunt, unguiculis cum literarum studio, etiam inseruire decentiæ morum decoroq; urbanitatis ac ciuilitatis assuescas, honestumq; illud populare ac gratiosum doctrinę accommodare. En tibi quod petijsti, ut opinor, etiam cum auctario. B Vale. & Mainum præceptorem tuum uerbis meis saluta. Quem te uolo ipsum iusta discipuli obseruantia cultuq; uenerari. Monpessuli VIII. Idus Maias.

Gulielmus Budæus Io. Pe. s.

STatuere uix possum tuá ne industria an mea procrastinatione atq; inertia fiat, multis ut partibus plureis tu epistolas ad me, quàm ego ad te dederim, iam inde ex quo cõstitutam nos habuimus amicitiam, familiaritatẽ, consuetudinemq; iugem illam quidem teneris ab annis fundatam, propinquitate deuinctam, studiorũ etiam nunc penè communitate roboratam & confirmatam. Tametsi meminisse te opinor quàm dissimilis mei fuerim anno superiore cum essem in Gallia Narbonensi, id est quàm sedulo à me factũ sit ne quid huiusce officij à me prætermissum esse uideretur: ut qui alternis diebus propemodum scriberem per excursores regios & armillatos. Vbi si diutius esse mihi ocioso per exitum Legationis opportuniorem licuisset: nimirum ut eram tum animatus, omnia penè reliqua quæ hoc nomine traxi, dissoluissem planè & expunxissem. Id quoniam non est factum, exorandum te habeo, meis ut occupationib. expectationem accommodes atq; patientiam: quoad aliquid confecero ocij plenioris, unde paria tandem cum tuis rationib. faciam, reddamq; acceptis ęquẽ. Magna uerò ipse me & iucunda expectatione impleuisti de eo quod certiorem me fecisti, quam tibi operam ille propinquus meus nauarit in ea re quam curatam ab eo uolebamus. Vtinam omnia ex sententia. Certè si bene noui hominem, ut nouisse me existimo: honesta ambitione ducitur, ut qui maximè: emererique; honorũ & grauium gratiã mirè cupit cùm alias, tum etiam ut propinquis industriã suã fortunamq; approbet. Qui ad eam ipsi cõtentionem hominẽ cohortamur, gratiã ut inire solidam ac ueram ab optimo quoq; existimatissimoq; laboret cõmendatione famę, specie quidem illa nõ inani comparata, sed certis documentis testata & consignata. Is cum singulari ingenio

ingenio solertiaq; præditus sit:tum est etiam in illa acrimoniæ officina ita politus,ita in ea palæstra exercitatus,omneis ut flexus & prehensiunculas hominum, supplantandiq; artificia nouerit,numeros omneis impetuum excipiendorũ eluctandorumq; nexuum memoriter teneat:omnia deniq; dictata summorum magistrorum comprehenderit. Alioquin etiam ipse gratiosus inter omnes eius instituti ordines, ob promerendi facilitatem,non tam passim quàm opportunè, atq; etiam cum rerum, temporum,personarum delectu.Accedit harum rerum ornamentum,sermonis lepos urbanitasq; lauta & elegans, ac sine loquacitate facunda. Omnino si nosse hominem cœperis,dices genium habere illum ad eam sectam uitæ.Scribam ad eum breui,ut intelligat quàm gratum mihi tibiq; sit id quod hactenus fecit: quanquã in ea re ut nihil mihi penè uendico,qui paucis ad eum scripserim: sic non esse puto quod magnopere mihi ipse imputet, quem certo scio operã tibi magis quàm mihi præstare uoluisse. Diui approbent quod ille inceptauit. Vale.

Gulielmus Budæus Ioanni Picarto S. P. D.

TAntæ tibi curæ rerum esse mearum summam uideo, ut ad singula momenta rerumq; inclinationes oculos aureisq; circumagas, ad omnẽ auram spei animum erectum habeas, mihi mox quippiam ut boni aut ore festiuo aut literis iucundioribus nuncies.Quem animi tui affectum in epistolis tuis expressum ita agnosco,atq; si trans tua præcordia introspicere mihi datum esset quid intus sit cõditum. Quare etsi in eum gradum constantiæ euasisse me spero, post multa incommoda in quibus aliquantisper cum fortuna sum conflictatus, ut iam mihi longius circumspectare non necesse sit quàm quantum fines patrimonij mei patent: non leuiter tamen me pepulit lætum istud augurium, quod extemplo acceptum gestiens ad me detulisti. Non quòd ad rationum mearum constitutionem,aut illud, aut aliud huiusmodi, & ab ea cœli parte captum,pertinere posse putem: sed ueræ germanæq; amicitiæ imaginem in te mihi amitino exosculor & amplector. In tuenda uerò amicitia nostra nõ illa quidem generis propinquitate tam constituta & confirmata, quàm eximia quadam beneuolentia,familiaritatisq; necessitudine,non usu sed iudicio,nec consuetudine, sed delectu contracta, ut non ausim ipse dicere ex æquo me tibi exhibitione officij humanitatisq; respondere,gratificandiq; comitate opportuna atq; insonte:ita suppuderet me fateri tecum paria non facere in uicissitudine charitatis quæ corde quidem ipsa,non ore,non uerbo,sed uoluntate præstatur & rependitur.Cuius rei & si fidei satis tibi argumentis factum esse documentisq; haud obscuris confido,qui nil te rerum mearum celare solitus sim,quas quidem certè ius amicitiæ iuratissimæ communicandas esse sanciat & præscribat:tamen quo impendio magis fiduciam tuam cõfirmem, opinionemq; alijs faciam, quæ nulla uel ætate obliterari uel suspicione labefactari possit,certum est mihi pignus quoddam tibi dare haud impar ipsi fidei. Siquidem amicitiæ nostræ testimonium literis meis consignatum, posteritatis memoriæ mandare constitui,nisi quid mihi interim acciderit:inter eaq; monumẽta consecrare(qualia erunt cunq;)quibus in ipsis incidam,utcunq; memoriam cultarum à me amicitiarum. Vnde olim fortasse tui meiq; nepotes exolescente cognatione coniunctionis tamen animorum mentionem instaurabunt, & tanquam tesseras amicitiæ repetent & agnoscent in multas ætates perennaturas. Nam Franciscus & Christophorus tui cum meo utiq; Dracone et Gulielmo,traditam à nobis colent per manus amicitiam, ab ineuntibus ipsam ætatulis coalitam, nostræq;, ut opinor, æmulam & supparem. Proinde qua de re ad me scribis, amicè me admonens ne iacere in obliuione sinam id quod à te repetij,de ea re per me licebit in oculum utrumuis(quod dicitur) ut dormias: nam id accuratũ tibi reddam primo quoq; tempore si semel retractauero. quæ mihi antiquissima nunc est cura: tametsi multa me circumstant inceptata ocio meo imminentia,manumq; mihi inijciunt stylo supersedenti. Reliqua mox coràm ut spero,id est post natalem naturæ nostræ reuiuiscentis, quam Pascham appellamus. Audiui de Maino liberos tuos iam meliusculè ac propè cõfirmata esse ualetudine.quod ut

A ut mihi fuit iucundum, ita ex aduerso pene flebile, quod eo die primum resciui fratrem meum & nonnullos meos necessarios grauiter ægrotare, cum interim tres nunciosab urbe habuerim. Saluta mihi Franciscum & Christophorum, cum prius eorum matrem salutaueris. Literis Christophori nunc non uacat ut rescribam. Vale, E Marliano meo VI. Calend. Martias.

Gulielmus Budæus Ludouico Viui S.

Literas unas accepi tuas Calendis Decembribus scriptas: alteras pridie Calend. Apriles. Præterea nullas ab eo quidem tempore. Quare nolim ut mihi succenseas si expectationi tuæ non satisfeci. Posterioribus literis fateor me iure à te taxatum, qui in longa satis epistola omnia potius scripserim quàm id quod maximè cupiebas. In causa fuit, quod eum in promptu non haberem quid ea de re censerem de qua tu me sententiam rogabas, id argumentum scribendi non libens arripui. Ipse uerò ne nũc quidem habeo quid dignum expectatione tua scribam, nisi in sententiam tuam pedibus eam. Sed uerebar ne id tu non tam iudicij quàm detrectationis atque inertiæ esse interpretarere. Itaque cum aliud animo styloque tum agitarem, uel id memoria excidit, uel eo additamento extendere epistolæ magnitudinem iustam nolui, quod mihi non satisfacturum postulationi tuæ uidebatur. Nunc quando iterũ appellor, necesse est ut dicam quod sentio. ἦν τὸ ἀπόρρημα τὸ σὸν περὶ τῆς ὑποθέσεώς τινος καὶ ἀφορμῆς οὐ τῆς τυχούσης λαβέσθαι, εἰς τὸ ἔλεγχόν τινα καὶ ἐπίδειγμα δοῦναι τῆς εὐφυΐας τῆς σῆς, ἐν τοῖς καλλίστοις τε καὶ σπουδαίοις τῶν λόγων ἐξησκημένης. ἠρώτα δέ μάλιστά σοι ὁποῖόν ἐστι τὸ γένος εἰς τοῦτο οὖν ἐπιτήδειον. εἰ γὰρ τῶν τυχόντων τινὸς ἅψαιο καὶ τῶν λεπτολογημάτων, ῥᾳδίως μὲν ἂν μεταχειρίσασθαι ἐδόκεις, οὐκ ἀξιεπαίνετον δὲ ἔφης ἔσεσθαι. εἰ δέ τι τῶν προὔργου ἀνέλοιο, τοῦτο δὴ πρὸς τοῦ πολλά σοι πράγματα παρέχειν, καὶ οὐκ ἂν ἀπολαῦσαί γε εἰς προσδοκωμένην σοι δόξαν, ἀλλὰ τὸ πολὺ καὶ δυσχερὲς τῶν διορθωθησομένων. οὕτω γὰρ εἶναι τάδε τῶν νεωτέρων φιλοσόφων τε καὶ θεολόγων διεφθαρμένα, ὥστε καὶ ἧττόν ἐστι ταῦτα ἀνακτᾶσθαι δυσχερὲς, ἢ ἐπανορθῶσαι κεκαλλιτιμημένως. ταῦτα μὲν οὖν οὕτω σοι σχεδὸν διηρῆσθαι ἔοικε. περὶ ὧν ἀνάγκη μοι ὡς εἶμαι

B αἰτουμένῳ σοι φίλῳ τὴν γνώμην ἀποφαίνεσθαι τὴν ἐμήν. αὕτη δέ ἐστιν ὅμοια σχεδὸν φρονοῦσα τῇ σῇ περὶ τοῦ πράγματος ὅλου. τὰ γάρ τοι μὴ καλῶς κείμενα ἤτοι μεθαρμόσαι δεῖ ὁλοσχερῶς, ἢ κατὰ χώραν ἔχειν ἐᾶν, ἐπεὶ τὴν τοῦ μὲν ἐπιχειρουμένης, τοῦ δ' οὔ, οὐκ ἂν φαύλοις τῆς δόξης τοῦ εὑρήματος ἀποστερηθείς. ὅτι τε ἐγχειρῶν τις τὰ χρήματα τοῖς ἐγκαταλελειμμένοις ὑπό σου, τήν τε μνήμην ἐξαλείψας τῶν ἐπανορθωμένων σοι, καὶ δόξαν δὴ πᾶσαν πλέον τῶν κομιεῖται παντὸς τοῦ κατορθώματος. ὅπερ ἔγωγε ἤδη πέπονθα ἐν πολλοῖς, ὑπὸ τῶν προσεπιστημοσυμένων εἰς τὰ τῶν πανδεκτῶν διανόηματα τοῖς πολλοῖς. εἰ οὖν χρῷ μοι συμβούλῳ, μᾶλλον ἂν σύ γε ἕλοιο τῶν πραγμάτων μὴ ἅπτεσθαι ἐξαρχῆς τῶν μὴ πάντως εἰξόντων τῇ φιλοπονίᾳ τῇ σῇ, ἢ ταῦτα ἡμιτελῆ καταλιμπάνειν, οἷον προσωδοπεποιημένα τῇ τῶν διαδεξομένων τὸ ἔργον εὐδοκιμήσει, ὥσπερ ἐμοὶ συνέβη. τοιαῦτα μέντοι ὡς ἔοικεν ἐπιτηδεύειν βέλτιον, ὧν σύ γε ἐλπίζοις ἂν εὐμεταχείριστόν σοι τὴν διέξοδον ἔσεσθαι. καὶ μὴν οὐδ' ἂν ἔσοι σχεδὸν τῶν περὶ τὰ θεολογούμενά τε καὶ φιλοσοφούμενα ἀνέφικτον εἴη, ὀρθῶς γε δὴ καὶ ἀκριβῶς φιλοπονοῦντι περὶ τὴν καλλιλογίαν, εἰ δὲ δὴ τὸ ἐπίφθονον δέδιας, καὶ τὸ ἐπαχθὲς βαρύνῃ τοῦ πράγματος, ἀλλὰ τοσοῦτον φιλαιτίους τοῖς ἀσφαλεστέροις ἐχθρούς, οἵτινες εἰώθασιν ἐπιφύναι ἀθρόοι τε καὶ χαλεποὶ τοῖς καινοτομεῖν τι τολμήσασι, πῶς ἂν γένοιτο, εἶναι σὺ δοκοίης τὸν θυμὸν, καὶ ἀνδρὸς συμφανεῖν τοῦ Ἐράσμου σου, ὃς πρῶτος καὶ μόνος ἀνελέσθαι τε καὶ ὑπομεῖναι τὸν φθόνον οὐκ ηὐλαβήθη, καὶ τοῦτό γε ποιῶν διατελεῖ νεανικῶς τε καὶ εὐτάκτως. ἢ δὴ αὐτὸς προθυμίᾳ τε καὶ γενναιότητι χειροθετείσης ἤδη τὸν θιασώδης αὐτῶν παρασκευάσας, μιμοῦ δὴ τὸν ἄνδρα, καὶ αὐτὸς ἐν μέρει τοῖς τῶν σπουδαίων λόγων ἐφιεμένοις ἐνδείκνυσθαι παρασκεύαζε. Quod de Hermano & Declamationibus scribis, hoc quid sit nõdum resciui. Æstatem hic acturus sum: sed sæpe in urbem commeare mihi necesse ob negocia etiam litigiosa: ne tu me uersari alto in ocio putes. Breui epistolas & opusculum editurus sum, ut homines flagitanteis quasi creditores instantiores dimittam. Apud Oratorem ἐν τῷ περὶ εἰρήνης προεῖσθαι, rectè legitur, in hanc fermé sententiam. Primum quidem uideo res huius temporis magna difficultate implicatas esse atque turbulentia: non ob id tantum quod multa ita proiecta sint & derelicta, nullum iam ut sit operæprecium rectè de ijs censere, sed etiam quod de cæteris is penè sit sensus hominum, ut ne de unica re tantum inter omnes conueniat quid sit factu optimum: sed ut huic hoc modo, illi alio conducibile esse uideatur. προεῖσθαι & πρόεσθαι uerba sunt apud eum aliosque oratores frequentia. & Lysias ipse infra

hac eadem oratione, καὶ τὰ προοίμια ἴσως βελτίω. Λυσίας. ὅτι ὑμῖν οὐδὲν προσήκει τὴν σφετέραν αὐτῶν, nihil dilargiuntur. προΐεμαι προίεμαι, ut τίθεμαι. Apud Aristotelem ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας, locus obscurissimus sic, ut opinor, intelligendus, λόγος δὲ ἐστιν αὐτοῦ, τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὰ αὐτά, ὅτι δὲ μετὰ τοῦ ἐστιν, ἢ ἦν, ἢ ἔσται οὐκ ἀληθεύει ἢ ψεύδεται. Eadē inquit est definitio (sic enim λόγον usurpare solet Aristoteles) casus nominis quæ & recti est, hoc est eadem Philonis quæ est Philon. Vt enim nomen est φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην ἄνευ χρόνου, sic etiam casuum eius cæteris in omnibus ea est definitio. Hoc tantum excepto, quod cum tribus temporibus substantiui uerbi iunctum nondum perfectam enunciationem facit. Neq; enim aut uerum aut falsum est enūciatum φίλωνός ἐστιν, nisi aliud addatur. Est autem κατὰ τὰ αὐτὰ Atticè, idem quod κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. En tibi ad utranq; epistolam, quod citius habuisses si organum hic Aristotelis habuissem. Gratulor tibi mirificum & plaudendum in rhetoricis profectum, cuius fidem mihi fecit Erasmus. E Marliano nostro, IX. Calend. Maias.

Gulielmus Budæus Germano Brixio S.

Ain' tu tandem inescator hominum? tædium mihi ruris leuare uoluisti? en tibi accipe ad literas tuas haud ita ualde ipsas circumspectas, ut eleganteis & eruditas, ut iam ego planum faciam. Primum quod scribis procul me à mari piscosisq; amnibus habitare, ob idq; iudicas non posse prægrandibus istis piscib. uesci & abundare, quorum uobis copia est in urbe ieiunia agitantibus: num istis tute me duci reris epulis, quæ non nisi magno emuntur, condiuntur magno & struuntur, ægrè etiam concoquuntur? Quasi uerò in urbe domiq; meæ esitare huiuscemodi solitus sim, nisi quum lautioribus mensis (quod non libens facio) numerū parasitorum augeo. Meministi, ut opinor, quàm raro apud te hominem mihi amicum, amicorum communitate studiorumq; coniunctum, grauatè & fastidiosè consuerim promittere: haud aliam fermè ob causam, quàm quod conuiuator iam propemodum luxuriosus factus es, eoq; nomine in sodalitio uestro Canonico gratiosè famigeratus. Qui numerum nullum statum legitimumq; obserues in uocandis conuiuis: non uices conuiuasq; alternes ciuili frugalitate, nullum penè modum teneas apparatus & ferculorum: quasi legibus sumptuarijs sodalitiorumq; solutus. Sic uerò sum omnino, certa omnia magis & modica quàm grandia & ancipitia quæro. At tu conuiuia exerces iam dubia, ad quæ nonnulli fortasse simpliciores promittere grauentur omine deterriti, ne impransis ipsis tandem abeundum sit. Ac tanquam ad corollaria uocaris, adijciales epitulas conuiuis tuis apponis æmulas Pontificalium. Neq; uerò si me aliquantum attentiorem esse ad munera mensæ animaduertisti, cibiq; largiusculi (habeo enim ferè statutis horis rectè constitutam iustamq; cibi appetentiam) idcirco etiam liguritorem existimare debuisti, ac delectum habentem inter bellissima quæq; fercula. Quippe qui in dubijs tuis prandijs partes solitus sis mihi (quas Grçci μοίρας μερίδας q; uocant) in quadra cumulare, pulpamentaq; lectissima obtrudere inuito, ex eo genere decepta, quod è uico cupediario petitur. Cum interim ego fame abuti in bubula, ueruecina, uitulinaq; gaudeam. Qui etiam causa mea aliquando inter assa, uncta, condita, primarijq; saporis esculenta, prægrande pectus uituli interposueris molli cartilagine. In quo ego prandium consumpsi quando per te licuit, sed intacta tute à me fercula auferri non sinebas. Certè quidem ex eorum numero esse me non existimas, qui languentem famem moliri aut intendere edulium rerum uarietate student, opsodædalorumq; opificijs. Neq; hunc meum morem non facilè tibi approbo, ut opinor, qui cum profusus penè sis conuiuator & anxius, nec morosus tamen es conuiua nec prędelicatus. At etiam homo religiosus uno mense factus, religionis me implere uoluisti, tanquam istic quàm hic plenius & cōmodius officijs fungi pietatis, muniaq; obire innocentius possim ad religionem tuendam pertinentia. Quasi uerò ista quibus tu me inescare contendisti (ut tuo uerbo utar) non ad palatum magis quàm ad stomachum faciant: aut ad ieiunium magis quàm tripudium apposita sint. Scilicet decumanum hoc ieiunium & quadragenarium ad ganeæ cultum, distentionemq; alui & uentri-

A uentriculi,non ad tenuandos adipes institutum est,exinaniendaq; intestina,id est ad cupidinis alimentum,fomitemq; uoluptatis circumcidendum. Obsecro te Brixi, liceat mihi per te stomacho meo seruire & palato, quod pene iã ipsum uel obstupuit, uel occalluit ad istas uestras lautitias mensæ,Sybariticasq; delicias. Licebit per me uicissim ut uos belli homines atq; urbani, genium uestrũ curetis molliter & indulgenter,interim dum ipse cum meo belligero.Ego enim si forte nescis, hic annuam catechesim tanquam in uestibulo philosophiæ facio, ut experiar & probem ecquid tolerandæ esse possit abstinentiæ istatum rerum animus delicijs ineducatus. Itaq; desine hanc mihi rusticanam uitam,uel inuidere,uel obijcere, tanquã sordide mihi hoc tempore uiuendum sit in loco deuio,& procul omni mercatu:aut cedo quemuis arbitrũ, uel eum ipsum si libet manticularium Franciscalem, cuius tu doctrinam & facũdiam magnopere uerbis effers. Sponsionem enim tecum eo iudice faciam,ni ciuilis hic uictus,quo me ruri quoq; uti arbitror,propior est ieiunio ac magis cõsentaneus,quàm iste tuus urbicus atq; etiam Pontificius. Cum autem ista me in uniuersum affluentiora non iuuant, quæ sordes exprobrare uidentur antiquæ frugalitati, tum etiam huic meæ sententiæ accedit, quod pene anno uertente satietatem ac fastidium discutere nondum potui anni superioris,quum ipse grandibus,uastis, uarijs piscibus secũdum ripas Rhodani saginatus sum:prope ut nunc etiam mihi ructare uideat tursiones,alosas,porculos marinos,rhumbos,lumbricos,mugiles,lupos fluuiatiles, omninoq; primæ autoritatis pisces ingentes,mediocres, paruos: quorum si nomina me poscetes, nomenculator quispiam mihi opus esset ex priscorum numero, qui Latine suggereret.Cæterum in suo quosq; genere laudatissimos,marinos, fluuiatiles,lacustres, & e stagnis petitos,elixos,tostos,inassatos,frictos,operi pistorio incoctos,atq; hos à cocorum primoribus conditos, omnibus lenocinijs popinarum concinnatos & adornatos. Huc adde maiorum lancium accessiones, quasiq; iustorum ferculorum asseclas,catinos interiectos, quibus scilicet grandiores epulæ distinguuntur, minutalia, fartilia,e lactibus ouisq; piscium esculenta confecta,alicas saccharatas & intritas,pul

B tes e nuce pinea,sorbitiones suauissimas, argumentaq; omnia splendidiorum regiarumq; mensarum,longo ordine extructa,mirifice concinnata, gulæ torpentis inuitamenta:deniq; omnes iuris culinarij species,quibus opsodædalorum mancipes artem præcipue nũc uenditant. Æstima tecum paulisper quàm mihi expleri his rebus licuerit:quum igne eodem aquaq;,ut dicitur, eadem uterer cum amoribus & delicijs tum mi illius Decurionis. Qui ut erat ipse accenius interioris aulæ, sanctiorisq; cubiculi arcanorum arbiter, oculi item & aures Regis, præpollens gratia flagrantissima: ita tum inter comites habuit legationisq; ornamentum,quos ei deligere uisum est ex omni ordine aulici ministerij & comitatus regij. Porrò autem cum passim pernotuisset eo ipsum esse loco numeroq; apud Principem, uel numeris potius omnibus ita exemptum, interq; gratiosos eximium, ut facile atq; adeo animi cum æquitate omnes ei cederent (& erat ille alioquin ingenua probitate commẽdatus apud omnes) quacunq; iter fecit,certatim & cupide unumquenq; nobilissimorum & prædiuitum accolarum (quorũ bona pars in eius erat comitatu)facere uidebamus ut eum eiusq; comites interiores acciperent profusa quadam ambitiosaq; solertia.Quo in certamine nullum non genus scitamenti culinarij: nullum non est specimen editum artis opsodædalicæ atq; popinatricis.Nescires artem magis an copiam admirarere. Quare cum inde fartili mihi & saginato redire contigerit,ac redundanti stomacho: quæ tandem inuidia est in hoc me nunc secessu tanquam expiatorio extenuare,uti solent aucupes uenatores saginam accipitrum exinanire in auiario contractam dum deplumescunt,detractione cibi:stupeisq; inuolucris catuncula prætectis eorum famem ludificari? Atqui præclarum id mihi preciumq; operæ fore censebam, si earum rerum inediam hoc anno compensarem cum illa redundantia, & ueluti stomachum meum lustrarem ab illa contagione luxus. Sed mihi propositum tenere non licitum est per amicos urbanos,qui inuito & reclamanti munera missitant eiusce modi,ut me solertioris coci desiderium sentire coegerint,quod ante non contigerat: quum ipse alioqui cetarijs, salsamentis, salmone muriatico, & salgamis refertam penum haberem,

omniq; genere earum rerum quibus huius temporis secundæ mensæ constant, præter C
dijs præludia. Tum etiam quæ in usu sunt tragemata serotina, abũdè huc importanda curaram, & asseruanda. Nec plus tria millia passuum absum à pago ualde frequenti (cuiusmodi Græci appellant Comopoleis) in uia militari sito: in quo mercatus est quotidianus piscium quoq; marinorum. Itaq; sic constitutam rem habeo œconomicam, ut opsonari identidem possim si libitum sit: nõ etiam ut mihi sit necesse. Verum tute quid censes sacrarum concionum frequentator? num & gulam & mensæ lautitiam nitoremq; intendere ob ieiunium, pietatis esse putas & sacerdotum sanctimoniæ? an potius ieiunij & abstinentiæ ludificationem, ac ludibrium religionis? Nisi uero bonæ fidei conuenit, gratum id Deo sacrificium abstinẽtiæ existimare & complacitum: ut per speciem ieiunij, quod cibis ipsum parabilibus melius quàm structoris egentibus peragitur & sustentatur, prætextum helluationis arripiamus, liguritionisq; patrocinium. Sed tamen ipse ut lubet corpusculum curato: piscium etiam satietatem opsculis dulciarijs, placentulisq; cumulato, sint tibi liberi bellaria quę dicuntur splendidæ mensæ clausula, cum crustulis tenellis & saccharatis aromatite innatãtibus: quarum deliciarum exemplum hic esse nullum hoc tempore aut certè rarum fateor. Ipse tenuitate uictus non sordida, sed frugali, sanctius atq; innocentius censeo peruenirí ad sanctificum illud crustulum artocreasq; uiuificum, quo epulari die Christi uesci sobrij demum coepulones ieiunijq; solemus. Proinde hoc genere lactare me, in urbemq; è uilla pellicere non potes. Restat illud alterum in quo nõ tam promptum est expedire defensionem, præscriptioneq; philosophica intentionem tuam summouere: quæ non ad corpus iam ipsa, sed ad animum pertinet, qui negligi sine scelere nequit. Tametsi quod seuerè me admones huius temporis rationem esse habendam, quod (ut ita dicam) pietati & ceremonijs religionis orthodoxæ debet esse feriatum, amicè id tu quidem, atq; ex autoritate sacerdotij, & tanquam iure tuo facis: nisi quòd paulò serius id tibi in mentem uenit ut faceres: fortasse posteaquam amicus quidam meus mandato meo te salutauit. Sed fac esse ut temporarius admonueris: an ego confestim concionum elegantium desiderio uxorem liberosq; ualere hic destitutos iuberem: ut dicto audiens tibi essem? an liberos & familiam, & larem deniq; familiarem ad annum hic constitutum & compositum, abrupto consilio in urbem deportarem? Id quod si facere mediter, omnia penè huius mei uici uehicula pro imperio cõprehendi ut iubeam necesse sit: hoc intempestiuius etiam quod ueruacta iterantur nunc ad sementem. Deinde ut utrobiq; domum domiciliumq; habeo: ita etiam penum hic & istic instructam & refertam habere me credidisti? Ecquid tu dignam potius istius concionatoris eloquentiam esse censes: quamobrem succidiam à propola ecitare, uinum à caupone bibere, peregrinari in urbe, domi deniq; meæ hospitari debeam? Atqui rudimenta œconomiæ, ut uideo, nondum planè posuisti, qui rei familiaris tam sis incõsiderans. Tametsi hoc anno binas ędes mercatus continentes, quasi habitator desultorius identidem commeas in utranq; intergerino patefacto. Mihi omnia impeditiora quàm ut desulturam sic possim factitare à uilla in urbem, in uillamq; ab urbe. Nimirum, ut dixi, aut nondum planè tenes omnem œconomiæ rationem, aut rationem tibi excussit hominis admiratio è loco superiore de rebus diuinis declamitantis, sublimiter, ornatè & uehementer. Quibus auditionibus ita incitatus es fortasse ad rerum cœlestium curam intentionemq;, ut iam hæc inferiora indigna esse censeas animaduersione. Equidem uidere mihi uideor animum istum tuum, figmentis dudum poeticis addictum impensius, commentisq; antiquitatis imbutum religionis nesciæ, egregięq; tinctum, pro eo ut illis studijs nunc ardeat, charitate pia flagrantem, ac pietate perfusum, totumq; in earum rerum meditatione immersum, in quibus altius impressa uisuntur uestigia ueritatis ferentia ad summam æternamq; felicitatem. Nam sacrorum uoluminum lectionem, rerumq; diuinarum contemplationem quæ animo tantum percipiuntur, quid aliud esse dicas quàm ueluti contrectationem quandam iucundissimam pignoris & syngraphæ supernè nobis datæ, ne in dubium ueniremus de pollicitationibus Domini nostri Christi, deq; spe æternitatis diuinitus pronunciatæ? Istiusmodi habitum affectionemq; animi gestiente religione

A gione perciti, quam in te nunc agnosco, lectione sæpe, auditione interdum expertus sum in meipso. Sic sunt profecto res cœlestes: ea est uis commentationis piæ: is (ut ita dicam) genius sacrorum monumentorum, ut qui ijs legendis contemplandisq; se bona fide enixeq; dederit: is præuertendam eam curam intentionemq; rebus alijs omnibus animaduersionibusq; statuat. Sed ea est (ut nosti) naturæ nostræ inconstantia, sic obnoxia conditio animorum etiam (quod miremur) ad imaginem diuinam creatorum, ut simulac mentes excurrere curiose cœperint & errabūdè, spiritualium rerum facessat admiratio: tum subinde obliuio surrepat specierum mirificarum, intelligibiliumq; rerum, quæ nobis contemplantibus uersari ante oculos conspicuè uidebantur. Nunc enim penè contritum scimus ac uidemus euangelium, partim in suggestis uociferando, partim legendo decantandoq;, dum res fiunt diuinæ, & tamen ius nullum minus hodie usurpari notum est, quàm duo prima legis euangelicæ capita, qui duo iuris apices summam iustitiæ continent. Quantum enim loci charitati à Christo institutæ utriusq; imperij formulæ: quantum ius moribus constitutum: quantum deniq; uita profana iuxtà atq; initiata reliquisse nunc uidetur? Quid autem manifestius, quid est quod minus inficiari possimus, quàm consilijs nostris & factis publicè priuatimq; dicta nostra refelli? An uitæ innocentia respondet doctrinæ, quam ut sanctam, diuinam cœlo delapsam exosculamur? Quotusquisq; est hodie etiam uestri ordinis, qui cohortem Christi efficit, quin rubi fasciculum libentius, quàm paupertatem, simplicitatem, tolerantiam amplexetur: aliaq; bona nomenclaturæ euangelicæ: quæ diuino elogio in prima commendatione sunt posita? Quod si repetere exempla non grauaremur ex annalibus sacris, quot, quantos, quàm locupletes testes excitare è monumentis, uel è cœlo potius deuocare possemus: ad astruendam huius ipsius doctrinæ autoritatem? Sed scilicet obsoleuit iam uitæ ratio in summam innocentiæ subducta, uetustaq; abstinentiæ exempla malè ætatem ferunt. Iamdiu enim corrupti mores seculorum successione quasi per manus traduntur, parentesq; liberis ac nepotibus deinceps poculum erroris hallucinationisq; propinant. Noui

B quàm ista ratio frigeat ad populum & proceres: sed memini quicum sermociner: recum scilicet ab illo sacro oratore feruenti, classicoq; instincto ueritatis è suggestu promulgatæ. Quapropter cum in lubrico agnitæ ueritatis complexus sit positus, nobis dum res calet uidendum est etiam atq; etiam ut propositum confirmemus, ut consilium instruamus ac roboremus adeundis sensim consulendisq; oraculis, ut ea retinacula certæ & exploratæ fidei arripiamus, consertisq; digitis comprehendamus, quæ abrumpi facilè nequeant aut dissolui. Ne si nos rursus cupiditatum æstus & curarum abducentium à ueritatis intelligentia, ab eaq; abhorrentium, in altum erroris discriminisq; referat: ibi iam gubernacula ratio sensibus eripere non possit, aut præripere: nec sacra in salo anchora se stabilire. Idq; eo enixius prouidendum, quod ita ferè uel natura uel moribus comparatum est, ut qui in uastum illud pelagus cupiditatis auferendos se dederunt: quasiq; prouehendos fortunæ Fauonio: non in uado quidem illi agi sese aut in portu, sed littus affuturum statim putent: rationem etiam præsto futuram prima quaq; occasione confidant, quæ nauem retro inhibeat, in portuq; statuat cum res ita tulerit, id est cum omnia permensi fuerint quæ animo destinauerunt. Verum mihi cum hæc loquor, cœlum iam undiq; & undiq; portus. Idcirco uela contraham iucundæ digressionis. Nam quid iucundius animo philosophiæ despondo, quàm ex negociorum tædio quæ tot nobis uita exhibet, paulisper interquiescere in ueritate inspicieda? Magnam uerò in opinionem apud me uenit sodalis ille Franciscanus, qui tibi acri homini ac seuero ingeniorum arbitro, meaq; sententia incorrupto, usq; adeo se probauit: si quidem ex animi sententia ad me scripsisti, id quod mihi persuadeo? Atqui torrenti hominem esse oportet eloquentia, qui te sic totum rapuerit, secularique uitæ & turbulentæ fortasse abstulerit. Quem tamen ita demum iudicabo aculeum in auribus, fauumq; (ut ita dicam) Suadæ illius flexanimæ relinquere in præcordijs auditorum: si feruor ille charitatis quo tua nunc mens flagrat, deuotæq; Christo pietatis igniculi, ab ipso nunc excitati & inflammati in animis ad se uenritan

tium, ne tum quidem conciderint atque emarcuerint, cum folles reflaccuerint: audirique ille desierit qui uobis delacrymationem excussit. Non dubito socium tibi esse in eius admiratione, deprædicationique tuæ magnificè subseruire, hominem utriusque nostrum amantissimum, rerumque diuinarum cupidissimum Stephanum Blancum, ratiociniorum regiorum actuarium. Cui iam ne quercetum quidem illud suum cordi est, ut opinor, quod nuper instituit. Villa etiam amœnissima fordet præ meliorum rerum æstimatione. Nam afflictam in te animi alacritatem suspicor, orisque festiuitatem abiectam, aut depositam, qua tu copiosa tua conuiuia etiam exornare solebas, gratioraque reddere. Agedum macte esto Germane egregia ista uoluntate, utraque insontis & exactæ cupiditate: quando curam iam, ut audio, atque etiam ex literis tuis facilè conijcio, antiquiorem nullam habes, quàm ut à capite periculum propulses, fortunis iam parum intentus. Facilè autem cum uoles in hoc tuo consilio assensore me utere, quanquam procul agente ab illis uestris suasoribus. Sed ut mihi olim ipse ludi magister fui in literarum bonarum disciplina, adnitor etiam nunc suasor esse mihi ad studium emendatioris uitæ. Sunt & mihi sacrosanctæ doctrinæ libri, ex quibus illi mutuantur quæ de loco superiore dilargiuntur. At deest actio & spiritus orationis, sine quo sententiæ ipsæ iacent. Si tu persuadendi uim in charitate incitata ponis, in uultu quidem ipsa, oculis, & uoce eminente, fateor: sin tu in actione hypocrisique oratoria, cur non possim mihimetipsi lectorem me sistere, iacentem in libris orationem excitare, animamque inanimæ inspirare, schemata denique & gestus congruos accommodare? Sic fere mihi uices supplere solitus sum earum rerum quas mihi uel fortuna, uel uitæ institutum negauit. Hanc uerò commentationem ultrò nobis intendit huius hebdomadæ sanctitas, quam ritus germanæ & rectæ religionis destinauit Soterijs agendis. Siquidem maiorum institutis Seruatoris nostri supplicium æternæ memoriæ consecratum est, ut nobis salutare. Quippe cui omnes mortales, alteris quidem natalibus orti, mysticaque genitura & adoptatitia filij, λύτρα debent & σῶστρα. Quæ cum ipsa dissoluere non queamus, par est utique debitum saltem ut agnoscamus, conditionemque obnoxiam, nisi ob noxam dari uolumus, eum etiam ueluti Seruatorem colamus, ueneremur, obseruemus obsequiosissime, qui nos exemit noxæ. Is ante diem decimum Calendarum Aprilium acerbissimum supplicium seruileque perpessus (quo die imperium mundi orco abrogatum est, trucique eius ministerio) uno die interiecto à morte excitatus, genus humanum natalibus mirificè restituit: quem diem nunc festum agimus in memoriam naturæ instauratæ. Et fuit assurrectio Christi reuiuiscentis, excitatio naturæ humanæ intermortuæ, uereque ut dicam mortis internicio. Ad hos dies celebrandos cùm amicè nos euoces atque officiosè, quasi nec rectè nec ordine operam hic sacris dare possimus, iustaque diuini cultus implere ob penuriam scilicet interpretis sacrorum, quum sacris nunc panegyricis omnia propè fana in urbe circumsonent: gratiam quidem ipse tibi pro nostra amicitia habeo: non etiam hoc tibi do, ut si copiosius istic uobiscum atque affluentius qua sacris qua profanis rebus, commodius quoque & felicius agatur. At enim concionibus caremus hoc tempore, cum maximè tempestiuæ sunt & propè necessariæ. Nos uerò plerunque (ingenuè enim fatebor) atque eius notæ theologorum qualis est ille qui te totum elucratus est & possidet, nisi manu miserit. Nec tamen ipsi non habemus interdum auditiones tum iucundas tum utiles eorum qui uicatim tyrocinium factitant: nõnunquam etiam ueteranorum quasi prouinciam obeuntium, qui nec ipsi à corona destituuntur, quod in urbe multis accidit, ubi nõ tam stat religione huius professionis gratia & autoritas (si uerum dicere licet) quàm lepore & salibus, & illecebris sermocinationum: neque ferè tantum esse operæprecium doctrinæ existimatur, nisi sit quippiam quod proritet religionem, à facundia illud quidem aut acrimonia exercitum. Sed sit hoc nobis incommodum, quod ut piscatu illo grandi & copioso, sic grandibus illis etiam expiscatoribus animorum non abundamus. Quorum tamen euerricula concionum ingenti strepitu iactata ductaque, capturas plerunque referunt perexiguas, ut in aquis piscantium uerricula uidemus sæpe

per

A per summa phellis lusitantibus speciem ingentem capturæ fallacemq; præferre, cum linus ipse extremus herbulas aut quisquilias trahat pisciculis immixtas. Vtinam autem (ne inuidere me homini putes) in nassam eius luculenta uis piscium maiorũ tuiq; similium tecum insinuarit, ne retrocedere scarorum more possitis. Ita enim ex ore ipsius pendere nũc diceris: ut ceruicem inseruisse in eam te existimem. Verum sit hoc unum nostrum, ut dixi, incommodum: quot id tandem cum cõmodis secessus ac beatæ solitudinis possumus compensare? Atqui uelim sic existimes, ita me illecebris huius habitationis captum, ita inuitamentis huius ocij conuersationeq; delinitum, ut gratulari mihi non desinam quod hoc consilij ceperim: tantum abest ut pœnitẽdam mihi ducam hanc commutationem domicilij. At isti quibus libertati litare nũquam contigit: tanquam mei furtum fecerim, aut alio quouis modo incõsultè de me statuerim, insectari insistunt. Quos ego iudico uel rationum mearum constitutionem non capere, uel non intelligere quid sit hominem optimè de se mereri. Id quod de te iudicabo, si posthac te intellexero subscriptorem eorum esse opinionis. Quãtum autem id esse arbitrare, quod nec oculis nec auribus sorbere cogor tot indignitates quibus res urbicæ ciuilesq; implicatæ sunt? quanti me facere quod omnium dierum uacationem, omnium horarum libertatem, omnibus numeris absolutam habeo immunitatem functionum atq; officiorum à studio literarum abhorrentium, cui me totum dicaui? Iam magnum hoc per se compendium bonæ operæ, quòd in illo diuersorio incertis ocij quod publicum est ambulacrum, statis horis non nisi raro uideor in turba prodeambulantium. Nec uaniloquentiæ famigeratorum ausculto. Magnum modestiæ, mendacij, æstus, angoris lucrum: quod cœnas prandiaq; condicentibus, non excusare negocium, non causas ementiri me oportet, non temere interdum promissa officia aut renunciare, a ut turpiter destituere. Quid quod tanta trãquillitas apud me interdiu, tanta libertas ab interpellatoribus: tantum deniq; secretum ab arbitris cum uisum est, quanta esse apud uos concubia nocte potest? Et tu urbem mihi sub diem hunc festum repetendam esse censes ad expiationem animi, quę nobis necessaria est

B ad epulum Christi uenturis? Quid si multi sunt qui alioquin in urbe assidui, & sesquipedem à foro non discedentes, tamen his diebus frequentiam urbis fugitantes in uicos dilabuntur: tanquam melius se lustraturi procul ab urbis obturbationibus? Verum amabo te mi Germane, iocon' an bona fide hæc tu uerba aut in hanc sententiam scripsisti, cupisse te quoquo modo tædium mihi ruris leuare? Non opinor. Quid mereri me uelle censes ut consilium hoc mutem? Vtrum in aula gratiam secundariam (nam primum tueri autoritatis locum nequirem) ut nuncium hoc anno remittam solitudini huius uillæ, quæ mihi benigna suppeditatrix est ocij liberalis, quod semper feci plurimi? Certe hoc credes iniurato, nisi uir bonus esse æquusq; mei existimator desijsti ex quo Theologis te agglutinasti: hoc nimirum (inquam) mihi credes, nihil tanti nunc esse quamobrem retexere rationem consilij mihi persuadeam, quam ætate iam uergente constitui. Cuius cum pars sit hic secessus, quem ad tempus complexus sum: mihi (ut spero) nec excuti, nec extundi, nec extorqueri poterit: nisi ui adhibita maiore. Literarum tuarum lepôre iucunditateq; delectatus, hucusq; præter destinatum produxi epistolam, longius (ut opinor) quàm captus ferebat epistolaris. Sed animo libentius atq; amicitiæ, quàm legibus technicorum seruio: quarum quidem sanctiones uiris magnis non fuisse sacrosanctas uideam. Vale, καὶ τὰ τῆσδε τῆς ἐπιστολῆς, τὰ μὲν παιγνιωδῶς ἔχειν δοκοῦντα, ὡς πεπαιγμένα ὑπειλήφθω ὑπό σου. τὰ δ' ὡς ἰταμῶς εἰρῆσθαι δοκοῦντα, ταῦτα δὴ ἀπαδυσωπολογούμενα, νενομίσθω κατὰ τὸν ἐνδεχόμενον τρόπον, τὰ πρὸς δὲ θεῖόν τι καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀνήκοντα. ταῦτα γάρ ἐστι τῶν ἐκ ἐνδεχομένων γέλωτα, καὶ τῆς παιδιᾶς ἀπηλλαγμένως. In Marliano nostro, Pridie Nonas Aprileis.

Gulielmus Budæus Francisco Deloino salutem
dicit solita uberiorem.

AMbas tuas epistolas accepi Parisiis cum festinans in Sammorianum meum in transitu domum uiserem. ex quibus intellexi quid ageres, ubi esses, quonam

A posthac cum scripsero, ne tu omittas uxori tuæ & utriq; filiæ salutem à me dicere, etiam si oblitus fuero. Saluta Beraldum siquādo te inuiset, & tuum meumq; Brixium, quem tamen raro nunc te uisere autumo.

Gulielmus Budæus Ioanni Picarto, s.

IAm mihi hoc persuasi, tam occupatum esse me non posse, ut tibi feriatum esse omniumq; horarum amicum non necesse sit. Itaq; etsi literis necessarijs distentus erā, tamen cum tuas sub horam cœnæ nunc acceperim plenas humanitatis: officij mei esse duxi hoc quoq; epistolium scribere, quasi accessionem eius epistolæ quam dudum, id est nudiustertius accepisti. Præsertim cum tribus tuis epistolis paucis diebus mihi redditis, paria facere non potuerim una eademq; mediocri epistola. Sed quæ tua est æquitas, facilem ipse mihi ueniam à te promittere possum, si iustas tibi uices huius officij non rependo. Nosti enim quàm mihi multis scribendum sit, quàm sim lectioni deditus. Deniq; operam à me condictam in alia re, non nescius es. Cui cum ipsi accingi meditarer: iamq; tractare chartas, stylūq; exacuere cœpissem, fasciculus à te mihi literarū redditus est, qui sesquihorā exemit, quantā scilicet temporis interea pedinē intercipere à uespertinis precationib. ad cœnam datū erat. Cum autem is qui literas attulit, matutino discessurus sit, & lucubrare à cœna non solitus sim, nunc Germani Brixij literis non respondebo, utri cum primis utraq; lingua docti & elegantis. Et est id argumentum literarum, quod totum hominem, priuatamq; sibi cōmentatiunculam poscat. Neq; enim ut in tuis & fratris, sic in eius literis ludicra res agitur: ut qui commonefaciendum me duxerit rei ita ad me pertinentis, nihil ut præuertendum ei meditationi actioniq; habeam, si de me animoq; meo mereri optimè commodissimeq; uelim. Quocirca gratissimam mihi rem feceris, si ita cum eo egeris, ut intelligat quamobrem literis eius non rescripserim: interimq; salutem illi hoc epistolio dices, si ita occursus uester tulerit. Vale, E Marliano nostro. Calendis B Aprilis, & Palmaribus.

Gulielmus Budæus N. P. s.

MVltum te amo de ingenio nouo quod tibi iam induisse te uideo. Macte ista eleganti urbanaq; comitate esto, ista obseruantia hominum, qui omnia proborum causa uirtutisq; cupiunt. Dabo me tibi certè propediem in eam disciplinam, si urbem reperiuero, ut saltem rudimenta huius artificij discam. Nunquam te suspicatus sum mēte quoq; tam uersatili fore: nam ingenium iamdiu percognitum habebā. quatenus quidem certè innotescere homo homini potest. Enimuero gratulor tibi recentem uillæ amplæ accessionem, cuius nomine atq; omine festiuo oblectatum te esse oportet, augurioq; animi certo amploq; exhilaratum. Nunc intelligo quantum hunc meum fundum contemnas & nihili facias, præ illa tua uilla lauta sanè & magnifica. Puto etiam opimam illam tuam tibi iam sordere suburbanam, quam anno superiore instruere cœpisti. Hic uerò te tui officij commonefieri à me non alienum puto rationibus meis. Scis me in ista ampliore iuris nonnihil aliquando uendicasse, ius etiam possessoris non pridem usurpasse nec controuersum: quā causam cum ad te detulerim ut consultum & amicum, uide per amicitiam nostram, perq; ipsum numē amicitiæ præses (φίλιον Græci uocant) ne me de ea possessione deijcias, cui hoc anno incumbere nec corpore nec animo potui. Nihil de iure tuo moueo: iniuriam tantū deprecor, quod sine captione mea fiat, hac uilla, hac luculenta rationū tuarum accessione auctus sis. Mihi si angulum in latifundio inuideas, causam haud dicere poteris disceptantibus communibus amicis, quin tu amicitiæ iura & necessitudinis præ tuis cōmodis pro nihilo duxisse ac calcasse uideare. Tu hac de re statues, existimationiq; tuæ simul & indemnitati meæ consules. Quanquam si contra animi tui naturam pro teruus esse offirmaris (quod diui omen auertant) ita mei officij ætatisq; in hac amicitia contritæ rationē habere mihi imperabo, ut nec tibi amicitiā renunciē: nec ex iure

manu

manu cōſertum te uocem: aut tibi iudicem ex amicorum albo feram. Nec uerò ideo hæc teſtificari mihi in mentem uenit, quod uel me parum iure ſubnixum putem, uel non tuam eſſe tantam æquitatem, tamq́ mihi ſpectatam & probatam confidam: ut non meum ſeruare potius à te iudicante te, quàm alio quouis amico communi poſſim. Sed quemadmodum conſtantiæ meæ eſſe duxi, communem inter te & me controuerſiam arbitrio tuo permittere, ſic æquitatis tuæ erit nō ſummouere me ab actione cauſæ meæ, quando ita ferre uidetur huius iudicij & controuerſiæ ratio: ut hominem alium ad eius cognitionem admittere debeamus neminem. Ne illud quidem dare mihi grauabere certò ſcio: ut ad huius cauſæ diſceptationem probitatem tuam amicitiamq́ adhibeas altrinſecus aſſeſſuras cupiditati. Etenim cum probitatis integritas Zygoſtatica fide moderabitur examen iuris inter nos controuerſi, tum uerò amicitia, cuius munus eſt inter amicos omnia facere communia, quæ quidem lege non excepta ſint, lancem, ut ſpero, meam quoquo modo propendere ita faciet, ne ullæ latè patentis poſſeſſionem uni tibi addictam cum ramentis, ut dicitur, auferas: ab homine illam tibi amiciſſimo abiudicatam. Id quod ſi factum erit, iudicem alium non appellabo. (Ad quod enim poſſem iudicium ſanctius te prouocare?) Diuûm tantum ſuperûmq́ fidem implorabo, mihi ut patientiam deeſſe non ſinant & æquanimitatem. Tibi autem etiam etiamq́ in hac lite uidendum eſt, ne plus rei tuæ amplificandæ quàm tuendæ exiſtimationis ſtudioſus fuiſſe uideare. In hac enim demum cauſa ſtatuetur utrum tu iſtam integræ perſonæ opinionem fallaci rumore collegeris, potius quàm ratis certiſq́ documentis. Quid autem ſi certare tecum in animum induxiſſem interdicto retinendæ poſſeſſionis? quid tandem uetaret quo minus uel abſens tanta intercapedine temporis poſſeſſionem animo retinuiſſe me contenderem? Præſertim cum propinquum hominem habeam tibi iam factum familiarem, in loco aſſiduum, negociorum meorum geſtorem, ut confido. Sed iam plus aquæ fluxiſſe mihi ſentio, quàm cauſæ mediocritati infuſum eſſe uideatur. Venio ad illum epiſtolæ tuæ locum: Tamen ut uerum fatear, neſcio quis mihi ſcrupulus ſubortus eſt. O hominem te ſemper in uado ſolicitum, in re certa trepidum, in rebus lætis obnunciatorem. Apage iſthinc iſtum odioſum ſcrupulum, ne ratum (ut ita dicam) auſpicium omine incommodo dirimas. Lætitiam ex literis tuis conceptam excepit nuncius triſtis ab urbe, qui mihi mœrorem propè peperit, certè angorem reliquit expectationemq́ ſolicitam. Certior enim factus ſum de ægrotatione grauiſſima unius & alterius ac plurium propinquorum meorum. ob quem nuncium ſtatim iſtuc aduolaſſem, niſi me nuncius incommodè oppreſſiſſet. fac me certiorem an literas meas reddendas Deloino curaueris. E Marliano.

Gulielmus Budæus Ludouico Ruzæo S. P. D.

Ela tu qui ad me hominem tibi amiciſſimum, rerum tuarum cupidum, pro epiſtola grandi grandiorem piſcem miſiſti, ſiue eum Lumbricum ſeu Murenam uocitas: mei certè nec palati, nec ruſtici foci piſcem. Atqui ut ſcias quàm mihi gratam rem iucundamq́ hodie facere in animum induxeris: nihil propius factum eſt, quàm ut ego iudicarem literis te meis irritatum, hoc mihi negocium exhibere uoluiſſe, nō munere delectare, & mihi commodare. Principio non neſcius eras, quàm frugalium menſarum aſſeclá libentior eſſe ſoleam, quàm earum quæ luxu inſignes ſunt, aut uarijs generibus extructiores. Deinde cum ſim capite tantum cauſarius, me ita eſſe conſtituta cibi appetentia: ut nec liquaminibus cupidè utar gulam irritantibus, nec cibis delicatioribus, & quæ è foro cupedinis petantur. Denicq́ culinarias nugas, ganeæ opificia, palati titillamenta, nec mihi alioqui eſſe cordi, nec facere ad ſtomachum, ignorare non potes, qui lautè me ſæpe & ſplendidè inuitum acceperis, grauateq́ apud te eam ob rem conſtituentem, quòd à bubula ueruecinaq́, & ciuilibus (ut ita dicam) epulis ad ferinam & cupedias contra genij mei arbitratum me traduceres. Quare cauſa haud fuit ulla ſatis idonea, quamobrem tu ad me quaſi helluonem aut liguritorem, delicatum piſcem magnoq́ parabilem è longinquo mitteres, ut elegan-

A elegantius pranderem, quàm uiro bona fide studioso commodum sit & decorum. Quanquam id ipsum tuum munus in alios etiam pisces incurrit, qui nudiusquartus istinc ad me allati sunt haud mediocris magnitudinis: id quod non minus ægrè tuli, quàm hodiernum tuum factum. Quasi uero mihi frugi uitam degere non pronum sit & assuetum, qui in urbe quoq; huiuscemodi conuictus auersari solitus sim, ut mihi in commodos atq; noxios. At enim dono tibi piscem datum non ære partum, quasi honorarium munus officiosumq; misisti. Mitteres igitur opsodædalum coquum, qui ferculum coqueret scitè atq; condiret: mitteres citrea mala, mitteres quæ opus sunt ad operosæ culinæ condimenta, ne solœcismum in extructione luxuq; admitteremus. Deniq; mitteres conuiuas qui mecum esitarent. Nam coquus hic meus uillaticus non ex popinarum disciplina petitus, nondum rudimentum etiam quotidianæ mensæ apparatus posuit. Quippe quo utor mediastino potius, quàm culinæ destinato. Porrò nec mei conuiuæ qui sucidiam esse pernasq; assuerunt, oleraq; ructari, his uesci delicijs commodè apteq; possunt: quæ callosum palatum non titillant fastidij nescium: nec pueri parasiti ab eorum usu deduci queunt: quæ mihi placere norunt. Iam uxorem habeo cibi admodum parci, ut quæ uix tertio quoq; die epuletur, quod quidem instar cibi iusti esse possit. In summa, nihil moror huiuscemodi fercula, non ruri, non ubiq;, non ex tempore parabilia, quæ condimentorum accessionem poscunt. Siquidem cum huiuscemodi rerum materiam in hac penu rustica non habeo, tum etiam accedit quòd uictum ad tempus colere institui mentis illustratorem, qui nec caram opsonationem, nec curiosam concinnationem admittit. Et anni superioris fastidium eorum ferculorum inedia discutiendum esse statui: qui stomachi mei mores palatiq; corruperat. Qua mihi ipsa per te aliosq; uti non licebit, ut uideo, tanta est munificentiæ tuæ importunitas, quã iamdiu expertus sum. Quod utinam mihi potius epistolam unam per ocium scripsisses, quod unum officium in te semper desiderare me tibi dictito, nec tamen tibi persuadeo: gratiam certè maiorem uberioremq; à me inisses, quàm hoc tuo munere fecisti, grandiore omnino quàm focus hic
B noster Marlianus capiat. Vale, E Marliano nostro, super horam prandij. Dimitti enim se famulus tuus poscebat.

Gulielmus Budæus Ludouico Viui Salutem.

Hisce paucis diebus scripseram Hermanum me Phrysium non uidisse: at ita casus tulit ut cum Hermano sim congressus postridie quàm literas obsignaui. Cum eo enim pransus sum, & cum Nicolao Beraldo homine tibi doctissimisq; multis bene noto, doctorum hominum in urbe nostra ueluti Xenagogo, apud Germanum Brixium, uirum doctrina singulari ingenioq; eximio præditum. Eodem die literas à te binas accepi: unas Hermani manu, alteras domi meæ urbanæ reditum meum manenteis, uel aduentum potius. Primum igitur de Phrysio ualde te amo, qui talem nobis hominem conciliaris. Nam quantum iudicare ex unius horæ conuictu potuimus, iuuenis est ingenuè atq; etiam generosè natus & educatus: plurimas insignesq; notas indolis eiuscemodi referens: in spem (ut opinor) inchoatus primariæ eruditionis atq; doctrinæ. Quanquam ei penè succensuimus quòd inter homines suæ sortis nulla usq; adeò inuitari familiari comitate conuiuatoris & conuiuarum potuit: ut innatam modestiam pudoremq; tantisper deponeret. Deinde quod excusationes non accipis, defensionumq; mearum argumenta quasi malè solida eleuas pro arbitratu tuo facundè magis quàm indulgenter: ita ut ulterius progredi hoc atque illud causando non ausim, nondum planè statuo utram in partem accipere debeam. Quo enim stylum promouẽã quum urgeri me chirographis meis uideam? Tametsi non facti quæstio est, sed interpretationis. In cuiusmodi controuersiis cum uos uiri boni, id est dicendi periti & artifices uerborum sententiarumq; plurimum ualeatis, certum est mihi non contendere, ne in fraudem quoq; litis impediorum incidam. Et ais te uerbis meis credentem, uelut expromissore futuræ meæ industriæ esse factũ: ut iam integrum tibi non sit fidem tuam luere. Et quando (inquis) in hunc locum de re polli-

pollicendo progreſſus ſum, unde regredi pudor uetat, uide ut promiſſum hominis tibi amiciſſimi primo quoq; tempore præſtes. Quid ſi cum pedem referre te pudeat præpropere prouectum, me proferre pigeat? Quid ſi autem periculo meo renunciare te illam amicis præcipitem pollicitationem uelim & poſtulem? cum ego quoq; renunciare inconſultam iactantiunculam non dubitem: ut hoc perfrui ocio ad literarum ſtudium poſſim, non ad ſcriptionum tædium, quod nondum tamen ipſum ſatis conſtitutum habeo: etiam ſi in uoto habeam. Atqui ſi hanc conditionem reſpuis, meminiſſe iubebo alienum te factum communi periculo promiſiſſe. Ecce autem rurſus cum hæc animo agito, altera nouaq; ex epiſtola tua recentiore, operæ indictio, quaſiq; ignominiæ denunciatio, niſi quid mox dignum tanta expectatione hinc exierit. Et iubes me expectare epiſtolam à te grandem de hoc, quod ad Tonſtallum ſcribenti, neſcio quid mihi excidit de commentatione non ita ualde anguſtis finibus circũſcripta. Hic etſi epiſtolam illam non habeo, tamen nihil ita certum promiſiſſe me arbitror, unde tibi mecum actionem æquus mihi iudex dare poſſit. Quare argumentũ aliud ſcribendi feſtiuius comminiſcere ſi me audies, niſi te ſummoueri mecum agentem, intentionemq; tuam depelli prima quaq; exceptione mauis. Quod ſi uerbis tuis perpulſus & ſuaſione euictus aliquid emiſero manibus eiuſcemodi, & longe id inferius expectatione quam tu excitaſti fuerit: nimirum ut mihi mox dedecori, ſic tibi tãdem futurum eſt pudori, ut qui inconſultius fidem tuam, amiciq; obſtrinxeris exiſtimationem. Noſti illud ſcio, ἐγγύη πάρ' ἄτη, ſed parum memniſti: quo admonemur ſpõſionis comitem eſſe noxam. Et Solomon capite decimoſeptimo ſacrorum Prouerbiorum, ἀνὴρ ἄφρων, inquit, ἐπικροτεῖ καὶ ἐπιχαίρει ἑαυτῷ ὡς καὶ ἐγγυώμενος τὸν ἑαυτοῦ φίλον. At enim prædes illos quinq; noſtros, tot tantiſq; facultatibus idoneos & locupletes habes: ſeſtertiûm, pondo, minarum, & talentorum ſummis & noſtris deniq; externiſq; copijs exuberantes: quibus ſatis cautum eſſe fidei tuæ cõfidis & noſtræ, ut arbitror, opinioni. Quis ſcit an in alio genere ſoluendo perinde futurus ſim? Illa fortaſſe regeſta, & uelut in numerato erant penes me, quæ hactenus prompta ſunt ad interpolãdum uſum antiquorum uerborum, priſcarumq; rerum memoriam exuſcitandã, quę iam olim conſopita & prope obruta erat. Quibus etiam digreſſiones intercalandas duximus ueluti operis corollaria ut lectionis refractariæ faſtidium & alioqui tædioſæ, his tãquam emblematis inſertis diſcuteretur. Quibus rurſus ipſis ſales interdum modice aſpergendi fuerunt: ut rebus alioquin inſulſis ad uulgus & frigentibus, nec guſtu lectorem quemlibet inuitantibus. Tum igitur copioſe & prolixe fortaſſe diuturna fretus parſimonia, atq; etiã ex alieno, aut certe aduentitio, menſus ſum: nec ſegnius maligniuſq; ſeſtertia, quàm ſeſtertios, nec talenta quàm ſeſtertia pondoq; adnumeraui. Etenim aditum mihi pateſecerat commẽtatio obnixa & peruicax ad penus autorum claſſicorum & locupletum: unde promere licuit dapſiliter pondere, numero, & menſura. Quod ſi indidem poſt me promere & apponere alius inſtiterit: exiſtimo non maiorem eum gratiam laturum, quàm ſi in condicto conuiuio ſemeſa opſonia reponeret, ſæpiuſq; repetita. Nec in hoc inuentum licebit quod in Annotationes licuit. Quanquam hoc ad me iam non pertinet, quod Alziatus homo mihi amicus & apprime utraq; lingua doctus ſuum feciſſe uidetur. Idq; per me licet ut fecerit, quod modo ſine captione mea fiat, præſertim cum in prouincia rem gerat quæ ferme & ſortito ei obtigit & merito: & quaſi in ære ſuo bona ex parte negocietur, homo ſcilicet iuris conſultus in legibus reſtituendis. Sed tamen & ipſi cauẽdum erit ab illis qui ſolertiam eſſe cenſent ex aliena ſegete per ſpeciem ſpicilegij manipulos ſubducere. Sed ut ad te redeam, qui cum mihi nunc res eſt, ſi te autore in illo alio genere in quo operas indicere mihi iniungereq; obſtinaſti: periclitari ingenium uelim & induſtriam, uideamus quid explicare queam & perficere. Ego qui ex conditis & repoſitis edere liberaliter & copioſe inſtitui aliquo cũ ſucceſſu, nouo uelut ingenio nunc induto aceruos iam collectos argumentum utiq; obſoletum gloriæ tranſmiſero, aquas pluuias & collectitias iam faſtidire cœpero: de meo uiuoq; haurire ſtatuero & apponere? Exigua mox omnia ieiunaq; uidebũtur. Hoc uitare uolens, excutere ima & adniti inſtitero, pluteumq; genu aut calce tundere, quo magis eliciam quod uberius

A tius fluat: conturbauero fortasse conceptacula rerum, & de fæce hausero: nec statue te hic in solitudine potero ipse mecum, id ne uitium sit ingenij immodice turbideq; inseruescentis, an iudicij culpa, fæculentum esse arbitrantis quod fluit exuberanter atq; confertim. Nam quod in alienis scriptis satis uideo, in meis non agnosco nec diiudico nisi ex interuallo, quod mihi non concedis: cum interim natura procliuior sim ad copiam fundẽdam quàm ad frugalitatem. Quòd nisi appetentis iam senectutis sensus ad parsimoniam me uergere compulerit, uereor ut modum tenere possim, uobisq; me probare qui modos numerosq; legitimos magnis ab autoribus mutuamini: quod item mihi non licet q̃ui à puero ijs nunquam assueui: simul qui in hoc uico ad rustica iam & incondita me transtuli. Et cum in alijs honestis desiderijs, tum in hoc ipso naturæ inseruio, nullum plerunq; ut modum alium adhibeam quàm quantus est tenor alacritatis animi ad rem cœptam tuendam & prosequendam, & in hoc genere tantum quanta est tractabilitas sensuum sese proferentium. Qui mihi inusitata ipsi specie sæpenumero cum se sistant, aliunde hausto apparatu ad indicandos eos interpretãdosq; uti nequeo. Quòd nisi stylus appositus præsto sit & sub manu, in luto ut hæreat commentatio necesse est. Atqui ingenium habeo ut liberale sic morosum: ut nisi stylus ex tempore excipiat quæ ab eo funduntur: contrahat mox sinum, alioq; se conuertat. Sic multa à me cœpta ob id interrupta sunt & desita, quod ad interpellatas commentationes reuocare animum non potuerim postea eadem alacritate, quæ genius est operum. Aqua enim identidem hæret, ut dicitur, nisi flumen orationis deducatur uoluptate scribendi. Hic si diem aliquam petiero longiusculam ad stylum reconcinnandum, tute frustratoriam hanc dilationem esse dices, laborisq; detrectationem. Quare uerbum ultra non addam: nisi te hoc iterum admoneam, tuo meoq; periculo rem agi, & alioqui si τὰ τῶν φίλων κοινὰ, de existimatione mea sollicitũ te ex æquo propemodum mecum esse oportet. Cæterum periculum nullum est ut uideo: ne Philologiam tuã funestarim indicto nuper funere illius tibi deamatæ, ut quidem est animi tui sensus de oscine, quę obstrepere uisa est liquido auspicio. Quod pe B tis ut ignoscam de eo quod aliquando ad me scripsisti de homine tibi mihiq; amico, quasi ab eo magis steteris, non faciam. Neq; enim causam esse uideo cur te uenia dignum putem in ea re cuius ipse culpam agnoui literis obsignatis. Quod si tu ex animi sententia loquutus es, bene habet, nec incommode aut infeliciter res cessit, nec me pœnitere potest eius rei quam bene uertisse mihi tu cum illo persuasisti. Tametsi mihi postea æstimanti αἰτία παρακινδυνεῦσαι ὀξυμώρως εἰπεῖν, ὡς οὐ πρὸς ὑμᾶς κατέμαθον ἐπιστῆσαι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ αὐτοσχεδιασμοῖς αὐτῶν, quæ prius ipsa non item uidebantur, freto scilicet conscientia retentæ semper amicitiæ. Erasmum mihi salutabis, cuius literas nullas accepi, ex quo famulus eius cum literis meis hinc abijt, sed eius quotidie in urbẽ expectatur aduentus. Ad alterius tuæ epistolæ argumentum non rescribam, quãdo mihi nec uacat, nec uideo me paria tecum facere in ea re explicanda posse, quam tũ acriter animaduersam diserte & copiose persecutus es. Nec tamen ἐν πᾶσιν ὅμοια φρονῶ σοι. Sed in eo quod me admones in fine epistolæ, agnosco et amici hominis partes, & iudicis prudentis. Placet enim quod περὶ σοφοῦ τῶν τυχόντων καὶ τυχουσῶν cauendũ esse censes. Vale uir doctissime, & quod facis me ama, quo iustius te redamẽ. E Marliano nostro, postridie Calendarum Maij.

Gulielmus Budæus Petro Amico Sodali Franciscano Salutem.

MAgna te nimirum esse affectum in me indignatione oportet, qui cum iterum ad me eadem de re, ut opinor scripseris, nihil quicquam literarum tuleris. Neque enim aut amicitiæ nostræ ratio, aut doctrinæ tuæ singularis & eximiæ nota, aut studiorum communitas, amorq; literarum elegantium, quæ ueluti tessera est amicitiæ inter homines studiosissimos, hoc admittit, ut ego qui nullius unquam literati uiri procurationes officij contempsi aut neglexi, literas tuas paruifecerim, aut in ijs loculis forulisue condiderim, in quibus eas res conijcio, quas obliuioni magis quàm memoriæ mandandas esse duco. Quare admonitum te uelim, causam tibi ob id nul-

Iam esse iustam dignamq́, quamobrem tu mihi uitio uertas scribendi incuriã. Vnas enim tantum literas tuas hoc anno, atq; etiam sesquianno accepi, quod meminerim: easq; nuper, ac sine die, ut dicitur, & consule. Quibus ex ipsis intelligo alteras quoq; te dedisse: quæ ad me non peruenerũt. Nam & ego circiter Idus Februarias ad te scripsi: sed nuper resciui literas nondum tibi redditas. Nec uerò ullus est eorum cum quibus literaria mihi necessitudo, nedum ueteris amicitiæ intercedit, quicum libentius quàm tecum instituere commercium uicissim scriptitandi in animum induxerim, si quando utriusq; nostrum Philologia ita constituta fuerit, mihi ut uacet & commodum sit: tibi etiam sit expeditum et cordi magnopere id facere, sedesq; studiorum eo loci collocata, unde facilis, & sub manu esse possit dandi accipiendiq; epistolarũ uicissitudo. Siquidem qui hactenus studiosus bonarum literarum fui atq; elegantium, nunc uelut in flexu aut ætatis, aut contentionis, nullam antiquiorem curam habeo, quam quomodo curriculum alterum instaurem, optimarumq́ & salutarium studio literarum accingar, & renouem contentionem. Quum autem te uideam in orbe encyclopædiæ ita iam circumactum: ut in hoc ætatis uigore ea pene iam confecta elaborataq́ habeas quæ mediocribus ingenijs in ætate iam prouecta & affecta uix bene inchoata sunt: lotis iam adeò ut manibus, quod aiunt, sacrosancta uolumina pertractare euoluereq; institeris: hominem esse reor neminẽ qui mihi te appositior esse possit ad studium illud meum alendum & oblectãdum, æmulationisq; piæ stimulis acuendum. Ac tibi quidem ingenio præstanti atq; eximio prædito, studio etiã flagranti ab adolescentia incenso & inflammato ad ingenium animumq́ excolendũ disciplinis lautioribus, cum diuinitus, ut opinor omnia, tum illud præcipue contigit: ut in utriusq; linguæ officinis egregie inchoatus, reclamante, ut memini, parente tuo saeceres, ut in istam sodalitatem dares nomen primum, deinde profiterere: quæ paupertatis ipsa quidẽ insignibus præcipue, mœrentisq́ philosophiæ censetur gestaminibus, ordinisq; nuncupatione hominum sese demittentium, in ordinemq́ cogentium humilitatis & egestatis, professione utiq; obuersa & per diametrum, ut dicitur, opposita studijs ciuilibus, & in celebritate hominum sitis: quorum finis est unicuiq; fastigiũ suum attollendi, omni ope unoquoq; omnibusq; ungulis adnitẽte, ut est in antiquo sermone, ad incrementa & actum cẽsus & dignitatis. Cuius rei meditatio atq; actio, cum potissimas animi partes plurimasq; sibi uindicet, consequens est utiq; iustam ut eos demum operam literarum studijs impẽdere credamus, qui eius curæ uacatione gaudent: id est qui omnem sibi occasionem, ansam, & argumentum, solicitudinum, angorum, cupiditatum circumciderunt. Quocirca magnus iam hic gradus uobis ad Philosophiam factus: lata iam uia munita & perpurgata ad ueritatem inuestigãdam iter contendentibus, Accedit solitudo inuitatrix mẽtium ad commentandũ, feriæq́ ut ita dicam perpetuæ, & immunitas turpium animi affectionum aut alias abhorrentium à contemplatione commentationeq́ sanctiore. Adiuuat assidua rerum diuinarum recordatio, atq; inculcatio ueritatis, in omni parte functioneq́ uitæ, uestræ professionis scitis astrictæ, cõnexa & implicata. Quo fit ut uestræ istæ piæ sodalitates, nõ modo bonis imaginarijs fortunæq; cedentium ipsa professione, sed etiã tribus rebus animum abdicantium, quæ maxime cuiusq; sunt propriæ, ciuitate, cognatione, libertate, mihi uelut seminaria esse uideantur animarum beatarum, à prouidentia utiq; instituta ad supplementum cœlestium exercituum quondam per superbiam luculẽter imminutorum. Nobis uerò philosophiã consectantibus, in salebra sępe resistere contingit, cum in casus ipsi refractarios incurrimus, aut cum res nobis impeditę suscipiẽdæ sunt, aut actiones obeundæ negocia facessentes, molestijsq; perplexæ: tum in luto hærere exorientium subinde cupiditatũ, quæ comites illæ quidem & asseclæ sunt sequaces & proteruæ uitæ ciuilis, & in medio positæ. Et quum sæpenumero orationum nostrarum formam ita uel confidamus instituisse, uel speremus, ut lucri dãniq; summam, commodiq́ & incommodi subducturi semper simus, & collecturi in æternitatem futuram, ad temporaria rursus, fluxaq́ reuoluimur obreptione sensuum mẽtis emissariorum, qui ad imagines ludificatrices obhærescunt felicitatem ementienteis immemores & improuidi. Minus est enim imperiũ Philosophiæ huius nostrę in publico

A publico expatiantis, interq́ profana uersantis atq; à ueritate auersa: q̃ ut intẽtionem mentis abducere queat: quasiq́ intestinum hominem deflectere & coercere à cõtu tu, usu, & familiaritate rerum oculis externis subiectarum. Circulator q́ ille quẽ Mũdum uulgo dicimus, hoc nomine, ut opinor, sensum uulgarem quasiq́ communem intelligentes, institor, ut uere dicam, Stygius, uenditator illecebrarum in officina Ditis patris fabrefactarum, oculos omnium ad sui contuitum contrahens & distinens, ita distringit mẽtis aciem, ut oculis ipsam pene captam dimittat & hallucinabundã. Ex quo fit ut mancam quodammodo adhibeamus infractamq́ contentionem atq; hebetem enodandis illis ænigmatibus paradoxisq́ sapientiæ, quæ abstrusis ipsa tantum mentibus, quasiq́ abstractis à contagione sensuum, aditum liberum indulgent ad contrectationem illam ueritatis mysticam sublimeq́ rapientem: cuiusmodi Græci anagogicam contemplationem dicunt: qui αἰνιγματώδεις θεολογοῦντας τοὺς ἄγαν ἀποκαλῦ-νι κωριστικῶς. Iam quum ea sit & uestra & nostra & omnium cõditio, iustos ut dies nullos, sed omneis habeamus præliares ut prisci loquebantur: uobis tanq; in arce contẽplationis, & intra præsidia prouidentiæ manentibus, tum longius & munitius à telorum iactibus tum noxæ, tum fortunæ, tum etiam attẽtis magis & uelut in procinctu esse licet aduersus uim necopinatam & improuisam, quæ sæpe tumultum in præcordijs ciet. At uerò philosophiæ nostræ propugnacula extra uallum secessus theoretici proiecta, nutare plerunq; & tumultuari in huiuscemodi solent, ac trepidatione labare, ob uiciniam scilicet atq; affinitatem cum uita uulgari & turbulenta contractã usu & officijs uitæ. Quam etsi uobis ipsam, limis intueri interdum munera sodalitia obeundo necesse est, quasiq́ per transennam uidere, rarius tamen id facitis, & à præmeditatione cautius, nec commercio implicito contagioso. Ita quos non piguit æternæ lucis cupiditate capite se quàm maxime imminuere omnibusq́ euertere fortunis & possessionibus, ijs omnia pene uberiora, commodiora, expeditiora in manu sunt ad uitam rectè atq; ordine agendam, atq; ex usu sacramenti quo adactos nos esse gloriamur & profitemur in genitura mystica, ex qua fati sui summam pendere nemo nostrum est qui nesciat, qui quidem sensum ullum immortalitatis habeat. Te aũt B Amice & uideo & intelligo ex ijs quæ ad me scribis, optimam & sublimem rationẽ studiorum utraq; lingua instituisse, eamq́ informationem sacrosancti & anagogici Philosophi delineasse & suscepisse: quæ, nisi quid tibi acciderit humanitus, uel diuinitus potius, in absolutam quandam euasura sit & beatam philosophandi contentionem, omnibus propemodum numeris doctrinæ & exoticę instructam & cõfertam. ταύτην μὲν δὴ τὴν προαίρεσιν ἀποδέχομαι, τὸ τὰ μαθηματικὰ προσάγειν τε καὶ συνάπτειν τοῖς θεολογουμένοις, καθηγουμένων συνειδότος ὡς ἔφυσα, ἐκείνων τὴν πάνυ θεολογίαν. καὶ δὴ καὶ τούτου τοῦ ἐπιτηδεύματος ἰδίως αὖ ἀψαίμην ἔγωγε, εἰ ἰσά μοι τὰ τῆς ἡλικίας τε καὶ σχολῆς ἐτύγχανεν νῦν ὄντα. De Aristotele in eadem tecum sum sententia, prorsus eum ut in humanis & sublimibus rebus, omninoq́ in intérituris & mathematicis, acrem eximium & absolutũ fuisse sentiam: non item in æternis & cœlestibus. Ad ea enim ipse parum mihi uel obnixe uel feliciter appulisse animaduersionem uidetur, atq; contentionem accõmodasse. Docere hoc præcipue possunt τὰ μετὰ τὰ φυσικά, quorum interpres Bessario fidelis magis q̃ elegans aut iucundus mihi in transcursu aliquando uisus est: in reliquis Argyropylus non spernendus. Laboris autem nobis compendium Themistius magnum attulit ad eos libros quos Aristoteles intelligi uulgo noluit. Vale, & istam, ut tu uocas, angustam paupertatem ingenio & industria illustrare cõtende, In Marliano nostro, postridie Calend. Maij.

Budæus [illegible]

Τί φὴς τὸ περὶ ἐγκωμίου σου τὸ πρὸς τοὺς ἄλλους οὐ λέληθέ σε μυκτηρισμὸν καὶ στροφὴν ἔχον; θαυμάζω τοίνυν ἔγωγε σοῦ ἀπεχθῶς δήπου σαυτοῦ κατεγνωκότος τοιαύτην τινὰ στροφολογίαν, ἐν οἷς περὶ ἐμοῦ γέγραφας οὐ τρόπου ἐγκωμιώδως. Viues tuus tibi testis esse potuit, cui epistolã ad me scriptam ostendi ab homine naris emunctæ, tametsi nomen digito suppressi superposito, ὃς ἐπιμηνύσει με, οἷον οὐκ αἰσθανόμενον τοὺς καθαπτικοὺς σοὺς λόγους, ἐν τοῖς συγγράμμασί σου δια-

ἀσαρμένος. Quanquam ipse non uidit ἐπὶ πολλὴν μίαν εἰς τὸ αὐτὸ καθίκουσαν, ἀνδρὸς ἐπαλειότου ὑ- C
φορωμένου ἐν τοῖς μάλιστα, οὐκ ἐμοὶ μὲν ἐπισταλέντος, ἀνδρὶ δέ τινι τῶν ἑαυτοῦ γνωρίμων καὶ φίλων. δς δὴ
τὸ αὐτόγραφον ἔπεμψέ μοι ἔναγχος. Et quum hæc & huiuscemodi permulta silentio præ-
termittenda duxerim, atq; etiam obliuione, tu mihi dolorem nunc refricuisti, ac pe-
ne opinionem ex suspicione fecisti. Nisi uerò supradictis uerbis exemplum in te ipse
statuisse inficiabere, id de te existimãdi, quod tibi in mentẽ uenisse ais, ut de me eadẽ
in causa existimares. Neq; ideo uelim ut existimes non gratissimas mihi literas illas
tuas fuisse Græce scriptas: quibus iam Græce respõdi: sed tamen ἀμφιλαφῆ μοι αἰτία-
σαι ὑπόθεσιν ἀντικατηγορίας τινὸς μόνον γε ἀπολογίας, πῶς γὰρ οὔ. ὅς γε πάντα τὰ ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένα
ἀνακυκλῶν. πᾶσαν δὴ ζητητικὴν ἐπιμέλειάν τε καὶ περιεργίαν ὑπερβαλόντα, ὃ πολλὰ σύγε φράσας ἐᾶν
καὶ μὴ λέγειν τῶν ὑπ' ἐμοῦ πεπλημμελημένων, ἐμοῦ γε αὖ ἐν τῇ ἐμῇ ἀπολογίᾳ ἐπίτηδες πολλὰ παρέντος.
Noui enim noui ea fere transmittere in mea defensione, in quibus proloquendis, sty
loq; prosequendis, aut indignationem obrepsisse ingenio meo sentio, aut uehemen
tiam contentionis transuersum me rapuisse. Intelligo me nonnunquam immodicũ,
atq; ἐκπαθῶς δυσχείμερον fuisse. Quare æquo animo castigari me ab amico passus sum:
quod quidem ad ea loca pertinet, quæ tractata nitescere nequeunt. Tu autem animũ
meum nondum pertrectasse uidere, si tamen ex sententia animi tui potius quàm ex
aliorum loqueris. Iam primum quod dixi, Catapotia epistolæ meæ iam ut spero uo-
rasti, uide etiam atq; etiam ne commodius q̃ tu interpretari hoc modo ego possim.
Amaras quidem literas meas fuisse (identidem enim mihi πικρίαν obijcis & ἀτοπίαν)
sed tamen me sperare cõcoxisse te, aut certe ita deuorasse omnem indignitatẽ illam,
ut iam immemor esses iniuriæ (si tamen iniuria est ubi animus non fuit iniuriam infe
rendi) præsertim cum & tu in me satis destomachatus esses, & ex pagina postrema li
terarum tuarum uiderere mihi amarulentiam illam meam, sit enim sanè, quando ita
tibi uidetur, placidiore animo ferre, & recordari nolle. Quippe qui te dictitares inge
nium meum iam nosse. Deinde q̃ illud δυσφορεῖν τέ με καὶ δυσπαθῆ δοξάζειν putas, quod
παρατραγῳδῶν σὺ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους ἐπικαλούμενος, τοῦτόν μοι τὸν λόγον προφέρεις ὡς ἐφυβριστήν.
καὶ αὐτὸν δὴ ὥσπερ ἀλαζονικὸν βδελύττῃ καὶ ὑβριστικόν, iocis scilicet mecum assuescens. πρὸς D
τῆς φιλανθρωπίας τῆς σῆς ὦ φιλτάτη μοι κεφαλή, πρὸς τῆς φιλοκαλίας τῆς ἡμῶν ἀγχωμάλως ὡς οἶμαι
περιασπάστου, μή μοι τηλικαύτην δόξαν ἀλαζονείας περιάψῃς, ὥστε συμφέρεσθαί σοι δοκεῖν μὴ ὑβρίσαι καὶ
φιλοπρεπῶς. Audi igitur interpretationem meam huius dicti, & aude postea conque
ri: quasi ego non ex æquo tecum agam. Quoniam igitur tu immodicum me esse io-
corum sæpe dixisti: etiam ex periculo petitorum, ut ita loquar, & proxime contume
liam accedentium, quibus tu ipsis animum adijcere nõ poteras (neq; enim istius esse
modestiæ fortasse & grauitatis uidebantur,) Ego illis tuis literis grandioribus ita me
conuerberatum iocis tuis sentiẽs ac lapidatum, nihil ut amplius dicere potuisses, aut
certe sustinuisses, etiam si stomachi res fuisset, nõ ioci, scripsi ego ea simplicitate qua
soleo, iocis te iam mecum assuescere. Religio enim fuit dicere tam te impudẽter aut
licenter dicacem esse cœpisse, quàm me esse cõquerebare. Amabo te relege locum,
& uersa intellectum eius, inuenies, ut spero, in me magis quàm in te dicacem me fuis
se: nisi uerò non in me meumq; caput recidit, quod dixi aut significaui ex tuo te inge
nio migrasse cõtagio literarum mearum, & iocandi commercio. At tu id scelus pro-
pe cothurnatum fecisti exclamatione tragica. Porrò autem quod plumbeum te con
iectorem fecisse me criminaris, ni uererer cicatricem obductam refricare, locũ hunc
explicarem: uerum commonefacere te uno & altero uerbo οὐδεὶς φθόνος οἶμαι, μέμνησαι
γοῦν, ὅτι ἐν τῇ γυλιέλμου ὥσπερ ἀνεὶ ἐχθροδείκτης, ὅτι ἴσως γε πρᾶγμα καὶ ἕτερον διαπράξεσθαί σοι ἔ-
μελλον, quidq; inter nos conuenisset. Quem omnino ipsum nollem à te nominatum,
πρὸς γὰρ τοῦ ὠτακουστοῦ τῶν ἁπάντων κυ[illegible] ἐστὶν ἱερός, ἔτι δ' ἐν ἀξιώματι αὐτὸς καθίστηκε καὶ τάξει
τῶν ἐνδόξων καὶ τῶν πραγμάτων δὲ ἅπτεται τῶν ἐνδοθεν, ἵνα μὴ σαφέστερον φθέγγωμαι. ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ
τῶν προσφιλῶς ἐχόντων ἐστὶν οὗτος πρὸς ἐμὲ καὶ σπουδαζόντων ἐμοί τι καὶ σοί. Sed scilicet periculo
meo res agebatur non tuo: quare tantum tibi pensi non fuit. Quanquam nondum id
attingo, in quo parum te acutum fuisse iocatus sum, id est parum tui similem. Nam il
la uerba ἐν ᾧ διαπράξασθαί σοι τὸ ὑφ' ὑμῶν προαιρεθὲν ἐπιχείρων, non te intellexisse uix credo,
præsertim quum tu dicta mea ἐμοῦ συνοπτικώτερον excipere solitus sis, ut ex ijs quæ dixi
liquet.

liquet. Quod si tibi ἀνιᾶσθαι μᾶλλον ἢ φράζειν δοκῶ τὰ ἐπινενομισμένα, φέρε δή, ὅταν βουληθῇς, ἅμα σαφέστερον ἐρῶ καὶ σαφέστερον, ἀλλ' οὐδὲν οἶμαι δέομαι. Quod περὶ τῶν εὐαγγελίων scribis, quasi scilicet uerens ne operam aut studium ea in re nauata imputaturus sim tibi, iam te libero illa obligatione si re autoramenti pudet, non etiã legibus amicitiæ te soluo, quæ per me licebit ipsa ut sit inter nos perpetua, atq; etiam per te quoad tu ex tuo animo meũ æstimabis, non ex aliorum sententia, quarum argumentis conijcio, & hominum relatione. Age æstima tecũ ipse quàm illud φιλαιτόν, imò quàm ἐρασμοπρεπὲς καὶ δεξιὸν καὶ κομψόν. De melliris epistolis Deloini & aliorum nostratium, quod iniuriarum mecũ agis quasi φιλοκόλακα te uocarim, uel esse significarim, quum tamen tu omnium maxime libertate gaudeas amicorũ: ἰὼ νῦν ἐξετάζειν ἔοικ' ὅτ' ἀληθές ἐστιν ὅπη μοι, τὸ μάλιστά σε χαίρειν καὶ ἥδεσθαι τῶν φίλων ταῖς ἐλευθερίαις ποῖς. ἐπεὶ πόθεν δῆλον; προσωμιλήσαμεν ἀλλήλοις ἄμφω γε ὡς οἱ μάλιστα πρότερον φίλοι εἶναι δοκοῦντες, εἰμὴ ἐξ ὧν ἐλευθεριάζουσαν τὴν ἀρχήν, ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γέγραφα. Sed sit sanè nùnc uerum & pro comperto habitum, quid igitur? existimasti'ne me tam commodis meis inimicum atq; etiam tam male propitium numen habuisse scribendo, ὡς προσκρούειν τοῖς προσυχοῦσιν ἐμπολίκτως τι καὶ προπετῶς, καὶ δὴ καὶ εἰς αὐτὸν λοιδορούμενον φέρεσθαί με τὸν φίλων ἐμῶν ἐπιφανέστατον, ἀπὸ τοῦ ἄγειν ἐκείνης ὁρμῆς εἰς σε ἀποφερομένης; τί οὖν; οὕτως ἔφθην ἀκρατὴς εἶναι τῶν καθαπτικῶν γελοίων καὶ σκωπτικῶν, ὥστε καὶ ἄνδρα μοι πάντων προσφιλέστατα διακείμενον τὸν ἀδελφόν, προσέτι δὲ καὶ ἐπ' ἀξιώσεως ὄντα οὐ τῆς τυχούσης, ἐφυβρίζων κόλακα, ἀποκαλεῖν; οὐ γάρ σε δήπου φιλοκόλακα ἀποκαλεῖν ἐδυνάμην, μὴ οὐχὶ αὐτὸς ἐκεῖνον ἀποκαλῶν κόλακα. ὦ φῶστε σὺ προσφέρων ἐμοὶ ὅτι αὖ σοι πρᾶσις. ὅτι ἐκεῖνος τοίνυν τοιάδε πάμπολλα ἔτυχες συλλεχθὼς διεξοδικώτατα, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἰλιάδι τῶν ἐμῶν ἁμαρτημάτων. ἐξέσται σοὶ ἐμοῦ γε ἕνεκα καὶ ταῦτα δὴ συνείρειν ἐπιεικῶς ἐν τῇ τῶν φίλων σοῦ συνόδῳ, δήπου καὶ τῶν αἰτιωμένων δεινῶς τὰς ἐπιστολὰς ἐμάς. εἴτ' ἦν ἄξιοι ἀκοῦσαι τῶν εἰρημένων αὐτοῖς δόξῃ, ἐχόμενον δήπου ἴσαι τῆς ὑπό σου πιθείσης ἀμνηστίας, ἀντεξετασμόν τινα γενέσθαι ὧν τυγχάνω ἀντιπεπονθὼς ὑπό σου. τούτου δὲ γεγενημένου ἦν ἰσοστάσιοι εὑρεθῶσιν καὶ πάρισοι αἱ ἀμοιβαί, ἐπὶ ἴσῃ δὴ καὶ ὁμοίᾳ ἡμᾶς διαλύεσθαι περὶ τῶν ἀντεγκεκλημένων. Sic fiet potissimum ut facta pro infectis habeantur, nec tu in posterum huiuscemodi causificari oratorie possis, πολλὰ ἀποδεῖ ἐδ λέγειν οἷος ἐστὶ καὶ ἐκεῖνο ὃ γράφεις, cum ne id ipsum quidem ἐκεῖνο ante quiesce re siueris, quàm τοῦτο feceris ut atrocis cõtumeliæ instar esse uideatur. Ita'ne uerò bone uir, id est orator, donare mihi te dices, quod consertis manibus retines & mordicus? & cum ius omne tuum cum ramentis tuleris, æquum & benignum litigatorẽ te prædicabis? Iã uerò quod περὶ τῆς συνοχῆς τῆς ὁμονοίας ἡμῶν scribis οὐ δεῖν συνκολλήσοντος, quocunq; id pertineat, existimes uelim nemini unquam homini me uerbum ea de re fecisse, nisi hactenus, ut dictitarim, atq; omni corporis animiq; habitu præ me tulerim, non ita mentes nostras huiuscemodi uelitationibus uerborum esse commotas aut emotas, ut luxari propterea confirmatæ amicitiæ compages ac dimoueri possent: sed tamen hanc simultatis imaginem ita ad uerum esse effictam, ut amicorum studijs & hominum errore pro uera simultate tandem exciperetur. In quo nihil ipse magnopere prouidendum mihi ante existimaui, quàm tibi cordi esse magis genus illud ludicri certaminis sensi atq; perspexi, quod præpilatis iaculis certiusq; innocuis editur. Non quòd tibi metueres aut mihi, aut tibi à me metuendũ esset aut mihi à te, sed quod spectatores delectandos magis duceres, quàm expectatione suspendẽdos tristioris exitus. Cuius consilij rationem facile mihi probasti, posteaq; attentius rem animaduertere cœpi. Deniq; nullam inter nos animorum alienationem & διάστασιν intercessisse puto, οἷον δὴ καὶ διαλλαγῆς δεῖσθαι, οὐχ ὅπως διαλλακτοῦ, ἀμέλει τὸ κατ' ἐμὲ ὅτι περὶ κατά σου εἴρηκα ἢ γέγραφα κακοήθως γε καὶ δυσνοϊκῶς, quo commodis tuis officerem, aut gloriã istam tuam παμμεγέθη imminuerem: ἐκεῖνο δὴ ἐπιτιθέμενον τοῖς ἐσχηματισμένοις λόγοις, ὡς ἐκ μεταβολῆς τι τῆς δόξης ἐκπίπτοιμι, Deus me pari mactet infortunio. Datum est aliquid stomacho, & humanitus nonnihil admissum est, & incommode fortasse, atq; imprudenter de amicitia cõsultum, dum iugulum existimationis mutuo petentium speciem præbebamus, ut assolet interdum in simulacris pugnæ, dum concertationis impetus extra præscripta ludicri, & præter legitimas uices ac constitutas effertur. Id enim ipsi in sepris accidere decursionum militarium uidemus aliquando, & ueniam tamen mereri cum blanda satisfactio deprecatur errorem. Neque id inexpiabile est quod extemporale fuit, nec unquam unum diem hæsit animo. Ne tum quidem ita ualuisse stomachationem

aut contentiunculam ullam affirmarim, ut eua ferit in odium. Id quod ut de me affirmo, sic de te haud dubie conijcio. Quid si mihi ne pœnitenda quidem uidentur quæ scripsimus? Quantum est enim ad confirmationem amicitiæ, ab acriore nos contentione citra noxam discessisse? ita ut uterq; alterius animum periclitatus, perspectum se habere pertentatumq; confidat & lætetur. Quòd aulicum me factum cauillaris, & literarum uicem doles, quasi eam causam receptam deseruerim, aut prodiderim, ob idq; magno patrocinio literæ bonæ destitutæ sint, materiam mihi tecum iocādi præbebit, Græce tamen scribam ut liberiùs & simplicius acroama præbeam expeditionis aulicæ quæ mihi hoc anno obtigit, haud scio quàm propitia prouidentia. Vale ex eodem Marliano xvij. Calend. Octobris. En tibi alterā exhomologesim optima fide factam. Post aliquot dies quàm literas tuas accepi, meas ad Hermanum tuū misi Græce scriptas, sed urbem iam exierat ob pestem, ita ex urbe relatæ sunt, & has illis subdidi animi causa. Mirum est enim quantum delector ad te scribens. Vtraq; tamē eidem homini non commmittam, ut mihi in binarum uicem cedant. Vale rursus.

C

Gulielmus Budæus [illegible] s.

HEri circiter secundam uigiliā noctis uenerunt huc Germani duo, literasq; tuas mihi reddiderunt ad lectum iamiam ituro. Lucubraueram ad horam usq; nonam, quod ieiunijs tantum soleo. Nam post cibum nihil lego nisi summa coactus necessitate. Nec tamen statam horam dormiendi habeo, quare matutino sæpe obdormisco, ut qui annis iam quatuordecim noctes treis, ut opinor, uacuas capitis dolore non habuerim: tantum abest ut summo illo bono fruar uoluptuariorum philosophorum doloris uacuitate. Mane igitur hæc ad te scripsi, ne tabellarium morarer, quādo ita orabat me Beraldus, qui ei comitem cum epistolio dedit. πρῶτον μὲν τῷ ἀνὴρ προσφιλέστατε τοῖς ἐπουρανίοις εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ σοι, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρὰ σοῦ, ἔπειθ᾽ ὅπερ ἐστὶ μάλισθ᾽ ὑπὲρ ὑμῶν, τῆς τε ὑμετέρας εὐσεβείας τε καὶ δόξης, τοῦτο παραστῆσαι τὸν θεὸν ὑμῖν. τοῦτο δ᾽ ἐστὶν οὐ μόνον τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀλλήλοις ἀποδοῦναι, ἀλλὰ καὶ τῇ ἀμνηστίᾳ τῇ πλείονι, ὡς προείρηται καὶ βεβούληται ὑμῶν ἑκάτερος, ὅπως ὁ σὰ περιμνᾶσθαι, καὶ ταῦτα μὲν οὕτω πεπεράνθω σὺν εὐφημίᾳ δ᾽ ἕνεκα. ἔστω δὴ ὁ ἀμνηστίας νόμος ὁ αὐτὸς ὁ αὐτοῖς κύριος, ὡς δὴ ἐκκλησίᾳ τρίτῃ κείμενος. Hac certe lege stare mihi certum est tanquam trinundino perlata. Itaq; obiectis non respōdebo, quoniam hanc excetram alia ratione ineluctabilem esse inter nos satis conuenit: nisi hoc inficiabor, quod tu de Strophologia inquis me non negare. Quem locum epistolæ meæ uide etiam atq; etiam ut satis intellexeris. Deinde quod testificaris te nihil unquam obloeutum, per me licet ut uerum sit, nec necesse habeo uicissim itidem cō testari, cum id satis superioribus epistolis actum sit, si semel agi potuit. Quod si qui tuorum mihi obtrectauerūt, ut eos fecisse literatis testimonijs credidi, non tā improbus sum ut etiam si id causa tua instituerunt, tu illorum præstare debeas aut stultitiā aut studium inconsultum. Atq; ut stomachum antehac aloe fortasse immodice tēperata perpurgaui, sic etiam aureis aceto posthac eluere statui, ne quemuis obtrectationis aut querimoniæ nuncium non excussum admittant. Sæpe enim in fraudē nimia simplicitate incidi: id quod tibi accidisse credo de epistolis tuis, quas tu maledicas appellas, ego immodice salsas, quæ tamen à te aceto postea & tunc etiam tinctæ mulctā remiserunt muriæ & salsuginis. Quod mihi & ingenij & doctrinę palma cedis & laude, non accipio quod das: non id agebatur nostra illa controuersia, quam ita ipsam decisam esse uolo, nihil ut inde mihi accessisse uideatur, ne nō gratuita sit. Et alioqui nunquam ea de re contendere litigiose in animum inducam, cuius acerba odiosaq; disceptatio est, tranquillitatisq; interpellatrix: iudicium autem fere posthumum esse solet dūtaxat incorruptum: quanquam satis compertum habeo eam tibi suspicionē præcordijs aliquando hæsisse. ὅς γε ὦ γῆ καὶ θεοί, οὐκ ὤκνησας ὑπὲρ ταυτί. τί δὴ βέλτιστε ὦ Βουδαῖε, ἐξέστω τι ἤδη αὐτῷ. καὶ νῦν δὴ παραχωρῶ τὴν πρωτείαν τῆς κατὰ τὴν παιδείαν. ἆρά γε καὶ παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἐμὰ ἀξιοῖς; Egon' eo insolētiæ uenerim ut aliquid eiusce modi animo agitauerim? ego ne si antistiti quidem tuo esse mihi contigisset, fortunarumq; autori. Tu ista inconsulte rumigerulis credidisti. Quibus iā certe suspiciūculis abstergēdos utrinq;

D

animos

A animos nobis esse censeo. Verum mira sunt illa quæ scribis de illis eruditionis ingenuæ hostibus. Profectò tui me iam cœpit miserescere, cui in eam arenam descendere nunc necesse sit, aut patrocinium deferendum instituti honestissimi, ultimæq́ uoluntatis illius antistitis, qui legatum memorabile uberrimumq́ reliquit ad studia alēda hominum ingenio præditorum. Hic æquioribus omnino utimur sacræ philosophiæ defensoribus. Quare si istinc paululum concederes, ut statuisse te rumor est, tuatum rerum facturа istiusq́ prouinciæ commodorum, ingens, ut opinor, compendiū labo ris molestiæq́ factitares. Hac in urbe omnino si non amplè, certe honorifice & commode cum uiris existimatissimis agitur, primariæq́ commendationis in literarū lautiorum professione. Tu rationum tuarum summam melius nouisti, quas etiam, ut arbitror, cum amicis iuratioribus subducis, ego cum scribendi argumētum requirerē, hæc epistolæ addidi. Nam de aulica expeditione mea non est quod fabulam mox à me expectes, nunc etiam in serijs occupatus, huiuscemodi nugis non uacas, & me hilaritas cum ocio deficit. Nam his diebus literas Roma, Venetijs, ex aula, aliundeq́ simul accepi: quibus cum respondere cœpissem, tuæ superuenerunt. Est & alia cōmentatio, quæ sibi quadragenarij ieiunij magnam partem uēdicabit, si auspicari uacabit. Huc tanquam in securitatis domicilium me trāstuleram, sed curæ & negocia umbra sequaciora me comitantur quoquo gentium locorumq́. Hæc ad te tantum scribere licuit ante sacrum matutinū, quoniam dies festus erat. Vale. Ex Marliano nostro. v. Calend. Martias. Viuem tuū uerbis meis salutabis, cui non fuit ocium ut scriberē, & alioqui nihil erat quod scriberē: nisi si mactum esse iuberē, ea ingenij industriæq́ claritate quam tu testificare. Scripsi ei ad Calend. Februarias, aut postridie Calend. ἐξ ἔρωσο ὢ ἐπανορθωτὰ καὶ ἁρμοστὰ τῶν καλῶν συγγραμμάτων. καὶ διατέλει σώων, καὶ εὐτυχῶν.

Gulielmus Budæus Gulielmo Maino S.

B QVum in hospitij angustia atq́ incommoditate uersemur, omniumq́ rerum penuria expediendis epistolis necessariarum: ex eoq́ fiat ut ad familiareis & amicos nunc primum post discessum meum scribam: id eo mihi molestius est, quod scribendi argumentum plenius nunquam habui nec hilarius, utpote quod in dies uberiorem suppeditet atq́ nouam scribendi materiam. Etenim hic Regum conuentus, qui in conuictum iam prope euasit & consuetudinem familiarem tum Regum, tum eorum comitatuum, qualem quantamq́ copiam præbet scribere uolentibus? Quantam porro apparatus & instrumenti aulici magnificentia uisenda atq́ commemorāda? Vnica mediusfidius Regis Angliæ domus ad temporarium usum pauculis mensibus extructa, incredibiliq́ artificio exornata, unum & alterum diem morari ac detinere potest oculos & mentem prudētis rerum æstimatoris, rerumq́ mirificarū haud insolentis. Tentorium autem Regis nostri in loco statiuorum fixū inusitato sumptu, usqueadeo homines in stuporem adducit ob uestis aureæ copiam aliasq́ preciosæ, ut magnifici apparatus exemplum in hac re præcipue proditum multo maximū eorum quæ ætas nostra superiorq́ meminit, ipse cum alijs censeam: ac ne superari quidem olim posse putem: ut non in luxum res euadat reipublicæ profligatorem. Hæc cum perscribere ob causam supradictam nec uacet, nec promptum sit: tum etiā eiusmodi esse mihi uidetur, ut etiam si locus tempusq́ suppeteret, reliquaq́ me non deficerent, tamen in id tempus reijcienda esse ducerem, cum res fide styloq́ maiores corām quoq́ significari magis quàm denarrari poterūt. Commendo tibi liberos quos diligentiæ tuæ credidi, qui siue in hoc studio profecerint, siue operam suam expectationemq́ meam luserint, laus iuxtà atq́ uituperatio ex euentu penes te futura est. Satis enim exemplo me homines præscripsisse liberis meis studiosæ uitę rationem existimabunt: &, ut Græcè dicam, τὴν τῆς φιλολογίας τῆς ὀρθῆς μέθοδον παραδεδωκέναι. Quo fit ut eos tibi commendans, non meam magis quàm communem rem ac curare te iubeam. Vale, Ardeæ. xvij. Calend. Iunij.

ut iure queri nequeam, aut excusare opinione me quod ad hoc quidem attinet fuisse falsum, tamen animus meus sui semper similis, & dulcedine libertatis perfusus, simul inertis huius uitæ insolens & intolerans, in aulæ comitatu quasi caueola inclusus idẽ tidem circumuolitat, effugium aliquod quæritans nequicquam nec inueniẽs. Nam cum me hinc tædium, inde quietis liberalis desiderium ex æquo pene domum reuo cent, identidem circumspectans & oberrans eruptionis locum animaduertere nequeo duntaxat honestæ & inculpatæ, utpote qui omneis transitus occlusos esse pœnitentiæ sentiam. Quo fit ut uel uti quadam pudoris atq; ignominiæ cinctus indagine, exilium consciscere mihi interdum sustineam à musarum contubernio: interdum tanquam fanatico furore instinctus perfrictam frontem & obduratam impingere in obicem constituam, & claustra perfringere: obuallatãq; libertatem carcere sic emittere. Etenim uir amice per philologiæ tuæ charitatem, quid mihi iam autor es ut faciam? nũ ut animo obsequar, qui in hac angustia ac cessatione æstuat angoreq; tabescit? At patrocinium publicum deseruisse si id faciam, per inertiam secordiãq; dicitabor: siquidem ex quo Principi iam iterum palam multis hoc uerbũ non dico ore excidisse, sed mature atq; consulte pronunciatum esse pernotuit, utiq; posteaquã inter feriarum horarum acroamata inclarescere aliquantulum ipsi cœpimus: uelle se magnopere & cupere literis Latinis Græcisq; sedem stabilem Parisiis statuere, & tanquã fundamenta iacere musei Romani atq; Attici: in quo principatus sui memoriam inci sam posteritati relicturus est: publicæ illico expectatiõis cõsensus speiq; inde erectæ in diesq; gliscentis, ad me doctrinæ elegantioris patrocinium animi destinatione detulit, ad quem etiam eius instituti autoritatem causamq; in primis referebat. Eo fit ut si digitum, quod aiunt, transuersum nunc ab aula discessero, nisi commeandi uenia impetrata, inexpiabili utiq; culpa obstrinxisse me uidear: simul enim apparere Principi desiero, & feruor ille regius &, prope dixerim, entheus intepuerit, aut plane refrixerit, ut falsam fortasse gratiam hactenus iniui spontanei Principis instituti, ob id quod alere & augere enatam diuinitus uoluntatem accurate enixeq; contẽdi, ita im merita nimirũ inuidia cõtinuo flagrabo, si quod ominari nolim, res agitari cœpta irrita tandem abierit & euanida. Tenes iam, ut arbitror, rationem non tam cõsilij mei, quo in re tumultuaria & præcipiti uti non utiq; potui, quã casus improuiso oblati, qui me arctissimo ex amplexu philosophię rapuit, & in diuersum abstulit late expatiatu rũ, proculq; omni diuersorio hominũ consultorum, qui quidẽ me securum præstare queant, in graduq; reponere tranquillitatis pristinæ & euthymiæ. Cõpone nunc Budæum in Marliano cõmentantem, ad quẽ tu aliquandò adijsti iter agens peregre: & eum qui nunc curis insuetis inter curiosos angitur: cuiq; negociũ sæpe facessunt hominũ genus haud æquissimũ literis, ij qui super hospitia mansionatim cõstituti sunt, cretarij designatores quos Græci appellant ἐπισάθμους: ut uno uerbo absoluam, qui ex gloriæ factitandæ officina transiit ad uitam ingloriã & nomadicã: expedi etiã cõsiliũ si potes amico in inopia consilij deprehẽso, & tanq; in salebra hærẽti uitæ porrò agẽdæ. ταῦτα μὲν σὺ ἀπεκνυρίσθω πρὸς ἄνδρα σε τῶν ἐμῶν, ὡς οἶμαι, κηδόμενον, συνειδότα τε ἐλεγχόμενον καὶ καταμαθεῖν πῶς ἔχει τὰ τῆς προαιρέσεως τῆς ἡμετέρας, τῆς ἐξαίφνης κεκαινοτομημένης καὶ παραδόξως ἐπιπεπολευκυίας φθασάσης, οὐ μὴν δὲ καὶ παραλόγως. τοῦτο μὲν δή με τοῦ νεωτερισμοῦ ἀγασθαί σε καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τὰ μὰ συγγράμματα ἀνεγνωκότας. οὔτ' αὐτὸς ἄγαμαι ὅτι δὴ ὀργῆς ἄνω. πῶς γάρ. οὐ γὰρ οἶδα τὴν τοῦ βίου ἐπιτήδευσιν εἰς τὸ μέλλον φυλάξουσάν μοι τὴν ἀλήθειαν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένοις. οὐ μέντοι καὶ γνώμην γε σύνοιδά μοι μεταθεμένῳ, ἀλλ' ὥσπερ θέᾳ γε τινὶ τύχῃ κρείττων γενόμενος τὴν διαλλαγὴν γνοὺς μετὰ τῆς ἀνάγκης. ὁ μὲν δὴ ὁ τούτου γε οὕνεκα μάλιστ' ἂν εὐξαίμην αὐτεξούσιος ἔτι αὐτὸς ἐμαυτοῦ ἐξ ὑπαρχῆς, ἵν' ἐξῇ μοί ποτε ἀποδείκνυσθαι ὅτι οὐ βουλομένῳ μοι ἦν ταῦτα οὐδὲ ἐμαυτῷ συνειδομένῳ. De Legato Regio istic agente faciam ex sententia animi tui, non tua modo sed etiam eius hominis causa, quem noui præter eximiã iuris doctrinam etiam literarum nostrarum esse amantissimum: faciam autem ita demum, si ita occasio tulerit ut operam illi tibiq; qui hoc iubes nauare possim, id est, si in rem præsentem aut fortuna me deduxerit, aut eorum consilium quibus ipse munus suum promendum apposite mandarit. Lazarus homo tibi, mihi, omnibusq;, ut opinor, studiosissimis amicus, iamdiu in aula nõ comparuit: existimo eum studijs se pristinis reddidisse: quare de eo scribere quod ipse poscis nõ possum, nisi eundem

esse

esse semper ipsum, id est ingenuo animo & uoluntate proba & egregia: ut quidē pręse ferre uidetur. Quas flagitas tantopere epistolas cum libello de Contēptu rerū fortuitarū, statim ad te misissem: si hic uenales haberētur, aut inueniri alio modo potuissent: mittā aūt primo quoq; tempore, nisi interim aliunde habuisse sensero. Gratū est quod scribis περὶ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου Βουδαίου, de quo tā ad te scripsi, & de eius sodali. Quod uerò de suppeditatione ἀργυρίου scripsisti οὐδὲν δεῖ, σύγε ὅσον πιεῖν. ἔχουσι γὰρ οἱ τῇ πόλει τὴν χορηγίαν ταῦτα τὰ καθημέραν ἐπιτήδεια. & Mediolani nō leuiter uiaticatus est iste meus à Prætore Mediolanēsi amitino suo: nō uult aūt pater eius pantolabū eū esse, id quod mihi ut tibi denūciarē ultro scripsit: ἔρρωσο σύ, ἐρρώσθων δὲ καὶ λόγοι εὐδοκιμοῦντες καὶ παιδεία ἡ ἐρωμένη μου πρὸ τοῦ. ἴσθι δὲ οὐ παύων ἄγοντά με σχολήν, οὐδέ γε ἀθύμως διακείμενον πρὸς τὴν ὅδε τὴν ἐπιστολῶν ἀμοιβήν. εἰ καὶ κατατετριμμένος νῦν εἰμι καὶ σχεδόν τι καταφλεγμένος ὑπὸ συχνὰς ἐπιστολὰς πρὸς τοὺς ἐξαιρέτους, τῶν φίλων καὶ γνωρίμων. Romorantij, postridie Regalium.

Budæus Alciato Salutem Plurimam Dixit.

Literis tuis sanè elegantibus & eruditis ut libentior placidiorq; responderē, priorē earum mihi partē transmittendā esse duxi. Veritus sum enim si rescribere ratiocinationibus tuis in animū inducerem: ne in contentionē quandā pertinacem & acerbam res tandē euaderet: posset aūt mihi aut tibi fomitis iræ quippiā decidere imprudenti, quod inflāmare sensim animos nostros nō nequiret, porroq; fortasse in iurgiū exardescere, & hoc tum comparatū natura in uniuersum: tum morib. utentiū, uidemus esse quasiq; iure honestoq; receptum: quod uel ore nobis uel calamo, ut ita dicā, excidit: id quo iure quaq; iniuria tueri ut contendamus, si in controuersiam trahatur, usqueadeo cuiq; hominū ex studio inclarescere literarum sperantiū, innascitur paulatim cupiditas proferendæ in mediū & confirmandæ autoritatis suę, quam labe fœdari tum credimus ipsam, cum culpā agnoscere cogimur & deprecari. Quo fit ut inualescentis contētionis nonnunq; stimulis perciti probi alioquin homines & morum elegantia cōmendabiles, iuris tn̄ & æquitatis fiducia destituti, id cōmittere non grauentur, iniuriā ut tuendā pro iure suscipiant: eo utiq; delabente euētu pertinacię, ἦλον ἥλῳ quod aiunt ἐκκρούειν ut uideantur. Hoc genus oblectādi per ociū animi adeo auersari ipse cœpi, tum ratione tum experimento cognitū, & plene animaduersum: ut religione me obstringere non ueritus sim ac lege in me lata coercere, in scriptisq; meis contestata, ne mihi uti eo liceret: nisi in eiusmodi specie quæ mihi ueniā ac gratiam huius legis deprecari ipsa posset per sese, animūq; meum ea religione soluere. Cui rei accedit etiam nunc: quo minus tecum uelitari argutando sustineā, pugneq; simulachrū tentare & inceptare: quod tu impetū quendam certum & cōpositū ad certamen, producere magis, ut opinor uoluisti: copias ut ostenderes & explicares tuas sane instructas & cōpositas apte: q; impressionem atrocē cruorem'ue editurā, facere aut experiri. Veniā igitur ad alteram partē quę placidā dein frontem porrigit prouocatricēq; beneuolentiæ: & quasi exordientē futurā inter nos amicitiā nō mediocrē: quā ideo suauius ipsam frequentiusq; lectito, quod tanq; receptui canēs pugnacē illā excipit, nōnihil ipsam quidē simile stomachationis habentē. In qua qm̄ uerborum epistolæ ad Longoliū meministi: & tanq; haud addubitās unū te his uerbis designatū, inuidiæq; tibi non parum apud homines studiosos & cupidos commentariorum meorum concitatum: leniter tu quidem & composite ad placabilitatem expostulas: admonitū te oportet ne ulterius aberres, coniectura te eo in loco falsum esse: à qua ipsa opinione spero bona ex parte deductum tandē iri: quum alios quoq; nōnullos extitisse eruditos homines resciueris, qui eius mei dicti partem & significationē ad se trahere non minus te ualeant: cum huius etiam ipsi commentationis munus obire mecum instituerint: gloriæq; inde manaturæ hæreditatē cernere in semissem aut dodrantē conati sint: ut magnopere iā mirari homines nō debeant: si ego abstinendam ab ea hæreditate quanq; ære suo cōstanti, animi mei contentionem esse duxerim, ex qua uix sextantē ad me tandē aut ad familiā meā peruenturū remansurūq; cernebā, alijs tandē atq; alijs hæreditatis petitoribus extituris: aut in partē inuasuris: præsertim cum

A cum oculum adijcere animumq́ uacantibus alijs cœpissem: quibus ex ipsis cum fortunas meas uberius augeri posse iureq́ meliore uidebam: tum uerò nullum sperabã proditurum qui partem sibi peteret, aut uendicaret inde quicquam. Verum ut nihil ita munitum est undiq́, & cautione obuallatũ humana, quin in cõtrouersiam trahatur, & assertorem interdum inueniat: ita ex Asse meo primum apud me nato & educto, unciæ aliquot laudis mihi decessuræ sunt, si testimoniorũ elogia in ea ualuerint specie, quam tabulis tantum prolatis disceptari æquum est: quæ utinam tamen ipsæ olim ita exeant, ut sua autoritate atq; dignitate id quod astruximus, confirmatum nobis reddant, perispectumq́ & probatum. Neq; uerò partis alicuius dispendio recusarim omnem in posterum hæsitationem eximi in eius rei summam, quam post multarum ætatum memoriam primus ipse, nisi fallor, in medium retuli: ut iam benignioribus ijs utamur qui assensum nobis suum accommodare grauantur, non tam id, ut arbitror, argumentis & rei euidentię negantes, quàm nominis nostri obscuritati & nouitati. At enim nominatim Alciati memini in epistola mea: hoc enim uideo te dictu rum: id igitur nete conturbet, accipe quod sequitur: & puta à iurato homine esse dictum & scriptum: qui ne iniuratus quidem fallere aut mentiri solitus sit: ὀνόμασί σοι μαρτύρομαι, οὐκ ἐπὶ κακῷ ἐπελθεῖν μοι. οὐδὲ καθάπτεσθαι τοῦ ὀνόματος τοῦ σοῦ εἶχον ἀτιμαστικῶς. ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἵνα παρὰ τοῖς τε πολλοῖς καὶ τοῖς τῶν μετρίων προσημμένοις τὴν δόξαν σώζοιμι, ἣν ὑπειλήφειν τὸ εὑρόμενον ἐκ τῶν ὑπομνημάτων. εἶθ' ὅπως ἐπιδείξαιμι τοῖς αὐτῶν τῶν διαδεξαμένων τὸ ἐμὸν ἐκεῖνο ἐπιτήδευμα, μάλιστα σε δοκεῖν εἶναί μοι ἀξιομνημόνευτον. id quod beneuolentiæ tributum initæq́ dudum amicitiæ Auenione, uide an rectè tu perpensèq́ æstimaris: ἐφ' ᾧ δὴ νῦν ἔδοξα μοι, ὡς οἶμαι, ἐγκαλοῦντί σοι ἀντεγκαλεῖν ἀγνωμοσύνης ἢ πλημμελείας γε. ὃς δὴ τὰ εἰς τιμὴν τὴν σὴν γεγραμμένα, ὡς περιγεγραμμένα ἐπλημμέλησας καὶ δυσνοϊκῶς γέ πως. εἰ καὶ ὑπὸ τῆς χρηστότητος δῆθεν τῆς σῆς ἐπισχόμενος ὁ θυμός σου καὶ ὑπερηδυνόμενος, οὐ πέρα τῆς μετριοπαθείας ἐξήχθη. τοῦτο γοῦν αὐτό, ὡς ἐλπίζω, καὶ δὴ καὶ τὸ αὐτό μοι φρονήσεις αὐτὸς περὶ τουδὶ τοῦ πράγματος, ἐπειδὰν ὁλοσχερῆ σύνεσιν αὐτοῦ καταλάβῃς ἤδη. Porro autem opus derelictum, quod iam occupanti possidere per me licuit: ut resumam ab integro, & ueluti emancipatum reposcam, in animum inducere nequeo: ne
B si mihi quidem id facere per eorum bonam ueniam gratiamq́ liceat, quos adoptati laboris gloria manet, quæ meam tandem deletura est. Nec ob id gratiã falsam & inanem à te, aut à quouis alio inire concupio, queis operis absoluendi conductione cedo. Nam cum hanc operã libens cupidusq́ adeo mihi remitto, operisq́ suscepti quasi manceps absolutionem publice renũcio: tum eo ratio studiorum meorum institutiq́ recentis euasit ut si maxime resumere concupiam, tamen nequeam: cui non procul ipsi modo liberis, sed libris quoq; & lare familiari plerunq; agere necesse est. Qđ si quid iam ad me res manu missa alienaq́ facta pertinet: uelim in te maxime hoc inceptum transcriptum etiam fide mea: simul quod idoneum te uideo qui id præstare possis & implere quod conatus sum, sartamq́ ac tectam Pandectarum lectionem ut hoc seculo præberet, unaq́ disciplinæ iam incultæ & squallidæ: mundum, ut ita dicã, suum matronalem referre: si quidem ad operis iam affecti exasciatiq́ præscriptũ, cõfectionẽ eiusdem atq; expolitionẽ exacturus es: simul quod sermone ac testificatione uirorũ grauissimorũ adductus qui tibi plurimũ ingenij probi ac singularis merito fauent: cũ omnia tibi, tũ huius etiam ærũnæ gloriã cupio: in homine iuriscõsulto futuram splendidiorẽ. Vale. xvi. Cal. April. M. D. & XXI. in comitatu Regio.

G. Budæus Salmonio Macrino S. P. D.

EGo ne ut amicitiam ullam, inquis tute nunc ut opinor, posthac unq́ esse uelim mihi cum quiuis homine Parisiensi: ut unq́ fidem habeam homini quãlibet testatæ exploratæq́ probitatis, cui quidẽ certe aulico fieri cõtigerit ex studioso? certe nunq́ faciã, ne si præcordia quidem eius introspicere licuerit: aut etiã exerta & cõtrectata ad manus æstimare. Quid aũt mereri me uelle cẽses aut à te aut ab alio quopiã, ut cum ex stomachi mei sententia tecum delitigaro, amicitiam semel tibi non renunciem? Tu uerò ut possis me aliquando placatum tibi reddere? non enim uerò facies, ne si aureis quidẽ mihi ambas conuicijs audiendis obtundendas dederis, extremaq́ perferre exẽpla non recusaris amici excãdescentis. Eia tu Macrine mi: licet ne pauca

homini

hominí sic stomachanti: equidem merui (si ita uis) nec deprecor. sed tamen si istius animi tui æquitati dandę ueniæ potestatem ira tibi inusitata non abrogauit, oro te et obtestor aurem ut dextram amicitiæ nostræ utendā ne neges tantisper saltem dum causam apud te dico: nam alteram nobis obstruas licebit: quam inconsultè (ut arbitror) famæ loquacitati accōmodasti, blandæq; obreptioni stomachationis inde conceptæ, quasi à me inter amicos tandem ipse præteritus sis. In hanc fermè sententiam insomnium hoc trinoctio aut insomnij instar semisomno mihi obuersatū est, cùm interdiu non mediocris sollicitudo animum meum tentasset, ob id quòd menses iam multos nihil à te ne salutationis quidem uicariæ atq; internunciæ habui: quem in primam classem amicorum retuli, perspectum prius & probatum. Hei mihi misero: qui toties in offensionem hominum doctissimorū incurro ob eandem hanc culpam ferè unam. amabo te amice causam cognosce: tum deinde arbitrare an ego capitalis reus sim. Epistolam unicam tantum à te accepi post tuam ex aula profectionē: eamq; tum demum cùm mihi hinc cōmeatum ad pauculas hebdomadas ambirem, actuosq; instruerem. post reditum meum literas ad te dedi in prouinciam priuato nomine dictam: unde tu ad me scripseras. Quum ea opera defunctum me erga te pulchrè existimarem: ecce tibi in aulam aduentare rumor attulit maximum dispensatorem aulæ regiæ (aut si mauis uocare Francicæ regiæ decurionem:) qui cum ipso te uenturum omnes arbitrabamur: quoad eius reditum intelleximus alteram tibi prouinciam ab eo esse mādatam: & simul literas meas nescio quo gentium in diuersum exportatas satis suspicatus sum: id quod antè prouidere non potueram. At enim statim debui alteras ad te istuc scribere. equidem culpam hanc agnoscere facilius mihi persuaserim quàm causas alias aliasq; excusare, quæ cogitationes meas deinde aliorsum detorserunt. tametsi (ut ingenuè fatear) cùm in mentem mihi sæpenumero uenisset quid mei esset officij, etiam te cessante silentioq; indulgente: cunctatio identidē (ut assolet) deinde obliuio subrepsit alia atq; alia uersanti in dies emergentia. è quibus enata animi ægritudo non ipsa quidem mœrens, sed tamen à curis oriunda, chartam mihi subinde & calamum tanquam è manibus excussit aut subduxit. quibus tamen interim ipsis uacationem nō diuturnam esse huius functionis passus sum: quantum quidem manere licuit in oppidis locisq; ad id accommodaris. tametsi si recriminationem in hac specie ualere mihi persuadeā: quid ni hac exceptione quòd in eadem tu culpa sis: summouere expostulationem tuam possim, si mecum experiri institeris aut desertæ amicitiæ aut floccifactæ. nisi uerò ferocem te facit hæc obiectio quòd semel ad me scripseris. cùm interim comperire non potueris literas ad me tuas peruenisse, (ut quidem in manus illæ meas inciderunt, potius quàm redditæ mihi sunt) nisi ipse faterer, aut tu meas acceperis. Patiere igitur si me audies, eam siue iniuriam siue aliud quicquid est, mutua inter nos aboleri dissimulatione. id quod ut facias exoratum te uelim per Iani Lascaris genium communis nobis amici, et si mihi fortasse peculiaris: à quo literas iam binas accepi Venetijs agente, cùm aliquot Diodori libris Græcis quos Regi dono misit. ubi nuncium præstolari se scribit è Græcia unde pueros (ut nosti) accersendos mandauit & curauit. Rerum mearum ratio duntaxat aulicarum minus adhuc fixa est, & ex arbitratu meo hominumq; eorum constituta qui ornamentis meis student: quàm ut scribere nunc tibi ea de re gestiam. Rex hinc iam dies aliquot cum comitatu suo digressus est: incertum an reuersurus. me autem cum paucis aulicarum reliquiarum non tam consilium & propositum: quàm morbus is detinuit, qui officinam sensuum nostrorum (ut nosti) identidem tentare solet. neque enim committere me hac capitis habitudine itineribus erraticis audeo per loca satis auia, quæ Princeps uenabundus consectatur. præsertim cum annonæ inopia agrestes homines inuaserit hac tempestate militari maximè nequitia, agrestis etiam ferè copiæ calamitate. Vale Diuione, pridie Idus Iunias.

Gulielmus

Gulielmus Budæus Ioanni Cochlæo Salutem.

EPistolam tuam tertio Calend. April. scriptam ad Calend. Iunias accepi: quę mihi quidem ipsa cùm alias, tum eo iucũda fuit & opportuna, quod literas meas cum quaternionibus quos inspiciendos acceperam, ad te peruenisse iam compertum habeo, quod prius addubitabam. ueritus sum enim aliquandiu ne fides mea ea de re ob stricta tibi diutius permaneret, cum in mandato tuo peragendo culpam nullam morámue admisissem. Quantum autem ingenium tuum & propositum ex literis iam alteris tuis æstimare potui & perpendere, tute iam ita honestis consilijs & moderatis animum adiecisti: nihil ut edere statueris eorum quæ acriori animaduersione deprehendisti, quibus in ipsis ætas adhuc ista contagione rudiorum seculorum imbuta hallucinatur: quod non (ut ita loquar) prudenti facundia pręlitum sit & medicata, quo æquioribus id animis & libentioribus expendatur ab hominibus, qui in manus sum pserint inspiciendum. Quam docendi rationem in publicumq́ proferendi quod elucubratum sit intus: ijs omnibus necessariam esse duco, qui animos hominum deducere in sistunt à receptis iamdudũ confirmatisq́ etiam atq; etiam persuasionibus, in quibus multarũ ætatum sensus & iudicium erroris callum obduxit. Neq; enim (ut sic dicam) apud uulgus errore successorio præimbutum & occupatum, Senatus prius datur hominib. peritissimis, de rebus huiusceemodi in medium relaturis: quàm composita oratio & efficta ad gratiam contumacibus animis pedetentim obrepsit: autoritatem sibi ipsa præstruens atq; attentionem, quoad eo insinuarit usq;, unde causę iam fiducia niti ac firmamentis potest ad conuellendas bases præiudicij. simul enim aures (ut sic dicam) confessus ac populi uacare postulatis cœperunt longo interuallo redeuntis, quasiq́ postliminio ueritatis: nulla iam utiq; præscriptione ne trisecúlari quidem aut maiore summouentur animi, quominus in sententiam transeant autoris cuiusq; antiquæ doctrinæ relatoris atq; nitidioris quàm cui insueuerint. siquidem eám esse uim uidemus germanæ rectæq́ disciplinæ: ubi primũ animi dociles sese quidem præbuerunt & attẽtos, eos ipsos ut animos pigneretur ipsa protinus, ac dignitate sua autoret & maiestate. cæterum quum doceri ferè nequeant ij qui docentes respuunt insito præiudicio & auersantur: eapropter ut quisq; nostrum res maximè inauditas allaturus est, in multorumq́ offensionem incursuras atq; obtrectationẽ: ita summa prouidere is debet animaduersione, ut attrectabiles mentes hominum seseq́ indulgentes sibi quoquo modo præstruat: quo ueritas suapte natura non popularis, modestia tum sua commendabilis sensim illabatur animis. sic enim futurum est maximè, percepta ut autor doctrinam simul suam probatamq́ experiatur & gaudeat. cuius consilij non pridem tibi ut autores essemus ipsi, uel assensores potius & probatores (utpote qui nihil præpropere cõmentationum tuarum manumittere statuisti) erroris mei pœnitentia sero animaduersi fuit in causa. etenim sæpe mihi doluit, id me ætate præcalida & pręcipiti commisisse, ut res in eodem ipso genere nouitate tunc spectabiles & alioqui plaudendas, nec composite nec populariter ederem in theatrũ quàm amplissimum. Tametsi nihilo secius id mihi necopinato datum est tandem diuinitus, ut argumentum haudquaquam translatitium, inconsultè quidem ipsum temereq́ adeo proditum (neq; enim inficiari queo) primum ancipiti populo, deinde etiam secundo steterit & libentè. nunc adeo ut ipsum flagitetur iterum & reuocetur etiam ab ordinibus. id quod etsi nullo meo merito contigisse uideo, nec eodem rursus animũ ut certam mihi persuadere possum ne urgentibus quidem amicis, autoribus ac suasoribus permultis grauissimæ autoritatis uiris, tamẽ non lętabile mihi esse non potest & perìucundum, certè quidem si molestum est ipsum post animum obfirmatum diuersam in sententiam: tristitia tamen afficere me nõ debet. Tibi uerò Cochlæe omnia ad hũc diem integra esse gratulor: exemplo uniq; meo imprudentis & præcipitis aliorumq́ quorundam edocto: res ut suapte nouitate placituras afferas in medium: tua insuper moderatione atq; elegantia uendibiliores futuras. eiuscemodi porrò ingeniorũ contentione prouinciatim quoq; gliscente, ad decus hac uia capessendum: laudemq́ propagandam erroribus explodendis è schola atq; interim illustrãda professione litera-

rum bonarum, quis non uidet augustæ illius doctrinæ à priscis utraq; lingua expolitæ, musarum etiam numinis multis ætatibus abrogati: quandam uelut apocatastasim breui peractum iri: in fatis utiq; ipsam hærentem nostræ patrumq; memoriæ æqualibus ac destinatis. Quod si recta probaq; ratione inclarescere doctus ille uir instituisset, cuius tute in fine epistolæ tuæ meministi: aut nisi blandientibus incepti primordijs transuersum se agendum auræ populari dedisset, & quoquo uersus rapiendũ atq; uersandum, non utiq; in se facinus id amisisset, propter quod ab aduocatione (ut uere dicam) bonorum & grauium coronaq; honestiore protinus desereretur: etiam si (ut fama est) hodie post eum casum quoq; circumfusam trahit turbam: homo nimirum ingenij ut eximij sic impotentis: qui cum è peristilio abdito abstrusaq; exhedra in scenam sua ui productus esset, primos actus fabulæ mirificos simul & graues cuneorum plausu & admurmuratione, orchestræ etiam conniuentia & assensu, nõnulla ex parte exceptos, tristi ad extremum catastrophe auersandaq; clusit: ita ut caueæ reclamatione fiducia præceps, nec sua ui satis ad tantam rem peragendam instructa, ilicet obruta sit aut certè exacta & explosa. Qui utinam ipse ad frugem tandem bonam commemorandum alioquin ingenium clarumq; reuocare in animum inducat. quod sanè plaudendum erit si contigerit, omnibus qui rem literariam rectè atq; ordine constitutam cupiunt. multa enim ille præclarè, acutè mireq; cum paucis animaduertit in parte doctrinæ necessaria. Vale uir amice, ac præclarè iam exorsa feliciter detexe. Diuione ad aulam, quinto Idus Iunias, M. D. XXI.

Gulielmus Budæus Thomæ Moro S.

Facis, ut opinor, More suauissime non de industria & instituto, sed naturali quadam natiuaq; aptitudine, atq; ex ingenio tuo, ut & scribendo & disserendo similem te tui semper præbeas, id est lepidum & perurbanũ, etiam si eiusmodi esse interdum nec cõstitueris nec mediteris. Id adeo cum alias tum nuper animaduertere mihi subijt, quũ literas tuas mihi Theobaldus olim noster nunc uester reddidisset: quibus propemodum in ipsis hominem me mediocris industriç, accuratum in neglectis, elaboratum in tumultuarijs facis, absolutumq; in inchoatis. cum tute in compositis inconditus uideri non nolis, & uelut in affectatis & elucubratis similis securo & dissoluto, hoc enim literæ tuæ significare uidentur: cum interim stylus ipse tuus in uniuersum, non dico præ se ferre anxiam diligentiam (quippe qui ductili & quasi cerea facilitate succedat) sed tamen redolere scriptitandi certum atq; expeditum usum formulamq; uideatur. Mea uerò illa epistola quã Rich. Imigefeldus uir grauis ac multis nominibus commendabilis legatione hinc decedens ad te tulit, cuiusmodi fuerit non commemini: hoc scio, eiusmodi eam fuisse ut apud me exemplum eius nullum manserit. Tua autem ista siue ironia congenita quidem ipsa & candida, siue urbanitas festiua, & figuris innocuis condita, ita per omnem sermonem tuum (ut coram ipse sensi) perq; orationẽ fusa est: nihil ut minus esse te in ijs doceas quàm quod in fronte epistolarum tuarum aliorumq; uocaris. Nam cuius docti tãdem hominis sermocinatio acriorum salium illecebris aures colloquẽtium differentiumq; ductitat? Cuiusmodi salibus ipse etsi breuiter quidem & scitè affrictum esse me existimare possem, si suspicax esse uellem, non mediocri tamen lætitia his ipsis literis affectus sum, utpote qui non nescius sim iocandi tibi libidinẽ hactenus incessisse, ut in extemporali scriptione argumenti iusti ferijq; uicem tibi suppleuerit, ne nõ scribendi officio quoquomodo defungerere. Porrò quando tu me prouocare ad epistolarum uicissitudinem uidere in posterum usurpandam, pacta utrinq; iusta familiaritatis uenia, undecunq; securæ si quid imprudentib. incautisq; exciderit quasi in sinu mutuo fabulantibus procul arbitratu obseruatorũ, ne causari alter apud alterum possit scribendi tempus non suppetere, cum tabellarij aut uiatores prçsto sunt, age quod bene ac feliciter cedat uel accipio uel fero conditionem, in eamq; legem uel libertatis uel licentię pactũ iam hinc tecum ineo. Legis elegantiæ obseruatricis & styli meditati uacationem mihi posco, donoq; tibi uicissim: in ijs quidem epistolis quæ internunciç rerũ erunt ad amicitiam tuen-

A tuendam pertinentium. Ex cuius legis formula agere cum amicis sæpissime ipse soleo, commerciaq́ue arcana transigere sanctioris amicitiæ. Memoriã ad te scribendi penè intermortuam exuscitauit hominis tibi omnia cupientis singularis humanitas, qui tibi has literas redditurus est. is est Catilionius eximia morum suauitate gratiosus, hominumq́ue beneuolentiæ lactator, atq́ue inter paucos nobiliũ martialium literatus. quibus rebus accedit anceps uitæ ratio in uestratem ciuilitatem ambigens & nostratem. Quem cum ipsum natura nostrum natalesq́ue fecissent, benignitas Principis uestri nobis amici & fœderati, semel, ut uideo, in istum incolatũ pignerata est. Quo fit ut nullum potiorem nancisci me posse putem, quo utar interprete atq́ue interuentore tuendæ amicitiæ: quam tecum aliquãdo coràm, & cum alijs doctissimis uiris clarissimisq́ue contraxi. ex quorum numero uelim ut Polygraphum mandato meo salutes, uirum egregia comitate doctrinaq́ue præditum, ac tibi studio fauentem non mediocri. Vale, Diuione, quæ statiua nunc sunt aulæ. x. Calend. Iunias.

Gulielmus Budæus Francisco Deloino salutem.

CVm mihi ab aula abhorrenti non minus natura quàm instituto: & uultu q̃ animo magnopere erratica hæc uita grauis sit & molesta: tum eo præcipuè animũ meum urit & excruciat, quod in offensionem amicorum atq́ue etiam stomachationem impingi ob eam me sentio, confectim incusantiũ ut degenerem amicum ac mei nũc dissimilem. Quod si qui eorum extiterint quibus scribendi occasio ita tul erit ut quadamtenus satisfacerem, cæteri quia posthabitos sese interpretantur, eo infestiores in me aut offensiores eo oriuntur: propè ut consultius sit homini qui undiq́ue bene eo audire nequit quod quoquo uersus intentus esse non potest, uniuersorum querelis caput ex æquo obiectare tundendum, huiusq́ue negocij immunitati indulgere, q̃ atrociorib. paucis uti & infensioribus, qui cõtempti sibi esse uideantur. Mihi uerò, quod quidem ad te pertinet, præclarè id euenisse puto, quod anteq̃ expostulatrices literas

B tuas accepi, iam iterum tibi scribendi officio anteuerteram, etsi tum literæ meæ ad te nulla mea culpa non peruenerant. quarum etiam ipsarum alteræ (ut nuper ab uxore accepi) casu interciderũt in urbe, quod iustiorem utiq́ue expostulationem tuam facit. Quare defensionis meæ fiduciam non in eo positurus sum quod tu ludibundus, ut soles, præripere mihi atq́ue auferre uoluisti. Non excusabo aulicæ apparituræ necessitatem: non salutandi officia: non principis latus cingendi: non aulæ deniq́ue more hominum in uniuersum me uenditandi. Non mihi ista, non mihi inquam sed illis in excusationem cedant qui iusta plenaq́ue professione nomen dederũt in comitatum regium, certaq́ue & fixa non temporaria & ueluti precaria destinatione animi. quibus euenit ipsis munerum ut obeundorũ necessitate teneantur, quæ ministerium quotidianum & obnoxium habet adiunctũ cum assiduis functionibus. Mecum omnino indulgentius agit aulæ genius, cui ita seruio ipsi, ut tamen obseruari me oculis philosophiæ putem, cui iam me approbare statueram & inceptabam cum huc trãsuersus casu inopinato raptus sum, nescio quàm auspicato. Ita fit ut cum inficias ire nequeam (si mihi olim obijciatur) quin seruitutem seruiam: respondere tamẽ possim, ita memetipsum addici passum esse, ut tamen seruitutis modum in potestate semper habeam, etiam si sæpe frustra ad libertatem respectem: & ad seruitutis imperia edictaq́ue ingemiscam. Quàm autem scitè, quàm solerter, quàm expeditè deniq́ue operarum præstatione fungar quas speciosa hæc seruitus & prætextata exigit: ut uno uerbo rem complectar: q̃ integri status esse mediter post eas functiones quę plerunq́ue sugillata relinquũt, quasiq́ue stigma inurunt ingenuis incunabulis, non epistolæ res erit si uelim edisserere: sed Peripateticæ cuiusdã festiuæq́ue sermocinationis, ne miliaria quidem ambulatione sæpius replicata satis enarrabilis. Interim autẽ hoc habeto, animo meo obsequi me, potius quàm aulæ supra modum me probare statuisse, eiusq́ue litare numini & genio, si tamen hæc una coire ambo nequeunt. rationi uerò meæ & proposito congruenter (ut sic dicam) ineptire aliquantisper: potius quàm uelut in hoc æstu fluctuans iacturam collectæ opinionis faciam, ut cõditionem inde uberiorem auctioremq́ue quàm existi-

matiorem probatioremq́ referam, pugnante mecum meo genio, & reclamitãte philocalia. absit ut, absit inquam ut hactenus huius mirificæ magæ philtra in præcordijs meis hæserint. Nec tamen diffitebor nouis me rebus sollicitatũ, afferre ingenio meo ac pudori uim tentasse nonnunq̃: alienoq́ consilio persuasum, ac me degentem amicis, frontem (ut ita loquar) philologicã perfricare uoluisse. sed hanc perferre cõscientiam ecquis possit, qui quidem quoquomodo imbutus philosophiæ præceptis, ingenuitatis etiam colorib. tinctus sit, quæ fucum non admittunt? æstuantẽ igitur uultum abhorrente ab instituto meo persona exuendum statim esse ponẽdumq́ censui: quo magis ingenuè spirarem ut prius & cãdidè. spiritus enim pristinos interim suppresseram temporarium hoc theatrũ ingressus: tanq̃ tolerare in dissentaneo habitu ad aliquantum temporis imperare mihi possem, & scenę ordinibusq́ seruire. Verum ô mira uis naturæ: præsertim doctrina legitima quoquo modo politæ. simul enim sentire uim & agnoscere impetum temerati pudoris cœpi, cuius constantiam enixè attentaueram: in religionem statim traxi adultum & confirmatum libertatis amorẽ, quasiq́ iam senescentem animum emeritarumq́ cupiditatum, addicere licenti quamuis magno seruituti, ac uinctum & ducẽdum (ut loquebant̃ antiqui) tradere ambitui. Quid igitur causæ est, inquies, si tibi uersari inter homines obnoxios aulicaq́ mancipia salua libertate licet actionum etiam illiberaliũ immunem esse inter homines operas nauanteis cupiditati: quin uel amicorũ neglector, uel ocij inertis captator, uel obliuiosus, uel illiteratus: deniq́ tui studiosorumq́ dissimilis in isto comitatu illiteratorumq́ cõmercio factus sis, qui ad epistolas pro more missitandas tanta captus esse secordia incuriaq́ uideare? Per me quidem licet ut horum quippiam existimes: sed amabo te amice magne, quid uis potius q̃ contemptorem me factũ esse. ego ne ut obliuisci tui contemptim potuerim, cuius amicitiam annos plus uiginti inoffensa officiorum uicissitudine colui? Nosti me, ut opinor, q̃ in hoc fuerim mei semper similis: ferè ut rescribere notis iuxtà ignotisq́ solitus sim: nõ item ultro scribere. rursus ut nihil minus in potestate habeam q̃ modum epistolarum, cùm semel concalefactus pigritiam torporemq́ mẽtis excussi, & ago tum quod agitur ut si quisquam alius. Verum cum sim ego huiuscemodi & cunctator & inertia præditus: tu uerò & ad prouocãdum promptus, & ad inuentionem felix, & ad elegantiam expeditus atq́ exertus, præsertim in hoc genere, sub manu fermè ut habeas quæ ad pertrectandos molli, ut dicitur, articulo animos eorũ ad quos scribis delectandosq́ promenda sunt: non tamen officio me cessisse tecum usurpando audebis contendere, si epistolarũ mearum fasciculos recognoueris qui penes te asseruant̃, ut mihi aliquando ostendisti cum apud te essemus. quibus ex ipsis cum alijs quas ad amicos eiusdem tecum notę & familiaritatis scripsi, iustum ipse uolumen efficere potuissem: si publicanda duxissem huiuscemodi epistolarum argumenta, quæ in secessu lectionem deposcunt. Porrò quod mihi in fine epistolæ tuæ minitaris nisi ad officium rediero, stylum tuum ad cotem uel meã uel Erasmi exacuturum: credo ut ueluti asellum punctitando ad mutuas uices excites, quem palpando aut exhortando non potes: tãtum abest ut uerear, nihil ut magis optem in hac specie. Etenim si meo me pugione lacessere cœperis, nõ modo ut cognitum, sed etiam ut hebetis similem eum floccifaciam. sin Erasmicæ coti stylum affricueris & attriueris: latus apertum propemodum præbebo. si tamen petitiones eius æmulabere placidas scilicet & à palæstra decoras raroq́ exitiales, quibus ipse etiam cõsauciatus oblector aut sugillatus, certè quidem non indignor. Nam alioqui ne me tu esse putes imbellem & exanguem: denuncio tibi periculum haud mediocre si uulnificũ stylum exeruero ab æquanimitatis theca, ubi cõditus à me iamdiu asseruatur: ex eo iam tempore quo accingi ad ludicram pugnam institui, cum res ad uerũ per nos agi plerisq́ uideretur prima statim specie. Quæ istic rumor circumtulit de re æraria constituẽda uel innouanda, uaniloquentiæ magis q̃ constantis famæ fuerunt: tametsi res arcanis hic sermonib. agitata est, & consilijs alijs atq́ alijs attentata. Verùm cùm ratio pertrectandæ rei & cõmodius cõstituendæ parum expediretur: ac ne iniri quidẽ probabili satis specie uideretur, consentaneum quoq́ exitum id inceptum habuit. famam auxit inuidia multis iam annis quorundam insolentia conflata, & moribus fortasse iniquis

compa-

comparatū est, ut temerarios rumores leuib. & obscuris initijs ortos, ordinis nō obscura sequatur sugillatio, gliscens illa quidem primum: deinde pertinax ad aliquantū temporis, rerum utiq; nouarum nuncios populo ferè excipiente aure in deterius prona, & cum miras existere uidemus hoc tempore rerū in omni parte uitæ, tum etiam in hac id hæsit fatum, ut genus hominum olim potens & gratiosum, inuisum esse cœperit & exoletæ autoritatis, difficultate (ut conijcere est) temporis & paucorum crimine. tametsi quæ tandem pars reipub. tenorem iam suum seruat? aut qui ordo hominum, quæ conditio, quod deniq; genus rerum non suam uicissitudinem sortitum est & expertum? sic est rerum humanarum uolubilitas, sic inuida fatorum series nihil diu beatum esse sinit & stabile. sed spes hominum impostriculæ, trabali ea clauo fixa esse persuadent, quibus iam ipsis fatum imminet & impendet. De rebus meis si habuissem quod scriberem, ista non attigissem. nec tamen non habeo quod sperem, etiam si nihil compertum est. Nosti (ut opinor) aut audisti publicarū iam curarum summam in bellum esse propēsam, quod in secularem propemodum cladem animorumq; peruicaciam cōmissum esse creditur. præpotentium enim imperiorum æmulatio mutua, iam annos aliquot fomitem contentionis aluit, longè lateq; exarsuræ qua fines modiq; protenduntur immensarum uirium. Deus diuiq; tutelares omnia nobis secundent. Vale, x. Calend. Maias, M. D. XXI. in Aula.

Gulielmus Budæus Francisco Deloino S.

Nisi me extorrem esse patria penatibusq; existimassem Deloine doctissime, nunquam, ut opinor, sustinerem in eam uel moram uel incuriā incidere: quam propter si mihi amicitiam aut certè scriptitandi inuicem consuetudinē renunciares, iure id te facere haudquaquàm abnuerem: sed scilicet deploratius nihil est, nihil prope dixerim profligatius homine, cui spes domum reditus abscissa esse uidetur, larisq; salutandi familiaris anno saltem uertēte. Huic enim protinus amicorum memoria, æqui boni reuerentia, deniq; omnis officij ac decori ratio excidit, & pro ijs incuria subit cum inertia tristi. id quod mihi usu uenisse aliquando in hoc uitæ genere, ex usu amicitiæ tuendæ nostræ ac retinendę erit, si tibi persuasero, qui alterum iam mēsem penè exactum literis meis expectationem tuam fraudo. Quod si etiā cōsideraris cuiusmodi sit huius instituti conditio, in quod incidisse me magis ꝗ̄ obtulisse me nosti, ueniam mihi habendam utiq; existimabis. quodnam enim certum & constitutum munus tuēdæ suauiter & fruendæ amicitiæ expectes ab ijs qui nulla in parte uitę cōstitutas uices habent? non in somno, non in lucubratione, non in uictu, non in cultu diuino, adeò qui rectè atq; ordine hic constituere uitā conetur, cum perditas iam uitæ rationes aut confusas habeat, similis uideri possit ei qui in Euripo nauē agere posse confidat sedatè ac compositè. Etenim ut negocijs ocijsq;, curis incuriaq; uita nobis permixta est & implicita: sic rursus soluta philologiæ olim nostrę legibus, omniumq; ciuilium munerum, & bonis moribus congruētium uacationem habens, legitimam propemodum & concessam hominum grauium opinione. atqui cum in hoc cōuentu hominum quibus uita institutis informata huiuscemodi cordi est, pronas iam uitæ partes actitem, nec in infima classe cēsear: nulli, ut opinor, minus me ꝗ̄ mihi ipse probo, ut qui animi mei partes nec pure iam urbanas esse sentiā, nec quàm satis est ad uitam hic tolerandam, tam esse factas uersicolores. Quo fit ut cum bellus homo interdum & aulicaster esse meditor, tam indecora ut conijcio & conspicua sit in habitu oris mei discrepantia, quàm esse solet in histrione cum actio absona est personæ & incongrua. Pleraq; enim mihi huiuscemodi & speciei esse arbitror in munerum obnoxiorum functionibus, quas ratione nulla certa & meditata atq; è dictatis magistrorū petita: sed ex tēpore & occasione obeo, obuia quidem ipsa non quæsita anxiè & affectata, ex hominumq; potius qualitate quàm personarū aut fascium, in quos fortè incurro. usq; adeo philologiæ meæ cōsuetudine iugi & assidua obduruit animus, & tanquam contumax factus est aduersus imperia conuersationis huius aulicæ ab illa abhorrentis in qua sensus cōmunis rudimenta posui, quasiq; tyrocinium ętatis iam con

fultæ peregi. Proinde si stomachari cœpisti, aut in me iam obloqui quasi cãdorem in me pristinum non agnoscas, cogitato puro iam te amico & simplici uti nõ posse, qui eam artem factitet (tametsi nullo prope successu) quæ miscellum genus hominũ efficit & uersipelle. Apagesis inquis hanc disciplinam mores hominum adulterantem, quæ cãdorem & syncerítatem amicitiæ extorrem iam e schola sua fecit. profecto (ut uideo) nihil fugacius simplicitate ista morum cum limẽ illud imposturæ supergressa est. Quid agerem igitur potius, aut quid instituerem, quando sic agere in eo cõuentu nunquam non operæ fuit precium & palmarium? Quemadmodum porrò qui prçcipitio haud exitiali lapsi sunt necopinato in locum circumstructum aut obuallatum, aliquantisper sensibus capti, deinde ad sese redeuntes, mirantesq; casum suum, circũspectant omnia si qua erepere cõmode ualeant, & se in gradum restituere: haud alia ferme ratione e statarijs ipse actib. uitæ & compositis, imprudens deuolutus sum in hanc (ut ego quidem spero) philosophiæ digressionem, ut quispiam fortasse dixerit, ambitionis expeditionem multum tumultus habentẽ: in qua nũc deprehensus identidem æstuo. quippe hic mihi casus instar quoddam turbidi lapsus, aut certe descẽsus pene præcipitis e gradu securioris fuit cõditionis, in campum stationis huius iniquæ & obstrictæ, quibus in statiuis primis quidem stipendijs tyrocinium quoquo modo peregi. ad quod ipsum tolerãtia ægre quidem & in quiete adultum & deinde uirum factum, sed tamen utcunq; me perduxit. alteris cum proniora iam omnia mihi uisum iri promitterem, usq; molliora, & spes me illa destituisset, ęre pene dirutus sum, cum domesticæ uitæ desiderium ultra ferre nequirem. Cui etiam incõmodo accessit disciplinæ non cuilibet perceptæ & comprehensæ ignotantia, cuius haud dum satis præcepta prima theoremataq; tenebam: citra quorum peritiam, inopinatissimæ cuiusq; incõmoditatis ac difficultatis impressionem perferre uix quisq; potest: Id uerò quoniam exordium longius repetendum, narrationemq; longiusculam poscit nõ forensem sed cubicularem, in posterum quidem eam, sed perendino longiorem reijciam, quando is cunq; futurus dies est cum ambulationes suaues istic tecum peragere licebit more nostro. Quem tamen ipsum diem cogitatione interim gestienti nonnunq; præcipio prę impotenti desiderio rerum domesticarũ & urbanarum. Nunc id tãtum laboro, mihi ut acrius succensendi consilium in diem illũ ipsum proroges, præsertim quum suspicari atq; etiam audire potueris, me bonam partem eius temporis quo obliuisci tui uideri tibi possum, curam rerum mearũ anxiam quidem illam & mẽtis auocatricem in contubernio habuisse cum ægra ualetudine. Nuper uerò publicarũ difficultatum contemplatione priuatas curas premere cœperam & consopire, quæ quoniam ipsæ diuina benignitate leuiores fieri in dies cœperunt, diu contractũ animum diffundere sensim & explicare scriptitando lectitandoq; cõstitui, quantum quidem mihi ocij & cõmoditatis in castrensi comitatu dabitur. sed illud dicere quoq; non ausim quanto tempore e cœno illo existere turbulentiæ possim, in quo diutius fortasse q̃ par erat pro re nata conflictatus sum, homo utiq; nõ insolens rerum incõmodarũ. Qui abiectas à me fuisse uitæ huius consectandæ rationes ob mediocrem ad scopulum unum aut alterum offensionem, & prope cõculcatas, inficias ire nequeam, quas aliquandiu etiam recolligere neglexerim, cùm manus adiutrices ultrò aliquot mihi homines porrigerent gratia atq; autoritate pollentes, qui rebus ipsi meis consultum cupientes, uerebantur ne familiæ pignorumq; meorum detrimento bene atq; indulgẽter de animo meo mereri iterum obstinarem. Ex quo etiam facto pudori meo nota perpetuò hæsisset uel morositatis uel inconstantiæ, cum nullam satis dignam causam uel cõminisci possem aliam ab ijs quidem à quibus capita rerum manant, quamobrem missionem flagitarem intempestiuam, cum hoc etiam quod ualidum unũ & alterum retinaculum habebã, remoramq; animi alioqui gestientis & impotẽtis. itaq; hactenus illam eluctando stomachi cõtumaciam profeci animi imperio & rationis, ut iam callũ ducere cœperim in prçcordijs, aduersus huiuscemodi hebetiores noxas nõ nisi tyrones animos acerbe exulcerantes. Tu uelim ut quiduis potius in me criminis conijcias, aut tecũ ipse suspectando cõminiscare, q̃ desertæ aut incuria trãsmissæ per longum silentium amicitiæ. Vale, ad Remos oppidum celebre, duodeuicesimo Calend. Octobrium.

Guliel-

A Gulielmus Budæus Iacobo Tusano salutem.

FAcilè mihi quod scribis persuadeo, excitatam in animo tuo omniumq́ studiosorum miram animi alacritatem esse ex pollicitatione regia in gymnasium instituendum nuper facta, quæ literis meis innotuit, qua de re etsi nihil postea nec actum nec dictum est, non dubito tamen rem tandem euasuram quo speramus, nisi quid secus publicè aut mihi priuatim acciderit: ijsq́ qui eandem in causam mecum incumbere cœperunt. Ita enim est liberalitas pronunciata palàm multis, ut cum Principe agere non ueriturus sim cum primum dies actionis cesserit. quanquam cessisse diem puto, etiam si nondum uenit hora commoda. neq; uerò omnium sunt aut dierum aut hebdomadarum huiuscemodi sermones, in quos nisi fortè fortuna oblatos nostra incurrerit opportunitas & obseruatio, tanta res semel obtineri non poterit, et ut dicam huiuscemodi rogatio perferri. Sunt alia nunc quæ intentionem nostram distinent negocia, & ratio rei exordiendæ atq; ita instruendæ ut omnes in ea partes necessariæ constent, maturè uersanda est animo & consilij agitanda (super eo enim commentari nos Princeps iussit) ne cum in rem præsentem uentum erit, imparatos aut non satis meditatos ad causam tantam agendam uenisse sero pudeat ipsos ac pœniteat. simul egregiam Principis uoluntatem sensim augere & intendere (ut arbitror) operæ erit precium, admirationemq́ literarum bonarum alere & tueri, cuius incunabula quis in regiam attulerit olim ut spero non erit in obscuro. ἐπειδὰν γὰρ τὸ πρᾶγμα τὸ ὑμῖν αἰνιχθησόμενον, μέχρι τοῦ πέρατος φθάσῃ διαπεπραγμένον, καὶ ἡ τῶν καλλίστων λόγων καὶ χαριέντων σπουδὴ καὶ ἐπαγγελία τῆς εὐδοκιμούσης δόξης τὴν ἀπίθανον ἐκείνην καὶ ἀφιλόκαλον φιλοσοφίαν, τότε δὴ τότε κατάδηλοι γενήσονται οἱ τὸ καλὸν καὶ ἀξιομνημόνευτον ἐπιτήδευμα τῷ βασιλεῖ εἰσηγησάμενοι. πρὶν δὲ τὸ πρᾶγμα ἐκβῆναι, καὶ κατέργασθαι τὸ προαιρεθὲν ὑπὸ τοῦ ἐπαγγειλαμένου, κρεῖττον οἶμαι ἐστὶν ἀποκρύψασθαι. ἐπεὶ τὰ πολλὰ τῶν ἐγχειρημάτων, ἐκ τοῦ ἀποτελέσματος πέφυκε καὶ ἐκ τοῦ ἐκβεβηκότος εὐδοξεῖν ἢ μή. καὶ δὴ καὶ διὰ τῆς τύχης τὰ ἆθλα βραβεύειν ὑμῖν ἀξιωθείσης. τῶν τε λῶστα διαπραξαμένων καὶ ἐπαινετῶν, οἱ καλῶν ἔργων ἐνάρχεσθαι ἐφθακότες, ἐξήρτηνται τοῦ ἀποβησομένου, μέχρι αὐτοῦ τοῦ τέλους μετέωροι καθεστῶτες. δέον

B εἰ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐτύγχανον εὖ νενομοθετημένα καὶ καθεστηκότα δικαίως καὶ προσηκόντως, τῶν ἀξιεπαίνων γε ἔργων ἐγκώμιόν τε καὶ τιμὴν, οὐκ ἐπὶ τῇ τύχῃ κεῖσθαι, τῇ ἐπηρεαζούσῃ πολλάκις καὶ λυμαινομένῃ τὰ εὖ βεβουλευμένα καὶ ἐμφρόνως ἐπιτετηδευμένα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν δίαιταν τῷ θείῳ καταλίπωμεν, τῷ τε αὐτῶν αὐτεξουσίῳ. Vale, Ambasiæ, XII. Cal. Decembris, M. D. XX.

Gulielmus Budæus Gulielmo Maino s.

DE Draconis ægrotatione quod scripsisti, ideo mihi gratius ac iucundius fuit, quod antea intellexeram grauiter eum febre periclitatum: etsi rescisse me dissimularam. Qui si nunc certò ualetudinem colligit, feliciter & commodè actum eum re mea familiari esse censebo, ut debeo: sin humanitus quippiam pubescenti iam acciderit magnopere imminutum mihi argumentum fatigandæ ætatis iam procliuis ad quietem tranquillitatemq́ ducam. cum supparem nullum habeam eiusdem spei succidaneum, in cuius educationẽ cura atq; expectatio mea protinus tam propensè incumbat: ergaq́ alios mares quonam modo affici debeam nondũ satis constitui, quando indolis specimen mihi non perinde præbuerunt, quod unũ mihi acre incitamentum est amoris in liberos præter commendationem sanguinis & naturæ, quam non nisi translatitiam habeo ut debeo. οὐδὲ γὰρ ἐμὲ ἡ ὑπερμεγέθης φιλοστοργία εἰς τὸ τοῦ ἐξαγαγεῖν τῆς ἄγαν ἐμπαθείας, ὡς διαπράττεσθαί τι ἐκπρεπῶς αὐτοῖς, κἂν τύχω ἀφορμὴν εὑρόμενος, ἢ πέρα τῆς ἀξίας αὐτῶν, οὐ δὴ διαπεπραγμένος ἐμοὶ ἂν μέλλοι μεταμελήσειν, ἐὰν ποθ' ὕστερον ἀσχημονήσωσι τοῖς ὑπερμεγέθεσιν ἢ κατ' ἀξίαν αὐτῶν, καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ ἐπ' ἐμοί, οἱ μὲν ὄνοι, ἐπισεσαγμένοι ἂν διαπλάσειαν σκευοφοροῦντες, οἱ δὲ ἀξιοπρεπεῖς, διακεκοσμημένοι φαλάροις φέροιντο, ἅτε τοιοῦτοι ἐναβρύνεσθαι πεφυκότες. ἡ σὴ δὲ ἐλπὶς καὶ τάχα ἡ ὑμετέρα ἡ σὴ, ἄμεινον ἔτι ἐπιπέπλεκται σὺν τῇ τῶν μαθητῶν σοῦ. ἡ δὲ δὴ ἐκείνου, τῆς τύχης ἐξήρτηται τῆς ἐμοὶ ἐπικαιρομένης. Interim facito ut Draco det operam pleniorem camœnis cantricibus, ut uires recreãdo eadem opera proficiat in summam doctrinæ qua eum excultum uolo & expolitum. Vale, Trecis, peruigilio diui Marci.

Gulielmus Budæus Claudio Robertteto s.

C

EX literis quas ad patrem tuũ nuper unas & alteras dedisti, facile est cognitu tibi tantopere nihil exoptatum esse & propositum, quàm dignũ te tandem ut filium tanto parẽte exhibeas. Cuius certè uoti in primis cõmendabilis si fide (ut ita dicam) bona reus es: ut esse te ingenij tui candor cum epistolarum fide non dubiè testantur: animaduertere id te operæ est precium, tam tibi hoc obuium esse & expeditum atq; instructum (utpote qui & dotib. animi à natura, & paternis copijs prædìtus sis à prouidentia, & beatus ut si quisquam alius: quibus rebus subnixus peruenire eò possis ubi uoti damneris) quàm futurum id ipsum est dedecori atq; notæ, si quibus uestigijs uir ille suæ sortis hominum longè præstantissimus parens tuus, uiam tibi laudis honorumq; fungendorum præiuit: ea tute uestigia per inertiam atq; ignauiam nõ secutus esse uideare. Ecquis enim unquam puer ex quo ætas nostra meminit, fuit: qui huiuscemodi indole prædìtus cum esset, tot talibusq; naturæ adminiculis atq; fortunæ adiutus & suffultus, ad gloriæ honorumq; fastigium scandere & eniti neglexerit per uestigia patris? Ecquis quem præeuntem parentem sequi piguerit, per explanata iam omnia ac præmunita gloriæ face liberis suis prælucentem? Parens tuus illustri loco natus, tantum sua uirtute industriaq; creuit, ac gentem uestram auxit, ut penatium suorum fundamenta iecisse & substruxisse existimetur: non modo eos excitasse in hãc altitudinem. usq; adeo maioribus ille suis tametsi per se claris tenebras offudit atras incrementis in ea sorte inusitatis & propè inauditis. Huius tu Claudi maximus natu filius nisi hæreditatem claritatis eius primo quoq; tempore cernẽdam tibi duxeris: nimirum quasi exhæres tanti nominis, ignominiosam tantum possessionem bonorum eius habebis. Quare tibi enitendum est, in hancq; unam curam uehemẽter inuigilandum, dum præmonstratorem instituendæ uitæ patrem habere licet: ut tempore tuo utaris in aduentantemq; magni nominis successionem propensa ut instes cõtentione. Sic enim fiet, nihil ut remittas tibi operæ atq; uigilantiæ, cui ætas ista tenella ferendæ esse possit. quandoquidem prætermissæ occasionis assεclam esse pœnitentiã mœrentem consulti homines nouerunt & prouidi. Quo aũt æquius ac libẽtius laborem hunc perferas curriculi breuis, atq; hoc tempore frequentis & complanati: quod nec tibi alioqui magnos sudores pariturũ est in plena rerum omnium suppeditatione singularíq; parentum indulgentia, fratrem tuum Franciscũ nõ comitem modo (si bene eum noui) sed etiam socium passusq; adæquantẽ habebis. Vale, & parenti tuo approbare te frequentibus industriæ documentis enitere. Diuione XVI. Cal. Iunij.

D

Gulielmus Budæus Claudio Robertteto s.

EX tuis literis cognoui monita mea grata uobis fuisse, & studium propè uestrum ab integro instaurauisse, quo studio ad lautiorem nitidioremq; doctrinam incumbere cœperatis auspicatis omnino exordijs, ut stylus sermoq; uester iam excultus ostendit. quos etiam ipsos coràm non semel allocutus sum. Nihil autẽ mihi perinde iucundum est, q̃ quum audio & mihi ipse persuadeo, permultos iuuenes ingeniosos exemplo mei adductos, & admiratione captos: non quidẽ doctrinæ, quæ mediocris uel etiam aliquãto minor est, sed studij inusitati & antea inauditi apud nostrates homines, nihil iam ipsos antiquius habere, nullam curam præuertendam literarũ bonarum disciplinæ ducere, ob quam nos arbitrantur, ne domi quidem & in patria satis notos absq; hoc insigni fore: claros iam etiam apud exteros euasisse, ac per ora ferri hominum conscriptionumq; argumẽta. Qua in re cum delatam mihi famæ benignitate laudem quasi palmariam cum corollario animaduerto, primũ admirari soleo iudiciorũ nõ tam æquitatẽ seuerã, q̃ arbitriũ quoddã propensum & tanq̃ ab indulgentia corruptũ. (nã alioquin unde mihi tot puncta homini terra recẽs enato? quod quidẽ ad hoc stẽma pertinet, cuius ego principẽ imaginẽ genti meæ emeritus sum.) Deinde delatũ honorẽ hactenus agnoscere, mihiq; eo nomine fauere ac gratulari, quasi iuuentutẽ in Gallia nostra ætati meæ succrescẽtem, nomenq; olim meũ atq; etiã breui ex

A ex albo interlituram: aut certè ex summis uersiculis ad imos summoturam, acuisse primus citra controuersiam dici atque existimari merear, & acuisse ad istam nunc feruentem contentionem, exemplo à me prodito si rectè res perpendatur, nisi si laus rerum præclarè institutarum, autoribus earum primis ideo non debetur, quod docilis atque æmula posteritas, eorum præscriptis animū adijciens, res tantum inchoatas aut exasciatas (ut utar uerbo comici) ad unguem expoliuit, aut elimata tandem præstitit in medium & probauit. In id porrò tempus Claudi mihi dilectissime, cum tu unà cum germano tuo Francisco egregiè studioso incursurus sis: quo tempore acriū ingeniorum contentio honestissimi cuiusque studio & fauore subnixa, huius iam professionis fines honorisque nō modo prorogarit, sed etiam excoluerit ad nitorem usque exactum & absoluerit, uidendum uobis est etiam atque etiam, non modo ut pro puerili nunc uestra, sed etiam pro uirili olim parte enitamini, operam conferre in medium ad cohonestandum & confirmandum ordinem literatorum, quem utique uidere est iamiam futurum amplissimum, ut quidem certatim coeunteis ingeniosos adolescentes cernimus, cupidè ac strenuè partes facturos aduersus istos ignorantiæ patronos, pinguis Mineruę cultores & hircosę, iam ex scholis illustrib. explosæ, ut uidemus, & detractę obtortò penè collo. Ad quam causam fouendam & amplectēdam, si uos quoque gnauiter & pronis incumbere pectusculis institeritis, cum eo quod parēti uestro in eam expectationem intento & uobis instanti, huius & sequentis uestræ ætatis functiunculas officiaque approbaueritis: ex cuius indulgentia omnis spei uestræ pēdet ratio & firmamentum: uobis etiam ad uiam olim tuendi amplificandique per summum decus patrimonij, imaginesque gentis clarissimæ magis ac magis illustrandi, uiaticū accommodatum copiosumque comparabitis. Vale, Diuione VI. Calend. Iulij.

Gulielmus Budæus Francisco Roberteto S.

B HEsterno die ad cœnam (ut interdum soleo) apud patrem tuum iueram: sesquimestri propè interuallo hominem inuisurus de me magnopere meritū: à quo uarijs interim de causis distractus eram: præcipuè uerò ob aduersam eius ualetudinē. Ibi mater tua inter matronas primores honoratissimo loco habita: quæ nuper in aula esse cœpit ut uiro charissimo morem gereret: epistolam tuam mihi reddidit summa hilaritate. quæ cum grata mihi fuit ipsa ideò & iucunda, quòd obseruantiæ in me tuæ notas habet idoneas ac supra pueritiæ captum legitimas: tum uerò in ea admiratus sum & exosculatus eximij ingenij indolem, ad elegantem utique doctrinam lepidamque facundiam breui tempore euasuri: si quidem post primariæ istius doctrinæ rudimenta gradum tibi liceat ad ulteriora promouere: disciplinæque ingeniorum perpolitrici operam dare aliquantisper & iusta plenaque incumbere intentione. Nam quæ translatitijs (ut ita dicam) animis & quibuslibet naturis ardua sunt & magno sudore superantur: ea ipsa felicioribus ingenijs tuique similibus primum leuiter accliuia, dein de plana, & ad postremum prona uidentur esse. tum quidem præcipuè, cum ueluti stimulis quibusdam liberalibus, sic igniculis obortis acuuntur ingenuæ atque impigræ contentionis, æmulę existimatissimi cuiusque, atque longissimè ante alios in curriculo literario emicātis. Vsque adeo autem uoluntate ista egregia tute cum fratre tuo Claudio mihi uos approbatis: mei ut officij esse ducam, id quod epistola tua flagitare uidetur; ad eamque obseruantiam pertinere qua parentē tuum merito eius prosequor: in uobis quidem pueris alere ac tueri inualescentem sensim ad egregia studia procliuitatē: in parentib. autem uestris consultam ac moderatā indulgentiam: quam prudenter ipsi quidem non tam naturæ blandientis instinctu, quam industriæ uestræ certa quadam cōmendatione in ista etiam ętatula gratiosiore suscepisse mihi uidentur. Proinde uobis quoque etiā etiāque uidendū, quā parētib. amicisque expectationē primis his ab annis excitauistis: quod ueluti specimē præstantiū animorū hactenus edidistis: ea ne cōmitatis tandē ut destituisse uideamini: collectāque in studiorū tyrocinio gratiā ab omnib. etiā nedū à parentib. initā, per incuriā abiecisse. Cuius suspicionis notulā etsi in ore ac moribus uestris nullā omnino impressam esse censeā: admonitos tamē uos oportuit à me; ut

ut officio perfunctus esse uiderer pro ea qua parentem uestrum obseruantia beneuolentiaque prosequor. Vale, & cum Germano tuo certare discendi contentione pergito. Diuione decimosexto Calendas Iunij.

C

Gulielmus Budæus Francisco Roberteto S. P. D.

FRuctum non modicum, ut uideo, Francisce mi ex opera non ita ualde magna recepi ac percepi, cum literas paucorum uersuum tanto tibi usui fuisse uideam & confirmationi animi, ut egregiam istam contentionem ad literas elegantes perdiscendas, suapte sponte in dies ardescentem, nouo quasi spiritu afflato excitarint ipsæ uehementius & inflammarint. Qui etsi cupidè ipse agnoscere non soleam testimonia famæ maiora quàm ut ipsis assensum (ut ita dicam) accommodare conscientia mea possit, quæ mihi instar est testium multorū locupletum, omniq; exceptione maiorum: tamen libens equidem facio ut epistolam tuam plenam ingenuorum spirituum lectitem, quæ cum obseruantia mei atq; admiratione implicitam habet etiam æmulationem quandam, generosam sanè & acriorem quàm pro ætatis captu, euasuramq; tandem (nisi augurio animi fallor) ad bonam aliquam frugem eruditionis solidæ & singularis. Siquidem egregia uoluntate & ingenio præstanti quo te natura donauit, quasi quodam iugo rerum duarum in primis homini cōmodarum, animum omnibus artibus ingenuis excolere poteris annis his meliorib. omniq; cura liberis, qui immunitatem habent munerum ciuilium: quibus utiq; uobis iamdiu parens uester magis quàm sibi ipsi fungitur: uir in prima sorte hominū quàm existimatissimus: & industria sua conditor nominis celeberrimi. Tibi uerò & fratri tuo ut omnia ad tuendam huius nominis hæreditatem exoptem uotis penè conceptis, eius ipsius patris uestri dexteritas felix officiosaq; effecit: cuius merito summa quæq; nomini eius gentilitioq; cupio: si tamen maior semetipso esse potest qui ad summum fastigium priuatæ fortunæ euectus est. Et tamen quo impensiore uos amore prosequar, causæ illi paternæ accedit alia etiam causa quæ propria est uobis atq; peculiaris, non item ut alia à patre profectitia: morum scilicet & ingenij indoles sanè eximia & gratiosa apud omnes homines uirtutis amantissimos, cuius ipsa indoles uelut incunabula ac rudimenta tenet. Quando uerò ita tulit ætatis meæ ratio, ut amicitiæ colendæ officia obsequiorumq; uicissitudo pro captu & sorte utriusq;, mihi cum patre uestro potius obtigerit quàm uobiscum, unum utiq; aut plureis olim uobis liberorum meorum quasi succidaneum amicum sufficiam, qui uobis, ut spero, si non eodem ingenio & profectu, at certè eodem studio literarum respondebit & paria faciet. id quod ipsum eò pertinet quod circa finem epistolæ tuæ postulasti. Vale, & mihi matrem tuam saluta quàm appositissimè, quam nuper hinc proficiscentem salutaui. quæ tibi quidem ipsa ac fratri testis esse potest quantum ego uobis fauere apud utrunq; parentem solitus sim. Diuione, VI. Calendas Iulij.

D

Gulielmus Budæus Claudio & Francisco Robertetis Salutem.

EPistolæ uestræ sanè disertulæ ac supra ætatis captum sententiosæ & limatulæ, inertiam mihi forsan exprobrant, aut supinam obliuionem uestra opinione. id adeo ut instar quoddam interusurij debere uobis uidear pro mora temporis quod intercessit postquam rescribere epistolis ipsis licuit. Atqui cum expectatio uestra gestiens in diesq; intenta, hoc meretur ut ne diutius frustrari desiderium istud uestrum sustineā: rum id etiam poscere uidetur ac postulare amicitia & familiaritas quā cum parente uestro, eximio quidem ipso uiro, & apud primos secundos tertiosq; ordines gratioso, honoriq; in primis habito, initam merito eius habeo: semelq; contractā esse spero & coalitam. iustam quidem ipsam legitimisq; uicibus officiorum compactam: non temporariam & fluxam, id est è moribus aulæ conflatam: quod genus hic ferè colitur inter homines rerum secundarū asseclas, emigrāte subinde fortuna nuncium

remit-

A remittentes amicitiæ. quanquam in hoc quoque comitatu iustæ interdum germanæque ineuntur amicitiæ: tum ut qui consuetudine inolescentes, tum animorum ad eadem studia institutaque consensu, quod necessitudinis uinculum in hac (ut ita dicam) ambitus honesti moribusque recepti expeditione, quoddam quasi cōmilitium & (ut fert locorum angustia) nonnunquam contubernium astringit certius & continet. Beneuolentię uerò mihi cum patre uestro constitutæ conscientia, identidē me admonet quid mei sit officij in tuenda stabiliēdaque necessitudine cōmoda sanè atque honorifica rationib. meis. quam ita institutam ipsam inter nos tacitis, ut aiunt, conuentis, ab honestateque & urbanitate dictatis non nescius sum: ut in usurpanda fruēdaque uicissitudine officiorum atque præstationum uterque nostrum suis modulis, ut dicitur, atque suo pede ius suum metiatur: usumque & fructum amicitiæ pro captu suo habeat. Quare quum ipse in ordinum recensione non modo mediocris sortis ac notæ homines & præstet & longe anteeat, sed etiam in supremo ordine atque in actu rerum summo, eximio loco numeroque habeatur: in quo in dies florescere ui animi industriæque singularis atque inusitatæ uisitur & creditur: canosque iam enascenteis & proserpenteis per summum quodque decus mire cohonestare: par est utique ipse ut meminerim familiaritatem mihi quęsitam cum eo auspicato, ut spero, & confirmatam, cultu atque obsequio liberali ac forti meæ consentaneo retinendam esse & uinciendam. ut illi uicissim fortasse uidendum est: beneficentia mihi atque suffragatione rectè præstandis & repēdendis ipse ut famæ suæ consulere sibique constare uideatur. Porrò autem quum inter pignora quæ ei uaria & copiosa Prouidentia summa contulit benignitate, nulla antiquioris curæ esse animaduerterim illi & chariora, quàm ea quę ad generis nominisque propagationem in posterum data sunt: libens utique ut debeo faciam ex rerum occasione temporisque, ut coram iuxta atque absens hortamentis & monitis (quando alia te nequeo) egregios conatus uestros impetusque generosos ad uiam capessendam paucis ordinis uestri tritam aut proculcatam, confirmem & dirigam. Qua parte rerum maximè bene de ipso parente uestro & sedulo merendo, paria facere aut supparia certè possum cum ijs quæ ipse

B causa mea pro re interdum nata & contendit & efficit. Quapropter cum quippiam culpæ in eo à nobis admissum erit: apud patrem potius quàm apud uos purgandum me habebo, cùm ipsi probare me officij exhibitione magis quàm uobis aut cuiquam laborem. In quo ipso negocio præclarè mecum agitur, quod cum ille rationem occupationum mearum norit aliquantulum, oculisque interdum arbitretur: non magno pere causas comminiscendas quas excusem habebo. Enimuero quantum ipsa mea hortamenta animis uestris sederint & hæserint: literæ uestræ documēto esse possunt. ex ijs enim facile est intelligere unam illam penè cogitationem, aut in primis certè iugiterque uersari & redundare in mentis uestræ domicilio: nihilque præuertendum ei curæ & cupiditati uos ducere: quam in uobis felix præcipuè natura atque animi constitutio, genesim quandam sortita inclytam & magnificam: deinde æmulatio nostri commonefactione adiuta, pepererunt & aluerunt. Quo uelut intestino ac perenni stimulo uos adactos, atque ad cursum encyclopædiæ incitatos, nullus iam socordiæ scrupulus, nulla ardui incepti & operosi remorabitur reputatio: nusquam retrorsum aget pœnitentia, quominus aut languidius uiam illam ire contendatis, qua iuuenes doctrinæ lautioris cupidi, ad editum illum gradum euadunt, unde grauissimo cuique aditus est ad arcem Palladiam conciliabulumque paucorum, quos literarum gloriam facultatum iactura liceri censusque imminutione non pœnitet. cuius uiæ priscas orbitas situ & carie uetustatis iam exoletas, citima nobis secula strenuè ac feliciter interpolarunt, ut propemodum ad instaurationem iustam, cum uia Latina iam etiam peregrina uenerit. Inde uos uel properè uel maturè aliquando digressos uel egressos, prout commodum patri uisum fuerit, aut res aliqua necopinata tulerit, altera uos uia exceptura est: plurimis ipsa quidem & conuenis uiatoribus frequēs, quam uel popularem, uel regiam, uel militarem licebit ut appelletis: sed in qua nō ut turbæ pedestris & promiscuæ æstuandum uobis erit, utpote quos paternæ fortunæ gestatoriū supra communis ac mediocris sortis fastigium subeuecturum sit, & in principes confestim ordines classesque selectas collocaturū. Proinde macti ista uolūtate: isto proposito: ista

rerum

rerum omnium competentia ptolixa & copiosa ad id quod in animum induxistis: uiam hanc alacres strenuiq; deo beneuolente ingredimini, quam meis quodam modo auspicijs inire nunc uidemini: occasioneq; nunc data dum licet prolixè utimini: ne si uos consilium patris è re ita nata sumptum, è primo medioue cursu necopinanteis reuocauerit: uitio nobis uertatur quod ut segnes aut quasi exanimati in primo procursu testiteritis: & statim à carceribus uestra contentio elanguerit. Quod si præsentis alacritatis tenorem infractum ad pauculos annos seruaueritis: fore equidem recipio, existimationeq; mea cauere non renuo, ut inde uos egressos hominum primariorum fauor & plausus in publicum prodeunteis ilico excipiat: faustis etiam ominibus uox publica lætisq; prosequatur. Deinde cogitatio uos illa & meditatio acris subeat in aulam iam penitiorem admissos & adoptatos (in quo hominum præstātium fortunatorumq; domicilio non statario parens uester gentis suę penates longè lateq; metatus est, ad fastigiumq; excitauit) quonam modo primo quoq; tempore in paternam ipsi classem subeuntes illustris nominis hæreditatem patrimonio luculento subnixam tueri exemplo eius possitis: atq; etiam pro uirilibus ulterius commendare posteritati. Ad quam animi destinationem atq; obfirmationem eximijs dotibus præditam & instructam, acuit uos, ut uideo, æmulatio philologiæ nostræ: quod nobis periucundum est. tametsi genij eius (ut ita loquar) obscuritatem ignobilitatemq; agnoscam, quippe cuius incunabula & rudimenta tam exilia fuerunt & fortuita: eoq; tantum nomine commemoranda, quod nullis elementis aut certè inanibus constiterūt: pudendos ut natales & premendos huius professionis habuerimus. utpote præceptoribus ac socijs studiorum destitutos, omniq; instrumēto atq; adminiculo hac uia euadendi: è numeroq; multorum nominis mei eximendi. Quarum rerum aliarumq; facultas, copia, opportunitas cum uobis præsto sint & obuiæ, ut si cuiquam studiosorum, mactos uos olim fore pueri mihi dilectissimi, elegantiore doctrina splendoreq; nominis auguror & pronuncio, qui tam pronis nunc pectusculis ad id decus aspiretis & incumbatis. Quos cum eodem sanguine satos pari quoq; amore eodemq; prosequar: æquis propemodum passibus adolescentię primę curriculum ante annos ineunteis, una etiam epistola salutandos nunc duxi & adhortādos: quo magis animos uestros germanos & uterinos etiam hac communione consociarem. Valete, Et Philippum Esmerium præceptorem uestrum colite, quem de facie mihi ignotum plurimum de institutione uestra amabo si in officio perstiterit & incepto. Trecis, postridie Calend. Septemb. M. D. XXI.

Gulielmus Budæus Ioanni Calueto S.

QVo magis tuam paucorumq; sortem animaduerto: qui uitam hanc quam nunc ago exosi in secessum se receperūt tranquillæ uitæ desiderio: eo incommodius de me meritam fortunam existimo ac dictitare soleo, quæ me necopinato in hoc pistrinum impegit improba & alligauit, unde uos, ut arbitror, soluti libere nunc agitis. Verum ut ijs demum sentire uim numenq; libertatis, ac rectè eam colere & uenerari contingit, qui in seruitutem imprudentes abducti, sero eam requirunt, cœlumq; nequicquam uotis fatigāt aut querelis: & ut qui tempestate abrepti sunt in altum cum nausea & pauore, melius iam nosse cœperunt quanto certius & beatius erat sinuosis sese uelis & prolectanti ęquori non committere: ita cum ætate iam ingrauescente, & à morbo quoq; non leuiter affecta, in conditionem hanc dedititiam aut nexum fortasse non illiberale addici me passus sim, acerbiore utiq; desiderio nunc afficior tranquillæ uitæ ac studiosæ, qua me ipse abdicasse haud satis auspicato uideor. In quod ipsum genus uitæ non tam iudicio certaq; destinatione arbitrij, ac uitę rectè instituendæ proposito, rationes olim meas flexeram & contuleram: quàm fato quodam peculiari delapsus sum primum & irretitus. Nam (per diuam ipsam huius instituti Præsidem) quod consilium capere tum poteram & confirmare ad eam uitam capessendā, quum nullum suasorem, nullum autorem, ducem deniq; nullum haberem aut sociū, ne comitem quidem & sectatorem, ut tum fuisse nosti mores aut audiuisti & instituta

Galliæ

A Galliæ? Quo tempore nemo ne meminerat quidem aut audierat de maioribus exemplum ullum hominis literis Latinis iusta doctrina aut memorabili uel inchoati. Nam literarum Græcarum nomen fabulosum esse commẽtitiumq́ haud ita pridem à nostris putabatur: diuq́ fidem ipse facere non potui. Vtinam igitur quando fatum fuerat mihi nullo ut exemplo uitam instituerem: id quoq́ affatum esset (ut ita dicam) & à parcis mihi datum, ut pensum absoluerem. Te uerò prudentem simul & fortuna tum ista sententia iudico: si tamen ea penitus sedit animo, ut literæ tuæ mihi persuaserunt. quippe qui tenerioris ætatis dispendium orbæ ac destitutæ morte parentum, sarcire nunc statueris annis firmioribus, egregieq́ iam auspicatus sis. Qui si studij literarij primordijs, quę in literis tuis elucent, pari successu deinceps maiora expolitioraq́ attexere institeris: ut & institutæ rei summa poscit, & animi huiuscemodi alacritas pollicetur ad culmen ipsa (ut uidetur) erecta & intenta: nimirum ista quæ te exuscitauit æmulatio, locum tibi numerumq́ inter paucos hominum celebrium tãdem emerebitur. Id quod si uiuo me euenerit, libentius sanè tibi alacriusq́ partam hac ratione gloriam ideo gratulabor: quòd qui antea uerbum mecum nunquam fecisses, tamen exemplo mei adductus sis (quod literæ tuæ testantur) ut inclarescere ingenio atq́ industria cuperes. Id quod cum ipsum certum iam tibi esset & constitutum: primo quoq́ tempore, ut audio, è medio te subductum illam in officinam dedisti homi num expolitricem: in qua præstantissimi quiq́ homines maximeq́ eximij animi & ingenij, simulacra sibi fabricantur in æuum perennatura: folles utiq́ ducente æmula contentione fortunarũ intertrimenti rationem nullam habente. Saluta mihi propinquos tuos Robertetos, pueros cùm ingentis à parẽtibus spei & simul à patrimonio, tum etiam indolis eximiæ, in gloriam illam quidem non mediocrem magis ac magis in dies proficientis. Vale, Diuione, decimo Cal. August. M. D. XXI.

Gulielmus Budæus Francisco Rabeleso sodali Franciscano Salutem.

B IN hac uiatoria, turbulenta, uersicolori uultuosaq́ interdum conuersatione uitæ, nihil uerius mihi frontem hilarat & exporrigit, contractamq́ (ut ita dixerim) & inuolutam mentem explicat & pandit lętitia, quàm literarum recordatio, amorisq́ musarum & uenustiorum disciplinarum, quas magnopere perdiuq́ colui & obseruaui ut si quis unquam hominum mei ordinis. animum illa quidem meum nunc subiens per occasiones magis quàm per ocium, aut certis quibusdam constitutisq́ uicibus. id quòd aliter euenire uix potest in hac ueluti expeditione nõ tam placida quàm inermi, in qua non iam musarum auspicijs ut pridem assueueram: contubernio Philologiæ uti ac frui mihi licet, eiusq́ militiæ commodis aspirare quæ sine mortalium agrorumq́ clade ad gloriam quærendam instituta est, domitandamq́ imperitiam improbam & contumacem aduersus edicta sapientiæ imperiaq́ rationis, in qua quum ipsa nuper ordines iam ductitare quoquomodo existimarer, inter primoresq́ censeri, nõ tam ob res egregiè & præclarè gestas, quam ob eximiam & alacrem promptitudinem, ecce tibi inopinatum fatum (commemorandum ne an pœnitendum nondum planè comperi) transuersum me rapuit in rationem agendæ uitæ exercendæq́ mentis diuersissimam. quippe qui pro securitate angores, pro tranquillitate trepidationem, pro ocio negocia, pro libero arbitrio obsequendi necessitatem, apparituramq́ in aula factitãdi: deniq́ pro philosophis auscultationibus aulica acroamata sortitus: καὶ ἀντὶ τῆς αὐταρκείας εὐγνωμοσύνης τε καὶ εὐχύμου, ἀθυμοῦσιν οἷον πλεονεξίας καὶ ἀτακτοῦσιν μιλεῶν, haud sciam an pro integra existimatione pericliter ignominia. quis enim inhibeat gliscentem famæ loquacitatem? quis temperare linguis eos coget qui libentius in sententiam eunt deteriorem & obtrectantem? hi exemplum statuisse me cauillabuntur, ut posthac quisq́ cum occasio tulerit & fortuna perlexerit, soluere se ijs ipsis legibus possit, quas uelut autore philosophia aduersus plebis ac populi scita tulerit & promulgarit. Epistola uerò tua utriusq́ linguæ peritiam singularem redolẽs, ut mihi iucunda fuit & grata, quasi instituti mei pristini commonefactrix, ita nescio

quid sinistræ in me suspiciunculæ præ se ferre uidetur, ut quidem in illa actionis de dolo malo formulam concepisti, quam in Petrum Amicum sodalem tecum Franciscanum intendisse te dicis, ob id scilicet quod imposturam fecerit homini tibi simplici & incauto: nescio quid de me spondens, quod nec tu futurum poteras tum confidere, nec postea experimento uerum esse cognouisti. nimirum dolosum amicũ esse censens, qui hominem te φιλάπλουν καὶ εὐήθη sciens prudensque, quo tibi incommodaret, in hominem me φιλαλάζονα obtruserit, qui quintum ipse iam hunc mensem aut etiam sextum literas tuas fastidio habuerim ac contemptui. hæc enim omnia uerba epistolæ αἰνίγματα, nisi si eorum sensum assequi non potui. Mitto hic ὦ δυσμόνη, quod obijcere criminose tibi alius quispiam posset, qui in recriminando causæ fiduciam poneret: sacerdotem te esse oportere fidei haud benignæ ac præmorosæ, qui non sodali, non amico, non socio studiorum fiduciam accommodare sustinuisti, antequam ille stipulari à se passus est pœnæ nomine, causam ipsum haud dicturum quominus actio sponsioque de dolo malo iustis ac legitimis uerbis in sese conciperetur? ni Budæ bonus uir humanitateque præditus tandem inueniretur si periculum faceres. Vbi igitur uestra charitas sodalitia, uinculum cœnobiorum, columen religionis, glutinum unanimitatis, quam alternis propè uerbis pro numine colendam in concionibus declamitatis? Tu ut sodali quicquam οὐ τὸ τυχὸν, οὐ παιγνιῶδες, denique fide dignum asseueranti non credas? & sodali quidem non cuiuis, sed eximio, perspecto, ἐχεγγύῳ? Age sodali fidem non habuisti: non quod ei sed quod tibi diffideres. melius enim mediocritatem tuam uel etiam tenuitatem noueras, quam εὐκαταφρόνητον, & contemptui & fastidio meo obuiam & expositam fore intelligebas (id enim causaturum te uideo) num id tandem charitati consentaneum esse censuisti: capitis atque existimationis periculum fratri ac sodali tuo creare, ut ille actione famosa damnaretur si ego ab ingenio meo migrare sustinerem? Proh diue Francisce autor conditorque istius sodalitij, quo tua iam fides abijt? homines ne in sodalitij leges iuratos ac deuotos, quibus ne leui quidem iureiurando sancire uerborũ fidem fas est: pacta iam inter se nulla fide inire, sed capite atque existimationis periculo alterum ab altero cauere? Quanquam etiam si inter profanos res ageretur, num æquitatis quicquam aut iuris habere potest id pactum, quo fraudi futurum sit & captioni capitali alicui, si quispiam alius eum se aliquando non exhibuerit, quem esse se semper præ se esse tulit certissimis indicijs testatisque experimentis? Hæc ut dixi & alia huiuscemodi silentio transmittam: quando non te nunc accusandum, sed amicum tuendum habeo & defendendum, qui ob meam culpam criminose arcessitur & atrociter: hoc dicam tantum, ut intentioni tuæ præscribam (quando nunc controuersiam rectam in iudicium deducere non necesse est: &, ut Græci loquuntur, κατ' εὐθυδικίαν ἀμφισβητεῖν) præpropere te & perperam famosam actionem in amicum intendisse, cum posses alia actione ciuilius experiri, id est ex stipulatu. illam enim de dolo (ut nosti, qui iuris studiosus fuisti) Prætoris edictum non nisi subsidiariam promittit. Ageres igitur cum illo potius: à me ut ipse contenderet pro amicitia nostra, ex æquo ipse & bono ut porro tecum agerem, suamque fidem ut liberarem. hanc tu persequendi tui iuris rationem quum omiseris, possim ipse si uelim autor esse Amico ut exceptione edicti summoueat te, nec recte nec ordine de dolo malo agentem. Verum hoc tibi remittam: litisque ipse me offeram, id quod quo minus faciam, tu causæ nihil comminisci poteris, cum res ad me tota pertineat, & ille me appellare iure possit ut iudicium in me constitui patiar: ipse iudicij obseruandi necessitate soluatur. Quo autem magis ansam omnem tibi præcidam homini insonti ob meum factum negocium facessendi, non recuso quin tu hanc epistolam quasi sponsorem habeas iudicio me sistendi iudicatumque faciendi. Cæterum ut paria tecum faciam, reliqua Græcè scribentur. ἐξηρκέσθω μὲν οὖν τὴν ἀρχὴν τοῦδε τῆς ἀμφισβητήσεως ὁ ἑταῖρος ἐκεῖνος ὁ σός, ἅτε δὴ ὑπόδικος δίκῃ ἔνοχος τῆς ἐγγύης εἵνεκα, ἣν ὑπὲρ ἐμοῦ προσφιλῶς ἐπεποίητο. σοὶ δὲ δὴ ἄλλην τῆς ἐγκλήσεως ὁρμὴν εἰς ἐμὲ ἐξέστω προχειρίσαι, εἴγε δὴ δέδοκταί σοι ταύτῃ τῇ δίκῃ ὁλοσχερῶς ἐπεξελθεῖν. θαυμάζοντι γὰρ ἔοικάς μοι μὴ εὐθὺς ἀπαντήσαντος πρὸς τὴν πρόκλησίν σου τὴν πάνυ γε νεανικὴν καὶ εὐψύχως ἔχουσαν, καὶ δεινὰ παθεῖν φάσκοντι ἐφ' ᾧ μήπω ἀντικομίσασθαι γράμματα αὐτὸς ἂν ὑπῆρξας σὺ γράφων καὶ εἰς φιλίαν ἐμὲ προκεκλημένος. ἡμεῖς δ' αὖ πάλιν ἠγάσθημεν οὐ τυχόντως, τὴν

A τὴν ἐπιστολὴν τὴν σὴν ἀσμένως δεξιόντες. πῶς γὰρ οὔ; δοκεῖ αὐτίκα ἐξ ἀρχῆς ἀγανακτεῖς δυσπαθῶς, καὶ διατείνει σφοδρῶς, ὡς τὸ πλημμέλημα δεῖσαν ὑφ' ἡμῶν, μὴ δὲ τυχὼν τῆς προσηκούσης ἀμοιβῆς. δέον αὖ ὡς ἔοικεν πρότερον μὲν ἐξετάσαι τὸ πρᾶγμα δι' ὅλου, ἔγκλημά τι ἐξελέγξαι. ἐπεὶ πόθεν σοι ἐγνωσμένον ἐγένετο ἡμᾶς οὐκ ἀντιγράψαι τοῖς ὑπὸ σοῦ γεγραμμένοις, ἀλλ' ἔστωγε τοῦτο φανερόν τι καὶ ἀνωμολογημένον, οὐκ ἤδη τοσοῦτο ἀδίκημα τοῦτό γε φαίνοιτ' ἄν, ὅσῳ ἡ ἔγκλησις ἡ σὴ καὶ μεμψιμοιρία φαίνεται. οὐδὲ γὰρ τοι ἀπεχθῶς οὐδέπω καὶ νῦν ἐξελήλεγκται τὸ πρᾶγμα. ἀμέλει ἐν πολλῶν ἐμὲ ἀπασχολούντων πραγμάτων ἐν τῇ διαίτῃ, ἢ εἰ νόσου κωλυούσης γράψαι σοι εὐχερῶς οὐκ ἐδυνάμην, πῶς οὐκ εὐπροφάσιστον ἔσται τὸ περὶ τὴν αἰτίαν. ὅπως οὖν ὦγαθὲ μὴ πλέον τι ὀφλῇς τῆν τῶν οὐκ ἐν δέοντι μεμψιμοιρούντων ἐπιτιμίαν καὶ φιλοδίκων, ἵνα γε διατελέσῃς πορρωτέρω τῆς ἀμφισβητήσεως προϊών. καίτοι τοῦτο οὐκ ἀντιδίκου μὲν ἔργον ἐστὶν, τοῦ δὲ φίλου ἤδη καὶ συνηγόρου, τὸ τοιαῦτά σοι πεῖσαι ἐγχειρεῖν, οἷα καὶ σὲ ὠφελεῖν τὸν ἐμοῦ κατηγοροῦντα. ἀλλὰ τί ἂν πάθοιμι αὐτὸς ἢ ποιήσαιμι, ὅπως δυσχερῶς ἂν ἐκεῖνον τῷδε τοῦ ἑταίρου ἤθους τοῦ πεφυκότος ἐμοί.
Hactenus iocatum me putato, pariaq; facere uoluisse cum ijs quæ tu (ut opinor) iocabunde scripsisti, elicere à me epistolam cupiens. ἀπολογῶν μέντοι εἴποιμ' ἄν. ὡς οὐ δίκαιός εἰμι κακῶς ἀκούειν οὐδ' ὑπ' ὁτουοῦν, ἐνταῦθά γε διατώμενος, ὅπου γε πάντα σχεδὸν πάρεργον ποιεῖν ἐπαναγκάζει τὰ τῆς φιλοσοφίας ἀπηλλαγμένα, κἂν μὴ τοῖς ἴσοις ἀμείψωμαι τοὺς ἐμοὶ ἐπιστέλλοντας. οὔ γοῦν οἱ τὰ ἴσα με εἰσπραττόμενοι, δίκαιοί εἰσιν αὐτοὶ πάντα μοι παρέχειν τὰ αὐτὰ ἢ παρόμοια τὰ τῆς σχολῆς καὶ εὐκαιρίας. ἐῶ δὲ λέγειν τὰ τῆς ἡλικίας τι καὶ ῥαστώνης, ἅπερ ὑμῖν πάρεστι τοῖς ἀμφὶ τοὺς λόγους οὖσι, καὶ γεγαμηκόσι φιλοσοφίᾳ συσκήνῳ τε καὶ ὁμορόφῳ. καίτοι σχολὴν ἂν ἐξισοῦσθαι δύναιτο τὸ τῆς πόνου θερμὸν καὶ φιλόπονον, εἰ μὴ ἤδη ῥέπουσα εἰς παρακμὴν τῆς πρὸς τάδε δεινότητος ἡλικία, καὶ ταῦτα φροντίσι συχναῖς ἐνοχλουμένη. ἃ δὴ αὐτὸς ἥκιστα ὑπολογίζεσθαί μοι δοκεῖς. ἴσθι οὖν σὺ τοὐντεῦθεν, ἴστωσαν δὲ καὶ ἄλλοι οἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπικεκυφότες καὶ ἀπερισπάστως διακείμενοι, οἵοι τε καὶ ἔξω τὸν Βουδαῖον κἂν σχολῇ κἂν ἀσχολίᾳ ἀεὶ μὲν τὸν αὐτὸν οἷόν τ' εἶναι τῇ προαιρέσει. οὐκ ἔτι δὲ εὐχερείᾳ τι καὶ προθυμίᾳ. Quod uero ad id pertinet quod χρηματισμὸν ἐργάζεσθαί με ἐγὼ καὶ τῇ φιλαργυρίᾳ προστετηκέναι, si nunc persequi scribendo uellem, præter modum fortasse epistolam producerem. Vale. in pago Burgundiæ quæ Villanoua uocatur, pridie Iduum Aprilis. & Amicum saluta non magis tuum quàm meum.

B

Budæus Viui s.

Literæ tuæ domi meæ resignatæ redditæ sunt, ut ferè tuę solent: indeq; ad me missæ. Quòd quereris de iniqua scriptitantium conditione, quibus quasi iure quodam moribus huius ætatis recepto, incessere maleuolentissima ferè simultas & nocentissima solet: id tu & rectè æstimasse, & uerbis uideris appositis expressisse. atqui ego eum morem & institutum ueluti quandam carnificinam animorum tam acerbam esse iudico, eam ut ob rem maxime scribendi intentionem ad ea argumenta detorquere instituerim, quæ longissimè ab ista amatæ uelitationis uicissitudine abducere stylum uidebantur? Animaduerteram Erasmum Roterodamum huius ætatis decus, nec doctrinæ eminentis præstantia, nec industriæ singularis & inusitatæ meri to lege illa uulgari calumniæ ferendę soluere se potuisse. Noueram & expertus eram quàm suaue sit interdum irritabilioris stomachi biliosiq; scriptoribus amarum illud ecligma contentionis in ore uersare diu atq; commanducare, summa cum pernicie ingeniorum ad honestissimas commentationes contendentium. Itaq; intellecto errore pudere mei primum memet cœpit, qui in ea specie nonnihil olim temerè admisissem, deinde aliquorum misereſcere, quos ὅσα μῦς ἐν πίσσῃ (ut aiunt) perpeti in ea palæstra concertationeq; cernebam, nonnullos etiam quos in primis exemptos ei supplicio ærumnæq; oportebat. Qua de re cum ipse ad Erasmum scripsissem aliquando exercendæ uicissitudinis gratia, rusticitate mea (ut opinor) uel infelicitate factum est, in eum ut scopulum impegisse sciens prudensq; existimarer, quem ego maximè auersandum esse dicebam & uitandum: tametsi euentu ad extremum nec noxio nec pudendo, quando res ea bene uertit, omnia utiq; moderante numine amicitiæ utrinq; cultæ & obseruatæ constanter & bona fide τοσοῦτον δὲ φόρημα τῇ μελέτῃ ἐκείνῃ αὐξηλόμην, ἀπαλλαγεὶς δήπου ἀγῶνος ἀξιομνημονεύτου οὐκ ἀσχημόνως ὥστε πείθω ἐμαυτὸν οὐδ' ἀπαγορευομένως, ὥς' αἰνίττομαι τοῦτον εὐθὺς ἐπιφυομένους, καὶ δι' ἡμῶν ἤδη ἐπιτεθυμημένον αἰτουμένους ἐμοὶ, πάντως ἠγησάμην, μὴ γὰρ δὴ καὶ προσπταίσας εἴποιμι. τοιοῦτό γε δὴ διαμαρτυρόμενος ἢ ὑποσχόμενος αἰτησόμενος μετ' ἀποτείν ἐμέ,

μήτ' ἀπεχθάνεσθαι, μήτε αὖ καὶ παιδιὰ τῶν ἀμυντηρίων ἔτι ἢ αὖ παγχρηστον τι λιποῖσθαι ὑπὲρ τῆς φιλοτιμίας ἔχειν δοκοῦσιν. Accessit huic opinioni culpæ mihi pœnitendæ conscientia, cuius sera reputatio (ut ingenue fatear) perpulit me ut ueluti mihi ignoscerem ipse alieno uitio ęquanimiter transmittendo, cuius me absoluere haudquaquam sustinebam. tametsi quid me adductitare magis longo usu ad animi ęquitatem debuit, quam quod animaduertere poteram iustam eam esse mulctam hominis immodice fortasse studiosi gloriæ (cuius culpæ quotusquisque nostrum insontem dicere sese ausit & contendere si sibi credi uelit?) inde ut ignominiam propulset, unde nomen inclarescere inconsulte sperauit & improuide? Huius mali contagio inter doctos latè gliscens, ad unũ etiam par insigne amicorum meorum arrepsit improbi cuiuspiã genij opera & impostura memorabili, idque nũc exercet & propemodum collidit certamine longè iniquiore quam pro utriusque dignitate & probitate, atrociusque exardescente quam unquam ipse animo conceperim. qua in re uereor ne tu homo mihi amicus aut aliorum quispiam mihi bene cupientium officium meum interdum desideret, ὅπως γάρ τι οὐδ' ἐκεῖνο ... ἐπὶ σολοικισμὸν δοκῶ, ... μεμνήσεσθαί με προσφιλῶς τοῦ κινδυνεύοντος, καὶ δὴ καὶ συμπαθῶς καὶ ... ἐπὶ ... ζοντος ... καὶ συνειδὼς ... Mihi autem ipse non deprecor quominus omni amicitiæ fructu carere contingat opinioneque boni uiri, nisi in hac dirimenda controuersia amici partes in utrũque ancipitis usurpaui bona fide & impleui. Quod si tu cum Erasmo purgationem meam non accipitis, uidete ut satis æqui sitis ęstimatores operæ alienæ, exactoresque officij, ipse mediusfidius uestrũ istum ita merito suo amo proboque, ut æquum est hominem amari ingenio, doctrina, urbanitate, lepôre, suauique sermocinationis usu præditum, & ut puto cõuictu: qui cum ipse intra hos nouem menses amicitiam me sanxisse confido familiari comitate usuque officioso, quam ipse mecum ineundam non pridem suauissima epistola & munere iucundissimo duxerat & apposito. Istum autem ipsum cum confirmatæ amicitiæ iure in potestate uos hactenus habueritis, dignum nimirum esse censetis ut hic quoque nostras magis quàm noster in autoritate mea sit, qui ne in cuiusquam quidem adhuc esse sibi imperauit eorum quos colit & obseruat: duntaxat hac una in te, alioquin ingenio natus haud moroso et amicis sese dedenti. Parem igitur mihi faceretis in nostrũ potestatem, atque uos in uestrum illum eũdemque meum habetis. hominem etiam mihi pręberetis eadem in præsenti placabilitate ingenioque perinde ductili nec offirmato in hac cõtrouersia. denique uestram istã mihi suadam tantisper accõmodaretis δεινὴν ἀνθρώπων ψυχαγωγόν, καίπερ δυσχερέστερον ὤν, μήτι γε δὴ εὐγνώμονος καὶ ἐπιεικοῦς ἀνδρός. tum deinde succẽseretis nisi in officio nostrum hunc cõtinerem pro arbitratu uestro. Vtinam autem hæc controuersia tam componi uestro posset arbitrio, quàm uos ius postulatis bonumque defenditis & æquum, aut quàm id ad utriusque eorum existimationem pertinere uidetur, quorum de re agitur, atque è re esse dignitateque literarum queis nos censeri maximè uolumus, ac dignum esse ducimus. Hic si mihi altum esset ocium nec animus alio auocaretur, hoc omnino esse poterat argumentum epistolæ longioris, cum ego magnopere purgatum me cupiam tum apud te & Erasmum, tum apud eum ipsum cuius existimationem ipsi sartam & tectam esse meritissimo laboratis. quanquam huius contentionis mucro quasi Stygio lacu tinctus, caput & uitalia petere tibi uidetur, in iugulumque intendi, & quasi noxæ manu adigi: id quod ego uix mihi persuadeo, qui hunc nostrum nouisse me satis putem, ut charientismis fortasse uulnificis hærentibusque aculeis cauillorum in hac causa peruelitatum, sic Dei reuerentem alioquin & honestatem colentem: à quo cum in hac re uehementer dissentiam, agnosco quod ille nunc contentione gliscente non percipit, stylum ipsum atrocius in hoc certamine quàm pro moribus & ingenio exacuisse suo ad cotem, ut sic loquar, peruicaciæ & implacabilitatis, quæ speciem inanem præbet odij (ut aiunt) Vatiniani. nisi si mihi imposuit & multis elegans minimeque morosa uitæ consuetudo atque officijs amicitię prædita, quibus apud omneis fermè ordines gratiosum se fecit & magnis amicitijs subnixum. Ad summam hoc habeto: non prius me & aliquot alios utriusque nominis studiosos, cum eo actione pro amico partim & sodali, partim uerbis in æquũ honestũque cõceptis & præscriptis agere & experiri acriter desiisse, quam flexanimã tũ demũ esse nõ posse suadã

animad-

A animaduertimus, cum monitis & hortamentis obstruuntur aures animi uehemēt. [illegible] exacerbati aut incitati. Qua est autē animi æquitate & probitate uester iste, & idem meus nisi fallor, illam utiq; operam mihi inuidiosam ac prægrauem remittet & condonabit, sententiā dicendi de re inter eos controuersa, id est uter eorum æquitate & moderatione sese mihi magis hactenus approbarit: neq; pro amicitiæ iure exiget ut in partes has uel istas descendere pericliter, atq; amicitiam ipsam temerare periclitando pergam, in eamq; offensare. At est cum in re aliena litem tuam facere periclitariq; porrò debeas: est etiam cum liti ita te incōmode uel inofficiose offeras, ut reprehensionem mereare, uersuramq; quandam, ut ita dicam, in ratione tuendæ & augendæ amicitiæ facias. Rursus inertis est amici & secordis digladiantes amicos cum securitate spectare, aut uotis tantum & condolescentia prosequi eorum concertationem acrius inferuescentem. Medium, ut opinor, horū est liti intercedere circa alterutrius offensionem, hactenusq; officio perfungi quoad interuentu moderari flagrantibus animis possis. ubi frustra esse consilium tuum intellexeris, ulterius ut ne tendas odiosa sedulitate, si amicitiam seruare utranq; uelis, ac neutri iniquus esse. καί τοι δὲ ὦ μὴ ἐγγυάρη τι ποίησαι, καὶ οἷον εἰ ὑπογραμμὸν γράψαι τε περὶ τῆς τοιούτων αἱρέσεως παραδείγματι οὐδ' ἀνύμενος ἱκανῶς οἶμαι ἐπιφῆναι δοκῶ μὴ λίαν ἀρεσκόμενος τοῖς τὰ τοιαῦτα ἀκροβολιζομένοις. De Syllanis tuis quod postulas perinde mihi esse uidetur, atq; si periculum facere cupias, & me documentum dare quàm improbus & συκοφαντικὸς esse possim si uelim. Habes ut opinor manu mea testatum elogium, quàm opus id probauerim. Quid igitur iterum Aristarchum me facis, hominem iam nullius ocij literarij & procul libris agentem? tamen si in sarcinis librum tuum haberem, cauillatoris personam & uoluntatem ad aliquot dies indueram, quatenus quidem uersari in hospitio liceret, & tibi negocium mihiq; adeo facesserem fortasse delatoria acrimonia. quod item te in meis scriptis factitare nō postulo, ne mihi displicere me cogas: qui cum in littore me uidi, bellus esse uideor. tute etiam Momo probari uis ut intelligo, qui me arcessere te cuiusuis culpæ postules. Age quando tibi morigerandum est iudicij mei cupido, hoc habeto, quod

B uix mihi expressi huiuscemodi rei tenacissimo. equidem quantum animaduertere dudum potui in lectione uiatoria & succisiui ocij: indeq; iudicium operis tui facere: si futuri temporis commentationibus ita tecum ipse certaueris, ut ad portionem pro fecisse posthac temporis super hanc conscriptionem te ostenderis: ausim affirmare ingentem te paucis annis famam excitaturum. in qua sententia Erasmum tuum esse ex epistola eius intellexi ad me scripta. Libellum ad te mittendum Tussano tuo dederam urbe digrediens. De contemptu rerum fortuitarum, unicam Marliani nostri fœturam, quem utrum acceperis ex literis tuis non intellexi. De epistolis meis quod scripsisti, numero paucas uideri, atq; intra biennium ferè scriptas: memini me nonnihil ea de re prædicere ad te scribentem. quanquam pauciores ediderim quàm animo destinaueram: sed reliquas contrahere & recognoscere non potui in aulam tum improuiso accersitus, cum iam sub prela bona pars earum esset emissa. Intra id ipsum biennium peregrè multas scripseram ad amicos urbanos, quarum partim sero mihi remissæ in ordinem digeri & recenseri non potuerunt: partim ideò suppressæ, quod argumenta peruulgari nolebam. Quod si mihi deus aliquando ocium non pristinum (quod despero) sed mediocre dederit, eas tantum editurus sum quæ ab illis iam editis scriptæ sunt & scribendæ, si tamen emissæ in manus redierint, ab amicis relatæ. Nam earum quas familiariusculis amicis missito, exempla non asseruo, ne aliarum quidem interdum. Vna epistola Græcè quasi appellatus à Linacro, animum scribendis Græcis libentius adijcere cœperam: quo factum est ut inter meas reperta ueluti παρενθήκη μετὰ τῶν ἐμῶν exierit unica me absente: quum & alias non paucas haberem quas meis anteferrem. Quas uerò ad Erasmum scripseram, edendas non mandaui, ne aut mihi illæ perplacere uiderentur, aut ego cumulum in speciem augere uoluisse, cùm alioqui nullus sit amicorum quicum alacrius officij uices huiuscemodi usurpauerim. Somnium tuum nondum uidi per absentiam iam diuturnam, quæ tamdiu ipsa (ut arbitror) in his me statiuis assuefaciet inertiæ, quoad philologiæ amor ille uehemens sensim exoleuerit: & quantulum erat cunq; doctrinæ effluxerit. Habes

iam ad omnia (ut opinor) quæ petebas, ἐσπουδασμένα γε δὴ καὶ ἀντιπυρίτως ἔχοντα. πλὴν δὲ τὰ πεπαιγμένα οὐκ ἐσχόλαζον, λίαν δὲ τὰ ὑπ' ἐράσμου εἰρωνευμένα πρὸς τὴν ἐμοὶ γεγραμμένων, ἄρ δὲ παράμπαν ἀεισεύζεται τὴν εἰς ἄκρον τῆς παιδείας καθ' ὑμᾶς ἀφιγμένων, ἢ τὴν ἐλλογιμωτάτων σύγκλητον ὡσαύτως ἀποφαίνεται. Vale, Romorantij, quæ κωμόπολις est tantum, modo Regia haud ignobili nobilis IIII. Idus Ianuar. C

. EPISTOLARVM G. BVDAEI.

LIBER QVARTVS.

Gulielmus Budæus Ioanni Picarto S. P. D.

Qvum te germani loco eximijq; amici numero amitine mi charissime iamdiu ducere haberecq; instituerim, in rebusq; meis cōsultissimi: rarius ad te scribere uideri fortasse possim, quàm pro ea familiaritate sanctaq; cōsuetudine atq; intemerata, quæ mihi tecum coram in urbe agenti intercessit hactenus: nulla offensiuncula unquam interpolata ex quo instituta est. utpote in cuius sinum undique astrictissimum curas meas interiores deposítare grauioresq; solitus sum & suauiter & summa fiducia: & tanq; fortunas cum capite atq; existimatione in tumultu auctitantium interdum me rerum credere ac condere. nihil adeò ut quicquam fortasse quum casus ita tulit, reliquum mihi & fratribus fecerim, eorū quidem certè quæ amicitiam deposcere discepstatricem uideretur. Ac mihi quidem nuper literas tuas per ocium retrectanti quasi superiore mense accepi, quædā ueluti religio impiatæ amicitiæ: deinde cupiditas incessit redeundi ad officium intermissum: eoq; munere factitandi quod literarum tuarum humanitas nec flagitare uerbo nec postulare, sed tamen emereri iure optimo uidebatur. D Verum quum calamum statim chartamq; expediri mihi iussissem, facilitate me magis scribendi q; argumento aut uoluntate defectum esse, destitutumq; affectum meæ mentis animaduerti. Quippe cui nec sententię nec uerba pro arbitrio suppeterent, queis paria facere concupierā cum animi tui beneuolentia suauissimè nūc deprompta, atq; consentaneè ijs quæ ante egisti ac de me semper cōsuluisti: frustraq; conatus sum istam tuam animi prolixi exhibitionē æquare. quæ mihi perinde esse ut detur atq; si præcordia tua foras exerta, intra chartā candidam inuoluta scitè & obsignata ad me misisses, idoneum sanè pignus ac cōdignum rerum tibi à nobis antehac creditarum. Id quod ne adulteratum esse ipsum suspicer, non syncerū & germanum: cum facies uerecunda styli tui efficit, fidē ipsa sibi astruens ac sanciens miri candoris atq; simplicitatis: tum uerò spectata mihi tua sæpe ad manū, coramq; probata integritas, fuci nescia, instar utiq; ipsa classici cuiusdam ac prædiuitis expromissoris, tanq; fide sua esse iubet omnia quæ tu tibi credi postulas, aut deponi pateris apud te, & penes te recondi: uel si in caput mihi aliquando quippiam à te caueā, nedum si in fortunas. Quemadmodum autē libens & impiger facio. cùm ductilem (ut ita loquar) materiam nactus sum incurrentem etiam in mentis alacritatem: dedētem se cum copia facilitatem sedulo ut excipiā: ac longiusculè cōmentando prosequar, & stylo indulgeam: ita cum scriptitādi propositum haudquaq; competijt cum scribendarū rerum opportunitate extemporali, animum utiq; meum urgere ipse nequeo, ac detrectanti tum laborem restitantiq; instare. Nam quum eum nec torpido nec contumaci esse ingenio comperterim: sed cupidè etiam munifici cùm licet, nec opus detrectāti aut pro latanti ne iuge quidem & mediocre, non nisi coactus ferè illas operas ei iniūgo quas grauari ipsum sentio & renuere: & qui in potestate illum habuisse me plerunq; per ocium pristinum tranquillitatemq; cōmemini, causam haud satis idoneam esse puto, cur ei succensēā, si quando auocatus curis distinentib. & nōnunq; dissipantib. ipsum, præsto ilicet esse nequit, atq; in hanc illamq; partē subinde se uertare, simul ut à quoq; inter-

A interpellatus est amicorum, negocijs tum uacuo & literis ludicris feriantí. Porrò aũt cum sit hoc uitæ genus huiuscemodi quod nunc ago, ut sensus hominis studiosi in di uersum ferè abducat à suo instituto, atq; in ambitus campum descendere animũ per- pellat aut curiositatis: ibiq; longè diuq; expatiari: qua ueluti lege aulica teneri me & obstringi ut alios non inficior: tum extra ordinem, ut fit, coortæ aliæ super alias curę, mentem meam ita tenuerunt oppressam dies iam nõ minus triginta, ut ne succisiuas quidem horas uertere in rem suam atq; in bonam aliquã frugem animus potuerit: il- le quidem uel hebescens aliena meditando: uel effœtus, uel aliorsum uehemẽter ab- stractus, & simul ualetudine corporis non prospera, cum alioqui tum ab anni intem perie affectus. Quapropter nũc primũ experiri me ingenuè fatebor quàm longè sint du- riore conditione animi possessores, ij quibus aulicis munerib. assuescere & adhærere quacũq; forte contigit: quàm illi quibus liberis esse ac sui iuris licet: atq; intra fines mane re studiosæ tranquillitatis. Siquidem ut illis aulicarum functionũ necessitas seruilem personã imponit & astringit, in operas ferè illiberales obsequiaq; obnoxia uectiga- lem & stipendiariam: quas nemo ingenuus antè profiteri sustinet, quàm frontem osq; to tum affricuit postib. interioris aulæ: ita his omnes propemodum numeros immunita tis retinentibus, animi etiam facultatum integra ratio constat: tanquàm subsidium quod dam & instrumentum libertatis utendæ fruẽdæq; copiosum idem & expeditũ. Mihi uerò limen id iam terenti quod liberioris spiritus homo & cõtumacis ad imperia am bitus, iterum uix superare sustinet: ideoq; tam beata fortasse conditione lapso existi- matione quorundam quasiq; euerso opimis facultatibus: siquando rudem in hoc ue- tera torio ludo, officinaq; plagiorum mereri forte fortuna detur: uereor ut integri po stea status esse liceat, quum seruitutem nunc seruiam: etiam si in mancipiũ aulæ ac po testatem salua (si credi potest) uenerim libertate. Addici quidem me passus sum: sed tamen boc recepi cum in alienum ius trãsirem: ne pudorẽ prostituerem, cum sugilla- tione literarum cuiq; præpotentium me uẽditando. Quid mi igitur sperem natalium aliquando restitutionem esse me impetraturũ: aut egregio aliquo specimine ingenui

B spiritus edito: aut summa hominum æquitate mihi ueniam casus improuisi inconsul tiq; facinoris indulgente: præsertim cum mirã hominũ de me iudicantiũ benignitatẽ sæpenumero expertus sim. Verum ò me immemorẽ propositi & longius digredien tem: qui dum purgare scribẽdi morã cupere & procrastinationẽ, stylum, ut fit, impru dens in hoc ulcus opinionis meę adegi, aut etiam imprudenter. fortasse enim intactũ id oportuit, quoad medicamentum nactus sim: quod nullum utiq; operæ preciũ alla turum est, nisi tempestiuum sit. Quare interim splenijs alijs atq; alijs honestis nec fal- lacib. fartum ac tectum pudorem tuebimur (ut spero) collectamq; gratiam studioso- rum retinebimus. De rebus publicis si quid scire cupis: famam tu percontator, quæ etiam plura fortasse ingeret quàm cupias. de meis à domesticis & germano meo co- gnosces eodemq; tuo amitino: qui cum ipso tute societatẽ usu iam coiuisti literarum à nobis ad utrunq; uestrum scriptarum. Vale, Diuione, postridie Id. Iulias.

Gulielmus Budæus Ioanni Picarto S.

NIhil nunc nec causatius deducere, nec æquius in crimen posse uideor, si fortu- nam insimulare mediter & postulare malæ atq; iniquæ tractationis: quàm quod in publicas difficultates & regias tempus meum incurrit: & qui diu domi in philologię meæ sinu umbratili quiete frui beatũ esse ducebã: tum maximè quũ ex intacto aut cu mulato aceruo honorum & cõmodorum admetiri Principem nostrũ uidebã ijs qui in comitatu eius erant nequaq; ad captũ aut fastigium nataliũ & ordinis fortisq; peti torum: sed ad modum illum exuberantem eximiæ liberalitatis ac magnitudinis suę, in comitatum eius tum demũ accitus sim, ac numerum aulę candidatorum auxerim, quũ præfloratæ iam copiæ atq; etiam penè exhaustę uiderentur. Mihi enim tum con tigit partim obuiam ut eos haberem domo iam profectus: qui suffarcinati redibant è promptuario benignitatis: partim ut in urbe cernerem, qui squallidos pauloante pe- nates & abiectos, hisce donarijs nitidos reddiderãt & uenerãdos. nihil iam ut magis

 officeret

offiteret eorum hominum luminibus qui lares suos uirtutis insignibus ingenijq; ex colucrant:quàm quod illiterati permulti, acumine illi quidem prædiri, & ex euentu successuq; sagaces existimati, longè emicuisse ante literatum studiosos uidebantur: aulicæq; & ciuilis autoritatis fascibus ambitione quæsitæ, pares alioqui sibi homines maioresq; summouere. Quippe qui circa initia statim ineũtis huius principatus hoc uidissent ac perspexissent: sic esse ferè natura comparatum, ut ex copia exuberante immensiores sensim largitiones fiant: contra ut è subsidente aceruo minorib. in dies modulis munificentiæ attemperentur. Id quod simulatq; intelligi cœptum est: acerrimus eorum quisq; gnauiter perfricta fronte, nihil nec pensi nec religionis habuit, quo minus præsentarijs quidem in præsens rationes suas augeret: ex ijs uerò quæ in spe atq; expectatione posita erant, bellissimum quodq; primo quoq; tempore pigneraretur: eaq; industria atq; solertia non modo se uisendum sed etiam inuisum efficeret. obtrectationiq; populari obuium & expositum. Quæ cum ita euenisse ipse nouerim: illosq; conspicuè mihi alijsq; me acrioribus anteuertisse: multum tamen abest pœnitendam mihi ut meam ducam esse sortem & conditionem. id adeò, ut si ius in præteritum mihi diuinitus integrum cum optione detur, non sim uel aliquot annorum sodalitium & concubitum philologiæ, quam interim sedulo & accuratè colui: cum opibus commutaturus istorum fortunatissimorum, qui primitijs liberalitatis antedictæ supra modum suum priuatumq; propè fastigium aucti, stirpium nouarum fundamenta quo laxius improbiusq; metarentur, uicinos longè quoquouersum licitando summouere & pollicendo. quanquam si amplificandæ quoq; conditionis curam atq; intentionem non inter postremas habendam mihi censeas: ut qui mihi & familiæ rem gerere iam debeam: non ut sero ipse fortasse, sic etiam uenisse uidebor intempestiuè. tametsi sero malim omnino quam præpropere. Veni autem demum accersitus & euocatus, uel inuitatus potius honorario doctrinæ, & simul munificæ ac festiuæ benignitatis specie perlectus: eoq; autoramento retentus, quod abrumpere non potui commode, cum cuperem maximè. quippe alioquin in ora hominũ iturus ut rerum ciuilium & expetendarum aspernator insolens & rusticus. Quis enim uitio non uerteret quod pater liberorũ immemor, prodendi porrò gentilitij nominis neglector essem à maioribus accepti? Nam cum constantem uoluntatem in Principe animaduerto egregiam sanè & uotis meis aut parem aut maiorem qui me (ut ita dicam) in classem meam restituere una diecula potest: multis iam lustris inter inferiores non ut unum quemuis fortasse, sed tamen inter capite tantum censos uitam agentem compositè magis quàm copiose: non uideo cur deterius quoquo modo aut exilius mecum esse actum, non iam à fortuna illa temeraria rerum constituendarum arbitra: cæterum à prouidentia interpretari debeam, quod in hunc articulum tempestatis reseruatus sim: qui ancipitem ipse & solicitam expectationẽ hominum habet atq; etiam consternabilem. Neq; enim si durior quædã (absit omen uerbo) animaduersio diuinitus nos maneat, in diem aliquem suspensa (ut sunt uicissitudines ætatũ) qui me adhuc superstite exiturus sit: optem me magnopere publicæ noxę eximi. nec si defuncta iam ætas nostra capitali reatu est (id quod similius uero uidetur) perinde alias insinuari literarum commendatione potuissem, in locumq; penetralem euadere multis anfractibus errationibusq; perplexum: eamq; ob rem aditum dantem ultro citroq; commeabilem nõ nisi paucissimis, qui uestigia ipsi sua pedetentim & circumspectè per semitas cæcas regunt illecebrosas easdem & muricatas. quo in ipso aditu rarissima extant exempla & monimenta hominum nostri ordinis, qui uestigia quidem certè luculenta memorabiliaq; ibidem impressferint. In hunc autem ipsum conuentum haud inauspicato pedem intulisse me arbitror, cùm gratiam non uulgarem inire in dies me uideam, uel literarum peritiam potius: ab elegantissimo quoq;, quiq; honesti specie maximè ducatur & capiatur: etiam doctrinę hominũ expertium. Quo coniecturam haud ab re, ut spero, facio, nõ priuatis me auspicijs ad res nouas: sed publicis & communibus aspirasse ordinis uniuersi literas lautiores profitentium & clariores. quem equidem fructum mihi amplissimũ esse arbitror elucubrati laboris diuturni atq; exhausti. Age quid si etiam hoc addam, & ausim contendere? liberalitatis ipsius

A ipsius caput à quo omnia manauerunt, non esse magnopere hactenus imminutum: etiam si erogatorij moduli côtracti sint temporario decreto & instituto ita rebus natis exposcentibus. id quod ferè nemo queritur, ne eorum quidem qui procacius petere ac flagitare didicerunt. Tibi uerò hoc etiam amplius affirmare non dubitarim: hebetudinis que (propè dixerim) opinione subeunda cauere, si in euentu harum rerû falsus sum colligendo, hasce reip. difficultates, illos paucorum culpa tumultus circa initia excitatos, omnia deniq; minacem speciem nunc præbentia, in bonum tandē uersura, Deo beneuolente. Fuit enim (ut spero) fuit hęc ira superûm eiusce modi & generis quæ cedere precationib. & expiamentis solent. Itaq; multorum quidem quę salua pietate atq; intemerata religione admisimus, hactenus gratiā superi ipsi facturi sunt ueniam poscentibus (ut quidem certè uestigia uisuntur conspicua prætereuntis iræ diuinæ) litem hanc nobis ut non pluris æstiment quàm in quātum facere iudicatum haud ægrè possit hæc prouincia, apud cōcilium quidem ipsa cœlitum ad summumq; tribunal plerunq; gratiosa: indulgentiamq; primariam merita germanæ pietatis atq; intemeratæ prærogatiua. Nimirum indolem perpetuam gentis altissima nuper securitate consopitam, excitare prouidentiæ non etiam opprimere placitum est & extinguere. Itaq; torpenti iam incuriæ indormientes, atq; adeò ueterno capitali exitialiq; supinos, quum expergisci aliter nequiremus, classico illo consternabili bellicoq; perterrefecit. tum demum ad arma conclamantib. qui propiores erant discrimini: altiori somno & arctiori trepidario nos & tumultus excussit. quæ sub idem tempus Mars auxit quàm potuit tumultuosissimè, ignauia insuper stationis unius efferatiora facta, quę territanti dedit hosti manus, fanè imbelles utnculaq; meritas. Non itidem autem hostis in altero quoq; præsidio fuit felix, ad quod subinde tentatum obhæsit frendēs nequicq;, & tandem elanguit. Quibus de rebus quid sentiā, Græcè Philecoo scriptitaui homini harum rerum cupido: cum discutere inertiam mentis quoquo modo cuperem ab ocio contractæ in hac librorum inopia, qui circumferri cōmodè cum sarcinis nequiuerunt. Cæterum ut hæc tibi scriberem me impulit consobrine suauissime
B animi tui reputatio: quem alioquin perspectum & exploratum, ex literis quoq; tuis agnosco uicem meā dolere ubi quid secus accidit: & cōtra exultare gaudio ubi quid prosperè mihi cessit, ne fratrib. quidem meis in exhibitione beneuolētiæ officijq; cedere. Quo fit ut necessariorū nulli innotescere serius uelim quicquid aduersè nobis cecidit: nec citius id qđ cōmode. Vale, in aula circa Rhemos agente. VIII. Cal. Oct.

Gulielmus Budæus N. Leonico s.

SI literis politioribus (ut tu existimasti) nuncium remisisse me faterer, causam omnino nullam dicerem quin de nomine meo male, de Philologia etiam ingratè impieq; consuluissem, amicorum mihi conciliatrice & (ut ita dixerim) προξενήτρᾳ. quippe cuius autoritate atq; suffragatione gratiam non uulgarem iniuisse in comitijs eorum mihi uideor, qui faculatibus ijs censentur quæ iure optimo quæruntur & habentur, minimeq; obnoxio. quorum etiam ipsorum prærogatiuam opinionem cùm omneis centurias odio quidem certè & inuidia uacuas, nō grauatè sequi solere ac debere intelligerem: paucis utiq; semper illis me magis quàm plurimorum turbæ cōmendare contendi & approbare: quibus nunc ab ipsis non doctrinæ cuiusdam eximiæ merito, cæterum industriæ & ingenuæ contentionis literisq; deuotæ gratiam initam & collectam literisq; consignatam, diro quodam stupore animi, ueluti deprehensi in rerum nouarum tempestate, effudissem immemor & abiecissem: siquando capitale illud uerbū serio mihi uel ore uel calamo excidisset infaustè feriato. Quod nam enim in me admittere damnosius facinus fœdiusq; potuissem? Quum uero ex literis meis ad Longolium non unis (ut opinor) rescîscere potueris, Principis me imperio uelut in aulam raptum necopinātem: inibiq; humanitate eius partim, partim occasione ac propè necessitate retentum & autoratū: libentes utiq; (ut mihi persuadeo) certè quidem ipsi facitis non inuiti: ut quouis me crimine absoluatis quod mihi eam ob rem impingi ab obtrectatoribus potest: etiam si literis elegantibus ad pertentandum animum

mum meum amice mecum expostulatis. Nisi uerò uos & rerum ciuilium prudentes in uniuersum, nec mearum ignari, homini coniugi liberisq́ obstricti: oblatam ultro in secessu uersanti allatamq́ honorifice conditionem, philosophastri fastidio ut repudiarem fastuq́ insolenti, autores mihi futuri fuistis si in re præsenti forte affuissetis, aut ego blandimentis umbratilis famæ tranquillæq́ pellectus, cui iam diu inseruieră, animum obfirmare debui aduersus rerum secundiorũ spem mihi illucescentem, uanasq́ pollicitationes eius uestra opinione: animos scilicet tantum uulgares & mediocreis solicitantes: non etiam maiores omni ambitione, nec spe metúue aut alioqui conster nabiles, floccifacere etiam propinquorum amicorumq́ consilia & obsecrationes, qui me uergente iam ætate tuendæ familiæ studere, muneribusq́ ijs obtestabantur, quæ naturali quoq́ iure nedum ciuili iniuncta sunt homini: quod quidem sine fraude mea captioneq́ institutæ uitæ fieret, indeq́ in futurũ uoluptatis percipiendæ, cum occasio redijsset decedendi ex hac prouincia, simul ex hoc honorum seminario decus aliquod referendi, preciumq́ operæ impensæ philologiæ. Tametsi quid mihi delatum causor honorem hunc, qui non mihi, nõ natalibus, non amicorum meorũ potentiæ, non ambitui, non obsequio deniq́ tributus est: sed doctrinæ opinioni: quam mihi merito meo maiorem apud omneis ordines pepererat assidua contentione philologia mea uno & altero puerperio? Quem si honorem ipse uelut ornamentorũ insolens, plebeisq́ incunabulis lactatus, imparq́ maiori sorti & cultiori repudiassem, quid aliud tandem quàm exemplum hoc facinore prodidissem in dedecus detrimentumq́ cessurum hominum literis notæ nitidioris ac lautioris incumbentiũ? quos uelut inerteis ac sellularios artifices, non solem, non puluerem, non celebrium conuentuum contuitum ferre posse merito uulgus primoresq́ crederent: si ne honorib. quidem ingenuarum mẽtium illecebris adducerentur, negociũ ut facessere uellent ipsi aliquando studiorum suorũ tranquillitati, specimenq́ & documentũ per occasiones edere ac proferre quæsitarum summo labore facultatũ. Quippe huiuscemodi hominum opinio longe lateq́ peruagata, quantam calamitatem intulerit hactenus, quantam pauperiẽ fecerit in nomine literario, in ordine studiosorũ, in natione hominum Mineruæ consecratorum, cùm omnib. notum sit & manifestum, tum uero idẽtidem queritãtes uidemus nostræ sortis studiosos, seculorũ iam aliquot iniquitate, ignorantiaq́ factum esse principũ & primorũ, ut recta perpolitaq́ eruditio è ciuitatũ gubernaculis, è foro tribunalibus, ex cohortib. purpuratis ac prætextatis explosa, nec in Regum principumq́ hominum consulta admissa sit & retenta, ad sellularias nũc classes deiecta contuberniumq́ blattarũ. πρὸς τῆς φιλοκαλίας οὖν νῦν εἰπέ μοι ὦ Λεώνικε εἰ φιλοτιμίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ τοῦ τε ἤδη δόξῃ συμβαίνειν καὶ προσφυῶς τὸ πρότερον εἰρημένον, τοῦ πρακτέον δῆθεν τοῦ δέοντος ἔργα τι προσεπικότων, οὐκ ἤδη μὲν τοσοῦτον τῆς παίδων φιλοσοφίας, ὅσον τῆς ἀπραγμοσύνης καὶ ῥᾳθυμίας, τίς ποτ' ἔτι μηχανὴ μὴ οὐχὶ εὐθὺς ἡμᾶς δοκεῖν μεμψιμοιρεῖν ἀναιτίως, καὶ τῇ προνοίᾳ ἄχθεσθαι τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀγνωμοσύνης ἕνεκα τῆς τε ἐπ' ἀξιώμασι. οὔ τί αὖ ἐσθ' ὅπως οὐκ ἀγνωμονοίημεν αὐτοί, ἐγκαλοῦντες γε μὲν ἀεὶ τοῖς ἄρχουσι τῆς τῶν πεπαιδευμένων ὀλιγωρίας, αὐτοῖς δ' αὖ τοῖς πεπαιδευμένοις ὑποπτόμενοι τὴν ἄγαν εὐθυμίαν καὶ ῥᾳστώνην, τὴν τῶν τιμῶν καταμελοῦσαν καὶ ἅμα τῶν τοιούτους ἀνθρώπων ἐφιστώντων. ὥσπερ ἀεί τις ἀποδαρχεῖν μὲν φάσκων, ἀξιοῖ τῆς τε δεξιώσεως τυχεῖν, ὅτι μνώμενος αὐτός, ὅτι τοῖς ἀρχαιρεσιάζουσι συνεξεταζόμενος, καὶ μὴ τυχὼν τῶν ἀρχῶν ἀγανακτεῖ, καὶ τῶν πολλῶν αἰτιᾶται τὴν ἄγνοιαν καὶ σκαιότητα. ὁ δ' αὐτός, αὖ ἐπειδὰν τὴν παραγγελίαν ἐκείνην δι' ἣν τύχοι πρόφασιν καταπροῆκος ᾖ, τὴν ἐπὶ τιμὴν τὴν μεταδοθεῖσαν ἐπιτετραμμένος ἀδεξιώτως, οὐδεὶς δὲ θρυπτόμενος ἢ φαίη προσδέξασθαι οἷον ἀκκιζόμενος, ὡς οὐ προσῆκον δῆθεν αὐτῷ πολυπραγμονοῦσι τὰ καὶ τὰ ἑαυτόν τι ἀπασχολοῦντα, καὶ ἡσυχίαν ἄγειν ἐνοχλοῦντα. ὅπως οὖν ὦ δαιμόνιε, οἱ εὖ πεφυκότες πρὸς ταῦτα, εἰ μὴ φύσει γε τῶν ἀπηλλαγμένοι, αὐτούς τι ἀτιμάζοντες μὴ λάθωσι καὶ τὴν ἑαυτῶν τάξιν, οὕτως γ' ἔχοντες ἀπειροκάλως πρὸς τὰ τοῖς εὐφυεστάτοις τῶν δοκίμων ἀνδρῶν διὰ παντὸς ἐσπουδασμένα. ἐπεί τοι, πόθεν δ' ἄλλοθεν οἱ Δημοσθένεις καὶ οἱ Κικέρωνες καὶ οἱ τούτων ἁμιλλαι ἐλαμπρύνθησαν. ἀμέλει σοί τι κἀμοὶ ῥᾴδιόν ἐστι τοῦδε τοῦ ἐπιτηδεύματος ὀνόματα προχειρίσασθαι πολλά, τά γε τοῖς πάλαι σοφοῖς ἐξόχως εὐδοκιμήσαντα. ὧν δὴ χοροῦ ἔξαρχος ἂν εἴη καὶ κορυφαῖος, Πλάτων, ὁ τὰ πρωτεῖα τῆς εὐδοξίας λαχὼν τῆς κατὰ φιλοσοφίαν. ὅστις ἐλευθέραν ἐκπλεύσας τῆς πόλεως, καὶ ἐπὶ ἀλλόφυλον δὴ χώραν φέρων ἑαυτὸν ἐπίδωκε, πρὸς ἄνδρα ἀφικόμενος ὡς μάλιστα ἐπὶ τυραννίδι ἀκηκοότα, ἔμοιγε αὖ δὴ τοῦ γεγονότος ἐν βασιλείᾳ, καὶ πεπραγμένος, τοῦ ἐμοῦ γε βασιλεῖ ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ εὐφημισμένῳ προσεληλυθότος οὐκ αὐτοκλήτως, ᾧ δὴ πειθαρχῆσαί με χρῆν καὶ δὴ ἐφ' ὅτῳ οὖν μετακαλουμένῳ οὐχ ὅπως ἐπὶ τιμῇ.

Enim-

A Enimuero ut est rerum necopinatarũ designatrix interdum prouidẽtia, mire id mihi contraq́ opinionem contigit, ut tum demum in quietem incumberem animo propensissimo, securitatemq́ studiosam amplecterer summa animi destinatione, cum mihi institutum uitæ instabat longè illi diuersissimum: ita utiq́ ferẽte rerum serie, futuri ut fati mei actus dissentanei sint præcedentibus, ac ciuilis uitæ domesticæq́ clausula laboribus erraticis sit implicita. quanq́ id, ut spero, mox aut aliquando uidero ἴδωγε ποτὲ τὸν ἐμὸν οἰχόμενον βίον παθόντα τὸ θεῖον ἐπιγραφὴν ἀφελεῖν, τότε ἐγνωκὼς δήπουθεν ἐφ' ὅσον μοὶ κατὰ θυμὸς ἐστὶν ὁ ὅλος οὗτος ὁ περιφερόμενος. Verum ob id meum fatum futurum esse uideo, ut tanq́ inconstantiæ ac transfugi reo tabulæ mihi meæ ob oculos impingantur: proprioq́ stylo identidem impetar. usq́adeo liber à me scriptus in secessu omnem meæ defensionis fiduciam labefactare uidetur, cum eas res equis nũc & uelis persequi existimet ac dictitet, quas auersari magnopere execrariq́ in eo libro præ me tuleram. Cuius rei reputatio etsi animum meum nonnunq́ peruellit, literæ tamẽ tuæ id crimen obiectãtes, eleganterq́ & iucundè quasi transfugã insimulantes, pergratæ mihi fuerunt. nempe contrahendæ inter nos amicitiæ auspices. ὡς ὢν τοῦ ἤθους σοῦ τὸ εὔνουν καὶ ἐπιεικὲς εὐστόχως τεκμήρασθαί μοι δοκῶ, ἐμπεπίστευκά τι τινα συνεῖναι συγγνωμοσύνην τοῦδε παιδείᾳ τῇ πολιτείᾳ, ὅτῳ μέντοι εὐθαρσῶς ἔχω τότε καθ' ὑμᾶς, καίπερ καταγνωσθέντα μου τὴν δὲ τὴν κακονομίαν δοκοῦντας, ὥστε ὑπολαμβάνειν καὶ πέπεισμαι σέ τι καὶ λογγόλιον κοινωνὸν τοῦ Ἑλληνισμοῦ, συνορᾶν ἐμοὶ δήπως ὕστερον καθ' ὧν ἐμοὶ που μέμφονται οἱ μὴ ἀποδεχόμενοι τὰ ἐμοὶ βεβουλευμένα. Vale, Romorantij, ubi statiua regius comitatus habebat. XV. Calend. Aprilis.

Gulielmi Budæi ad Ludouicum Ruzeum Suppræfectum Parisiensem, consolatoria epistola.

NOn sum nescius uir amice quantam mihi prouinciam amicitiæ ius iniungat mitigandi doloris tui, literisq́ consolandi. cui si in re præsenti affuissem, fomẽtum quoddam præsentaneum, uerbis, uultu, sedulitate, omniq́ amici obseruantia ipse (ut B opinor) adhibuissem. Nunc autem longius à te summotus, quum non nisi inueteratam animi ægritudinem nouerim, quæ iam callum utiq́ præcordijs tuis stomachoq́ obduxit, uereor si quid nunc adhibere tentauero, ne uulnus cicatricem iam ductorum tractando reduIcerem. Nam quid est tandem quod beneuolentiæ nudæ munus efficere ex tanto interuallo queat ægritudini iam uetustescenti? Etenim si stomachũ habes tute ut habere certè mihi uidere, haud ita morosum ipsum uerborum ut delinimenta respuat, mulsaq́ officia, ut eo uerbo utar, nimirum sera nũc opera mea frustra erit, si quid scitum cõminisci nunc institerim ad ipsum concinnatum: post eorum quidem sedulitatem qui cruento adhuc uulneri calentiq́ affuerunt, quos utiq́ ipsos præ sentissimum quodq́ remedium appositissimè expediuisse mihi persuadeo, quod quidem malo esse posset inhibendo atq́ arcendo ne ad uitalia penitus euaderet, cum eo quoq́ quod natura comparatum esse nouimus, dies ut ipsa tandem aciem (ut ita dicam) mucronemq́ obtundat acutissimæ cuiusq́ ægritudinis. Sin eousq́ ualuit impetus feri mali (id quod uelim ut absit) ut remedia repudiarit quasiq́ antidota mœrẽtis ægritudinis, undénam tibi quippiam promam nunc & expediam, quod mœstitiam intus grassantem, spiritusq́ illos dudum alacres depascentem, euellere inde natũ sit aut intus enecare? Atq́ hæc quidem cum ita sint, rem tamen ita natam esse uideo, sita tuere quisq́ uix ut possit prima statim animaduersione, melius ne mecum actum sit quod non bidui aut tridui, sed longius à te distractus, quoddam quasi compendium mœstæ condolescentiæ feci, quæ re statim orta haud dubie mihi coram præsenti & tibi assidenti uicissim circunstantiq́, atrocius incessisset aliquanto q̃ absenti contigit re cõperta. Quippe amico inopinato casu afflicto manus sæpenumero frustra porrigenda fuisset & submittenda, ut assolet in eiusmodi, erigere se nolenti: & oculis auribusq́ fuisset flagrãte tũ maximè malo bauriẽdus mihi sensus acerbissimus. Quarũ rerum necessitate meus utiq́ dolor contagione gliscens, æquare tandẽ tuum dolorem potuisset, nec tamẽ imminuere. Rursus cũ actio quędã ut pro socio iure ciuili, sic pro amico ꝑdita sit moribus; si nũc res aut hominũ sermone aut tua cogitatione quasi in iudicium

iudicium arcesseretur, hoc meum fortasse officium quasi serotinũ & intempestiuum uel tibi uel illis non probarem, nisi planum facerem argumentis aut testibus, simul ut rem comperi, primo quoq; tempore fidem me eam agnouisse, quam & uetus iam nostra amicitia, & meritis ultro citroq; constituta ac confirmata poscebat. utpote cùm inter tales amicos exhibendæ aut benignitatis si res ita tulerit, aut beneuolentię, dies & horæ cedant demum interpellante conscientia. Quo fit ut breuis temporis intercapedinem inter nos controuersam efficiat locorum interstitium. si tamen tu ad hoc ueluti interusurium officij deserti operæq; procrastinatę ad calculum uocare me obstinaueris, & mihi purgandæ moræ iudicium aut arbitrium constituere. Id quod ut ore tute duriore facere pergas & summo iure agere, dies plus minus duodeuiginti continuo excusauero Regis me comitatu caruisse ob incommodam ualetudinem: ne in me protinus illud ualeat quod obiecturus es fortasse, de cursu armillatorum mansionatim dispositorum, qui biduo aut triduo cum tardissimè, huc istucq; identidem commeant. Verum esto sanè, dies iam complusculos in mora sum: do tibi ut summouere illam meam excusationem aut inficiari possis: egoq; nullum babeam fide dignum cui testimonium denunciem: quid tandem tum facerem etiam si triduo gnarus rei ita gestæ fuissem? num feruentissimo dolori ex tanto interuallo temerariam manum quasiq; præcipitem adhibere debui? præsertim cum scirem præsto tibi futuram amicorum cohortem, qui uulnus ad manum explorantes specillo sodalitatis officiosæ & assiduæ, statuere possent certius ac citra offensionem, cuiusmodi adhibere fomenta in re subita & improuisa operæ esset precium. Quid enim erat futurum si tam ferum esset malum & morosum ut tractatu irritaretur: cuiusmodi quædam ulcera esse uisuntur? Atqui nunc eò uentum iam esse spero (quæ tua est æquanimitas mihi sæpe animaduersa) magis ut amicitiæ pensum mea causa quàm tua absoluere quoquo modo debeam. Etsi enim compositum iam motum esse mentis tuæ non diffido, tamen quando ratio nondum sibi planè restituta est, iustoq; postliminio in mentis principatum redijt, iuuabit reliquias doloris persequendo, amicitiæ fungi munere: luxatasq; animi partes quasi in artus suos exactius iam reuocare. Proinde in rebus tuis tristibus tam mihi quàm tibi consolatiunculam scribam. hoc enim ueluti tusculo Ioui Philio, qui est amicitiæ arbiter & disceptator, litaturum me confido. Hanc autem quasi symbolam in medium contulisse atq; in commune ideo mihi uidebor, quod iure amicitiæ communio mihi tecum cum tuisq; iuratis amicis & gentilibus intercedit damni huius accepti iniuria genij cuiusdam scelestissimi, qui hanc tragulam in te pridem in tuasq; fortunas intendere non obscurè cœperat, qui utinam in fortunis ipse pauperiem tantum mediocrem fecerit: non etiam noxam nocuerit in animo persidentem ac pertinacem. Nam tu quoq; in rebus meis lętis siquando forte existunt, partem tibi uendicare gratulando solitus es: & contra in tristibus partem capessere condolescendo, operam eo amplius opemq; afferendo quàm officiosissimè. Quum igitur uir amice eam esse norimus humanæ uitæ conditionem, inextricabili quidem illam inuolucro perplexam euentuum mirificorum, quasiq; ductum quendam animæ precariæ, serie rerum consertum tristitia, gaudio, spe, atq; timore alternantium, in ijs quidem demum qui fortunati felicesq; dicuntur, ut cęteros transmittam. Verum, ut dixi, cum ita ferat uiuendi conditio, nihil ut ita exploratum esse possit homini & perspectum in futurum, quin ancipitem ipsum semper expectationem habeat, si sapimus: causa hæc haud ita ualde idonea quamlibet incõmoda, mihi esse uidetur, quamobrem sic te afflictum esse fateare, ut erigere animũ nequeas, ne adminiculis quidem adiutus quæ amicorum tibi consolatio suppeditare prolixè literarumq; peritia possunt. At res ea tibi deterrime cessit, & incommodissimè ad rationum tuarum summam. & cesserit sanè: nec enim inficiari quisquam potest, sed tamen & huius & aliarum rerum euentus omni homini quasi in æquilibrio positus, suspensa manu prouidentiæ in utranq; partem æquali lance uergit: & nonnullos casum tuum spectantes grauior manet exitus & tristior, quos immemores conditionis plena nunc securitas tenet, tãquam extra teli iactum positos & agenteis. Da mihi quenquam esse posse ita uel naturæ uel fati benignitate præditũ: ut in ratiocinatione

uitæ

A uitæ instituenda, commodorum incommodorumq; calculos ponere scitè ac certissi mè possit ad uitæ ductum inoffensa tranquillitate commoderandum: hic scire uelim num ipse infortunio aliquo deiectum se aliquando è statu mẽtis huiuscemodi quiritari honestè possit, aut uchementius impulsum, cum nemo sit legibus Adrastiæ solutus, cui lucem modò haurire contigerit? Nam si fatebitur ex eò statu se deiectũ, iam non erit inficiando se in sua culpa aut fortunam arcessere iniquitatis: quod etiã alioqui querelas suas uentorum ludibrio exponere est: aut cum prouidentia iniuriã expostulare, quæ pars est impietatis. Sin cum iniquo id se ferre animo non dissimulet, fractum tamen animi sese neget, aut insigniter collabefactum, delicatus utiq; uidebitur & summouendus, quasi exceptione in hæc uerba concepta, ni innocuam prope modum offensionem nec commemorandam forti uiro in querimoniam deducis, ut atrocem nec ferendam. Restat ut huiuscemodi casus in speciem atroces, & sensu per acerbos, qui nemini non impendent homini, quamlibet ille geniturã fortitus sit eximiam, maiores esse fateamur humana prouidentia, non item patientia atq; æquanimitate, quæ pares esse possunt ipsæ casuum uarietati quamlibet inopinatæ. Age iam uir amice, expendito paulisper, si tamen respirare tibi per dolorem iam mitescentem promptum est: quantum in nos culpam noxamq; admittamus (si tamen ad normam ueritatis præscriptaq; sapientiæ, ut certe nos facimus, approbare uitam nostram prouidentiæ superisq; laboramus) cum in huiuscemodi casibus transmittendis uehemẽter diuq; conflictamur, in lutoq; impatientiæ altius quàm par est aut fœdius sidimus & obhæremus, ut nunc eos prætereamqui obrui sese sinunt, nec inde existere omnibus, ut dicitur, ungulis omniq; ope adnituntur. Agedum inquam (si dudum emota loco ratio, agi iam secum non indignatur) cognosce qua de re agitur, ut aiunt, introspectè ac circumspectè: ut causam ipse tuam æquius arbitrere, & necessitati tandem manus post omnia nequicquam tentata, dandas esse fateare. Quæ si comitem ipsa sibi uel socium potius ascifcere æquum potest animũ: causam haud dices deniq; quin etiam commode tecum prouidentia in summam beatæ uitæ quocunq; aduerso casu

B egerit. Nam de hoc ipso postea uiderimus, cum te planè auscultantem mihi dederis: an etiam appositè rebus tuis ac consilijs et institutis. Deniq; cedo quemuis arbitrum eorum qui consultissime de iure gentiũ humanoq; responsitarunt, ni uel fortuna uel uerius prouidentia lege, ut ita dicam, agit cùm rationi humanæ quamlibet constitutæ negocium facessit infestis euentibus: quam qui uetare ipsam uelit agentẽ, aut quo quo modo morari: irritus ut euadat necesse est & ridendus, qui ob id frendeat indecenter frematq;, aut quasi quiritetur uoce foras exaudibili, conspicuumq; populo se præbeat: imprudenter ipse de se consuluisse uideatur: diuinam autem hominumq; fidem amicorum implorare, consulti utiq; sit hominis, qui humanitatis conscius, non omnia in sese adminicula erigendi rursus animi cũ deiectus est impetu fortuito, uiq; maiore allisus, posita esse nouerit. Quod si animus humanus simulac tumultuari copias suas animaduertit, se in arcem introrsus suam reciperet, ibiq; prȩsidijs rationis se firmaret, haud dubie homines rerum humanarum gnari, nec diuinarum imprudentes, nunquam ualidi suapte natura præsidij ignauam & socordem deditionem facerent, in fidem se permittentes temeritatis casuum, quam è uestigio ipsam effrenis ille comitatus efferatæ impatientiæ sequitur, humana iuxta diuinaq; proculcãs, ac nihil pensi habens, quominus rationem arcis præfectam obtorto collo trahat, extremaq; exempla ignominiæ in eam ut uictam edat, per oculosq; hominum traducẽdo, ut sæpe uidere est: cum interim si ratio impetum unum & alterum ferocis & præcipitis impatientiæ sustinuerit, ex æquo iam dimicans minus ac minus infestam aduersariam sentiat, quoad post anceps aliquamdiu certamen superior tandẽ euadat. In quo non aspernandam opem illud afferre potest, si animaduertatur à nobis, quod nec culpã deprecari, nec erubescere infortuita calamitate cogimur atq; inopinata, omniũq; propemodum hominum, bonorum quidem certe & grauiũ inire gratiam nobis euenit, ob commiserationem sortis quæ primum quemq; manet necopinato: quum res uiceuersa secundissimæ in uniuersorum fere incurrant offensionem ab inuidia manãtem quæ latissimè patet: etiam si in speciem gratulatione plerunq; excipiãtur festiua

& tectorio simulationis illita. Atqui si perspicaci animaduersione incubueris ad cõ-
trouersiam dijudicandam de rebus prosperis & aduersis,(quæ tamen ipsa disceptari
rectè atq; ordine nequit nisi ex responsis prudentum sanctioris philosophiæ) inue-
nies,ut arbitror,cum multum diuq; animum in utranq; partem uersaris:ita hanc uitę
partem natura esse comparatam , ut qui rebus secundis præter modum aut etiã ma-
gnopere efferatur & hilaretur,is cõstitutam habere rationem uitę perputatamq; ne-
queat,qui aduersis nimium demittatur & contrahatur,is sibimet ipse negocia faces-
sat,& quasi quietem inuideat animi:qui eo autẽ amplius ad mœrorem usq; angatur:
aut stomachum cieat uehementius , is irrito secum proposito impetu' ue inconsulto
collidatur ac conflictetur,non aliter atq; si uniuersi constitutionem improbare Mo-
mus ille reprehensor & improbator auderet,& ex sententia animi sui immutandam
censere,aut fixas leges naturę conuellere & abrogare,ut nec grauia deorsum suopte
nutu,nec leuia sursum corpuscula ferrentur. Quod nisi ut alia multa perperam & ab-
surde iure gentium,moribusq; uitæ comparata sunt & recepta , quasiq; consultis ac
decretis sapientiæ obrogata,ex aduersoq; perlata, sic quoq; usu ueniret à ratione ab-
horrenti & incommodo,ut homines fere iuuet quasi corpore saucios in uulnera , sic
ægros animi in casus tristiores cogitatione perpeti incumbere:nimirum uulnera ista
fortunæ,quadam ueluti cicatrice æquitatis animi cito inducerentur, quæ obliuionis
instar habet & ueluti rei aut irritæ aut infectæ. At enim fieri non potest quin afflicte-
tur in longam diem animus, turbine ictus tam præcipiti,qui rationis quoq; uires mo
derationisq; suo percellat impetu & abripiat : & calamitosum est scilicet non quoli-
bet te casu perculsum esse,&,ut inquit ille, ducto è fortunę aceruo in medium atq; in
triuijs posito:sed raro,sed immani,sed prope inusitato:num etiam tãdem exitiali aut
inaudito? Quasi uerò si paucis ordinis purpurati aut prætextati tuiq; memoria no-
stra id contigit : non alia atrociora in alia specie permulta contigerint,aut non eius-
dem etiam calamitatis dies & fœdioris,uni & alteri & pluribus cesserit , & omnibus
deniq; qui in eadem causa tecum sunt , ut qui obnoxiæ nostræ conditionis prudens
sit,& ad contingentia circumspectus,ut quotannis Etesias,sic mẽstruas aut anniuer
sarias res nouas à casibus expectare debeat . Ad summam quicquid tibi tute passus
esse uideare,humanum est nihilo secius quod tibi usu uenit,anniuersarium aut men-
struum atq; translatitium,non dirum,non portentosum: non seculare , quanquam si
eiusmodi esset,non ideo minus esset ipsum humanum & ferendum, quando eiusmo
di & aliæ noxæ iugi per orbem delapsu superne casitantes,necesse est ut in caput ali-
cuius decidant ac decumbant , tametsi ita rem cecidisse mecum ipse interpretari de-
bes,ut in fortunas tuas impetus,non in caput existimationemq; incubuerit:quod ti-
bi incolume futurum spondere non dubitabo,si mihi & amicis audiẽs esse dicto ue-
lis. Nam fortunæ quidem illę cum autore damni sane ualeant in perpetuum,semel ti
bi ut perierint ipsæ,hacq; noxa defungare,quæ caput iam hinc tuũ non sequetur sed
autoris. Age iam,quid si hoc quoq; doceam,ut tibi quidem res familiaris constituta
est:operæ fuisse precium iacturam te hanc eius rei facere , quæ importuna iam & gra
uis damnosaq; rationibus tuis erat: simul quo expeditius & alacrius ad portum eua-
deres tranquillitatis animi,quem longiusculo iam interuallo nunc, ut spero, reuises
post diuturnam iactationem,quæ in naufragium utiq; erupisset,nisi ea iactura defun
ctus esses. In quo ego portu hinc digressus,si te nactus arbitratu meo fuero, efficiam
opinor è re ut incommode nata & auersanda,exitum haud non incommodissimum
habuisse te existimes , contraquam nunc tute opinare fortasse . Nunc uerò ulcus ad-
huc nonnihil inflammatum esse suspicor, suspensaq; manu, & molli, ut aiũt, articulo
pertentandum:at cum tecum esse posthac, & colloquio uti coram dabitur , in sinũq;
tuum quid censeam,expromere,nimirum specillum tunc altius adigere me permit-
tes , & in suadentis amici eris autoritate , post prudentiorum quoq; manus medicas
& artifices,amicam nostram manum atq; officiosam accommodari sines. Neq; uerò
externa illa documenta à porticu & à philosophia petita,tam tibi nunc usui fore pu-
to,quàm domi nostræ & è nostra fœtura nata , è gremioq; prompta suauis amicitiæ,
lenimenta quidem illa nõ remedia,sed quæ commitigatum semel dolorem, si rursus

A ut fit, uel sua pte ui uel externa causa crudescat & rebellet, inhibeant subinde & cōsopiant, quanquam rursus uereor ne serum sit auxilium, si loqui tecum apertius in id tēpus reiecero quod mei fortasse nō erit arbitrij. Itaq; interim dum causas commeatus domumq; uisendi comminiscor, hoc etiam te admonebo, interea tibi uidendum esse summopere, ut pro eo quantum mihi atq; alijs compluribus tuis amicis dolere te nō latet id quod te nunc ægrè ac malè habet, ad portionem quandā eius dolore isto ipse leueris: sed cuius portionis modus, momentum non obscurum cōspicuumq; ad uultum tuum pristinum, teq; tibi restituendum faciat. Nam quemadmodū qui oneri iniquo & enecanti succumbit, si plures ei obuij manus admouerint subleuantes, ipse in pedes protinus erigitur duntaxat si gnauus est, sic qui mœrore degrauāte ac uultuoso spiritus erectos ac nitidos posuit aut deiecit, attollere eos utiq; sensim debet, atq; ex animo contractiore modicè ad hilaritatem prodire & existere, cum multos animaduertit suam uicem dolere. Alioquin iniuriam insignē facit amicitiæ, lacrymas accommodanti suas ad imminutionē, quasiq; abstersionem utentis ægritudinis. Ac nisi quidem more hominū inoleuisset usus, ut medici morbo correpti, alijs se potius medicis quàm sibimetipsi crederent, ipse ut permitterere tibi ac tuæ prudētiæ, nullus est quin censuisset, eorum quidē certe qui te intus probe nouerūt & penitus. Id quoniam moribus non conuenit, des te amicis necesse est, quibus morigerum te præbere nunquam, ut opinor, renues, si hoc satis cogitaueris, in huiuscemodi speciebus optimam esse iuris æquiq; interpretem amicitiam, cuius qui monita respuit, male ille eadem opera de se deq; amicitia ipsa meretur. Ecquis est autem porro amicorū tuorum in primis spectatorum, ut apertius iam tecum loquar, quin è re atq; existimatione tua factum esse censurus sit si sententiam à te rogetur, ut ex contubernio tuo facesseret illo curarum te angentium odiosa scaturigo, in quam auribus oculisq; ut occurrares identidem erat necesse? Nisi uerò tam præposterus iudicij quisquam erit eorū, qui tua sunt digni amicitia, ut pudendum tibi aut pigendum casum eum esse cēseat, qui cum mediocri facultatum intertrimento ignominiam alioquin hæsuram à capi-

B te tuo auertit ac detorsit longe gentium. Sed cæca scilicet mens est interdum hominum alioquin acrium & prudentium, quorum transuersam egit ratiocinationē ægritudo animi, improuidis illa quidem & incautis obrepens: cum eo etiam quod alioquin in uniuersum dira quædam hallucinatio ab incunabulis cōtracta hominum fere mentibus incessit, in rerum aduersarum ratione secundarumq; ineunda & colligēda. Vnde fit ut multo maxima pars hominum è ratione perperam & absurde subducta, rerum commodarum incommodarumq; summam præpostere constituat atq; dispendiose. Id quod antiquitas ingeniosa animaduertens & perspiciens Themidem quandam deam commenta est rerum expetendarum fugiendarumq; consultissimā, quam uelut autorem uotorum homines consulerent, qui quidem se defectos esse sapientia intelligerent: cuius numinis oraculum sacratum esse satis constat & collocatum in adyto sanctioris philosophiæ, claris quondam exemplis respōsorum celebri & illustrato. Hodie uerò quoniam illotis fere pedibus illuc scandere solemus & aspirare, nec rite ipsi lustrati, nec fide bona, ut prisci initiati, inconsulti quoq; plerunq; inde abimus, aut ambigua certe ferentes oracula atq; ambagiosa. Ita fit ut hominum id sermone magis sanctarium quàm religione ac pietate celebretur, tametsi & uetusta opinione & numinis maiestate sacrosanctum sit publice & augustum. Ad huius oraculi antistites atq; interpretes, cum tu recta ut si alius quispiam, ire possis uir amice, nec ductore egeas, causam nullam esse uideo cur tibi quisquam hac parte consultorem se ingerat aut autorem, siquando præsanata, ut dicitur, mœroris huius uomica impetum denuo ciere uidebitur. Tametsi superi immortales qui fieri potest, ut huius rei desiderium aut damnosum tibi uideri in futurum, aut luctuosum possit? cuius si iacturam facere spontaneam ut rationes tuas non dubie conturbantis in animum induxisses, amicorum tuorum Senatus uirorum sane grauium & sapientum, in sententiam tuam cupide autoritatem suam accommodasset. Adeò qui tibi in re adhuc recenti calamitosus euentus, mihi iam olim uotis deposcendus uisus est, ut quidem erat rei natæ expectatio in dies in horasq; magis noxā tibi importaturæ. Nam absq;

eo foret, si rem à primordiis retexere nobis integrum esset, & ad frugem quandā bonam intemperiem illam reducere quisquam posset nullo iam periculo procurabilē, haud dubie nollem factum quod plaudendum nunc censeo. In huiusmodi porrò specie quæ & ius & consilium homini in præteritum adimit, subsidium utiq; sapiēti è re præsenti capiendum, consiliumq; tandem à necessitate mutuādum est. Id quod ipse quum iamdiu fortasse facere grauarere nescio quo sensu affectus, cunctationem tibi repente deliberandiq; facultatem hic casus eripuit. Sapienter igitur Ludouice mi facturum te existimo, in remq; tuam atq; existimationem consulturum, si id quod euenit in re impedita non incommode & expedite, non modo luctu sed etiam tranquillo uultu & composito excipiendum esse duxeris & prosequēdum. Siquidem quod ad me attinet, cum in exordio huius epistolæ factus esse mihi uiderer pro officio amici usuq; familiari qui mihi tecum iamdiu intercedit, ut te quoquo modo consolarer in re tāquam disiecta & profligata, quæ tibi magnopere cordi esse uidebatur, eo in progressu sensim æstimatio rei uertit, gratulandum ut potius tibi diem illum haberē me nunc arbitrer, quo die extirpatum radicitus seminariū tibi duco mœstitiæ, angoris ac dedecoris. Nam ut consilium tuum iam, ut spero, certum & fixum, labefactari olim sinas à quoquam, nec pro derelicto habere tibi semel imperes quod perditū oportuit & procul amandatum, si saluus esse uelles, effari quoq; uereor, ne omen tibi faciam ad eum rei exitum quem auerrandum esse censeo. Proinde ualeat illa, ualeat inquam in perpetuum ornamentorum tuorum remora atq; incrementorum, qua rerum tuarum calamitate per omnium grauium elegantiumq; bonam ueniam licebit posthac ut defunctus sis. Vale tu & salue. Nusii in Burgundia. Cal. Iulij.

Gulielmus Budæus Iacobo Budæo Fratri S.

SI mihi in aulico hoc conuentu conuersatio tam foret expedita, omnibusq; agendæ in ea uitæ adminiculis commodisq; subnixa, quàm est ipsa hominibus multis qui rationum suarum summam ad eam contulerunt destinatione animi: nimirū quo parciorem nunc operam literarum studio impartire mihi licet, eo plenius utiq; & uberius amicis meis satisfacerem, qui epistolas scriptitandi operas à me non annua sibi die quisq; aut menstrua sed pleriq; etiam breuiore deposcūt & exigunt: iudicium illi quidem statim mecum deserti officij uel iurgium uerius constituentes, nisi scribēdi diligentia expectationi eorum perinde respondeam: quum interim ne hactenus quidem cupiditati suę temperent, ut in id demū postulata sua desideriaq; concipiant ex æqui boni formula: quantum sit quod efficere possim commode nec grauate, tantum ut litem mihi æstiment, subducta utiq; ratione & collecta quanto minoris sint negocij domi quàm peregre huiuscemodi functiones successiuarum horarum: quæ ut in urbibus ipsæ in uitaq; stataria, tempore, loco, arbitrio, omnibusq; penè facultatibus instructæ sunt, & occasionibus: ita in hac turbulenta, tumultuaria, extemporali denique uita quæ instar est nomadicæ & palabundæ, undiq; sunt imparatę & subsidijs defectæ: nisi uerò earum rerum quicquam in numerato esse potest homini, cui in dies in horasq; sarcinas colligenti uicissim & componenti, in procinctu prope dixerim uictitandum est. Quo fit ut persungendi huius officij necessitas plus habeat laboris quàm uoluptatis, citra quam omnis ferme operæ præstatio odiosa est & ærumnosa. Tibi uerò germane mi nunc cū scribere exorsus essem, hoc ideo præfari mihi subijt, quod literarum tuarum dies admonuit me hodierno die cum eas retractarem, quantæ moræ reus esse uidear, qui mensem iam prope totum contriuerim supersedendo ac prolatando: quod quidem ad te attinet. Tute autem in ea ratione quam tecum initurus sum, si quando ea de re me appellaris: nullos calculos reiecturum te tātum dicito, quos quidem ipse imputare in uniuersum & referre in hanc ipsam rationē quibusuis nominibus possim: tum audebo contendere uel te ipso iudice, nullam ad hūc diem moram cessatione mea intercessisse, etiā si inter ualetudine causarios, qui permulti hic fuerunt, magnam partem intercapedinis huius uacationem habui munerum aulicorum. Quoniam autem confido te pro tua in me obseruantia exactiorem mo-

A moræ purgationem libenter mihi condonaturum, ad locum iam uenio literarū tuarum, quo in loco Draconis fratris meministi, ut mei amantissimi: cuius beneuolentiam quo magis iam olim compertam habeo & exploratam, eo mihi certiorem fidē facis nihil cum nunc uideri non mea causa cupere & laborare: id adeo, ut perinde rerum mearum euentis secundis aut incommodis afficiatur ipse hilatiter aut secus, atque si quum alea mihi huiuscemodi iactitatur, parte idem haud contemnenda facultatum periclitetur. Sic est ille quidem certe, (id quod sæpe demiratus sum,) ad unguē factus homo, naturæ, ut ita dicam, non perinde elegantiæ & uenustatis undiq; consumatæ specimen quàm probitatis & candoris animi edere connitentis: quanquam est ille quidem homo constitutione corporis & forma stata & inculpata, & (quod in primis exoptandum mihi uidetur,) ægritudinis iuxta ægrotationisq; immuni. In eo certe uidere est accurate animaduertentibus, mentem æquitate propemodum ciuili & charitate pia perfusam, cum in omne genus hominum ad normam eius beneuolentiæ propensam, quam nobis autor salutaris legis Christus, condidit primus & suasit edicto: tum uero in eos queis cum amicitiæ pactum usu & familiaritate coiuit, eo amplius etiam officiosam & strenuam. Proinde quum omnia necessitudinis iura ciuilis & mysticæ nostrum utriq; cum altero intercedant, (quippe omnia conuictus officia perdiu obsequiaq; animos autorantia mutuo exercuimus) consentaneum est utiq;, ut quem ille amorem in cæteros suapte ingenij bonitate naturæq; benignitate impertit, eius amoris uim atq; suauitatem eo uberius impensiusq; in me cōferat, quo amplior ac locupletior est ea necessitudo, quæ iuri ciuili ac gentilitio, non modo cōfirmatam usu amicitiam, sed etiam singularem & egregiam coniunctionem animorum adiunxit. Etenim libentes fere à patris morte fecimus, quas res cumq; consulendas agitandasq; per omneis uitæ partes uicissim habuimus, earum ut rerum disceptationem ac pene arbitrium ab utroq; delata alteri permitteremus: usqueadeo mutua fide freti ad æquantis utrinq; ad æquilibrium charitatis, antiquissimam semper curā habuimus inuicem nos consulendi, consiliaq; nostra & instituta mutuo approbādi,

B amicitiam utiq; existimantes rerum esse consultissimam, eum, ut est in Græcorū prouerbio, inter amicos iustos omnium rerum sit communitas. Qua tandem consuetudine coalita est illa mature & adulta inter nos amicitia, & ueluti clauo compacta tenacis fiduciæ, propositiq; semel atq; in perpetuum fixi. Mihi uerò huiusce nostrę amicitiæ & alias sæpe fructus utilis & iucundus cōstitit: & pauculis his annis copiose ac luculenter. Nam in nouo uitæ instituto, & in quarto fere ætatis actu, cum nouā quoque mihi personam induissem, grauius id esse inceptum experiundo sensi, quàm animo id præsumpseram. Ac cum huic personæ gestus accommodare nequirem, ambitusq; honesti mangonio mores interpolare qui sub pristina occalluerant: æstuare primum, inde gemere cœperam: tum deinde animo ægrescere. Huius doloris lenimen tum epistolarum ultro citroq; missitandarum uicissitudo inter me & homines in primis mihi familiares, attulit præsentissimum. At inter iuratissimos primas ille partes semper mecum habuit: cuius & paucorum literis quasi quibusdam adminiculis labescentem animum ob urbis ocijq; desiderium, erexi tandem ipse, & confirmaui ad ærumnas inusitati mihi tædij angorisq; exhauriēdas: in quas impactum me uidebam. Id tædij, ut ita dicam, antidotum animiq; marcoris in uultuosa sæpe facie mihi cōtractionem diffudit & expandit. Nam familiare hoc colloquium literis Latinis Græcis ue consignatum, tametsi est imaginarium, tamen in rem præsentem animum meum ita deducit & sistit, ut omnia ad uerum mihi coramq; actitari obiriq; uideātur. O quoties mihi contigit contractam temere, ut fit, ægritudinem, quæ inolitura iam erat in mœstitiam, præcordijsq; hæsura, ex animo ut abstergerem literis sic scribundis: & tā quam in sinus hominum amicissimorum cōditam & depositam ex meo relegarem: subeunte quandoq; animum sedemq; occupante alacritate protinus non mediocri. Id quod eo quoq; pertinet & ualet, ut siue iucundum & prædicandū, siue secus quidpiam acciderit, gaudium quidem utiq; communicatione gliscat: tristitia & angor uelut effata leuentur & exolescant. Hoc ipso amicitiæ usu fructuq; quispiam mihi inter dixisset: nimirum ut sum infirmo atq; iniquo ad perferendum desiderium animo, ani

mum iam hunc ipsum nimirum desponderem in hanc ipsam beatorum insulam deportatus. Nisi uerò tute rere uitam, ut ita loquar desultoriam, fortuitasq́ sedes habētem tolerare me potuisse, absq́ ea forte amicorum copia quam literæ mihi supplent atq́ etiam implent: qui annos iam plus duodetriginta contubernium Philologiæ nū quam renunciaui, etsi interdum uel diremi uel interpellaui necessitate coactus. Quā etiam ipsam annos complusculos habui pro lucis retinaculo, alioquin inuisæ: quando imparem esse patientiam expertus eram morbo tam pertinaci. Quod de meis ornamentis scribis gratulabunde, iucundum ad te nuncium peruenisse: uel im te admonitum, me in ea adhuc esse expectatione euentus utroq́ ancipitis, ut compertum adhuc parum habeam commode necne fortuna mecum hoc biennio egerit, etiā si hactenus prouidentia satis ex animi mei sententia statuisse de existimatione mea fortunisq́ uidetur. Vale. Diuione. xi. Calend. Iulias.

Gulielmus Budæus Iacobo Sadoleto. S.

ANte sesquimensem ut opinor literas tuas accepi, quas domi relictas hactenus mente nunc repeto, quod diu ad me non scripsisses: amice & humaniter faciebas ut institutum uitæ tuæ excusares, sane negociosum, & ab huiusmodi officijs, ut opinor, non abhorrens, sed abstractum. Idem uerò iuris in literis meis nunc ipse licebit opinor ut usurpem, per eam æquitatem quam in te ex literis tuis unà & ex fama cognoui. Mihi enim in uergentis iam uitæ actu hoc cōtigit, ut eam personam induerem quæ primos magis actus decebat: tumq́ demum in scenam ui prodirem, cum salutem semel dixisse me scenicis omnibus spectaculisq́ existimarem, atq́ etiam id cōsiliū animo offirmasse. Id uerò quo euasurum sit nescio, aut quamdiu hoc me uitę institutum agitaturum: hoc dicere tamen nunc ausim, quod nec dicere uerebor palam omnibus, fortunæ rem istam non consilij propositiq́ fuisse, qui rei cunq́ tandem ipsius exitus futurus sit. In diuerso autem genere uitæ, atq́ in hoc antiphilosophiæ tyrocinio, hoc maxime memini & enitor, ut idem semper aut mei simillimus esse uidear, nisi si melior esse cupio. Quare & hic & alibi colere amicitias eadem semper religione meditor, tuam autem in primis, quem ego unum maxime dignum duco cultu atq́ obseruantia hominum literarum studio contendentium illustrare nomē suū, memoriamq́ prorogare. Ad quod me mea sponte factitandum, nec segnem nec immemorem, urget amplius & acuit Longolij nunc uestri quōdam nostri testificatio, qui in rerum suarum statu commemorando, studiorumq́ suorum ratione nobis explicanda, iam ipsa ut uideo composita & constituta, tantum tibi collegæq́ tuo acceptum refert (duntaxat secundum Deum, & illum numinis instar habentem, cui te à memoria rerum honestissimarum & ad literas attinentium esse opinor:) nihil ut reliqui fecisse uideatur quo animi gratissimi testificationem augere quisquam atq́ exornare possit amplius. Hic etsi nihil in homine illo à uobis exornando ad me priuatim pertinere iam existimo, qui Galliam usumq́ hominum nostratium eiurarit, aut certe dereliquerit hinc sese abdicando, quasiq́ contubernium nobis & sodalitatem hospitiumq́ adeo renunciando: tamen suscepti in hominum literatorum nationem officij ratio me impellit, ut quasi actor publicus à uobis stipuler aut paciscar, cuius hominis dignitatem tuendam, fouendam ingenij & studij acrimoniā recepistis, doctrinamq́ illustrandam, & mihi uos ita facturos per literas spopondistis, in eo ut homine augendo, consumando, expoliendo, omnia constantiæ & fidei documenta ad extremum perhibeatis. Vale. Ambasiæ, postridie Iduum Nouembrium.

Gulielmus Budæus Draconi Budæo filio. S.

SI mihi animi tui affectum & sententiam literis tuis uerè significasti ac declarasti, est quod mihi tibiq́ congratuler: mihi, quòd non frustra fuisse hortamenta mea uideo apud te, sed ita profuisse ut posthac minus ac minus hac de re solicitus esse debeam: tibi, quòd rectæ disciplinæ uiam ingresso, breui constaturam uideo cōtritæ in ea ætatulæ rationē impensæq́ operæ. Nam cū ingenio mediocri ad id studium natus

sis:

A fis:nec prælectoris locorū́qꝫ enarrandorū explanatoris cōmoditate, copia,hortatuqꝫ deficiaris:nec librorū inopiam aut scholæ incōmoditatē excusare iam possis,aut aduersam ualetudinē:quid tandem uetare potest quo minus ex ista animi offirmati cō tentione,cuius mihi fidem epistola tua fecit,profectū quendam non translatitiū,nō quemlibet sperare expectareqꝫ pro temporis intercapedine debeamus? Itaqꝫ meminisse te etiam etiamqꝫ oportet quatenus te hac epistola quasi chirographo quodā legitimo obstrinxeris:ne si mihi ad ultimum utiqꝫ quadrātem exacturo quod hac pollicitatione debetur,utpote qui ne mihi quidē indulgere solitus sim,ad diem non satisfeceris,fidem tuā apud me in perpetuū labefactatam experiare luculento tuo dispendio,opinionisqꝫ detrimento.Caue uerò tibi in eo spem ullā aut ueniæ aut frustrationis promiseris,quasi qui acer & diligens exactor futurus sum,non idem esse accuratus æstimator & perpensor meminerim eius quod mihi quasi operis faciundi locato ri reddideris effectū:qui ut omnia ex syngrapha ad unguē exacta præstiteris quæ inter nos conuenta sunt,ita accepto laturus sum quod mihi deberi certo scio, nec alias paternā indulgentiam agniturus. Nosti aūt nisi plane hebes aut immemor factus es, neminē me hac in re fallere,nullam mihi in præstatione imposturā fieri posse. Præceptori tuo scripsi quid te tuosqꝫ facere condiscipulos uelim:id scilicet quod in rem tuā & è moribus sensuqꝫ huius seculi esse uideo,& cōditione uitæ in quā te deuoueo: cui seculo & conditioni accōmodare oēm industriā necesse est,eoqꝫ intentionē tuā spectare,mores & ingeniū quasi ad id speculū efformari qꝫ appositissimè. Da te igiť præceptori:da primo euiqꝫ amicorum & bene cupientium,qui tibi prælectorem se,præitorem,aut præmonstratorem benigne præbuerit.Sunt enim huiuscemodi nonnulli eximia comitate præditi:qui probas puerorum indoles spontanea benignitate com plectuntur & charitate.Id tu si feceris ex animi mei sententia & ad modum à me præscriptum: & fratres tuos pro captu ætatulæ iuueris, exhortatusqꝫ uerbo atqꝫ exēplo fueris:rem mihi gratissimam feceris,& tibi non frustra tandem futuram deo bene iuuante. Vale.Ambasiæ.xij.Calend.Decembris.

B

Gulielmus Budæus Draconi filio Salutem.

EX autographis literis tuis intellexi te uel ualetudini pristinæ restitutum,uel corpus iam cōmode conspicueqꝫ recreare : quare præcipuam iam illam curam tibi esse oportet,ut acceptū interim damnum causaria uacatione, diligentia & attētione conduplicatis sarcias.Id quod te facturū cum literæ tuæ polliceantur,uidendum tibi etiam etiamqꝫ ut ita re atqꝫ opere præstes quod ultro magnificeqꝫ promisisti,ne uaniloquētiæ propediē aut leuitatis dānari à me possis:id quod omnino futurū esset, si mihi uerba data esse sentirē. Duos iam menses istinc à uobis profectus sum: futurū tēpus eadem celeritate præterlapsurū est.Quare nisi & mandatorū meorum,& pollicitationis tuæ memor,acri intentione tibi institeris ipse, ac mihi opus effectum exhibueris,perfectumqꝫ & probatum arbitratu meo præstiteris:id est nisi absolutū tuum stylum pro captu ætatis & modo temporis,quod in literis condiscendis impendisti, mihi approbaueris, cum ijs etiam quæ accessionis nomine quasiqꝫ parerga pepigimus:nihil uideo in quo ueniæ fiduciam sitam habere possis nisi in impudentia,quod ominari nolim:si quidem frontē perfricare possis ipse,osqꝫ istud pudibundum & ingenuum obdurare aduersus obiurgatricem excandescentēqꝫ faciem parētis. Quod te facere posse etiam si maxime obstinaueris, haudquaqꝫ mihi persuaserim inuita ac repugnāte natura,quæ prætextati pudoris notas in ore tuo,ut si in cuiusqꝫ impressit, igniculorumqꝫ specimen,ad iustam contētionem deinceps per ætatis gradus flagraturorum,nisi si mihi imposuit, quod persuadere mihi nolim, animus quidam iners, torpidus,& marcens,sub integumento ac tectorio latens impostoris uultus atqꝫ mēdacis:cuiusmodi tamen(ne erres)simulacrum fallere diutius perspicaces oculos nostros nequiret:etiam ut hactenus falsum me habuisset. Quāquam si in eo quoqꝫ spei quicquam esse posset: ne sic quidem (ut opinor) ex usu tuo tandem futurum esset. Nam quo diutius ludificationem frustrationemqꝫ pertulissem, eo acerbius in te animaduertendum esse censerem,animoqꝫ paterno facile persuaderē.Cōsumptis enim

ſimulationis tuæ commentis: & abrupta iam patientiæ meæ cunctatione: quod intra unum aut alterum annum fieret, tectorium protinus illud manifeſto tam errore meo quàm crimine tuo ultro ponendum tibi eſſet: aut à me certe deprehenſo tibi conuellendum infeſtis tum fortaſſe manibus & aduncis, quod abominor: fronsq́ illa impoſtricula & ſubdola nudanda, & aperienda ſumma cum tua ignominia. Proinde Draco fili ijſdem ueſtigijs inſiſtens inſtitutæ à te diſciplinæ, gradum aliquantulum accelerans, ac pro ætatis incremento pluteis in dies plureisq́ numeros intentionis animaduerſionisq́ adhibens: quo magis in dies pueriles luſiunculæ ætatisq́ rudimenta decedunt: facito tute libens aduentantis ut ætatis iura naturæ prolixioris adminiculatione præſumas, ac cogitatione uſurpes. Nam cum tranſlatitiæ laudis eſt, in ordinemq́ cogendæ induſtriæ, iuſto legitimoq́ tempore parte quaq́ uitæ perfungi: tum uerò niſi tui iſtius curriculi finis in tempus hoc meum opportune cōpetierit: aut fructum utiq́ ſperatum laboris nequaquam ipſe adipiſcere: aut certe ſerum atq́ intempeſtiuum. Vale. Nonis Maij.

Budæus Brixio. S.

Ἀπέλαβον τὸ ἐπίγραμμα τὸ σὸν ἀστεῖόν τι καὶ κομψὸν περὶ τοῦ Λογγολίου, πρὸς οὗ δὴ αὐτὸς ἐπιστολὴν ἄρτι ἐκομισάμην λογιωτάτην ἐκ Πατταβίου. οὗ περ νῦν οὗτος ἄγει τὸν βίον μάλα σπουδαῖον, εἴ τι τῶν τοῖς ἐκεῖ πράττων, ὡς λόγος, καὶ κατ' ἀξίαν. Diu tibi non reſpondi, quoniam in hoc uitæ inſtituto parum mihi uacat ſcriptionibus incumbere, ne domi quidem eſſe: cui tamen per inertiam tranſigere hanc uitæ particulam, & (ut proprie dicam) ἀπραξίαν ἐργάζεσθαι. ἐν δὲ διαμυθολογητικῶς τι καὶ περιπατητικῶς τοῖς αὐλικοῖς λαρύμασιν ἐμφιλοσοφεῖν, legitimarum actionum inſtar eſt, functionumq́ ciuilium: ἀλλὰ τί ἂν πάθοις, ὅπου γε ματαιάζειν ἔδει καθῆκον καὶ δὴ καὶ ἐμπρεπές ἐστιν ἐν τοῖς ὅδε ὑγιὲς ἐπιτηδεύουσιν, οὐγ' ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τὴν κατὰ τὴν αὐλὴν θέλοιμεν. Neq́ nunc, ut opinor, ſcribere in animum induxiſſem, niſi res noua contigiſſet: quam citra amicitiæ iniuriam prætermittere non poteram. Memini cum Marliano ſeceſſu fruerer, amice te & beneuole magna & eleganti epiſtola mecum egiſſe ut in urbem redirem ἀκροάσεως ἕνεκα πιθανωτάτης καὶ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῆς ψυχῆς καθηκούσης. Ecce tibi par pari, ὁ αὐτὸς φερμόντιος ὁ ξένος ἐκκλησιάζειν τήμερον ἐπεβάλλετο τοῦ ἔργου κατανυμένου σοὶ καὶ προθυμένου. οὐχ ἧττον δήπου ἐνταῦθα ἐνώπιον τῆς αὐλικῆς ἀκολουθίας, τοὺς πρὸς εὐσέβειαν προθυμουμένους, ἢ πρόσθεν παρ' ὑμῖν, ψυχαγωγήσων. Id quod tibi condictum oportuit, ut ſi tibi adhuc religio itidem ut dudum cordi eſt: & in corde tuo reſident reliquiæ & aculei ſanctificæ hominis facundiæ animas perlicientis, qua te totum ille ſuum fecerat: tute cōſilium illico huc aduolandi capias, Reginamq́ obiter officij gratia inuiſas: operam hanc lucrifacturus. Quid agam, quid non agam: quid mediter, quid iam non animo agitem, Deloinus noſter nouit, ex quo ſcire poteris. Vale. Blæſis: poſtridie Calendas Decembris.

Budæus Brixio.

Nvnquam mihi meus peculiariſq́ tam placuit Deloinus, quàm noſter iſte amborum iam communis, cuius imaginem uel effigiē potius ad te remitto in tuis uerſibus elegantiſſimè ac doctiſſimè expreſſam, cum eo tamen ut inde ſaluam in poſterum actionem eſſe mihi ne ignores, ſi quando tecum acturus ſim atq́ etiam criminis poſtulaturus ob amicum mihi magna ex parte præreptum, uel abreptum potius & interuerſum: quem ſentire cœpi, ut eſt gloriæ auidus, propenſiorem iam in te factum. Proinde uide ut tueri hoc tuum factum poſſis, ſi quando res ad Laſcaris noſtri diſceptationem uenerit, quo non minus æquo iudice uſurus ſum ut confido, etiam ſi intra tua ſepta concluſus ſit hoſpitioq́ deuinctus. Mitto tibi ineptulos quoſdam uerſus ac tuorum diſſimillimos. Sed heus tu, hoc interim paciſcor, ut apud te premātur: atq́ adeo ſi ita tibi uidebitur, ut opprimantur. Nam ita demum eorum autor æſtimationi ſuæ cautum eſſe cenſebit, ſi à te ut fugitiui non exierint: id quod ne fiat, eos interire non recuſat. Vale.

Guliel-

A

Gulielmus Budæus Draconi filio Salutem.

Literæ tuæ haud dubia iam fide testantur egregium te animi impetum concepisse ad instaurandum pristinum tuum studium: quod cum satis ipsum dudum feliciter procederet, & apposite ad id uitæ institutum capessendũ quod è re tua atq; existimatione mea futurum uidebatur, & simul tempori meo accommodatũ: incõmoda subito ægrotatione tua factum est tenorem ut cœptum succedentemq; abrũpere cogerere. Et tuum quidem illum casum cum non ante resciuerim q̃ te conualescere quoq; nũciatum est, ac propediem restitutum iri integræ ualetudini: te statim ipsum & præceptorẽ tuum literis adhortatus sum ut detrimentũ temporis humanitus accepiũ, farcire contentione mentis congeminata niteremini: docendo ille præeundoq; quatenus assequi posses: tu audiendo attentissime, ac tibimetipsi accurate instando, ne maturantis eius diligentiam urgentisq; destitueres. Verũenimuero cũ ex eius rursus literis intellexissem eiusdem ipsius morbi nonnullas superesse reliquias: laterisq; dolore nocturno somnũ tibi interpellari, nunc etiã te infirmiore adhuc esse habitudine, q̃ ut iustum laborẽ ipse imperare tibi ausit: non potui non assentiri hominis cõsilio, qui languidiusculis adhuc uiribus parcendum cẽsuisset & indulgendũ: eoq; utẽdum temperamento, ut quanta esse uideretur corpusculi exhausti recreatio, tantam ille tibi operam iniungeret, pro portioneq; redeuntiũ uirium deinceps laborem imperaret. Qui si cupide & abrupte in curriculũ re reductum, ad procursum aliũ aliũq; inconsulte adegisset: pro eo utiq; ut præeuntibus anteuerteres, lõgissime fortasse retroactus repetitione morbi fuisses. At nunc cũ uestris amborũ literis tibi te mihiq; restitutũ esse non addubitẽ, ac morbum ipsum plane semelq; decessisse: admonendum tantũ te habeo, mihi iam causam esse cur confidere debeã, ac mihi ipse spõdere, illius te conualescentiæ clara posthac documenta daturum epistolis scriptitandis in dies emendatioribus. Neq; enim flagrare in te diu poterit tantum istud studiũ literis incũbendi, quod literæ tuæ præ se ferunt: & illius attestantur, & non luculentũ in dies inde existet doctrinæ incrementũ. Quippe quũ nec ingenio infelici, nec uulgari iudicio natus sis, & præceptorem habeas summæ diligentiæ, ut tute ad me scribis: quẽ insuper ipsum ego nouerim haudquaq; esse iusta eruditione defectũ. Simul illud meminisse te uolo: ne pleno quidẽ profectu in literis ac deinceps in ulteriora progressu tuã te mihi industriã plane approbaturũ, nisi illud quoq; accesserit, in ijs ut exercitationibus liberiorũ horarũ excultũ te præstes & pro captu ætatis absolutũ, quæ uelut asseclæ sunt studij literarij. Nã ut harũ artiũ comitatu instructior est literarum peritia atq; uẽdibilior: ita si ijs careat, proferre se plausibiliter in celebritatẽ uix potest hoc tẽpore, quasi aut mãca aut cõmuni sensu defecta. Nec cũ ista tñ exercitamenta à plurimis animi causa & uice laxamẽti suscipiant: pudoris erit tui à nobis postulare, ut huiuscemodi additamẽtis operarũ succisiuarum, quicq; tibi remittamus legitimarũ functionũ, quę omniũ sunt et dierũ & horarũ. Vale, & memor semper esto eius quod aliqñ de me audisti corã: quo teneriore ætate mores elegãtes capesses, scitisq; affectib. corporis assuesces in omni munere uitæ, eo tibi omnia procliuiora uisum iri, dexteriusq; cessura et lepidius cũ eorũ usus uenerit. Vale rursus. In aula tertio Nonas Iun.

B

Gulielmus Budæus Draconi Budæo filio. S.

GRatũ est mihi Draco fili, quod uelut gẽtilitij nominis studiosus, enixe à me contendis, ut epistolis scriptitandis uolumen tandẽ iustũ absoluã, quod paucis annis inchoatũ est. Id quod cũ sponte mea facere aliquando in animũ induxissem: tamẽ nõ nihil animũ ipsum quasi iam remissum & socordẽ, huius uitæ labore, & uelut ærũna quadã ambitionis tibi fratribusq; obeũda, semifractũ, exuscitat & acuit ingenua & cõmendabilis exhortatio tua. Verum id quominus factitem, nõ tam aulica negotia, quanquam non pauca in cõmentari uolentem meditantẽq; incurrunt: quàm incommoditas efficit multifaria: lociq; in primis identidem mutandi necessitas. Quoto enim die, hebdomade dierum iam altera, licuisse mihi putas aut in mentem uenisse, ut uel lectioni sedentariæ uel scriptioni incumberem? quippe cum nec hospitiorũ angustia & opacitas, præsertim turba miscellanea circũstrepẽte, hoc admittat: nec

curſitandi neceſſitas, partim ad Regis prætorium, quod plus minus mille paſſus nũc abeſt ab hoſpitio meo (ſi tamen id hoſpitium eſt, cum uillicis, cum equis meis, cũ auibus uillaticis eodem in cubiculo uerſari, cortaliq́ conuentu, noctu gallinaceis uigilias noctis accinentibus) partim ad alienas menſas & quaſlibet uentitandi, quibus quaſi ſupparaſitari nonnunquam neceſſe eſt, cum ſpes omnis honeſtior, ut ſunt aulæ fortuita, decollauit, nec cauponulæ præſto ſunt, quas adire citra ignominiam honeſtiores poſſint: diuerſari enim nobis neceſſe eſt in gurguſtijs ſemirutis interdum atq; perpluentibus, in quibus ſupellex ſæpe nulla niſi Cynica uiſitatur. Quibus in moleſtijs iuuat me aliquando in ætate iam ſegniore & remiſſa permulta experiri, quorum hactenus inſolens & prorſus inſcius fueram: & qui copioſam plerunq; uitam, certe nunquam non inſtructam ciuili uictu traduxi & compoſito: nunc inopiam ferre cõdiſco, & paupertatis utor contubernio: id eſt oculis & uſu omniq; ſenſu ijs aſſueſco, quæ dum domi atq; in urbe animo meo obſequebar, ſtomachũ mihi uel intuenti tantum è longinquo mouiſſent: uſque adeo rudis et ignarus rerum eram humanarum in quibus uita uerſatur. Vale. Poſtridie Nonarum Aprilium.

Gulielmus Budæus Draconi filio. s.

EX ijs quæ nouiſſime ſcripſiſti parum iucundam tibi puto gratulandamq; uideri meam trans Alpes cum Rege futuram profectionem: cùm alias ob cauſas, tum uerò quod iſtic te relicto comitatum regiũ procul lare familiari charisq; pignoribus ſecuturus ſum, ac fortaſſe etiam in caſtris ieterſaturus. Velim igitur rem ut ipſam cognoſcas aliquanto introſpectius: ſicq; æquiore animo ſententiæ meę pareas & acquieſcas. Nunquid igitur tute cenſes ſi mihi uitæ meæ rationem arbitrari liberũ eſſet, atq; ex ſententia animi conſtituere, ad dicti, ut noſti, bona fide literis atq; deuoti, id conſilij capturum me fuiſſe, hac potiſſimũ ut ætate aſſeclam me facerem ac comitem alienæ uoluntatis, aſſenſoremq; arbitrij aulici & ſectatorem, nihil fere fixum habentis ſe melq; conſtitutum? Nõ opinor arbitraris. Quid enim homini ſimul literarum ſtudij amantiſſimo, ſimul quietis urbicæ immunitatisq; ambitus cupidiſſimo, ad memoriã ocij ſtudioſi in futurũ prorogandã quamlongiſſime: cum hoc, ut ita dicã, ocio negocioſo: non operarũ illo quidem inertium functionũq; futilium & inaniũ habente uacationem atq; immunitatẽ: ſed ingenuarum potius atq; in officina ſapientiæ, naturæ præſtandarũ, excolere ſeſe ornamentis liberalibus perpolireq; cupienti? Ecquid aũt moleſtius aut certe minus oblectabile homini eſſe poteſt, qui muſarum quidem ipſe ſodalitio atq; contubernio bonam iam ætatis partem florentemq; aſſuetus ſit, ac glutino quodam uſus diuturni ita cõſociatus, ut ferme cum ipſis omni ſenſu atq; affectu coaluerit: q̃ protinus inde dirimi atq; diſſociari, in diuerſumq; migrare? idq; ætate, ſi diuis placet, duriuſcula, quæ imbuta iam & contracta ſit, ut eſt in prouerbio gallico, & plicatilem ſitum atq; habitum contraxerit, & ita retinuerit: ut in diuerſam faciẽ niſi ægre reconcinnari nõ poſſit? Mihi uerò ad eam moleſtiam hoc etiã accedit, quod qui inter meæ ſortis profeſſores nuper non emeritus quidem ipſe, ſed ueteranis proximus exiſtimabar, in hodiernæ uitæ inſtituto quaſi tyrocinium factito, in qua ueluti diſciplina rudimenta quoquo modo poſui, elementis imbutus artis nequaquã tranſlatitiæ ægre ac gemebunde. Quapropter mecum eſſe actum nec præclare nec indulgenter à prouidentia hoc caſu exiſtimarem: niſi opera nũc tibi cæteræq; familiæ meę nauanda, nationiq; fortaſſe literatorum in uniuerſum, fructum olim mihi conſtaturũ operæq; precium ſperarem & confiderem: in ijs etiam tabulis quas inſtitui ad quęſtũ auctumq; liberalem, non ad conditionem cenſu amplificandam, quam in partem rationum Mercurij quæſtorij numen uix unquam expertus ſum præſentiſſimum. Tibi uerò in præſenti antiquiorẽ nullam curã eſſe uolo, q̃ quomodo in tuo munere te præbeas gnauũ atq; officioſum: in cauſamq; communẽ ac gentilitiã incũbas obnixè & alacriter: & pro puerili nũc parte auſpiceris quod olim pro uirili faciẽdũ ſit, ut nomẽ noſtrũ uiciſſim quoq; illuſtres, & certatim imitatiõe exẽpli domeſtici. Ad quod certe omneis tuos ſenſus tute comparare eo enixius & præfidentius debes, quo proclíuiora

A clusiora longe omnia offensurus es post me orbitæ tibi ductorem compendijq; præmonstratorem:ut interim id mittam,quod ætas tibi æqualis ætates exceptura est literarum plane instauratrices. Quanquã si recte rem expendas:non tam tibi decus quę rendum hac industria pariendumq;,quàm tuendo cumulãdũ relinquo, retinendũq; quod partum inueneris. Cuius rei consideratio non securitatem tibi facere sed solicitudinẽ debet acrioremq; contentionẽ:quippe qui nõ nescius sis, ut opinor, quãtum te dedecus pro hoc maneat hæreditario decore,quantulũ id erit cũq; si diutius uixero,si quidẽ hoc cõmittas ut tanq; degener,nec agnitu digna proles, tuẽdo mediocri nomini impar fuisse uideare. Veteris igitur si sapis istius ætatulæ facultate satis à natura instructa,omniũq; rerum occasione quas nunc habes tanquã in numerato:ad eãq; contentionẽ accinctus,hortamenta condiscipulis factitabis:ne si expectationẽ meã de te atq; illis uos destituisse uulgo innotuerit, causari iure iã nequeã labores, curas, angores,omniaq; huius instituti incommoda : quod nuper ætate iam grandi suscepi, non mihi cupiditatiq;,sed uobis posteritatiq; perferre. Quòd si ut spero pro ingenij ætatisq; captu & facultate mecum tute conspiraueris & contẽderis,spes est utiq; foris me & tanquam militiæ , te domi & in quiete certatim rem gerentibus , gentilitijs imaginibus nostris splendorem in dies maiorem plenioremq; accessurum. Vale. Blæsis,decimo Calendas Ianuarias. M. D. XX.

Gulielmus Budæus Ioanni Curtino S.

LActatus sum ex literarum tuarum lectione,eo maximè quod enatam inter te & Draconem meum uideo egregiam & gnauam,istaq; in ætate decoram contentionem,documentum mihi dandi operæ à uobis impensæ in studio literarum atq; in gymnasiolo nostro,eamq; ob rem impulsus sum & perpulsus cũ mihi non multũ ocij suppeteret epistolis scribundis,tamen ut quantã operam hanc uobis darem, tantum ego lectioni detrahere in animũ inducerẽ, atq; cõmentationi horarum succisiuarũ. B Tibi aũt & illi maxima cura uidendũ est,quam mihi expectationẽ profectus epistolis uestris excitauistis,eam crebris itidẽ accurare scriptitandis alatis in mẽte mea atq; tueamini,etiã si per occupationes non respõdero, simul ad extremũ ne fallacẽ istam animorũ alacritatem fuisse sentiam,meq; à uobis inani ostentatione circumscriptum esse olim indigner,& uobis succenseã. Id quod etsi ominari uereor, testari tamen ac prædicere operæprecium esse duxi. Etenim q; nũc iocundũ mihi est industriæ uestrę specimen quod à uobis profertur,tam mihi esset olim acerba frustratio uestra cognita & conuicta quasiq; impostura. Pergite igitur Deo bene iuuante curriculũ hoc primũ encyclopediæ prosequi,quod ad mediã ferme iam partẽ cõfecistis,eò ad reliquã peragendã alacriores minusq; anheli ac suspiriosi futuri, quod præterq; exercitatio laborẽ in dies leuiorẽ iucundioreq; faciet,omnia quoq; prona à medio ad calcem & metã esse experiũdo intelligetis. Porrò quũ locũ idoneũ studio nacti sitis,præceptoremq; contubernalẽ assiduumq; habeatis,huius etiã tẽporis felicitas & literarum bonarũ gloria atq; illustratio,acuere uel inertia ingenia somniculosaq; debeat : quid est tandem quod excusare possitis,si parentum uoto,epistolarumq; uestrarum magniloquentiæ,pro portione temporis non satisfeceritis atq; responderitis? Proinde hęc & huiuscemodi alia animaduersa uobis esse oportet,iugiq; cogitatiõe uersata,ut mẽtis prospectum non in præsens modo tempus & instans,sed etiam in futurum quam longissime intendatis: sic fiet ne turpem & fœdam illam improuidorum & socordiũ assectam,habeatis olim comitem,quam Græci metanœan , nos pœnitentiam uocamus. Vale,& condiscipulos tuos ad eandem tecum contentionem cursus cohortare,parenteisq; tuos uerbis meis saluta. Ambasiæ xij. Calend. Decembris.

Gulielmus Budæus Draconi filio. S.

LIteræ tuæ unæ & alteræ fidem mihi plane faciunt te animũ istum literis bona fide appulsum & addictũ constanter seruaturũ:quo nũcio à te proficiscẽti nullus

esse potest cui libentius euangelia debere me agnoscam. Vide uerò tu etiam etiã & ut constanter id statueris, quod te facturum pollicitus es: ne si aut uerba à te mihi data, quod absit, ad extremum comperiam: aut ab indole tua ut fallaci aut mendosa imposturam esse mihi factitatam, in fraudem ex eo luculentam incidisse te sero tandem pœniteat, nulla utiq; ipsam diligentia supplicið; obsecratione deprecabilem. Nam quid causificari olim posses, si expectationi meæ & tuæ pollicitationi profectu conspicuo non responderes? Præceptoris industriam atq; officium? at ea ais tibi ita constare, ut nihil diligentiæ ab eo desideres. Ingenij tarditatem? at quid efficere mediocri ingenio isto queas si operam insumpseris, mihi magis quàm tibi credidero: neq; non omnia à me tibi suppetunt ad istud quod agitur, indulgẽtius etiã fortasse & prolixius, quàm quod abunde esse alteri uideretur. Proinde præcisam undiq; tibi spem, & regressum ad ueniam satis perspicis, nisi inculpatam curam atq; irreprehensam in hac perfungenda prouincia adhibueris, quam ad tempus definitum tibi mandatam meministi, & libens suscepisti. In qua etiam hoc inest, ut euẽtum præstare tu debeas, si mihi probare te contendis: nisi si maior uis aliqua in excusationem cessura sit, quæ legibus omnino superior esse uideatur. Neq; uerò hæc ideo contestari ac prædicere in mentem mihi nunc uenit, quod quicquam addubitẽ de uoluntate tua mihi ea spõsione obstricta, ideoq; nũc quasi suspectam fidei labefactæ postulem ob aliquod tuũ factum dictum'ue, nihil quicquam nobis huiuscemodi incommodæ suspiciũculæ incessit, sed libens hoc facio tuum ut animum ad id acuam & incitem, ad quod suopte nutu atq; impetu propensum esse uideo, quando cordi tibi esse eam cõmonefactionem sensi: cum hoc quoq; quod extemporali huic scriptioni aliud argumentũ potius non occurrit aut promptius. Quod de tua mecum peregre profectione scribis, actã te rem agere satis suspicari te arbitror, neq; si tui arbitrij rem facerem, optionemq; tibi darem liberam, arbitror te id consilij capturum, ut tempusculi intertrimẽto quod tibi occasio raptim præteritura nunc indulget, animo isti tuo gestienti ac præpropero obsequerere. Bimam aut trimam diem tibi fortasse præstituit tua ratiũcula, quam quasi appendicem meæ aut cum ea implicitam, absenti tibi aliudq; agenti ut colligã necesse est, & ad modum ætatis meæ captumq; facultatum subducam & attemperẽ, nisi conturbatas tibi cæteraq; familiæ rationum tabulas aut confusas excedens è uita relicturus sum. Tabularum autem huiuscemodi conficiendarum nondũ ita tu concipere formulam per ætatulam potes, ut summam consilij certi atq; instituti domestici colligere aptè atq; appositè possis ad tempus, sortẽ, & facultates cæteraq; animaduertenda, quæ rationibus nostris insunt. Quocirca æquum est assensum tuum arbitriumq; te præbere in uniuersum obtemperatura, quasiq; præsto sistere mihi passim ad imperia accipienda, ac quicquid indixerim muneris aut operis obitura cum summa æquitate animi. Proinde cæteris de rebus in utramuis aurem ut dormias licebit: id modo accuratè uideas, quonam modo tandem intra id tempusculum, quod cum cœli solisq; uertigine rapitur, mihi suscepti à te operis inspectori futuri, recta atq; eleganti doctrina excultum animum tuum perpolitosq; mores præstes, dignumq; te ipsum idoneumq; exhibeas, qui in publicum celebritatemq; hominum quasi in scenã ac theatrum producare citra suggillationem ullam nostrã. Velim uerò ut cogitatione præsumas te in id tempus incursurum, quo rusticitas morum & crassa, ut aiũt, autaq; Minerua, ab omni pene ordine, omniq; cœtu & sodalitate lauta & honesta explosa erit & abdicata, ut qui specimen sui daturus prodeat in medium, ad Momi, ut ita dicam, speculum afformare mores, sermonẽ habitumq; debeat, nisi obrui risu cauillisq; non nolit, simulac primore aspectu ad populum primoresq; offenderit. Enimuero ad hanc fiduciam sui comparandam, non modo labor uehemẽs & assiduus cũ naturæ congruentis adminiculis, sed etiam acris & sibi semper instans animaduersio ualebit, peruigilq; & circumspectatrix animi contentio, omnia perlustrans & auscultans quæ ad sensum communem pertineant in moribus iam receptis instituendum ac perdocendum. Porrò qui in celebris conuersationis atq; honestæ, ut sic loquar, officina expolitus, uocis ac facundiæ fiduciam à literarum studio sibi comparauerit, cũ decentia habitus, motus, status, omniq; corporis affectu uenusto, ingenuã atq; emẽdatam

datam educationem præ se ferente, simulq; hæc omnia salibus nostræ ætati gratis ac candidis condita & aspersa, is demum omnes, ut sic dicam, numeros urbanitatis atq; leporis tenet, quæ gratiosos ipsa iuuenes faciunt, & à contuitu statim commendabiles penitusq; admittendos quocunq; introierint. At uerò huius disciplinæ artificijq; tyrocinium nisi ista ætate adolescentuli auspicentur, non perinde utiq; postea ætas iam cõtumacior docilem se præbet, & quo uelis cunq; flexibilem & uersatilẽ. quum interim mera literarum doctrina, quamlibet ab incude conformatos aut malleo ductiles mores afferat, horrida per se & ad uulgus primoresq; offensatrix ferè sit quoad expolitionem quoq; elegantiæ à celebritate & consuetudine nitidiorum iuuenum addiderit, atq; suam cuiusq; seculi ordinisq; palæstram, quæ uelut condimentum fusa atq; imbuta per omnes actus uitæ ac partes esse debet, & cum decoro consociata personæ cuiusq; atq; ætatis. Atq; hæc est ferè indicatura adolescentis hominis aut iuuenis, qui naturæ dote præditus cum esset, laborem, industriam atq; exercitationẽ summa cura in annis prætextæ adhibuit, ad absolutionem sui, quo uendibiliorem in toga uirili se redderet, ad honoresq; adipiscendos aptum & commendatum in uulgus & optimates, apud quos attollere tum demum uultum, & uerba facere potest. Vale, Blesis, peruigilio Natalis dominici M. D. XX.

Gulielmus Budæus Baptistæ Flisco S.

NOn inuitus ut agnoscam Baptista doctiss. ingeniorũ sympathian tibi mecum intercedentem ad beneuolentiam naturæ sponte conciliandam, epistolæ tuæ fides efficit cum singulari humanitate. Mentium enim consensum inter nos atq; iudiciorum animaduertisse uideris: è scriptisq; meis obseruasse, qui eam ad me epistolam scripseris. Quo fit ut tuo merito redamandum te habeam, qui mihi amicitiam tuam defers, quasi naturæ affinitate necessitudineq; similitudinis peculiariter commendatam, præter charitatem illam latius fusiusq; patentem, qua literarum elegantium studiosi & cupientes, commendati inuicem esse debent, atq; inter se beneuolentia prosequi commodaq; æmulatione. Quod uerò iudicium meũ de homine peracuto magnopere postulas: dicendi etiam facultate (ut in eo genere) prędito, quasiq; obtestante me amicitia naturæ sponte contracta, sententiam me rogas de re in magnam iam controuersiam sermone hominum deducta, in iudiciumq; tracta doctissimorum uarijs admurmurationibus: ægrè equidem adducor sententiam ut proferam literis contestatam. quippe qui rem ita natam esse uideam, rerum ut ille nouarum astructor ac diu inauditarum, receptarum uerò fixarumq; opinionum abrogator & explosor, mira fiducia (siue illa est ut multi uolunt confidentia) subnixus in certamẽ periculumq; iudicij frequentissimi non sordidatus, non squalidus, nõ demissus prodeat: nullo deprecatore, aduocatis non paucis comitatus, causidicis succinctus non infacundissimis. Hic uerò qui uir, quantaq; existimatione fuisset, nisi plausitante studiosius turba & comitatu, susceptæ à se personæ, consensu deinde doctissimi cuiusq; delatæ, obliuisci instituisset? ex eo intelligi potest, quod in actu arduo & penè intractabili apud aures huiuscemodi argumentorũ insolentes: non ante destitutus est ab orchestræ & ordinũ bona parte, quàm flocci iam factitare iudicium theatri tanti uisus est magnæ parti hominum præ animi contentione, unaq; communis prudentiæ reuerentiã atq; autoritatem decoriq; calcare. Quæ simul ipsa contentio non iam charitati publicæ uela, cæterũ iræ acerbiori pandere, atq; peruicaciç suspecta esse cœpit: quorundamq; adeò opinione comperta, frigere iam homo ad optimates, nec secundo populo tenorem ut antea argumentum nouum fabulaq; perferre. Et quidem quod ad me pertinet: ut primum uir ingeniosus & acer in scenam prodire cœpit doctrinæ specimine uno aut altero in publicum, designabunde quidem illo fortasse, sed tamẽ circumspectè edito, libenter ipse atq; etiam cupidè feci ut me studio eius fateret admirationeq; teneri. quippe qui eximiæ ac singulari doctrinæ, uindicandæ ueritatis fiduciam cum animi præstantia addidisset & coniunxisset. Quotus enim quisq; innocentiæ ac ueritati fauens hoc non faceret, ut quem hominem uideret publicam uicem ægreferen-

tem, quod error atque ignorantia dira per rerum actus summos grassantia cum impostura, ius usque eo facere in nostra capita fortunasque ualuissent, comunis iam ut sensus ferendae ueritati ac ne audiendae quidem esset, eum ipse hominem ingenti studio fauoreque prosequeretur, diuque superstitem esse cuperet & incolumẽ, quamdiu quidem certè incumbere statuisset ad ea pessundanda dedecora, rectaeque intelligentiae splendorem in medium proferendum & expandendum? Id enim perinde esse mihi uidetur, atque si orbis hanc nostram partem paulatim oculis mentis captã, paucorumque hominum dolis ac commentis in fraudem captionemque delapsam luculentam & propè capitalem, coelitus quispiam legatus suspiciente populo in integrum restitueret. Proinde quum ille doctissimorum quorundam superiorum aetatum uel praescripta excipiens, uel exempla secutus, ueritatem atque innocentiam doctrinae in publicum reducere postliminio auspicaretur: causam utique non suam actitare, sed popularem plaudendamque actionem cõcipere uidebatur aduersus istos ueluti plagiarios, in quorum iniquum imperiosumque mancipiũ longa iam possessione dediderant sese multorum seculorum capita, natalibus iam olim restituta summa & sacrosancta manu, ingenuitateque donata in perpetuum. Queis quum ipsis ex aequo bonoque uiuere quasi suis legibus, ab initio rerum rectè atque ordine constitutarum datum esset, eoque iure maiores aliquandiu melioribus orti seculis usi essent incorruptibilibusque auspicijs, degenerante subinde (ut natura ferè rerum comparatũ est) disciplina, in mores, ritus scriptaque instituta transierunt à primis illis sensim abhorrentia, quorũ diris minacibusque sanctionibus quasi uinculis in nexum se abduci plurimae aetates passae, imperium tandem iniquum fastigiumque inuidiosum in immensum auxere cõniuentia sua atque confirmauere. Cuius impotentię iam intolerandę cum uir ille alioquin, ut diximus, acer, & insuper incurrens in rem iam inclinatam, ac fatali fortasse uicissitudine impulsam, cum facem inuidiae admouere egregie adortus esset, sanae partis hominum tanto incepto punctum ferè emerebatur. Siquidem fatali necessitate natum id esse facinus plerique perhibebant ob dissolutam aetatis huius licentiam ac praecipitem, quae numeros ipsa sanè iam omneis impleuit inclinationis rerũ iamdiu orbi impẽdentis, quum nihil comminisci quisquam possit reliquum quo magis frons perfricari tum uerticis rerum possit, tum summi atque amplissimi ordinis mortalium. Postea autem sinistro quodam genio inchoatam rectè fabulam stantemque interturbare aggresso, primo & secundo eius actui sequentes absoni ita esse ac dissentanei coepere, ut qui nunc primordia rei cum progressu recognoscunt, placidum poetae pristinumque animum in ijs quae subinde attexta sunt desiderare se dictitenr. qui minus homini indulgent, satin' sanus sit rogitant qui aleam capitalem cum risu (ut aiunt ipsi) Sardonio iactitet? Ita quam gratiam uir doctissimus primis orsis collegerat ab optimo quoque, & simplicitatis strenuae amantissimo, eam uereor ipsam repente ne effuderit in ijs quae superioribus addidit acrius contendendo ore iam ac fronte non ijsdem. praesertim cum receptae autoritatis scriptores aliquot refellendo, sugillare non dubitarit, quos splendore nominis atque existimationis iam adultae obrutum ire operum suorum indicaturam fidemque suspicabatur. id quod equidem nollem ab eo omnino factum, qui homini merito ingenij atque eruditionis faueo. Verum ille fortasse rationem olim consilij sui propositique uiderit, quem sic quoque nunc uiri graues nonnulli patrocinio suo fraudandum esse non censent, licet in uniuersum liti pro eo se offerre uereantur, ne male consulere honori atque existimationi suae uideantur. si decretis ipsius in totum subscripserint, quorum aliquot capita approbari ijs non possunt qui eius sectae retinentes sunt quae auspicijs orthodoxae theoriae philosophatur. ipse non tam planè statuo quid de homine pronunciem, quàm poenitenda quaedam eius placita non insicior homini qui errorum longè lateque uagantium profligationem aggressus erat. quam cum iamiam confecturus esset & probaturus conspirante optimi cuiusque opinione, ecce tibi transuersus homo actus (ut est humana natura) fidem suam labefactauit, apud eos praecipuè qui multa fortasse alienae credere autoritati, non item omnia possunt, nec tam pedibus in sententiam autoris praeeuntis transire didecerunt, quàm ipsi uicissim in tanto discrimine censere, & quod agitur expendere. Superi uelim

A uelim ut prohibeant ne ulterius homo pereruditus in animum inducat capitali certamine uim suam suorumque experiri hominumque iudicium, cuiusmodique fatum tam præceps cœptum maneat. Vale.

Nuper domum reuersus cogitare primum cœpi de fide mea absoluenda, quam epistola tua cum obtestatione postulatrix, religione mihi quadam obstrinxisse uidebatur. Vale rursus, Parisiis Idibus Decembris.

Budæus Philecoo S.

Vix tandem compertum uir amice à Principe nostro, & credi cœptum, conscientia atque auspicijs Imperatoris Germaniæ incursionem in agrum Francicum esse factam, idque contra fœdus annis aliquot inuiolatum, id est quoad è re hostium Francici nominis fuit consilijs pacis acquiescere, potius quàm uaniloquis hominib. auscultare rerum nouarum cupientibus. Nam ut nunc sunt mores publicè comparati, nullam comminisci fœderis iciendi societatisque coeundæ formulam quisquam potest, tam aut sanctam, aut lege sacrata dirarumque imprecatione obstrictam, ne Stygiæ quidem paludis numine inuocato, Dijs quoque inferis infallibili, ut tenacius quodpiam sit uinculum paciscẽtium utilitate. cum honestas & religio priscæ quasi uinum fugiens, ætatem iam & senium ferre nequeant: ne ius quidem ipsum gentium, unicũ retinaculum pignusque commercij mortalium lingua & moribus discrepantium, astringere iam fluxam fidem ualeat, cautionumque legitimarum & solẽnium formulas tueri sacrosanctas aut uenerandas. Et quidem si ad normam ueritatis & fide bona loqui hac etiam ætate fas est: nihil tã prostrati honoris atque existimationis est, aut certe nihil tã obsoleuit, quàm pietas & religio, eorumque assecla iusta & undique integra, id est, priscæ exemplar innocentia. Quã nos in maioribus ipsam adorantes atque beãtes, nescio quamobrẽ amplecti ac retinere non possumus cum liceat & in promptu sit principatu utique mentis è sede rationis deiecto & summoto huius seculi improbi-

B tate, cuius seculi disciplina subdola & adulterata sensus communis perdite imbutus est sane fatali diraque inclinatione morum. adeo quàm maxime ordo quisque aut genus quodque hominum autoritatem olim suam sanctitate & simplicitate consulta fundauit, auxit, & stabiliuit, tam maxime nũc in diuersum ac per diametrũ illis, ut aiunt, oppositum institutum degenerauit, ut non iure, non æquitate, nõ moderatione, non honestatis præscriptis, non dictatis rationis, mundi uertices & ordinum honorumque apices iam regantur & placita sua temperent, sed licentia barbarica, sed præcipiti arbitratu, omnique nexu soluta libidine magis quàm uoluntate. Quo fit ut iure sensim nostris moribus cõstituto, sceleratissimũ quodque facinus trabeatũ utique & coturnatũ esse uideamus. tiara, causia, diademate insigne & iã pene prædicabile atque cõmemorandũ. planipedẽ contra innocentiã uirtutẽque spectemus, & quasi officinariã, squallidã, pannosam, & opificẽ. quanquã si limatã iam innocentiã quærimus & ueritatẽ, nõ nisi annosam illã quidẽ & cariosam inueniemus, atque in monumẽtis conditã, & emortuã: Autoritate aũt fidei iurijurandoque abrogata publice ut uidere est, priuata tãtum sanctimonia iura huiuscemodi constant, quæ societatem ciuilem humanãque conuersationem tuentur & continent. Quæ uero ad mores constituendos pertinent quę ad iustitiam dispensatricem, & præsertim ad libripendis euangelici aut admensoris munia, denique rituales libri & canonici tantis priscorum laboribus euigilati, quid aliud ipsi nunc quàm somnia esse uidentur, aut mera commenta atque fabulamenta, si uitam huius ætatis ad eam normam exegerimus? Quid porro tam dissentaneum est aspectu, tam absurdum existimatu, quàm impuros & despuendos mores, aut perditam incuriam sub personis ijs præferri, quæ aut sanctitatem aut reuerentiam, aut summæ dignationis, uenerationisque, & simul exactæ industriæ actus referunt & significant? Etenim quis risum tenuisset olim, uel irrisum potius, si Satyros & Paniscos in comitatu & pompa Eleusiniorum uidisset? si Silenos abstemiorum præsides & magistros? si Cereris sacerdotes Floralium designatores? At hodie ne rictum quidem ducimus eum asotodidascalos cernimus frugalitati præfectos, cum

opsodædalos ieiunia indicentes, cum sacras fiducias fideicommissas autolycorum atque interuersorum. nimirum quia cum antiquam disciplinam præceptaque teneamus in speciem, moribus tamen æqualibus nobis uiuimus, & omnia fere in contrarium aguntur atque declamitatur. Si foret in terris rideret Democritus iugi cachinno, ut opinor, cum homines quosdam uideret tam decenter & commodè linea ueste donatos, aut galero purpureo, quàm si textorem theristro & causia donaueris, uel messorem chimastro. Profecto mores eo usque atque etiã porrò impulsi, mihi minari ruinam quandam uidentur, aut mundi insignem tremendamque inclinationem. Verum ut ad id quod nunc agitur redeam, sero (ut opinor) sentire cœpimus iusiurandum & fidem uiles hodie esse obsides, & fœderum pignora haud idonea. Itaque tametsi excutere torporem securitatis cœpimus, animusque diu per incuriam euagatus redierit faciliè in præcordia: pignora tamen nostra ab hoste anteuertenti capta luere (ut opinor) incolumia integraque uix poterimus, etiam si trepidationem tumultumque in eum iam reflexímus. Nec ut cladem illis longius latiusque, si tempestas anni sinat, & in hostilem agrum penitus cœlestes aues admittant: euestigio intulerimus celsim protinus euntibus, simul fomenta pro re nata oblęsis partibus admouerimus, ita cicatrix mox obducetur inustis uulneribus. Siquidem cum hoste truci à Vulcanoque, ut opinor, genus ducente nobis negociũ est, iræ non modo sæuientis sed etiam flagrantis, ut cuique exposito loco incurrit qua sacro qua profano, qua sonti qua insonti: qui nõ tam ipse Martijs spiritibus percitus, quàm Vulcani præsentis illi semper dei fiducia hoc bellum aggressus & exorsus esse mihi uidetur. nisi si luculentiora expeditionis suæ uestigia pertinacioraque relicturum se censuit, si inustam memoriam relinqueret & feritatis indicẽ, nõ incisam (ut cæteri solent bellatores) aut eminentẽ. Verũ hoc illis sanè licuerit, quum patrium & solenne sit Germaniæ igni iuxta ferroque rem gerere. & istos mores fortasse propediem literæ humaniores & elegantes, quibus nunc ea in primis natio inclarescit, mansuetiores reddiderint & mitiores. cęterum hoc belli institutum uereor (ut est ferè docilis in deteriora æmulatio) ne contagio serpens in ipsos autores retorqueat: si nostrates armis animisque præstantes igniario etiam succingi in animum inducant, pariaque cum illis factitanda iure belli censeant, à quibus ultro proditum hoc exemplum est. Quod utinam ne eueniat, aut quàm fieri poterit parcissimè usurpetur & uerecundè, nec eatur libenter in excidium penatium innoxiorum: & ab hostili capite ira atque indignatio uertat ad fortunas minus sontium, si tamen elici ad manus possint illi, nec certamen legitimum Martiumque detrectarint. Nam huiuscemodi incendia extructiones manu factas momento temporis haurientia, quid aliud quàm ominari uidentur appetens iam uniuersi exitium conflagratione mundi oraculorum rhapsodijs uaticiniorumque cantatissima? At uerò nefario facinore diroque non dubiè ac planè portentoso, ijdem ipsi hostes signa, manus, castra, auspicia denique sua (ut speramus) ad huius belli summam pertinentia, nuper conscelerare funestareque sustinuerunt, exustorum fortasse larium pœnis acti atque intemperijs. Albentini fuerunt in eorum finibus siti: homines acres & strenui, ut ferè sunt eius confinij accolæ. Quorum oppidum obiter oppugnatum, & impigre aliquandiu defensum, ab hoste ira uecordi instincto atque extimulato, captum, direptum, conscissum, laceratum, atque impiatis iam alibi manibus contrucidatum, & ad extremum incensum est. Ibi non à religiosis locis, non à sacris, non à profanis temperatum est. omnia cæde, strage, flamma permixta sunt inusitata rabie. si tamen uera sunt quæ & uicini commemorant, & qui tot tantisque malis superstites fuerunt. Inter promiscuas cædes exempla edita esse comperi summi, diri, prodigiosique furoris. nam ut puberes omnes iure cæsi sint, ad cunas ne etiam puerorum uagientium sine piaculo desæuire crudelitas potuit? Sacerdotes aliquot aras tenentes, pueri his ministrantes inter sacras precationes improuiso oppressi, inter cæsa, ut aiunt, & porrecta confossi sunt & iugulati. Nullum uelamen insonteis tegere potuit præter latebras, quæ paucis ipsæ in tumultu saluti fuisse dicuntur, hoste omnia perrumpente, atque scrutatoria diligentia aut delatoria penitus insinuante, ne qua anima superesset. Matronæ nonnullæ ab raptu hostilia passæ. His sceleratiora etiam narrantur & affirmantur ab ijs qui è latebris

A bris & cineribus oppidi, quasi elati iam & ustulati è busto relati sunt, aut inde sese quoquo modo pauore & cinere femineces egerunt, quæ tragicis scriptoribus argumenta uera præbere magis possent, quàm intra fidem manare ad posteros. Iræ tam præcipitis causa fuit soluta Maceriarum obsidio, quod oppidum diu obsidione cinctum, ac spe iam præpropera deuoratum, hostis ipse Regis aduentu relinquere coactus est, inanemq; spem abijcere per ruinas direptionesq; urbium Parisios usq; perueniendi: Rege interim utiq; & regijs copijs consertas manus tenentibus, uidelicet nullo iam eorum opinione superstite, qui Franciæ indolis animos retineret. His atq; huiuscemodi primordijs commissum est bellum inter duos Reges, ætate, opibus, imperio, copijs, apparatuq; bellico florentissimos. uictorq; nunc ille Sinon (ut opinor) & uoti compos, incendia miscet insultans. O indignum sacrosancta potestate facinus. socer & gener diu existimati quorum demum auspicijs & pax & bellum intra fines esse Latinæ linguæ poterant, quasi par unum lectissimum in toto Occidente, sub eo ueluti lanista digladiantur identidem ingemiscente populo, quem & manus & mentem abstinere à muneribus sanguinarijs consilijsq; huiuscemodi conueniebat bonis ac pristinis eius moribus. Sed scilicet orbis iam luxatis compaginibus, & ad exitum mundo uergente, ius & fas & æquum exoletæ & antiquatæ autoritatis esse cœperunt, & fronte mundi perfricta, profanatoq; pudore publici sensus discrimen è rebus, è locis, è personis temporibusq; interlitum est, decorumq; dignitatum atq; ordinum amussis alba (ut dicitur) in lapide candido esse cœpit. Heu pietas, heu prisca fides, quonam tandem gentium cum honesti specie uisenda spectandaq; abijstis? Diuum ne illum charitatis & æquitatis expiscatorem, sanctissimi honoris uel functionis potius conditorem & proauctorem, credimus memoriæ suæ autoritatem abutendam posteris tot iam ætates commodasse, insigniaq; ueneranda sui muneris reliquisse, ut ab ipsis necem æternam supplices, uenerabundi, adorantes, sordidati deniq; deprecaremur, salutemq; precariam atq; ex eorum arbitratu futuram haberemus? cùm interim illi nullius minus similes essent quàm cuius nomen at-

B que autoritatem identidem laudarent, cùm ad disceptationem uocarentur & ditionis suæ controuersiam. Quid uerò seruatorem ipsum fastus & potentiæ insolescentis pessundatorem, qui inter homines agens, exiorrem discordiam & simultatem sodalitio suo abire iussit, & die summo functurus, restamenti sui tabulas primas & ultimas ac totum hæreditatis assem in pacis legatis occupauit atq; consumpsit: num sedem illam augustam & consecratam, toto ideo orbe conspicuam esse uoluisse isti defendent, ut ubi seminarium legum sanctissimarum morumq; salubrium officinam primis fuisse seculis isti prædicant & apud omnes constat, ætas nostra Bellonæ oraculum uideret? conciliabulum hominum cerneret & conuentum, sedinones, discordias, molitiones nefarias, nominiq; Christiano exitiosas agitantium, & tanquam incendia passim conflantium, intestinaq; bella in familia domini, cuius ipsi serui Atrienses facti sunt? Ità ne uerò finem nullum inueniet impotentissima ista libido omnia ad se trahendi, ut non satis habuerit mystica monarchia uitæ necisq; potestatem in uniuersos & singulos sibi permissam esse consensu mortalitatis, nisi ad temporaria quoq; & caduca imperia pedetentim obreperet monumentis commentitijs, quorum exhæredem familiam suam testator summus esse iussit, à quo autoritatem isti & reuerentiam imperij sui originemq; mutuantur? Sed habeant ea sane etiam, longo iam usu sua facta, & extent monumenta bona ex parte Regum Francorum pietatis & munificentiæ, parcant modo deliciæ domini inauguratas & sacrificulas scelerare suas manus, pietatisq; donaria in arma uertere impotentiæ, atq; eadem opera Franciam suo iugulare uelle gladio. Quo (malum) insana cupiditas progressura est & tandem euasura, si armatas etiam quo iure quaq; iniuria dare manus tanti Principes pium esse duxerint, ijs uinculis obstringendas quorum ipsi fluxos subinde nodos nundinando faciunt? In quo sanè mira est atq;, ut opinor, diuina sensus communis conniuentia, patientiam & propè assensum lasciuienti licentiæ accommodantis, nec reuerentiam in tanta etiam indignitate exuentis religionis & sacri imperij, tametsi

acrior interdum sensus & altior disceptatio, uerecundè quidem ipsos de loco infe-
riore apud nos: sed tamen ad tabulas testamenti reuocauit, in quibus causę cardo uer
titur. id quod dudum non licuit per Principem in ea re in suos supra morem suum
imperiosum, qui egregiam scilicet nunc gratiam decoris patrij condonati retulit. V-
nius iam & alterius eorum principatu ea consulta perpetrataq; ipsorum partim au-
spicijs: partim (quod ætas sequens uanum nimirum esse credet) ductu uidimus: stu-
pente penè cœlo, & sole se auertente: propter quæ lustrari hæc ætas nostra debeat:
aut diluuio quodam repentino & piaculari ablui & purgari. & nos miramur inuen-
tos esse homines ingeniosos, qui in huiusmodi imperij exercendi impotentiam ausi
sint inquirere: & tanquam publico stupori refricanda antiquitatis memoria sensum
restituere? Qui fortasse quidem ipsi cornicum oculos confixissent (ut est in Prouer-
bio) omnium propemodum ordinum plausu aut secunda admurmuratione: nisi in-
cõsultius (ut fit) elati, modum tenere obliti essent ac sibi temperare. Quod si uir unus
alioqui magnopere cõmendabilis, ut fama fuit aliquando, ad supremumq; fastigium
summa laude euectus: in æde Pacis condere, ut decuit, opum suarum fiduciam sacro-
sanctiq; honoris maiestatem instituisset: non in templum Bellonæ Senatum purpura-
tum cogere: indeq; flammea signa cruentaq; proferre, nimirum nunc inter duos Re-
ges suis utrunq; uirtutib. præditos, & fœdus & societas, & affinitatis fortasse coeun-
dæ uoluntas constaret ut antea: in rem haud dubiè publicam ipsa nostri orbis futura,
pietatisq; orthodoxæ tutelam & præsidium. Sin pater ille mysticus hoc & illud uel
multa habuisse se causabitur quæ aduersus primigeniam prolem cõquereretur: quin
pie cum filio expostulabat? aut si ita res & contumacia poposcisse uidebatur, cur mo
re maiorum in eum consultè & compositè non animaduertit, & sese personæq; deco
rum respexit, potius quàm calcata honestate, & perfricta religionis ac summi sacer-
dotij fronte, transuersum sese agi sineret iræ & uindictæ & cupiditatis intẽperijs? Sin
priuatam iniuriam uel indignationem potius dissimulat, & immodicam cupiditatẽ,
sed propensum fauorem in alterum filium prætexit iniquo proposito, nõ diuturnam
ipse expectet gratiam ob beneficium non recta mente atq; etiam importune colla-
tum, quando præposterum obsequium cum aliàs ferè cognatum est negocij facessi-
ti: tum uerò hoc tempore Imperatori imperioq; adolescentibus præstitũ. Ecquid au-
tem patris est indulgentis uel humani potius, non paternum imperium, non animad
uersiones solennes, non iura parentis in filios, sed uictrici ac nouercę odiũ adeo iràq;
exercere Vatinianam? Vt uero nunc exorsam esse telam in necem nostram uidemus
in summa illa textrina, ubi hodierno tempore cãdido filo nihil texitur: ecquis est qui
dicere dubitet nõ iam arcem illic esse religionis nostræ, non oraculum ueritatis euan
gelicæ, non curiam augustam, in qua summa disceptatio rituum & ceremoniarũ agi
tatur: unde responsa toto orbe antistites olim petebant: sed (quod tremula manu scri
bo) arcem & præsidiũ calumnię, asylum iniquitatis & licentiæ, armamẽtarium com-
mune, unde machinas & cõsilia belli, structilesq; pacis & quietis solicitationes, fama
passim peruulgauit ætate hac prõptitari in omneis prouincias. ut qui cõflandæ, ador
nãdæ, instruẽdæ calumniæ materiã: qui prætextũ hodie belli inferendi quęrere insti-
terint, uel speciosum uel quantũuis improbum: titulos inde aut mutuari aut emerca-
ri ad aliena uẽdicanda cum impunitate soleant. Nam aliena largiri, diripienda regna
prædonibus cõdonare, ciuitates & potentatus quos interuertere ipsi nequeant, qui
bus commodum sit aut libitum imperijs contribuere, tam suæ potestatis esse cẽsent,
quàm tesseris uenialibus ijsdemq; uænalibus quasi missiles in uulgus munificentias
edere. En eorum imperium, quorum nutu, & (ut nunc instar in cultu diuinitatis ha-
bent) numine, animæ nostræ tanq; Mercurio psychagogo deductore, in superos ui-
cissim numeros inferosq; referũtur. Ita sanctissimæ religionis Numæ memoriam po
pulo primoribusq; reliquerunt cultus diuini sacrorumq; reuerentiæ: nõ item succes-
soribus suis æmulationem pietatis atq; innocentiæ. Plureis ut istorum sanctitatis ap-
pellatione præditorum æmulos tyrannorum recentioribus seculis extitisse uideas, si
annales tute recenseas: quàm riuales diuorum, sanctarumq; animarum & memoriæ
conse-

A consecratæ: quarum nunc animarum reliquias ipsi pro amuleto quasiq; Palladio imperij sui asseruant, aduersus potentiam Regum: quos tamen ipsos longè ijs æquiores non grauatè uidemus maiestatis regiæ fasces insignib. sacris gestaminibusq; summittere. Iamdiu candida germanaq; pietas, qualis in priscis fuit, migrare ex illa sede olim sanctifica cœperat: in cœlumq; cum Astræa redire: ex quo scilicet sacer ordo philosophari in Plutacademia scitum esse censuit: quæstoriaq; decreta alia atq; alia promulgare capturis factitandis: quas nonnulli ut dolifodinas quasdam argentarias institutas esse dicunt à pontificibus cupidissimis: pro eo ut sacram disciplinam saluta ribus præceptis constitutionibusq; absoluerent. Nunc eo uentum est glifcente licen tia, ut ne fictam quidem pietatem tueantur & retineant, quæ summi ordinis reueren tiam in animis nostris asseruet. Quam tamen iamiam exutum ire plebeios quoq; arbitror si periculum ipsi creare publicè æqui boniq; reuerentibus dissoluta ista intemperantia impotentiaq; perrexerint: nec deflagrante uel ira uel cupiditate nimia, ad sese moresq; suos is redierit, qui tantorum tumultuum belliq; cisalpini ac transalpini architectus esse creditur & adornator, & idem ipse præ se ferre (ut est opinio hominum sermoq;) non grauatur. Etenim fac nunc usu uenisse, ut uelut in prosopopœijs theatricis assimulanda tibi sit orthodoxicæ religionis persona: utrum igitur in expressam in ea imaginem germanæ pietatis effinges & plenæ persuasionis ac legitimæ qualis in priscis fuit? non opinor: si quidem æqualem huic seculo eam assimulare uelis, sed simulacrum potius facturum fidei sacrosanctæ, aut prima manu deformatum, aut uetustate exesum liniamentis fugientibus & exoletis? Itaq; fluctuante Reipub. atq; uniuersa tametsi orthodoxa persuasio labare ut trabalibus clauis fixa nequeat, tamen cum è capite (ut sic loquar) pedibusq; mundus laboret, & omnibus omnino mēbris captus sit, ecquæ iam pars est populi, ecquod genus hominum, quod officium suum implere possit aut munus proprium agnoscere? Ecquis porrò consta re ordo potest aut descriptio, in hoc (ut ita dicam) cinno deformitatis, præposteritatis, denique indiscretæ munerum notæ atq; indignitatis? Mundus iam adeò nihil minus ut sit, quàm quod utraq; lingua uocatur: & mira sit in hoc diuina prouidentia, quod cardinibus sacræ Reipub. male, incommodè, refractariè uertibulatis: adhuc tamen uices munerum, officiorum, ministeriorumq; respondent in uniuersum, & sua constat firmitudo symbolico fano fidei: licet decor, dignitas, symmetria & proportio nequaquam eluceant. Qui rerum status præpostérus, etsi Democritos hodie multos excitat inter homines dicaces ridiculisq; gaudentes: uereor tamē ne Heraclitos longè plureis mox faciat, nisi aut hic ipse ad se ilico reuersus, & ad functionis suæ munia æstimanda & perpendenda descendens, consilia in melius salutariusq; referat, aut secundum hunc certè alius breui existat, qui languentis ac tepidæ pietatis reliquias disiectas recolligat ac resoueat, & semiruti templi domini sarta tecta tueri gnauiter & cordate insistat: sacrosanctoq; honori dignationem suam maiestatemq; refundat, bacchante iam tot annos intemperantia impotentiaq; effusam. Alioqui quis inficiari ausit melius cum rebus humanis actum iri, si eam quam uocant ecclesiæ dotem, principes coitione facta castrare ut redundantem in animum induxerint: quando priscum ecclesiæ mellificium in fucorum inertiam præ copia exuberante degenerauit: iam uerò & in crabronum iniuriam atq; maleficium? Est enim esse ille pacis alumnus honor ut si quisquam alius, qui cum altricem suam Franciam ingratè non agnitam euertere aut pessundare cupit: quid aliud quàm fundo suo nutricio importare calamitatem nititur & laborat: cui etiam incunabula incrementorum suorum accepta ut referat necesse est, si ad ratiocinationem ipse aut disquisitionem uocetur? Sed scilicet sic est ferè natura comparatū, quarū rerum cuius imperij, cuius ordinis, quaq; ætate lapsus aut præcipitium appetit: ipsa fatali amentia obuiam ut incurrant aduentanti suæ cladi, id quod sanè propediem Deus optimus, summus, humani generis amantissimus uiderit & statuerit in rem atq; existimationem rectè constitutæ persuasionis & pietatis: qui cum omnia oculo prouidentiæ circunspiciat: non in postremas utiq; cōmentariorū suorū paginas caput cōstituendæ religionis & fidei sanguine suo

ſancitæ, retulit & perſcripſit. Proinde aut finis rerum adeſt, aut inſignis cõuerſio temporis & rerum inſtat, quam (ut aſſolet) Prouidentia per denſiſſimam caliginem tempeſtatis huius molitur & arbitratur. Nos autem ſacris tantis, tam myſticis, è cœlo deportatis initiati: interim ſecuri futuri æui agimus, & cùm inter ſacrum, ut aiunt, ſaxumq́ ſtemus, aut inter incudem & malleum, in harum rerum æſtimatione riſui ſæpius quàm lachrymis indulgemus. Quod niſi arcis Stygiæ tyrannus, primæ & exitialis noxæ ſuaſor & patrator, allegatis emiſſarijs ſpiritibus nebulam diri erroris ſtuporisq́ per orbem longè lateq́ effudiſſet, haud dubiè principes, primores, antiſtites & populares prouinciatim coeuntes, primum de pace expoſcenda ſuperum conſilia agitarent: portentisq́ huiuſcemodi procurandis & expiandis. Deinde ſeceſſionem piam apertè meditarentur, conuentum ſolennem frequentem, primoribus uiris celebrem, flagitantes more maiorum, unicum excitabulum extinctæ diſciplinæ & antiquatæ. Quod uerò ad Reges ipſos attinet, Iuppiter ipſe duas æquato examine lances ſuſtinet, & fata imponit diuerſa duorum. In corona uerò ſpectantium nonnulli ſunt qui uotis improbis, ſed tacitis eorum certamen proſequuntur: partim inuidis mentib. improbisq́ indulgentes, partim ex opum prægrandium friatiliumq́ attritu & fortaſſe colliſione, ſperantes intertrimenta in rem ſuam poſſe uertere. Mihi certum eſt per hanc expeditionem à Rege pedem non diſcedere, quem ita propulſando bello inferendoq́ animatum eſſe uideo, ut quamuis magno ſacrificio etiam Deciano, ſi ita res nata tulerit, litare uictoriæ paratus ſit. in quo conſilio paucis prudentiorum aſſenſoribus utitur, utinam aſſentatoribus quoq́ nullis: alacritati eius animi armis & ferro præfidentis blandientibus. Hæc nunc habui quæ ad te hominem harum rerum cupidum de præludio ſcriberem belli atrociſſimi futuri, ut quidem natam contentionem animorum eſſe uideo, ex quibus ſenſum animi mei facilè intellexeris, reiq́ tantæ progreſſum ex initio auſpicatuq́ perpenderis. Reliqua à me expectato quaſi huius expeditionis diurnos commentarios, ſed Græco ſermone ut poſtulaſti. & ut liberius loquar & ſimplicius etiam ſi ineptius. Tu uelim ita exiſtimes, mihi nunc alioquin nihil eſſe priuatim quo minus mecum bene & commode actum eſſe cenſeam in huius regis comitatu & propè contubernio, quem gratiarum lacte educatum, Muſæ etiam gratuito numine ſuo afflauerunt innſitata benignitate. Detur modo mihi ut ſuſtinere poſſim, aut quoquo modo fruſtrari deſiderium deliciarum mearum, à quibus diuulſum genium meum & uelut abruptum hactenus continui non ſine animi ægritudine, præcordia ſubinde tentante ſimulac quippiam noxæ contractum eſt in mente adhuc delicata, nec peregrè pertolerante. Vale, ad Diuæ Hilaratricis, VI. Idus Octobris.

EPISTOLARVM G. BVDAEI
LIBER QVINTVS.

Gulielmus Budæus Cutberto Tonſtallo S. P. D.

EAdem opera fidem Eraſmi tui meiq́ liberaſti Cutberte doctiſſime, & ita me tibi obſtrinxiſti, ut uel iuris cuiuſuis, uel neceſſitudinis nexu tenacius aſtringi, certiusq́ non potuerim. Nullo enim nomine in Calendarium meum referri uel auſpicatius, uel honorificentius poteras, quàm ut tu ingenij iſtius ac doctrinæ ſpecimen mihi dares, tam graui, tam terſa, tam plena beneuolẽtiæ atq́ elegãtis cuiuſdã ingenuæq́ humanitatis epiſtola. Quã ad me ſcriptam eſſe ſcio in magnis tuis occupationib. uel principis tui potius. Quẽ ego ipſum hoc præcipuè nomine olim fore illuſtriſſimũ duco, quod

A quod obeundis legationibus suis uiros deligere nouit, doctrina iudicioq́ præstantis qui si tui similes unum & alterum in regno suo nunc habet, etiam summe ut felix sit, necesse est. Equidem epistolam tuam identidem lectitans, quantum debeam Erasmi amicitiæ, persentisco, quo cum nuper pepigi de communicandis inter nos amicis, ut alterutri accesserint, illa ut arbitror epistola, quam tu tibi magnopere affirmas placuisse: quo pacto rationes meas auxisse luculenter, fortunisq́ meis præsidium firmum quæsiuisse mihi uideor. Ecquod enim conuentum, ecquis contractus, ecquæ negociatio denicq́ rem meam auctiorem reddere uberioremq́ potuit, aut penates meos beatiores facere (quos equidem ipsos non substructionibus mirificis architectari, sed ingenij & industriæ monumentis institui) quàm istac cum Erasmo coita societas, amicorumq́ communio? quorum ut spero iudicio & arbitratu, operum meorum structuram posteris approbabo. Profecto Iouem ipsum Philium iuris amicitiæ præsidem & interpretem iurare (si liceat) non dubitem. tanti esse mihi hoc pactum, ut si mihi conditio nunc feratur homini non locupleti, prædium ipse opimum merere unum nolim, ut istam societatem Erasmo renunciem, ex qua lucri puri probiq́ tantum feci. Nec recuso quin ob unum te Erasmus se mihi perpetuo suamq́ imputet amicitiam, duntaxat si sine contemptu id mei facturus est. Neq́ enim maiorem unquam à me inire gratiam quisquam poterit, οὐδ' ἤ μοι τόσα δοίη ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε. Neq́ tamen sic quoq́ cum Erasmo paria non facio, siue ex rerum euentis officium amicitiæ, siue ex animi candore ac probitate spectes, utpote qui omneis amicos meos in commune contulerim, uiros cum cætera egregios, tum in amicitia perquam officiosos, tametsi nondum omnes apud eum professi sunt, ut ne apud me quidem Erasmi omnes amici. & quidem ita spero rem utrinq́ esse transactam, ut primo quoque tempore, uel cum ita res tulerit, aut ultro aut citati in medium nomina daturi sint. Porrò autem ne tu mihi hanc fortunarum partem aut uilem esse aut parum charam putes, quam tam bona fide in medium conferam: uelim ita existimes, censu me bonam partem in amicis habere, nisi mihi homines imposturam factitant uer
B borum uultuumq́ comitate, sed utinam cuiusmodi uos estis, τοῖοι δὴ νῦ μοί συμφράδμονες εἶεν ἑταίρων. Certè plus industriæ (quam mihi pecuniæ ingentis loco esse duco) in emerendis amicis occupaui, quàm in emercandis prædijs. Verum epistolam tuam iucundam, suauem, mellitam, saccharatam eandem & salsam, ac mirifica quadam sensuum acrimonia conditam, accepi pridie nonas Maias, quum non ita multos ante dies peregrè redijssem, nec tum satis esse commoda ualetudine, ob idq́ subtristis, & ad studium instaurandum remissus ac languidus. Hac epistola cursim primum ac penè singultim deuorata, deinde iterum iterumq́ lecta & regustata, ita sensim, uel repentè potius, recreatus sum & hilararus, ut omnem mihi tristitiam & socordiam abstersam, omnemq́ alacritatem restitutam, mecum ipse demirarer. Id demum suppudebat, quòd eam in me ingenij ac doctrinæ præstantiam non agnoscerem, quam tu mihi tribuis. Sed & hic mihi stimulus acutus fuit ad instaurandum studij mei laborem, illamq́ animi contentionem expergiscendam, quam (ut ingenue fatear) semper aluit quærendæ gloriæ cupiditas: cuius etiam ipsius igniculos ingenuisse naturam animis nec sordidis nec quæstuarijs uideo, coniecturam ex ijs autoribus faciens, quorum nunc scriptis literarum autoritas, disciplinarumq́ maiestas humaniorum constat. Ac quærendæ quidem hoc instituto gloriæ propositum ita comparandum esse optimo cuiq́ semper existimaui, ut pósteritatis magis, & memoriæ in secula permulta perennaturę, rationem habere homines doctrina pręstare eximia contendentes debeant, quàm uel sui seculi æqualiumq́ iudicij: quod plerũq́ ambitiosum aut iniquum esse solet, uel præmij præsentanei. nosti enim ἐκεῖνο τὸ τοῦ ποιητοῦ, ὅσσον ἀκοντίζων, ὥς τε ποτί τις ἐρίζ, τὸ δ' ἐμὸν κλέος ἔσετ' ὀλεῖ. at uerò illud temporarium, perinde ego esse puto, ac si annua, bima, trima, quadrima (ut iuris ciuilis cõditores loquuntur) aut paulò maiore die, soluendum ipse stipuler id operæ mihi precium, pro tantis tot annos exantlatis ærumnis, quod non nisi æterna persolui præstatione potest. Vel (ut commodius loquar) si annua quædam despicabilia, per omnes uenientes annos stipuler uergenti iã ætati, sub mortẽ mox cessura: cuius ut semper diẽ ipse nondũ

uenisse

ueniſſe ſperem (qui error eſt ferè æternus mortalium) ab ineunte tamen uita ſemper ceſſiſſe ſciam. Quanquam igitur in diem fructum gloriç mihi promitti malim, quàm nunc repræſentari, fit tamen nihilo ſecius, ut quadam aura famæ ſinuari uela noſtra in curſu gaudeamus, utcꝙ gloriolæ afflatum quamuis tenuem captantes, noſtrum leuari laborem in contentione ſentiamus. Neqꝫ te autem ita exiſtimare, neqꝫ aliũ quépiam doctum hominem ac philoſophum uelim, quaſi ego tantæ intentionis ſtudiũ, non alium finem habere cenſeam, quàm memoriæ nominisqꝫ commendationem, rem ſanè fluxam & aſpernabilem: ſi quidem res mortalium ſuo ac uero precio æſtimarentur, ac non populari trutina fallaciqꝫ expenderẽtur. Eſt ſua philoſophiæ libra, quam nec forum uænalium, nec iudiciale nouit: quæ rebus ipſa caducis & tempore perituris, æſtimationem quanti minimo ſtatuit: æternis autem quanti plurimo, ne à uerbis iuris prudentium recedam: huiuſmodi æſtimationis fructum Philologia, altera mihi coniux, ex dote ſua tandem perceptum ire me ſubinde mihi ſpondet, quam ego non more noſtratium hominum deamare, ſed miſere deperire ab agnatis gentilibusqꝫ iurgabundis dicitor: ex quo enim illam in domum meam induxi, nec fortunis, nec ualetudini ut ipſi aiunt rectè cõſuluiſſe uiſus ſum. Id quod cum mihi uitio iure uel iniuria uertatur, homini ſex liberis aucto, unica filiola, ab ijs quidẽ qui ſe ideo frugi eſſe homines cenſent, quòd argentariam facere, ac patrimonia quãtumuis ampla architectari norint: haud dum tamen aut uxoris illecebris, aut puerilibus blandimentis, aut rei familiaris procacibus auocamentis, aut medicorum minacibus interdictis, aut deniqꝫ morbi tædio ac carnificina adduci aut perpelli potui, ut huius Ægeriæ meæ congreſſu diurno, nocturno, domi, peregre, ruri aut in urbe abſtinerem: cui etiam tum ipſi cum annos abhinc duodecim uxorẽ accepi liberorum meorum matrem, contra omnium fermè uxoriorum hominum morem, nuncium non remiſi: quippe qui ſic ſtatuiſſem mihi eſſe faciundum, ut coniugem quidem legitimam haberem liberorum parentem: cęterum ex Philologia libros, & nominis mei æternam memoriam, ſi ingenium mediocre induſtriam non defeciſſet, prolemqꝫ immortalem gignerem. Liberos iam pluréis aliquanto quàm libros genui, plus corpori fortaſſe quàm animo indulgens. Poſt hac, ut ſpero, marcente ſenſim corpore, animus indies uegetior & uiuidior fiet: utrũqꝫ autem ſimul ex æquo prolificum eſſe nequit: at cum emeritæ facultates corporis eſſe cœperint, tum demum uiribus animi ſtipendia plene proceſſura ſunt. In hoc autem ſtudiorum progreſſu atqꝫ etiam procurſu perſæpe inhibitus ſum, ac prope retroactus aduerſa ualetudine, quæ mihi negocia tam multa exhibuit, ut non ſemel impetum cœperim uitæ à me inſtitutæ tenorem abrumpendi, & deſidiæ atqꝫ inertiæ affectum iam corpus indignabunde dedendi. Quis enim in tam longæ tamqꝫ moleſtæ ualetudinis tædio, non ſe uel medicorum placitis, uel uxoris precibus, uel amicorum monitis permitteret, ut complorata ſpe literarum? Certè niſi geneſim philoſophicam habuiſſem, iamdiu Philologiam meam domo exactam, habere res ſuas ſibi iuſſiſſem, ut priſci loquebantur. Non igitur me præterijt, quum ſuperiora illa dicerem, ex literarum ſtudio rectè atqꝫ ordine inſtituto, ſperandam illam eſſe euthymiam in ſcholis philoſophorum cantatiſſimam: homini præſertim orthodoxæ philoſophiæ initiato, eiusqꝫ decretis digitis (ut aiunt) confertis hærẽti: aut, ſi ad normam ueritatis loqui uolumus, euthymiæ ſimulacrum & imaginem: quandoquidem germanam iuſtamqꝫ euthymiam, id eſt, animi plenam ſecuritatem (quæ non niſi coercitis affectibus, ac rationis ui compoſitis, omnibusqꝫ ſenſibus ad obſequiũ animi tranquilli redactis, ſuos impleſſe numeros dici poteſt) in hac uita haberi non poſſe exiſtimo. Quippe diui Pauli religionis ueræ ac pietatis architecti elogio nouimus, imminere nobis hoſtem infeſtum ſimul & perpetuum, dæmonarchẽ, illum primigeniæ noxæ ſuaſorem & impulſorem: contra quẽ in procinctu nũquam non ſtare debere nos ſtatuit, nec interim unquam ſecuros obdormiſcere. Eſſe enim eiuſcemodi hoſtem, qui prælio quidẽ interdum, bello nunqꝫ uincatur: is in oẽs occaſiones intẽrus & imminens, quũ magnos ſubinde tumultus atqꝫ improuiſos in ſenſibus cieat, nõ eſt utiqꝫ quod quiſquã ſartũ ſe ac tectũ fore ab eius incurſionibus confidere debeat, tanquã intra philoſophię præſidia, atqꝫ in arcem ipſam euthymiæ penitus

A tus se abstruserit, quum nullum sit hosti præsidium inaccessum, nobili eiusdem diui Pauli exemplo, qui ne gratiæ quidem maioris prærogatiua, huic eximi certamini potuit. Sed uereor ne in ἀπειροκαλίαν & ineptiæ uitium imprudens delapsus sim, cui in epistolæ breuitate philosophari obiter succurrerit homini philosophiæ tyrunculo. Proinde ad epistolam tuam redeo, in qua illud perfacetum mihi uisum est, quòd Erasmum & Budæum quasi duos Milones in arena quadam Palladia committere uideris, Mercurio designatore & aganotheta, instructoreque certaminis, spectatore te eodem & plausore ancipiti, atque in utriusque fauorem ambiguo. quo quidem epistolę tuę loco cum à me gratiam sanè bonam iniuisti, tum uerò id minimè periculum est, ne in Erasmi offensionem impegeris. Siquidem qua est animi æquitate Erasmus, etiam me sibi æquari non grauabitur, ut qui ne præferre quidem sibimet ipse grauetur quum ad Socraticam ironiam se composuit, & risum αὐτοφυῆ è comica fronte detersit: uereor enim dicere frontem eum perfricuisse, quum uno nomine ἀπαιδευσίας omnia mea epitheta superasse se diceret, id est ὀψιμαθῆ, αὐτομαθῆ, atque etiam κακομαθῆ. Atqui ego nisi utrunque uestrum opinione falli, ac planè nihil uidere in æstimatione mei libentius crederem, tametsi aliorum in scriptis perspicaces, bellissimos uos esse irrisores coniuratosque clamarem. Egó ne ut illo cum Milone conserere manus audeam, ni confidam eum remissum ire mihi multa arctasque præhensiones: nec totos in me lacertos adhibiturum: atque in uniuersum ineluctabiles illas uires ad captum submissurum mediocritatis nostræ: ἀλλ' ὅσσον ἥσσων εἰμὶ, τόσσον ὁ φέρτερος ἐκεῖνος, ut uotorum summam habeam. Equidem præclarè atque amplè mecum agi putarem, si isti Miloni Submilo esse possem, aut etiam Miloniaster. Age quonam tandem modo non ineptus athleta, non absurdus, non explodendus esse potest, qui ut uiribus fortasse non careat, athleticam tamen illam palæstram, artis & industriæ commendatricem, sub palæstricis nunquam didicerit: id quod quum de me ipse fatear, tu fidem magis moribus meis indulgere uideris, quàm id simile ueri esse credere. At uerò libens id abs te contenderim, ut si quando publicis muneribus perfunctus, ludicris aliquantisper

B feriabere, tu cui nunc tantum uacat certamen hoc nostrum animi causa spectare, de podio uel gradibus in arenam descendas, ac specimen tui præbeas. Ego enim non te spectatorem tantum esse arbitror oportere, sed etiam ex illis unum quos Ephedros appellabant: non ad spectandum tantum ipsos sedentes, sed ad id ueluti subsidiarios atque succenturiatos, ut ne uictorem statim securum esse palmæ sinerent, uictoque solatium afferrent, cum uictore congrediendo. Enimuero cùm epistolam tuam lego, non iam Erasmo quamlibet graui autori, amplissimè de te censenti, sed mihi ipse credo, nihil apud memetipsum gratiosæ amicitiæ tuæ tribuens. Id quod illum fecisse, cùm ad me de te scriberet, suspicari quis poterat: mihi enim tute uidere omneis huius palæstræ numeros ita tenere, ut sub pædotriba memorando dedicisse te existimare debeam, cum illoque Milone melius ac facilius paria esse facturum, si tamen eum quisquam æqualium æquare potest. Nam mihi uidetur Erasmus non iam Milo, sed pērathlus quidam esse nobilis, cuius gloria quàm latissimè pateat, qui terrarum peragrator nullibi non documentum ingenij sui dederit, ac periodon propè uicerit, in sacris in profanis, atque in omni parte orbicularis disciplinæ certauerit, quam Encyclopædiam uocant, & nusquam non probatus sit. Etenim ut mittam Panegyricum & Christi militem, multorumque eius operum nobilium nomenclaturam, & Morias encomium, quod studiosi ferè habent in delicijs, certè quum Iliadem (ut ita loquar) illam lepôrum Græcorum iuxtà Latinorumque lego, quæ parœmiæ uocantur, nunc logothecam Mineruæ uidere mihi uideor, nunc Mercurij salinum, quem Logium appellaot, arte sanè eximia fabrefactum, & in quo tamen ipso materia cum opificio certet, unde sales candidissimos oratoria comicaque facundia ad usus dictorum uenustiorum sumat: Nunc Pithûs delicias & condimenta, uel Suadæ ipsam medullam: interdum uisendam quandam copiosamque supellectilem, longo interuallo ex uetustis selectisque armarijs promptam (si tamen unquam sic confertim prompta est) in taberna amplissima expositam prædiuitis cuiusdam institoris, eloquentiæ artificio descriptam digestamque decentissimè. In eo uolumine atque in quibusdam eiusdem inuenias

duarum

duarum elegantium matronarum poeticæ & oratoriæ artis, cultum, mūdicias, & ornamentum, ornatricisq; earum, quam Venustatem uocant, pigmēta atq; lenocinia, quibus artifices dicendi, & qui Logodædali dicti sunt, scripta quondam sua uendibiliora reddebant, αἷς ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς, πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. Rursus quum ea lego quæ in nouum instrumentum religionis rectę ac pietatis edidit, quæq; in diui Hieronymi libris (quo uno fermè interprete iuris diuini prudentia nititur) immenso labore explicuit, enarrauit, digessit, interpolauit, & planè instaurauit, ibi sacrosanctam disciplinam, qua uiuendi moriendiq; ratio nobis cōstat, rectè atq; ordine constitutam atq; etiam restitutam, ætati huic nostræ posterisq; gratulor. Simul istos triumphos τῶν χρονίων ὄζοντας in ordinem esse coactos, senilis infantiæ ac rusticæ & elinguis doctrinæ ut patronos & assertores, sic improbos obtrectatores elegantiæ: qui nihil esse sanctum putant, nisi squallore sordibusq; sermonis horreat: quiq; philosophiæ ipsi, omnium bonarum artium autori & locupletatrici, honestatis grauitatisq; antistiti & interpreti, omni nitore atq; elegantia uerborū sententiarumq; interdictum esse contendunt, Senatus orthodoxi consultis, qui ex maiorum (quod dici solet) gentium patribus conscriptisq; cogebatur. Ceu uerò, si quādo usu uenerit ut philosophia in scenam per prosopopœias theatrales exitura sit (ut assolet apud nos per licētiam scholasticis antehac ferè indultam regaliorum festis, quæ Theophania uocantur) non tragicam illi personam choragus, aut prætextatam induere, sed togatam & planipedem atq; adeo tabernariam debeat. Iuuat igitur hęc me legentem animaduertere, Stoicastros illos, barbaricam loquacitatem antea populariter clamitatricemq; professos, ita nunc cum suis cauillamētis è doctorum classibus explosos, atq; adeo de ponte deiectos esse, ut qui prius arcem tenere philosophię putabantur, & suffragiorum prærogatiuam in disciplinis habere, nunc Saturnijs lemis caligare (ut prouerbio alludam) ab omnib. dictitentur: ijs quidem certè, qui aliquo sese numero uideri inter literatos cupiunt. Ecquis est autem tam aduersis Gratijs natus, cui iam non sordeat pinguis illa ac tenebricosa Minerua, ex quo literæ quoq; sacræ Erasmi industria tertiæ, mundiciam priscam splendoremq; receperunt? Quanq; id longè maius est, quod idem eadem opera præstitit, ut ueritas ipsa sacrosancta ex Cimmerijs illis tenebris emergeret. Etiamsi nondum planè theologia è scholæ sophisticæ pedore enituit. Quod si quando factum fuerit, seculi utiq; nostri primordijs debebitur. Certè hactenus iam profectum est, ut eorum partim fastum illum supercilij ponere uideantur, erroremq; taciti agnoscere: partim quibus integrum est per ætatem & uitæ institutum, sortis suæ pœnitentes, nunc literas meliores capessere & amplecti, ijsq; patrocinari. Eandem à me operam in literis ciuilis prudentię, eodem cum successu nauatam esse, tuarum (ut sperò) literarū elogio in posterum credetur, si illæ aliquando in publicum exierint. Ac mihi quidem hæc scribenti, ridere eorum uanitatem atq; ineptias subijt, qui obuio cuiq; ab aspectu aut ingressu statuere precium & æstimationem solent. Hic uerba & sententiam usurpabo cuiusdam uiri grauis, solertis hominum æstimatoris, qui haud ita pridem frequentem uidit Erasmum. Quis est enim tandem (aiebat ille) cui de corporis totius facie atq; habitu, omnibusq; affectibus quibus obnoxia corpora sunt humana, Erasmum æstimare in mentem uenerit, nec esse nobilem illum Erasmum suspicatus sit, qui arbitretur eum hominē ut quemlibet se agentem: Mercurium in ore, Genium in præcordijs, Venerem in stylo cum Gratijs, postremo Palladem in capite, ut Iouem quondam illum, habere? Et post hæc non ueretur Erasmus mentionem mei facere, non iam ut sibi paris, sed etiam si Christo & ueritati placet, superioris: quasi uerò nec me, nec Erasmum nouerim, qui præclari instituti uel conditor uel relator, reliquit exemplum posteritati, ut nō ante theologum profiteri iure suo quisquam se possit, ad librosq; sacros euoluendos publicè, enarrandosq; accedere, quàm in omnibus camœnarum fontibus manus se satis perluisse confisus sit. Cui utinam ipsi tam par propemodum esse possem, quàm æqualis propè sum, ut ex eo epistolæ eius loco uideo ubi de senectute & senio cauillatur. Nisi uerò credere par est illud, quod de agro ingenij sui exhausto iugi fœtura scribit. Qui locus & si mihi inter alia epistolæ loca multa placuit, tamen ei non sum assensus, quū

ipsius

A ipsius ingenij fœcunditatem eam esse uiderem, eamq; ubertatem doctrinæ & copiã, quæ in omneis bonas fruges semper restibilis sit, nec alia atq; alia identidem lectione, uelut nouis subinde riguis indigeat. Nam ita fert natura, nisi fallor, ut soli præfœcundi sic eximiæ atq; beatæ mentis, ut anniuersaria eius fœtura luxurie carentẽ, non etiam effœtam efficiat segetem. Ex huiusmodi ingenio Erasmus quasi ex lætissimo quodam latifundio atq; uberrantis inexhaustæ multos iam annos luculẽtam messem colligit solidæ illius & expressæ gloriæ, in seculaq; iture. Tametsi ad eum scribẽs ita cum eo agere solitus sim, itáq; irrequietum eius animum exagitare, ut ista diligentia atq; industria satis eum facere mihi negẽ, nisi maiora indies maioraq; suscipiat, id est, magnitudini ingenij sui congruentia, animoq; quantumuis sublimi non pœnitẽda. Inde illa inter nos cõcertatio, cum ego multa exigua uel mediocria, proportione captus Erasmi loquor, accepto laturum me pro magnis planè nego, etiam si opera perfecta, probata, præstita lege erunt, ut sunt priscæ formulæ uerba, utpote qui hoc contendam hominem tam alto, tam uolucri, tam capaci, tam uersatili ingenio prędítum, in nulla non officina Musarum perpolitum, grandissima quæq; opera nunc suscipere debere. Indidem illa inter nos epistolaris uelitatio, quam tu, ut uideo, animi causa spectas, quæ nuper ad conserendas manus iamiã exarsura uidebatur, ut illa prægrandi epistola apparet, qua omneis ipse copias argumentorum meorum disiecit prima impressione. Colligere enim uerò reliquias agminis mei statueram copiasq; supplere, ac rursus certamen experiri. Verum id ne facerem, ab amicis meis deterritus sum: qui me imparem tandem futurum certamini uidebant, si ille per ociũ acrius incaluisset. Quippe quibus illud Homericum in mentem ueniret, σύν δὲ δύ' ἐρχομένω καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν ὅπως κέρδος ἔῃ in huiuscemodi lucta. Deinde non satis indulgere aut imperitiæ meæ, aut rusticulæ ferociæ, uisus est homo urbanitatis & facetiarum artifex. Etenim cum omnia simpliciter scribere ad eum mihi uidear, fit tamen nescio quomodo, ut uel in usurpando amicitiæ iure nonnunquam, uel aliter imprudens in oxymora quædam incidam, quibus ille ueluti subdolis cauillis, aut figuris ambiguis nonnihil offenditur, aut certe offendi se simulat: nisi potius hoc illud est quod dixi, ut eorũ sim similis athletarum quos Apalæstros uocant, qui non norunt quid deceat simul, & ad id quod agitur, ualeat. Itaq; fit ut quum ego lienem scriptitando exercere gaudeam, ille uel stomacho, uel incommodæ suspicioni nõnihil dare uideatur, siue id immerito suspicari interdum in mentem mihi uenit, siue ille ueteranus certator, ac planè in hac parte ueterator, rudem adhuc me tyronem nõ ætatis, sed artis tyrocinio stolide me inferentem, hoc pacto emendandum castigandumq; censet, id quod ipse libentius mihi persuaserim. Quod si inter nos hac de re secus forte suspicaremur, tu iuris non modo ciuilis, sed etiam amicitiæ cõsultus, ius nobis, ut arbitror, redderes, aut litem dirimeres ac componeres: certe quidẽ per me liceret ut id faceres, nec ei quàm mihi æquior esses, ut opinor, etiam si tibi ipse familiaris est, &, ut ab eo audio, propemodum sodalis, quod prædicandum sibi merito ipse putat. Nolim tamen uir eruditissime, nolim inquam ut quæ de offensionis suspicione dixi, serio tu dicta esse credas, quum nihil minus cogitem: sed uelim ut Erasmo persuadeas, me ob eam suspicionẽ non rescribere uolumini illi epistolari, quo aciem ille inuẽtionum mearum fudit fregitq;, non prorsus inconditam. Malo enim ille existimet uictoriam me indulsisse ac condonasse autoritati suæ integris adhuc uiribus, quàm herbam tum porrexisse quũ ultra sustinere impetum eius nequirem. Scripsi ad eum dudum, & iterum, ut spero, scribam, sed aliud argumentum eligam mihi tractabilius: & si occasio se dederit, in articulo eum opprimam. Hoc quidem certe non committam, ut alias quàm incautũ et lassum ab opere serio adoriar: tametsi nuper me ἀναμαχέσασθαι τὴν προτέραν ἧτταν φέροντα homo nõ imperitus admonuit existimationisq; meæ studiosus, his uerbis corripiẽs: τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν ὅ τοι ἔτλης ἀντίος ἐλθεῖν. Cumq; ego illud ex comœdia ferocule respondissem, ὃ νῦν μὲν ἡδύς, αὔριον δ' ὑπέρμεγας, tum ille, δυστήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιόωσιν. Enim uero gratum, per, inquam, gratum est mihi, quod simplicitati morum meorũ credis, id quod ad Erasmum scribens, obiter deploraueram, mihi me præceptorẽ prælectoremq; fuisse, nisi interim suspicaret facile id te credere, coniecturam ex stylo scripto-

rum meorum facientem: in quibus subuereor, ne aliquid fortasse structuræ refractariæ deprehenderis, aut rudiusculi schematis, quod nec limam, ut dicitur, nec scobinam officinarum expertum esse uideatur nec præceptoris cẽsuram. Sed rursus id minime sentire mihi uidere, quũ etiam eo nomine placere me mihi ac gratulari iubeas, idq; ipsum acceptum summi loco beneficij referre prouidentiæ. O festum te hortatorem, & iucũdum ac solertem, ὅς γε τἀμὰ ἐλαττώματα εἰς πλεονεκτήματα περιτρέπεις, & quod summe pudendum esse censebam, aut certe tegẽdum, si celari potuisset, id & utile & honestum, & mihi prædicandum esse contendis. Manedum paulisper omnia tibi indicare ac denarrare loquacius in animum induxi, quandoquidem te sic clementem ac dextrum consolatorem nactus sum. Dixeram me αὐτομαθῆ καὶ ὀψιμαθῆ fuisse, & nõ modo præceptore nullo, sed etiam sero literis bonis studuisse: nunc eo amplius dico, literarum me rudimenta & grammatices principia, ut tum ferebant mores simplicitatis nunc obsoletæ, in hac urbe didicisse triuiali sub magistro ludi literarij. Cumq; biscere latine uix cœpissem, ad iuris studium transiuisse ut assolet, aut trãsiluisse potius dispendi oso utiq; temporis compendio. In quo studio cũ triennij operã lusissem, domum reuersus, salutẽ dixi literis, studijs utiq; indulgens iuuentutis illiteratæ, aut emeritę certe & iam exautoratæ: quoad post aliquot annos intra paternos parietes clàm studere mecum ipse institui, procul omnibus conuenticulis huius urbis scholasticorum, excitante me tantum patris exemplo doctrinæ laudatoris, ut erat hominis ingenium, & librorum emacissimi. Ibi à deterrimo quoq;, ut fit, autore auspicatus, cũ glossematum fecem per imprudentiam hausissem, auidissimè errore tandem intellecto, cum ad libros meliores me contulissem, paulatim redundantem illam præcordijs fecem reieci: tametsi obhęserat ἴασιν τινά μοι μῦσαι. Ecce autem aliud incommodũ, quum accipitrarijs & uenatoribus salute semel dicta, annos abhinc sex & uiginti, libris, ut dixi, non magistris aliquo cum successu operam dare cœpissem, statim Græcũ quendam nactus sum senem, aut ille me potius, illi enim uectigal magnum attuli, qui literas Græcas hactenus, aut paulo plus nouerat, quatenus sermoni literato cum uernaculo conuenit: hic quibus me modis torserit, mox dędiscenda docendo, nisi quod & legere optime mihi & pronunciare uidebatur è more literatorum, non bene tribus chartis scriberem, cum interim ipse ut unum eum esse Græcum in Francia audiebã, sic esse doctissimum Græce existimarem, & ille ostentãs mihi Homerum, aliosq; autores insigniores is nũcupans, ἐξονομακλήδην ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον, flagrare me studio insano intelligeret. Accedebat illud erroris, quòd quæ erat in eo ignorantia, ego ludificationem esse putabam, quo diutius ille me stipendiariũ ac pene nexũ pr ę auiditate, haberet. Tãdem literis apud nostros quoq; paucis annis illustratis Italiæ cõmercio, librisq; sensim utriusq; linguæ huc aduectis, cũ ego sarcire damnũ contenderẽ ætatulæ transactæ per inscitiam, nec pecuniæ in coemundis magno libris, nec labori in ediscendis parcerẽ, quotidianas etiam sesquioperas à me planè exigerẽ omni uacatione adẽpta, eo primũ perueni, ut dediscere instituerẽ, quæ male edoctus erã, quæ mihi discẽdi primordia negocia multa exhibuerũt. Nihil enim didicerã πολλῶν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέν τοι κακὰ κακῶς: deinde ut ultra pręceptori illi Græco ne auscultarẽ pręlegẽti, etiã si ad me uentitabat, libros empturiẽti uenditans ac scriptitãs quãti semel indicasset. Quid tu hic uir ingeniosissime? potes ne iterũ, quod incõmodo mihi uerto, id tu in bonũ cessisse, cessurum'ue ostendere? Iam uerò aduersam ualetudinẽ non tã mihi agnatã, ut arbitror, quàm cognatã & ingenitã, quantũ mihi facessisse negociorũ putas? cũ mihi se semper comitẽ sequaciorẽ umbra præberet, quocunq; agerẽ me terrarũ, quicquid instituerẽ: eo iam quoq; ipsa molestior, quòd eius crimine literarũ studiũ cum à medicis, tũ ab omnibus mihi obuijs, propinquis iuxta alienisq;, plus iã annos quindecim male audit, ut insanum & exitiabile, literarum eo amplius Græcarum, ut uæsanum, ut dirum, ut piaculo dignum, etiam si nuper cœpit esse plausibile & expetendum. Nec tamen ideo uelim ut omnino me expungas è numeris classicorũ, ut domestica atq; umbratica eruditione institutum: posse enim sic quoq; mihi uideor inter iuniores centuriari, cum inter munifices profiteri cœperim nec pręproperè, nec infelicissime, ut uestræ amborũ autoritati libens aliorũq; credo. Interim bis Romã adij, urbesq;

urbesq; insignes Italiæ, doctos ibi homines non ita multos per transennam uidi potius quàm audiui, & literarum meliorum professores tanquam à limine salutaui, utique quantum homini licuit Italiam raptim peragranti, nec libera legatione: sed & domi nonnunquam doctorum hominum familiaritate usus sum. In quîs præcipue colui Ioannem Lascarem, uirum Græcum, utraq; lingua pereruditum, qui nunc in urbe, Græcorum scholæ præfectus est à Pontifice: is quum omnia causa mea cuperet, non magnopere iuuare me potuit, quum ageret fere in comitatu regis multis ab hac urbe milibus distractus, & ego frequens in urbe, rarissimè in comitatu fuerim, fecit libens id demum quod potuit, uir summa comitate præditus: ut & nonnunquam præsens mihi aliquid prælegeret, id quod uicies non contigit, absens etiam librorũ scrinia concrederet, & penes me deponeret. Certe tyrocinium nullo sub deductore feci. En tibi uir humanissime studiorum meorum curriculum, quod sub patre indulgente suppeditátec; facile inchoaui, haud scio quàm auspicato. Patre orbatus annos abhinc quindecim ac multa incommoda perpessus, fortunæq; iniquitatem multipliciter expertus, cursum nihilo secius institutum peragere uelis remisq; contendi, remoram tantum unam molestissimam sensi aduersæ ut dixi ualetudinis, ac nihil æquè mihi animum illum alacrem in hæc studia [illegible] cumbentem contraxit ac demisit, quàm assidua mortis meditatio in horas imminentis, quum sæpe mihi spiritũ interclusum, subindeq; restitutum meminerim. Patri copioso hæres relictus non ex solida uncia (semissem enim maximus fratrum primigeniorum iure tulerat) ex matris hæreditate eandem partem quadriênio posthabui: hoc ferè fuit subsidium instituti mihi cursus, cum ijs quæ utcunq; accesserunt, ita ut interim nihil quicquam acceptum tulerim liberalitatibus aut regum aut fortunæ. In quo cursu studiorũ patrimonij iacturã multam feci per incuriam ciuilis frugalitatis: etiamsi naufragiũ uitaui. Id quod sequitur ex tua epistola, non tam mihi iucundum, quàm quibusdam amicorum meorum fuit, qui tibi ob eam rem multa bona dari diuinitus cupiunt. Hortaris me ut in locis iuris explicandis emendandisq; erroribus qui inualuerunt ne elangueam, mihiq; ita gratulari uideris, quasi labor[illegible] mihi constiterit, in eorum hominum eleuãda autoritate quos iuris magis Accursiani, quàm ciuilis & Romani consultos fuisse apud doctos conuenit. Atqui ut mihi ille labor nunquam pœnitẽdus uisus est, cũ ob alia multa, tũ ob id præcipue, quod eius laboris fructus latissime patere, & ad plurimos studiosorum pertinere dictitabatur, ita nescio quomodo pigere cœpit opus diu desitum iam ac pene derelictum retractare, quodq; tumultuosis primordijs memini esse inchoatum. In quo sanè meam culpam & agnosco, & deprecor, si etiã nũc deprecari liceat, qui flagranti tum animo moderari non potui, quo minus iuris prudentiæ causam uelut in concilio antiquitatis peritissimorum agerem, cum eorũ hominum conuicio, qui iuris ciuilis maiestatem imminuere læderéq; non uerebantur: quibus ut ipsis in crimen id uerti à nonnullis uidebam, ita neminem adhuc extitisse noueram, qui ex formula legum postulatos, etiam perageret reos criminibus expositis corona exaudiente, ac iudicibus missis in consilium. In eos dicendi primas partes occupaui, libentius sane atq; alacrius quàm nunc alteram actionem suscipiam. Si quis uerò alius existat, qui has sibi uices deposcat, est alia iam mihi instituta commẽtatio, quę animi mei contentionem à lectione iuris auocauit in diuersum, iuuãtq; me magis ea scribendi argumenta: quæ non tam angustis finibus circũscripta sunt: neq; enim mouere se libere, expatiariq; potest animus lectione longa ac multiplici, quasi farragine obesus & lasciuiens, nisi late patentem materiam ueluti campum liberum & apertum ad excursionem habeat. Neq; hoc non esse uitium interdũ intelligo animi parum frugi, sibiq; indulgentis imprudentius. Sed si ad normam seueritatis & frugalitatis adigere gestientem stylum moderariq; seuerius in animum induxerim, cum omnem animi alacritatem abstulero, & fortasse ieiunum exuccumq; reddidero, tum etiam meo Genio Mineruæq; repugnauero: id quod mihi in eam causam ualere uolo, quam cum Erasmo dudum in iudicium deduxi. Verum enimuero, quum hũc mihi laborem lucrifacere, animoq; meo obsequi hanc operam detrectanti, per eorũ ueluti creditorum flagitationem non liceat, qui me de pollicitatione temeraria identi-

dem appellant, ipsorumq́ adeo iuris studiosorum, quos iam ipsos mecum in gratiam rediisse demiror ac stupeo, iniuriæq́ mihi persecutionem ultro etiã condonasse, quã ipsi non solum atrocem, sed etiã sacrilegam esse putabant, ob sugillatã à nobis numinum suorũ maiestatẽ, non id aut gratiæ, aut potẽtiæ meæ, sed ueritati potius tribuentes, quam sensim & ipsi agnoscere cœperunt. Tum igitur ab illis consultatio mihi integra non sit, cum tu eiusce rei mihi autor sis & adhortator, idq́ grauissimi quidã uiri non nesciant, qui epistolam tuam quasi uisendũ quoddã mercimoniũ exoticũq́ admirantur, facere, ut opinor, non potero, quin ad aliquot mẽses in id pistrinum rursus me dedã, aliquidq́ priori editioni annotationũ addam perfunctorie: nisi forte alium cõperero anteuertisse mihi, id quod diu exoptaui. Sentio me modũ epistolæ superasse, quippe qui τὰ περὶ τοῦ πράγματα μου ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλὴν παντ' ἔφερω, ut inquit Aristophanes: sed te oblectari epistolis meis dixisti, & ego lubens tecum uerba facio: & quum tu me honesto officio prouocaris, decuit me nonnihil admetiri auctarij nomine, ut debitores liberaliores faciunt: nec uerò totidẽ uerbis rependere uices tam eleganti, tamq́ benignæ epistolæ potuissem. Deniq́ hac epistola alteram à te paciscor, atq́ etiam alias multas, cum per ocium licebit, siquidem eodem filo eas contexturus es. Sanctius autem scrinium meũ tuis & [illegible] ut spero, literis dicabitur: habeboq́ epistolas uestras in delicijs, ueluti tesseras quasdam amicitiæ, cum uiris summis literarum commendatione contractę, honestorumq́ officiorũ uicissitudine cultæ, quas præcipuorum legatorum instar, ut spero, charissimo cuiq́ liberorum meorũ relicturus sum. Vale, Parisiis xiiij. Calend. Iunias.

Τουτοισὶ τοῖς γράμμασιν οἶδα μὲν πράγματά σοι παρέξων, ὅτι ἀκαθάρτως τε καὶ κακῶς γεγραμμένοις, δοκῶ δέ μοι δίκαιος εἶναι συγγνώμης παρά σου τυγχάνειν τοῦδε τοῦ ἁμαρτίας, ὅς γε ὑπὸ τοῦ παντ' ἀρίστου ἐράσμου συγγνωσόντ' εἶναί ποτ' ἠξιώθην. οὐ γὰρ αὖ οἴμαι ἴσα καὶ ἐκεῖνος ἐπιεικής τε καὶ εὐγνώμων εἶναι σὺ δοκῶν, ἧττον αὐτοῦ συγγνωμονικὸς δοκεῖν εἶναι ὑπομείναις ἄν. ἔῤῥωσο πάλιν ὦ πλείστου ἄξιε τῇ πατρίδι, καὶ προσαγόρευέ μοι τοὺς κοινοὺς ἡμῶν φίλους.

Gulielmus Budæus [illegible] S. D.

Dici non potest, inquis mi Budæe, quantopere & tuæ faueam gloriæ & eruditionem admirer. Istuc quoq́ posterius, bonan' fide? Bona certe inquis. Ego ne id credam? Quid ni inquis? Equidem mihi hoc lubens persuaserim: πῶς γὰρ οὐ δεῖ γε ἄνδρα σε εἶναι ἐπιεικῆ πέπεισμαι. οὐ γὰρ ὅπως θεολογοῦντι, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλήθειαν σεβομένῳ ἡγοῦμαι, τοῦτο παρ' ἐμοὶ πίστιν πεποριμένος τῆς στρατείας τῆς χριστιανοῦ, τῆς ὑπὸ σου πάλαι περὶ ἐκδοθείσης. Ego uerò nec dicere, inquam, nec eloqui, ac ne proloqui quidem possim O noster [illegible]: maior enim esse mihi uidere quàm ut meum te appellẽ, cum omnibus nostris unus satis esse possis. Quin & usqueadeo publicus scriptis tuis factus es, ut nemo sibi priuatim uindicare te possit. Verum ut dixi, exprimere nequeo quàm tuum me nuper feceris, posteaquàm epistolam tuam accepi. Reddiderat illam iuuenis is, quem mihi commẽdasti, Sorbonæ nunc agentem, μᾶλλον δὲ ἐν σορβωνίδι λίμνῃ διατρίβοντα, οὕτω γε ἂν εἰκότως ἀποκαλοίμην τὴν τῶν σοφιστῶν τουτονὶ διατριβὴν ὥς γε νῦν καθίσταται. Reddita igitur mihi epistola tua, & semel iterumq́ lecta παραχρῆμα τὸ μὲν χάρμα ἀφίμην, σχολάζειν σοι μόνον αὐτίκα δὴ μάλα ἐγνώκειν. καὶ δὴ τῇ ὑστεραίᾳ τῆς ἀποδόσεως, ἣ τῇ γε οὐ ταύτης ἐξῆν, τῆς Σοφίας σου οὕνεκα διεξιέναι ἐξάμην, οὕτω γάρ σου κελεύειν ἐδόκεις. εἰ δὲ μή, πῶς ἂν μαρτυρεῖν ἂν δυναίμην τοῦ ἐν τυπωτῇ τοῦ σοῦ; τοῦ τοίνυν Σοφίας ἐπικεκυφότι μοι, ἰδοὺ δὴ παρεῖναι τὸ ὄργανον τῆς εὐσεβείας ἀπηγγέλθη, τὸ ὑπὸ τοῦ ἐράσμου, τὸ ἀμφίγλωττον, τὸ ἔνδοξον. nam tu de eo quoq́ ad me scripseras συνῄνεσας μοι τὸν τυπογράφον, αὕτη ἡ βίβλος παρ' ὅσον, τὸ δὲ χθὲς ἐχόμενον ἤδη Σοφίας ἐξέτιναζον ἡμῖν. Apologia igitur tua & paraclesi ac prefatione legendis dimidiatum diem Dominicum consumpseram huius mensis uigesimũ septimum. Pridie enim liber allatus erat. A prandio statim cum Frãciscum Deloinũ uiserem, hominem doctrina & autoritate summæ curiæ principem, ut scriptorũ tuorum lectorem auidissimũ, sic meorũ meiq́ amantissimũ: cuius nomini dicasse librum de Asse uideri possim quibusdam, cum eum circa finem libri mecum disserentem faciam: Sic enim tum tulit mea ratio. Et alioqui eius dicationis memoriam nunquam nisi cum libro interituram uidebam, cum sæpe præfationes pereãt. Sed cum ad eum adij-

adiissem, ecquidq́ noui haberem interrogasset: ut respondi nihil me habere At ego, inquit habeo, quod ad te pertineat, quodq́ tibi iucundum futurum sit. Quid id esset me rogante, Ecce tibi, inquit, elogium ab ea autoritate profectum quam tu instar Senatusconsulti Romani habiturus sis. Solebas enim optare, ut treis aut quatuor Erasmos in Gallia haberemus (si tamen tot simul Erasmi similes una ætas efferre posset) ut tibi animo tuo aliquando obsequi liceret, ingeniiq́ tui mediocritati liberius uela pandere. Nihil autem tibi molestius esse, quàm quod inferuescente stylo, quasiq́ musarũ aura plenius aspirante, uela tu sæpe contrahere cogerere, atq; ad eum modũ uelificã di impetum moderari, quem nostratium hominum ferret captus, aut certe libenter admitteret. Ecquis enim æquo animo ferre possit semidoctos homines, intelligẽtiæ suæ finibus latinæ linguæ copiã circũscribere? Hunc ipsum igitur Erasmũ habes operum tuorũ non modo lectorẽ, sed etiam præconẽ. Quæ cũ ille dixisset, & ego suspensus expectarẽ, promit librum tuum solutũ adhuc & recentẽ abs officina, locũq́ ostẽdens τῶν κατὰ Λουκᾶν, O uirum, inquit, eleganter ac probe amicum hũc tuum Erasmũ, cuius tu haud falso, ut uideo, amicum esse te dictitabas, cuiq; non gratuitum sæpe testimonium tulisti. Equidem, inquit, cuius antea ingenii præstantiã mirabar, nũc etiã candorem exosculor. Videndum tibi Budæe omnino, ne qui principum in re literaria uirorum æmulatione accensus es, nunc huiusmodi uiro officio te prouocanti cessisse uideare. Hactenus ille: σὺ τοίνυν ἴσθι αὐτίκ' ἐμοί τι προσφιλέστατα, οὐκ ἐλάττω τι οἰόμενος, ὧν εἰς ἐμὲ ἐχαρίσω. οὐ γὰρ αὖ σὲ τούτῳ γε ἐκστῆναί σοι ὑπομείναιμι, ὥς μὴ τοῖς ἴσοις ἀμείψασθαι τὸν εὐεργετηκότα με φίλον ἄνδρα. καὶ τό γε αὐτοῦ μέρος, τὴν μνήμην ἀπεθανατηκότα τοῦ γένους τῶν βουδαίων, ὅμως τε πρότερον αὐτὸς ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὖ πεπονθώς. σὺν γ' ἐμῶ τόκῳ τὸ χρέος ἀποδώσειν, οὐκ ἂν ὑποσχέσθαι τολμῴην, ὁπηνίκα καὶ τὸ ἀρχαῖον αὐτὸ ἐκτίνειν, πάνυ τι κεκμηκὼς εὖ οἶδ' ὅτι ἔσομαι. ἐγὼ μὲν δὴ εἰς στενοχωρίαν ἤδη αἰσθάνομαι ἤδη καθεστὼς τοῦδε τῶν ἐγκωμίων, ᾧ δὴ ἐλέφαντά φασιν ἐκ μύρμηκος ἀπέδειξας. οἶσθα γὰρ δή που ὡς ἂν μὴ ἀφειδῶς τι καὶ πῶς τὰ ἐπιβάλλοντά σοι ἀποδῶ, ἐπιβάλλει γάρ τοι ἕκαστος τῶν περιττῶν ἐπαίνων, οὐκ ἂν φθαίοιμι ἔγωγε ἀντιχαρίζεσθαί σοι δοκῶν, τοῖς γε εὖ εἰδόσι τὰ ὑπό σου γεγραμμένα, τετίσι πρὸς πᾶσι. τίς γὰρ οὐ διαπλεῖ ἀναγινώσκων τὰ ἀπὸ σοῦ; αὖ δ' αὖθις αὖ τοῦτ' εὐλαβούμενος φειδωλῶς πως καὶ ἀνελευθέρως τῶν σῶν ἐπαίνων τῇ ἀμφιλαφῶν ἅψωμαι, τί δὴ ἄλλο, ἢ ἀδικῶν τὸν παντός σε ἄξιον, κακοήθης εἶν' δόξαις ὤκνων εἰς τοιαύτην μέσον τὴν ἀπορίαν κατέστησας, ὁ ὑπάρξας τῆς εὐεργεσίας εἰς φίλον τὸν ἀξιολογωτάτους, δέον αὖ προλαβόντα με τοῦτό σοι τὸ πρᾶγμα προσχεῖν ἐγχειρεῖν ἄμεινον αὖ ἀπαλλαχθείη τι ταύτης τῆς δυσχερείας. οὐ μὴν ἀλλ' ἐλπίζω εὑρήσειν τι πόρον ἵνα εὐπρόσωπον, πόρον τι εὑρήσειν, ἐφ' ᾧ ἀπαλλάξαι πως τουδὶ τοῦ ὀφειλήματος [illegible] ἀπαλλαχθήσεσθαι, οὐκ ἂν διὰ βίου ἔγωγε ἐλπίσαιμι, μείζονος δὴ ὄντος ὡς ἀληθῶς τοῦ δανείου, ἢ κατὰ τὰ ὑπάρχοντά μοι. ἀλλὰ μὴν πάντ' ἂν μᾶλλον ἀποδεξαίμην, ἢ τοσαύτην καὶ τοιαύτην ἀχαριστίαν ὀφλεῖν. καὶ μὲν δὴ καὶ χάριν σοι οἶδα καὶ ὁμολογῶ, τῆς συγγνώμης τῆς περὶ τοῦ παρακολουθηκότι ῥήματος. quàm molli articulo ibi me tractasti, imo quàm mihi me reprehendendũ emendandũq́ reliquisti. Agnosco, fateor, deprecor, nõ culpam sed pœnam, sed ignominiã quæ fatenti remitti solet: potuisti iure tuo τὸ σφάλμα μου ἐπανορθωτικῶς γε δὴ σημειώσασθαι, ut etiam critica seueritate abstineres, ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν. Ego ita locum transtuli, quasi Lucas se ἀκόλουθον τῶν αὐτοπτῶν diceret, cum hic παρηκολουθηκότι idem quod ἐξητακότι significet, ut tu ipse sentire uideris, etiã si latine assecuto improbare uideris, pro τυχόντι καὶ ἐφικομένῳ καὶ κατορθοῦντι. Assecuto ut probem, facit Demosthenes ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας his uerbis, ἵνα ὡς μετὰ πλείστης συγγνώμης παρ' ὑμῶν ὁ τὰ τούτου πονηρεύματα εἰδὼς ἐγώ, καὶ παρηκολουθηκὼς ἅπασι, κατηγορῶ. Hic utrũ Demosthenem intelligam omnia Æschinis flagitia criminaq; comperisse, accurateq́ in eum inquisiuisse, quasiq́ omnia eius gesta factaq́, è uestigio ita persecutum ut tandẽ inuestigarit, an arbitrum & spectatorem fuisse rerum perperam ab eo gestarum, ut æqualem, ut συμπεπολιτευόμενον, ut eadem legatione functum. Idem alibi, ὑμεῖς γὰρ δικασταὶ ῥᾷον παρακολουθήσετε πᾶσι τοῖς λεγομένοις. Nihil uos fugiet, sed omnia ut à me dicta erunt, intellectu assequemini. Sic Galenus παρακολουθῆσαί τινι θεωρίᾳ dixit, animo ita percipere, ut speculamentum non fugiat τὸν ἐνθυμούμενον. Tu ad historiam texẽtis ordinem retulisti. Quod si recte sentis, miror cur dixit καθεξῆς σοι γράψαι. Oportuit enim primum ordine omnia didicisse, deinde γράψαι. Et tamen utraq; sentẽtia idem dicit: prosequi enim dixisti non assequi, id cum tu dicas, non tamẽ probas. Omnino locus δυσνόητός ἐστι. ἄνωθεν rectè reddidisti pro ἀπ' ἀρχῆς & retrorsus. Absit autẽ ut inficiator esse mediter po-

tius quàm ut me ipse profecisse fatear. Sed de κατηχῶ te memoria lapsum scio, cũ Lucianus tuus in Asino utatur: ἐμὲ δὲ, inquit, ἀπέδωκεν ἀπελευθέρῳ ἑνὶ τῶν ἑαυτοῦ νεανίσκων, καὶ ἐκέλευσε κατηχεῖν ὅσα ποιῶν μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην: de asino loquens quem saltationẽ doctum fuisse narrat, κατηχεῖν ἀντὶ τοῦ διδάσκειν dicẽs, alibi pro commonefacere, id est νουθετεῖν, οὐ γὰρ δὴ καὶ μαθεῖν ὑπό τινος φαύλων, ἀλλὰ κατηχημένος πάθος παρ' ἡμῖν. Vnde & κατήχητοι, dicti Dionysio Areopagitę, deinde κατηχίζεσθαι quasi κατήχησιν uertis. Cæterum utinã iam tibi placeres quàm nobis, in istis eximijs, & μεγαλοπρεπέσι: iam enim tibi admonitorẽ me ingeram: ut enim tecum familiariter agam, πολλάκις θαυμάζειν με ἐφίστασαι, τῆς κατὰ χρόνους τηλικαύτης καλλιλογίας καὶ εὐφυΐας εἰς λεπτολογήματά τινα, in quibus tu interquiescere soles, ὥσπερ οὐ πρέπον τὰ μέτρια τῶν συγγραμμάτων, καὶ τὰ μακροπρεπῆ, τοῖς πρὸς ταῦτα συμμέτρως ἔχουσι καταλιμπάνειν, σὺ μὲν τοι τὰ πρῶτά τε καὶ τὰ τρίτα καὶ τὰ τούτων ἐφεξῆς, ὑπὲρ αὖ ὑπὲρ τῶν περιβάλλων, τοῦτο μὲν προσαναρπάζειν τὰ τῶν ἐλπόνων τε καὶ μετρίων ἔπαθλα αἰτίαις ἂν ἔχοις. τοῦτο δὲ καὶ τὸν σαυτοῦ ἐνθουσιασμὸν οὐκ εἰς δέον καταναλίσκειν. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς καλλιλεξίας τε καὶ μεγαλονοίας κολούειν: quod prisci minuere maiestatem appellabant. Postremo quàm te amari à me putas de præfatione illa tua πρὸς τὸν ἀρχιερέα, cuius tu τὸ ἀξίωμα οἱονεί τι φυλακτήριον περίαπτον ὑπὲρ συγγράμματι ὑπὲρ σῷ περιέθηκας scite sane & solerter, ἐπὶ τῇ ἀποσοβήσει τῶν συκοφαντῶν τούτων σοφικῶν τῶν ψιθυρολόγων. Ac ne quid tibi interim deperiret, διαφερόντως οὐδὲ βιβλίου ὅμως ἀξιωθῆναι τὸν ἀρχιεπίσκοπον τὸν σὸν ὑπεργέτην ἐβουλήθης, νυμφῶς δὲ δύο τοίχους eadẽ fidelia, & ut nostrates aiũt, unica filia, procis quidẽ pluribus digna, generos tibi duos asciscens. Ohe, inquis, iam ad calces chartæ tuæ deuentum est. hic igitur desinã. Scripsisti ad me Laconice: ego ad te Asiatice fortasse, uel si qui peiores etiam fuerunt: sed sic sum, si placeo, utere. Rarus tardusq́; sum ad scribendum: multus autem scribẽdo: ubi incalui, tollere manum nequeo. Simul ἀντεπιστέλλειν σοι προτρέπομαι ὑπό τι σχολὴν ἄγοις ut paria facias, chartæ dico dispendio, cui nõ parcere me uides. Certe quidem facies ut hanc epistolã te recepisse sciam, et me interim ingrati iudicio non periclitari: quod non ante credam, quàm à te certior factus: μακαρίζω σε τῆς σχολῆς ταύτης καὶ αὐτοῦ τῆς περὶ τὰ θεῖα, quam mihi iam diu promitto. Sed œconomico mihi magis esse, quàm φιλοσόφῳ uacat: πῶς γὰρ ἄν, ὑπὲρ γε ἐξ υἱῶν πατρί τε καὶ τροφεῖ, οἷος θυγατρὸς, ἀδελφῶν. quicq́; ὡς φιλοσόφους ἔχω ἐν τοῖς μάλιστα, ὅ γε τοι ἀμελῶς ἔχων ἀεὶ προστεταίτηκα τῶν πρὸς τὴν πολυπαιδίαν ἐπιτηδείων. Vale, καί μοι ἀγαπῶν διατέλει.

Gulielmus Budæus [illegible] S. D.

ACcepi literas tuas dies abhinc quinq; aut sex: quas auidissimè legissem, nisi mihi πράγματα παρέσχε ἡ δυσχερὴς ἀνάγνωσις: adeo tu ὀλιγώρως καὶ ἠμελημένως epistolã expedieras tabellario petasato iam, ut conijcio, & flagitãti. Iam hoc unum habeo familiaritatis & amicitiæ σύμβολον οὐ σμικρὸν, te ad me ταχυγράφως τε καὶ ἀποσχεδιασμένως scribere longissimam epistolam. Neq; enim id fiduciæ tribuo, quam tibi ille scribendi dicendiq; magister stylus, ingenerasse potuit & debuit, sed τῷ ἀφελεῖ τοῦ τρόπου σοῦ, & candori animi tui nihil sinistræ interpretationis ab amico suspicantis, id est animum alienum ex sese æstimantis. Illud tamen οὐ συγγνωστὸν, quod sine die ac Consule scripsisti. Vide ut post hac minus me torqueas, ἰδίως τὰ πρὸς σε ἀναγνωσόμενον, modo utaris χαρακτῆρι γράφων tuo solito in epistolis, quem ego esse pulchrum & dilucidum scio. Sed scilicet, tu schedam ad me pro epistola pura misisti. Vide uerò si pergas sic neglecte scribere, ne in fraudem quandam haud spernendam incidas ex hac culpa. Ego enim epistolas tuas non solum inter κειμήλια literaria ἀποτίθεμαι, sed etiam hostiatim propemodum circumfero, quod ita interesse existimationis meæ arbitrer, tantam mihi tecum intercedere necessitudinem à multis non ignorari, & præterea istis tuis elogijs, contra obtrectationes utar, si ita usus uenerit. Multos enim meruisse me obtrectatores scio, etiam si nõdum scio an obtrectatores multos habeam, καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. De altera tua editione quod scripsisti, id apud me μυστηριωδῶς erit. Ita enim epistolas tuas ostentabo, ut id absque captione tua fiat, si quid in sinu meo depositum esse sensero, quodq́; clam esse uolueris, id per me ne palam fiat, haud periculum erit. Siquidem cũ opus est σιγαλώτερος τῶν μυσταγωγουμένων εἰμί. Quantum succidere temporis mihi imperiosis

A rioſis occupationibus licebit, adiutare te omni ope conabor, ut ſuggeſtor ſtructor ẽ quod neſcio an efficere poſſim. Nam ut præfationem tuam & apologiam in nouum inſtrumẽtum legi, ita annotationes aliquot in locis uidi, parœmias tuas ultimas hodie cauſa tua à bibliopola mihi curaui. Antehac enim ueteres ſuas ſufficere mihi exiſtimabam, ita ut etiam non perlegerem: ſed uelut Sibyllinos libros cum uſus uenerat adirem. Silenos tamen & alia nonnulla legeram in alienis libris ut fit, cum apud amicos eſſem. Hæc enim loca maxime celebrari audiebam. Linacrum tuum uirum apprime doctum, ut arbitror, hic allocutus ſum nõ ſemel, cum inuicem uiſeremus ego & ipſe. Viſus eſt mihi uir bonus benignusq́ʒ, ac nihil faſtus præ ſe ferens. Ei exẽplar unum de Aſſe miſi, quoniam ſub eius diſceſſum liber ab officina exijt. Is mihi inter loquendum dixerat aliqua eorum quæ explicuiſſe me plane confido, illuſtrari hac ætate non poſſe, & ego me id facturum receperam quod ille admirabatur. Hac occaſione eius amicitiam quæſitam in calendariũ ſanctius retuli, ubi maiuſculis literis Eraſmus perſcriptus eſt ὡς σπουδαῖος ποτὲ πρᾶγμα μόνον ἐπιστὰς ὥρας, ut attente quaſdam eius operis partes legiſſes, egoq́ʒ reſciſcere aliũde iudicium tuum potuiſſem. In his eſt locus ubi reſpondeo uel ὑπὲρ διατείνομαι potius, ὡς τὸν τὰ πάντα τοῖς ἰταλοῖς ἀπονέμοντα ὅπως, ὡς τὸν ἄνησ δυσωνύσως ἀφαιθαι τῶν λόγων ὑπέρ. id cũ uacabit leges Charta duodecima, ubi cauſam literatorum obiter agere, quoquo modo uideor. Sed id melius charta nonageſima, ubi τοὺς καταπελιτευομένους τὸν τε βασιλέα καὶ τοὺς βασιλευομένους, τοὺς ἐν ἀξιώματι δηλονότι compellare non ueritus ſum. Quanquam hæc etiam tibi haud ægre remiſerim, ſi modo tu chartam centeſimam & quadrageſimamſextam uideas, & deinceps ad finem uſq́ʒ libri, ubi iã φιλοσοφικῶς obterere τὴν τύχην καὶ τὴν πᾶσαν αὐτῆς δύναμιν conatus ſum, παράκλησίν τι καὶ προτροπὴν ſcribere, τοῖς πρoσιτικοῖς τῶν λόγων τῶν καλλίστων σπουδῆς, ut iſtã philoſophiam dedecori eximeremus, quę meo nomine male audit: ibi tu nonnihil ſimile inuenies, licet impar ijs, quæ in tuis Silenis ſcripſiſti. Liber tamen propediẽ imprimetur, & plenior & emendatior. Tũc enim in manibus habebam, cum hæc ad te ſcriberem. Vt autem opto te legiſſe, ita à te hoc petere nõ auſim, ne improbus aut im

B portunus eſſe dicar, ſi hoc commiſerim, ut ἀπὸ τῆς σπουδαιοτέρας καὶ ἱερῶν te auocare, ad meas nugas uidear incommodo reipublicæ. Sed ſcitum illud, quod mihi perſuadere conaris, Primũ inquis, uideor tua legiſſe, eximiasq́ʒ ingenij tui dotes agnoſcere. Ego ut credam te noſtra legiſſe? Niſi ſi quis amicorum tuorum in mentionem libri inter fabulandum incidit & tibi αἰσχυντηρῶς fuit. Venio ad λεπτολογήματα illa, quod uerbũ neſcio quonã modo calamo noſtro excidit. Volui enim συγγραμμάτιά τινα dicere, quæ tamen ipſa aliquando ἀξιοπεριγράφημα posteris uidebuntur, ut ingenue tecũ agã. In his unus liber eſt De copia, qui nec mihi nec multis τῶν τυχόντων & tibi fauẽtiũ tantũ ſuſtinere titulũ uidetur. Titulũ uoco, nõ tantũ copiã, ſed etiã Eraſmũ. Eum tamẽ & aliquot alios nõ diligẽter legi, & τῇ σπουδῇ. Sed cũ alios de his loquẽtes audirẽ, dixi interdũ me in Eraſmo animũ τοῖς ἀρχαίοις σέβοντα deſiderare. Nõ enim ſatis te habuiſſe uideri & eſſe πολυΐστορα, niſi etiã πολυγράφος uiderere. Id mihi uideri obfuiſſe τοῖς νοήμασί σου τοῖς μείζοσι. Huiuſmodi ſunt παραβολαὶ, & quædã à te traducta etiã ex quo maiores ſpiritus ſuſtuliſti, quę per ſe æſtimata nõ carẽt indicatiõe: ſed cũ ipſa ex locis cõmunibus ſumpſeris, præripuiſſe ea τοῖς ἥττοσι uideris. Te enim & iſtius notę ſcriptores, ἐκ τῶν ἐξαιρέτων καὶ ὑπερεχόντων ſumere argumentũ laudis par eſſe exiſtimatur. Hæc eſt mea ſententia περὶ τῶν λεπτολογημάτων, quãdo tu tãtopere hoc uerbo cõmotus es. Ego aũt exẽplar literarũ mearũ in ſcheda ſeruaui, ne tu mecũ obſignatis literis acerbius agas, ſi quodã forte in loco ὁ κάλαμός μοι παρώλισθε. Hic etiã ſi dijs placet, Catũculũ te emẽdaſſe dices, neq́ʒ te pœnitere laboris dieculaeris, ad id etiã priuatim oppella una dicata. Quaſi uerò obſoleſcere nomẽ tuũ tot libellis nõ poſſit. Tu de huiuſcemodi ſtatues. Mihi autẽ à te permitti æquũ cenſeo, ut in hoc à te bona tua uenia diſſentiã: præſertim cũ alios in meã ſententiã diſcedẽtes habeã. Cæterũ quod de Budæo me propemodũ βουδαϊσμόνα facis ἄσμενος τὴν εἰρωνείαν ἀποδέχομαι, καὶ συνήδω μοι χλευαζόμενος. Quid ni enĩ id faciã? Quãdo tu utrũq́ʒ credere me uis & te uirũ bonũ eſſe, & me tibi ingeniũ meũ probaſſe. Verũ cũ ad epiſtolæ finẽ uentũ eſt, nõ potui nõ dolere uicẽ tuã meãq́ʒ, etiã ſi tu tuã ſolũ doles, in hoc certe officio mihi cedẽs amicitię. Nã cũ ſis ipſe cœlebs, peniã quandã

nomine uxorem tibi esse cōquereris, non tantum domesticam sed etiam uiatoriam, quam nulla quantumuis longa peregrinatione possis à te abigere, usqueadeo ab inuisa uxore adamare. Huiusq; tædium odiumq; omnibus œconomicis meis curis, cōiugalibusq; & paternis opporijs, perinde quasi peniæ tuæ loco, ego plurum pusionē iucundum habeā: in quo oblectare me ex sententia animi mei possim. At ego te hoc ignorare nolo, me quidem riualem esse tibi in amore Philologiæ: sed quam tibi uxorem esse dicis, non longe à cōtubernio meo abfuisse, ex quo hoc insano literarū amore captus sum. Hoc tātum refert, quod tu eam κατάρατον πενίαν ioculariter, ego serio πενίαν, οὐκ ἀσχήμονα uoco: usqueadeo oēs uerè studiosos qui rari sunt ista uel ut æmula Philologiæ comitatur umbra prope dixerim sequacior, sicq; huius ætatis morib. cōparatum est, ac superiorum etiam ætatum: imò sic philosophiæ fert ratio, ut qui eius studiosi & cupidi esse cœperint, rem simul ac fidem ignarorum opinione amittāt: & qui diuites esse cœperunt aut meditantur, amorem ilico disciplinarū uel abijciāt uel deponant: id quod in te uereor ne experiamur, si quando, ut speras, inauratus fueris. Quod aūt ad me pertinet, hactenus fatū meum agnosco et penè cōpertum habeo, ut me nec literarū amor, nec eius comes unquā relicturi sint. Quod ut facile patior, ita cum fortuna redire in gratiam nequeo, cui iam dudum succenseo, quod cum illa tua penia, πλούτῳ καὶ τὴν ἀρχωσίαν μοι τὴν ἐπιτροπὴν iniūxit, quæ mihi annos iam undecim omnium molestiarum, quas multas expertus sum, negocia plurima exhibuit literis incumbenti: cum eam ut à me submouerem nihil intentatū reliquerim. Vtrunq; aūt incōmodum aduersæ scilicet ualetudinis, & imminutæ rei familiaris, ideo mihi amici & cognati obijciunt, & ueluti Philologiæ uitio uertunt, quòd in cunabulis neutram harū comitū nouisse mihi cōtigit: nam ut literis salutē dicam (quod propinqui, quod amici, quod medici me hortantur, multam grauē ni paream ipsi interminantes) adduci nō possum ut faciam: non si πλοῦτον αὐτὴν καὶ τὸ βάθος τὸ λῷον, ut inquit Comicus, fors ipsa mihi ostētet. Hæc occupatissimus ad te scripsi, & rus iamiam profecturus, ac uiā iniens. Ne autem mihi uacationem esse putes à curis familiaribus, ego nunc duas uillas duobus in prædijs ædifico, longe inter se distātibus: sed uillas prope Lucullianas, ad quas cursitare mihi, ac ultro citroq; commeare necesse est, aut desidiæ culpam dispendio luculento luere. Id quàm facile sit homini primum studioso, deinde harū rerum imperito, & quod super omnia est tenuiter peculiato, tu ipse æstimabis. Vale καὶ χρύσωσο ἀγαθῇ τύχῃ, ut summam uotorum habeas. Parisijs Nonis Iulij.

Gulielmus Budæus [illegible] s.

IDentidem literas tuas repeto, uarie enim me affecerunt ὅτι μὲν γὰρ ὑφορώμενος τὴν δεινότητα τήν τε ἐν τοῖς λόγοις κομψότητα περιττήν, δοκῶ μοι χαριέντως ὑπὸ σοῦ καταγελᾶσθαι: neque enim usqueadeo stupide mihi faueo, ut non mediocritatem meam agnoscam, quem tu inter primæ notæ ingenia ponis: ὅτι δ' αὖ πάλιν τὴν ἐπιείκειαν τὴν τρόπων σου στοχαζόμενος ἐκ τῶν συγγραμμάτων σου, τὴν ἐπιστολὴν δὴ τὴν ἀποδοθεῖσάν μοι παρά σου ὑπονοῶν, οὐχ ὡς πεπαιγμένην ἀποδέχομαι, ἀλλ' ὥσπερ ἐσπουδασμένην. Ex hac tamen opinionum alternatione statui faciendum mihi esse, ut uel εὐήθως πιστεύσαντα homini theologo potius me præbeam, q̄ ut animo suspicaci de te male mereri, deq; amicitia ipsa uidear: καὶ μὲν δὴ καταγνῶναί μου πονηρίαν τινὰ τοῦ ἤθους εὐλαβοίμην ἄν, εἰ ἀνωμότως σχεδὸν ἀντιγράφοντι τῷ φίλῳ οὐκ ἐπίστευον. Stat igitur sententia ita credere & confidere bona te fide scripsisse. Itaq; magnopere triūpho Legatū illū regis Angliæ Cutbertū Tunstallū, uirū, ut tu mihi fidē fecisti, in primis cōmendabilē eximia, & amœna utriusq; linguæ peritia, ultro etiā mihi tecū testimoniū accōmodare, præsertim quod ad Græcā eruditionē attinet: nā uestra amborū autoritate fretus iudicio meo ipsius interdū fidē abrogo, ut uel me quoq; Græcè scriptitare posse epistolia confidā: ἐνάμιλλον δῆθεν ἐμαυτὸν πείθεις τὸν αὐτομαθῆ, τὸν ὀψιμαθῆ, τὸν ὥστε ἔτυχε πεπαιδευμένον, τοῖς τε τῶν πατρίων ὀνομαστοτάτοις καὶ τῆς παιδομαθείας τετυχηκόσι. Id quod libēs atq; etiam perlibens fecerim ad te scribens: συγγνωμοσύνῃ δήπου τῇ σῇ τεθαρρηκὼς τὸ πᾶν τ' ἀρίστου. Totū enim me tibi indicare optima fide certū est, ut qui antehac in utraq; lingua præceptore me tantū ac prælectore usus sum, id quod gemēs refero, sero saltem melior cēsura tua fiam. Atqui si te aliquando feriatum nostris auocamentis sensero, exercebo

sane

A sane frequẽtibus literis, uel ad odium usq;: ἢ μὴν καὶ ἔγωγε ὑμῖν εὔχομαι ἀμφοῖν τοῦτο πολὺ διαφέρειν συχναῖς γε πρὸς ἀλλήλους ἐπιστολαῖς, τὴν ὑμετέραν εἰς τοὐπίον φιλίαν εἶν᾽ τὴν ἰσόζυγον, ἢ γνώριμον ἐν τοῖς πολλοῖς. ἀλλ᾽ ὦ ἀγαθὲ amabo te si quid istinc exierit, uide ut sine captione nostra fiat: mihi enim errata ἀξιόλογα τῶν τυπογράφων præstare te æquũ est, atq; etiã mea ipsius errata, si usu ita uenerit, præsertim si in autographis meis quoquo modo admissa, ut fit, oculos recognoscẽtes fefellerint. Quid ni enim id à te exigã, ut sartã tectãq; præstes existimationẽ meã? etiã si merito te cõquestũ esse nõ inficior, quod idiochira nostra negociũ tibi nõ paruũ exhibuissent, quem epistolæ tuæ locũ cachinno effuso prosecutus sum. ἔγωγε αὐτὸς κακῶς χειρογραφήσας, ὅμως ἐγκαλῶ σοι κακογραφίαν ὑπέμφηνα. quanq; quod in te negligẽtia est, etiã est in me imperitia. Quare si mihi in posterũ in eo indulseris, per me licebit ut quoquo modo scribas: καὶ δὴ καὶ ἤδη ἔγωγε μὲν σοὶ συντίθεμαι ἐφ᾽ ᾧτε αὐτὸς μήτ᾽ ἐγκαλεῖν ὕστερον μήτ᾽ ἐγκαλεῖσθαι ἐπὶ τούτῳ. Epistolã unã meã uidi inter tuas impressam, in qua cũ multæ mẽdæ sunt, tũ id molestũ fuit quod in fine quinq; legitur, pro quinq;, id est ὅσ τι, nõ paruo meo dispẽdio: quippe qui bis triũ filiorũ pater & unicæ filiolæ, ad quinq; filios redactus sim, quasiq; iure duplici trium liberorũ imminutus: proinde criminosam quãpiam dicã impressori tuo scribã, nisi id mihi damnũ primoquoq; tẽpore sarcietur: atq; etiam tecũ fortasse experiar, si ab ipso seruare indemnẽ me nõ potuero: περὶ λεπτολογημάτων iam te cõquieuisse puto, & nostram satisfactionem accepisse. Quin tu ipse incõmode interpretaris, qui id de scholijs in nouũ instrumentũ, & rursum de parœmijs, si diuis placet, intelligis: quarũ ipsarum uolumen tantũ abest, ut λεπτολογηματικὸν esse cẽseam, ut σεμνολόγιον λογοδίκην καὶ ἀξιοθέατον esse autumẽ, utriusq; linguæ delicijs refertã & exornatã: & si uerbo Homerico uti mihi permittis, σιγαλόεσσαν: tametsi πέρα τοῦ δέοντος πολὺς εἶναί μοι δοκεῖς πρὸς τῷ προοιμιολογεῖν: ut obiter te recriminer, qui me eo nomine notasti, quòd manũ tollere de tabula nõ nossem. Næ illud perplacet, quod scribis nõnihil te monitis meis extimulatũ, ἵν᾽ ἐν τοῖς μὴ τοιούτοις, ἐπιχειρήσῃς τοῖς μείζονος φρονήματος χωρητικοῖς. Age dũ ἀναδέχομαι τούτου τοῦ ἐγχειρήματος κίνδυνον ἐφ᾽ ἅπασί μου τοῖς κτήμασι. τί γὰρ ἂν οὐ κατορθώσαις, ὦ θεῖοι παράγαθοι, ὧν γε δὴ αἱ τῆς τε φύσεως, καὶ εἰς ἄκρον τῆς

B παιδείας ἐξησκημέναι, δύναιντ᾽ ἂν ἐφικέσθαι. Hic tu delicias facis mi Erasme, & pede, inquis, meo me metior, nec oẽs Budæi sumus. Næ cauillatorẽ quẽdam facetũ & callidũ esse te uir mirifice oportet. Quasi uerò quicq; mihi incõmodius accidere possit, quàm si pes meus cũ eo pede cõponeretur, cui uix satis esse Maximini calceus possit, ὑμῶν γοῦν παραλλήλως θεωρουμένων δισημιόλιον σε φαίνεσθαι ἐπαίνεις. Enimuero demiror, deosculor, amplector, suspicio tuũ istud tam acre, tam exactũ, tam celere, tam præsens, tã sibi cõstans iudiciũ: ut me uno obtutu totũ perlustrasti? ut excussisti? ut penitus explorasti & perpendisti? certe his literis oẽm mihi spem fallẽdi tui in futurũ præcidisti. Vsqueadeo oẽs animi mei sensus uelut quodã specillo pertentasti iudicij tui acrimonia, & tanquã ad manũ me absentẽ inspicis, introspicis, perspicis: mihi adeo notior ipse esse cœpi, ex quo tu me considerasti, expendisti, æstimasti. ὦ τῆς σῆς ἀγχινοίας εὐδαιμονεστάτης τε καὶ πάντων ἐπιτυχούσης ἄν, εἴ σύγε πλειόνων τε καὶ μειζόνων ἐπιβάλλοιο: si nostra illa iterũ & tertiũ relegisses, & tu, quiuis alius & nõ Erasmus esses, quid tandẽ ultra animaduertere posses? At ego certo certius habeo uix tibi uacasse, quos tibi locos notauerã eos uellicatim legere, occupata iam mẽte in urgẽte negocio: sed scilicet, ut aiũt, leonẽ ab unguibus, me uero etiã, καὶ τὸν τυχόντα à digitis primoribus. Hic frontẽ perfricabo. καὶ ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ ἀπολογίαν οὐ στήσομαι ὁπηνίκ᾽ ἂν τι. Video enim quænã sint illa quæ tu mihi uitio uertis etiã si dissimulas. Quæ & si merito & acute notasti, quo nomine ingentes tibi gratias debere me fateor, qui hoc precibus meis dederis, nõ tamẽ deterrebor, nec cõmittã ut mihi uel in mala causa adesse & superesse non potuisse dicãtur. Quippe qui sim unus ex bonis illis uiris, qui causam inferiorẽ, dicẽdo facere superiorẽ nõ didicerunt quidẽ, sed discere conati sunt. Rẽ mihi tñ hãc difficilẽ tu reddidisti, qui ita solerter & clementer officiũ inter amicũ & emendatorẽ tẽperasti, ut de te quidẽ nec queri possim si uelim, ni improbior uideri uelim, atq; ineptior omni philocolace: sicq; tibi nihilo secius utcũq; negociũ facessã, ne argumentũ nõ habeas epistolæ meæ rescribẽdi. Ais quæ natiuã simplicitatẽ redolẽt, melius & gratius insidere in animis hominũ: atq; etiã intẽtioni magis & labori lectorũ lenocinari, à qua simplicitate cũ lõgius

recess-

recesserim, necesse est ut non temere scriptorum meorũ lectione delectetur, nisi doctissimus quisq; lector, isq; intẽtissimus. Hanc enim arbitror esse uerborum tuorum sententiam, quoniam cum hæc scriberem epistola tua penes me non erat, quę nũc ut Apellis tabula quædam uisenda per amicos circumfertur, qui mihi eam ipsi extorserunt ostentanti. Cætera addis eodem pertinentia de translationum usu frequenti ac pertinaci: quod ipsum utram in partem acceperis latere me uoluisti, certe intelligere non potui, etiam si suspicor. Tum illud addis τί ταῦτα πρὸς Διόνυσον; Hæc cum inficiari nequeam, reliquum est ut excusare quoquomodo contendam, cum pœnam deprecari in animum non induxerim, tametsi ea criminose nõ obieceris, ut pote qui singulari dexteritate emendatoris usus ea quæ plane uituperare iure tuo poteras in laude interim ponas reprehendendo, ut hortari me magis certo quodam modo admonẽs erroris, q̃ deterrere uideare, & nihilo minus circumspectiorẽ in posterum & emẽdatiorem reddere siquando auscultare meliori didicerim. Quid igitur hic primũ respõdeam? nescio: nisi si hoc dicam ἐπιτετηδεῦσθαί μοι τὴν ἰδέαν ταύτην τοῦ λόγου, ἣν οὐκ ἂν φαίης ἀποδέξασθαι τοὺς ἐντυχόντας τι καὶ τοὺς ἐντευξομένους αὐτῇ τῇ βίβλῳ, τούς γε μὴ ἄνδρας πεπαιδευμένους, μηδ' ἐπισχόντας τὸν νοῦν ἀτενῶς. sic referre me ea id temporis existimabã, ut à paucis intelligerer: atq; ab ipsis ita intelligerer, ut tamẽ si res ita tulisset, in uulgus essem inficiando, quod quisq; me dixisse pro captu interpretaref. Quare nõnulla αἰνιγματώδεις ἐπιτηδεύουσα, quę magna ex parte lucidiora fiẽt altera editione ex persona τοῦ ἐξηγητοῦ. ἵν' αὐτὸς εἶναι ἀρεσκῶς ἔχοιμι καὶ ἀσφαλῶς, & nihilo secius animo meo obsequerer εἰς τὸ πρόσω. id quod tu satis intelligens, Loxian illũ Delphicũ imitari me dicis. Nostin' illud scitũ Salomonis, δόξα θεοῦ κρύπτειν λόγον? Noluit enim ille sapiẽs cũ de arduis & arcanis loqueretur à profanis intelligi, ne à delicatis quidem, sicut nec cæteri oraculorum autores. At sunt inquies, quæ ab omnib. percipi intererat, neq; in ijs te submittis ad popularẽ captũ: mirũ quin ad plebeium. Nam ne argumentũ quidem libri & explicatio earũ rerum, quę ab Asse & partibus eius manant, nisi à semidoctis percipiũtur, ac ne ab ipsis quidẽ, nisi attente iterũq; legentibus. Nullum intractabilius argumentũ: suscipere, ἀδήλων τε καὶ πραγματειώδη ὑπόθεσιν ὑποθέσθαι quisq; potuit, & ad extremũ proferre & absoluere. Neque id mihi primũ in mentem uenit ut aggrederer explicare. Nullas res fere tot manus irritas experta est: οὐκ ἔστιν ὅτῳ τῶν δοκίμων καὶ ἐνδόξων τῶν τε καθ' ἡμᾶς καὶ τῶν ἄνωθεν, οὐ τοῦτ' ἐπολυπραγμονεῖτ' αὐτό. οὐδ' αὖ εἶναι εὕροις μὴ σφαλέντα ἀπὸ τῶν θεμελίων ἄχρι τῶν ἀνωτάτω. ὅμως μέντοι αὐτὸς τῶν ἀγνώτων σχεδὸν εἷς ὢν καὶ ἀφανῶν, τούτων οὕτως ἀπαιόντων τετυχηκέναι μοι δοκῶ, δι' ὃ λυπηρὸς τοπεθῶσαι, ὥστ' ἐλέγξαι τις πειρώμενος τὰ συντεταγμένα ὑπ' ἐμοῦ, οὐκ ἂν φθάνοι πολλὴν ἀναιδείαν τε καὶ τὴν ἄνοιαν ὀφλών. Quod ad reliqua pertinet sic sentio: quod φιλομετάφορός εἰμι καὶ πολύτροπος: id uerò exemplo procerum latinæ linguæ facio, qui translationi primas partes in elocutione dederunt, eiq; plurimum ipsi scribendo indulserunt: quòd enĩ φιλομεταφορώτερος, οὐκ αὖθις γε τοῦ πρέποντος id fecisse uideor. Quis enim proborũ et laudatorũ scriptorum non grandia & dignationis indignationis'ue plena, sublimiter & splẽdide dicere conatus est? nisi si quis excandescere & quiritari non grãdi uoce potest, & omnibus non surdis exaudibili. Cum tua lego οἱ τοῖς σφαλλοῖς, οἱ περὶ γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος: quem nobis arrabonem antipolemi tui dedisti. Idem propemodum argumentũ uario genere te & me tractasse existimo: ego τὰ ἱεραρχικὰ τοῖς πολεμικοῖς συγκεχυμένα, καὶ τὴν θείαν τῶν ἀνθρώπων τάξιν μεταχειρίζεσθαι τὰ εἰς τὸ πολίτευμα ἀνήκοντα ἐδυσχέρανα, δέον αὐτὴν κεῖσθαι τῶν ἐπ' οὐρανὸν φερόντων: id argumentum à te accepisse uidebor, si quis utrũq; nostrũ legerit, cum eadem de re eadem prope dicamus. Sed tu εὐλαβῶς, ὁμιλητικῶς, ἀφελῶς, δημαγωγικῶς, καὶ εἰς τὸ πιστὸν καθεστηκότως, ἁρμόττοντως δήπουθεν περὶ θεολογικῷ σχήματι, ὅπερ σὺ ἀρτίως ἐπανήρησαι, ἐγὼ δὲ ἀφειδῶς, ἀδεῶς, ἐνθουσιαστικῶς, νεανικῶς, ἐπιδεικτικῶς, ἐσχηματισμένως, εἴθε δ' οὐκ ἀπειροκάλως. ταῦτα γάρ οἶμαι οὐκ ἀσχημονεῖ ἐπὶ τοῦ ἐλευθεριάσαντος λόγου, καὶ ἐπὶ τῇ παρρησίᾳ φιλοτιμησαμένου, ἣν σὺ ὡς ἀληθῶς φραγκικὴν ὠνόμασας. proinde nec tropis, nec numeris, nec reliquo apparatu epidictico parce usus sum, nec translationibus, ijs duntaxat quæ se benigne, non quæ grauate obtulerunt: nam eas procaciter me accersisse aut corrogasse impudenter, improbé'ue, tute sane non contenderis qui noris me instrumento & ornamento non libenter uti translatitio & protrito, nec morose tibi uidebũtur affectata quæ ducũtur à me nõ trahũtur aut uexanf, nisi me lõge fallit opinio: id quod

testari

A teſtari poteſt tenor inoffenſus,ut opinor,& tractim æquabilis.Tu legibus aſtrictior, Mineruæ tuæ inſeruire te cauſaris, quam uere popularem eſſe & coronæ iucundam tu recte interpretaris. ipſe enim eo amplius & ſenatoriam eſſe dixerim eam & conſu larem,ſiquidem tam populariter apud omnes ordines excipi ſcripta tua uideo, ut tibi iam inuideam,ſed quid facerem?operis blandimentis captus, ut ſemel expaſſis uelis abreptus ſum in altum,nec colligere uela,nec tenere modum fortaſſe uelificando memini,uentis me permitto,& quo tulit cunq; ὁ ἐνθουσιασμὸς, auferor:quem inhibere incaleſcentem nequeo.interim etiam fortaſſe tranſuerſus agor ſicubi uehementius efferbui.Quod tamen ipſum iudicij tui eſſe uolo.Id demum meminiſſe uideor, ut curſus tenorem eundem ſemper ſeruem,ut ſemel cepi impetum: Aura utiq; eadem à tergo iugiter aſpirante,ut uelis maximè, non etiam remis incitari me ſentias, ſi propius acceſſeris. οὐδὲν ὡς οἶμαι νεωτέρου τοῦ πνεύματος ἐκείνου τοῦ ἀρχῇ τῆς φιλοτιμίας συγγενῶς ὁρμωμένου.
Hoc flatu(leni quidem ipſo,etiam ſi ualido)blandienre, iactabunde,ut opinor,& æſtuoſe,ſed ſecundo tamē fluctu minimeq; turbido deferri me iudicas.Sed paucos lectorum aſſequi me poſſe dicis tam procul emicantem à multorum proſpectu:ſit hoc uetum,nō enim de eo tecum altercabor, habent enim pleriq; ſcriptores multum ſui. Id modo credere mihi permittas,qui ſemel aſſecuti fuerint,libenter in eandem cōten tionē rationemq; dicendi incubituros,ut longè fortaſſe me relicturos. Tu in hoc certamine exercitatior,& artis conſultiſſimus,ita uela tua in poteſtate retines,ut leniter & compoſitè & æquabiliter uehare per uada,per alta, per breuia,per ſcopulos, & etiam medio in pelagio καὶ κατ᾽ οὖρον φερόμενος non tam ſecundo fluctu,quàm flumine deferare. rara eſt iſta felicitas & beata natura. Neq; tu tamen interim ὦ σεμνολογώτατε eadem aura gloriæ non incitaris,ſed rationem curſus tui nouiſti, & modicis commodioribusq; uelis uteris.Quare inter nos hoc intereſt,quòd quę tu ſermocinantis more & lepidè ac feſtiuiter dicis,hæc ego concionabunde quidem: non tamen immani uoce,ſed exaudibili effero,uel etiam uociferor.Sicq; fortaſſe ego uim affero & rapio, tu eblandiris & impetras:ego irrumpo,tu irrepis: ego πανοπλίαν ἐνημμένος τὴν τῶν νεανικῶν, tu ἡμίοπλος: tu minore ſed certo conatu, ego ingenti,reductisq; ſupra modū bra B chijs tamen,non idem fortaſſe efficio.deniq; quid oppugnantem,expugnantē, propugnantem deceat,tu melius noſti,palæſtramq; illam philoſophicam tenes.ego ἀπαλαίστρως præ feruore deſtinatū impeto.ſint iſta ſanè uera: nihil, ut arbitror. ulterius & criminoſius de me cenſere potes,nec in hac cōtentione αἰτίᾳ τῆς ἀλκῆς αὐθαδείαν ἐπιφερόμενον dices.Apud illos maiorum gentiū ſcriptores ſua cuiuſq; ſemper fuit nota: ſic ſemper natura tulit,ut uel uitijs noſtris indulgeamus,uel inuitis nobis ſe proferāt.tutiora iſta nec perinde exultantia & uibrantia te decent: ſed & grandia decebunt cùm uoles & fulgentia:& ad ſumma plauſibiliter aſſurges. deniq; nihil nō aſſequere ſi paulum adnitare.Nec minus ego te noui ꝙ tu me. Plus ego mihi impero aut amplius, etiā ſi nihil ultra uires exigo. Tu nimium tibi indulges, & intra facilitatem ac citra impetum incitaris.quo fit ut ad noua ſemper capeſſenda integrum te omnes eſſe mirētur,nunquam fatiſcente animo,quippe qui nunꝙ ſpecimen ſui à ſeſe exegerit,& qui aſſiduo labore potius ꝙ intenſo documentū ſui præbeat.& ſi id alius pręter te nemo efficere perinde queat.Equidem calamū deducere meum ad uulgi humilitatem non tam facilè mihi perſuaſerim,cum hæc ἀξιωματικὰ ſcribo,non è medio ſumpta, ꝙ ad eorū imitationem cōcinnare,qui admirationem ſui poſteris reliquerūt.Si Annotationes iam diu deſitas aliquādo reſumpſero, deductiore filo utēdū eſſe meminero in ea textura, quæ populari trutina omnino expēdēda eſt.copia neutrobi deficior,ut arbitror.Sed hęc tibi faſtidiū peperiſſe uidet̄,etiā ſi mihi indulgēs,alienū magis iudiciū ꝙ tuū interponis.Eodē certè tēdimus,niſi cōiectura me fallat.καὶ γάρ τοι δόξαι ἄμφω οὐκ ἠκαίαν, οὔ τε τὴν τυχοῦσαν, οὐδ᾽ ὡς ἂν τύχοι μέτιμεν. σὺ δὲ δὴ καὶ μεταθεὶς,qui nūꝙ interquieſcis.ἁμίλλῃ ἐφάμιλλον τῶν ἀγαθῶν τούτων ἐν τῷ ἀξιώματι ὧν τῆς παιδείας μίμησις, ὑμῖν τε καὶ πᾶσι τοῖς γε τῶν καλῶν ὀρεγομένοις ἀποφαίνων. καὶ ὡς φιλοσώκρατης σὺ redigere te in ordinē nō illepidè dudū cœperis, quo theologū magis agas,aut iſtis theologis tuā approbes induſtriā. Id etiam tu (ſi dijs placet) cum ad me ſcribens placere me mihi iubes. Quod autem τὸ φιλοσόφημα τοὐμὸν τὸ κατὰ τὸ τέλος ἐσχάτης βίβλου, οὐδὲν προσῆκον πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τοῦ ἀσαφοῦς δοκεῖ (ſic enim ſentire uidere) qui minus

mihi

mihi quàm tibi connectere res diuersissimas licuit? tu Silenos & Paulos personas in
ter se dissidētes, planipedesque cum heroica grauitate, & liberalia cum Elusinijs istius
facundiæ glutino copulasti, ad unguem exacta commissura oculosque fallente. Versa
tilemque ibidem scenam mundi ostendens, nouas rerum facies & antea inauditas stu-
pentibus nobis edidisti, τί ταῦτα πρὸς τὸν σφάλωνα, ἢ πρὸς αὐτὸν τὸν Διόνυσον: adeò pro aris san
ctissimis concionem habiturus non dubitasti τὴν ἀφορμὴν themaque, ut aiunt, ipsum ab
ityphallorum propemodum carminibus mutuari: idque in rem tuam haud dubie sin-
gulari solertia uertisti. Quid huius simile in meo Asse legisti? cuius hūc esse scopum
intelligere te uolo, ut patefactis prisci æui conditorijs, claustrisque omnibus reseratis,
Ægyptiorum opes & Chaldæorum, ut elogia uestra loquuntur, lōgo interuallo prō
ptas in publicūque prolatas, ac ære nobis æquali æstimaras ab uno me collybista, mul-
to maiores fuisse ostenderem hominum opinione, & eas tamen quamlibet magnas
nihil aliud esse quàm titionarij cuiusdam opulentiam: eosque qui hæc fortunæ mune-
ra hodie omni opere persequuntur, de asini, quid aiunt, umbra omnibus ungulis cō
rendere. Quo ab errore cum philosophia uindicare studiosos sui possit, ueramque ho-
mini gloriam immortalemque parere, quid sit germana philosophia, quóque ad eam pa
cto aspirare & euadere studiosissimi literarum possent, explicare differēdo conatus
sum. Hæc cum tractatu de Asse rebusque in eo proditis ita cohærere censeo, ut lumina
cum umbris in pictura, si modo decenter & apte ea, quam uocāt Harmogem uti mi-
hi contigit. Vtrum ista eloqui non tota contentione potui, aut tantæ contentioni nō
omni ope omnibusque adeo opibus asseruire? tuum est istud qui per sublimia uolare
aut raptim aut remisse ita soles, ut alas non quatias: nos in scribendi tyrocinio ut co-
lumbæ ludibundæ alis plausitantibus expatiamur, ut sentire tu uideris. Hoc tamē de
precor ne mihi fraudi sit uno aut altero loco longiusculas disgressiones fecisse, easque
res uelut emblemata locis quibusdam hiulcis inseruisse, quæ sibi nō perinde oppor-
tunum locū priuatim dicatis operibus uindicauissent: id quod ipse εὔστοχος existima-
sti: latere tamen te nolo librum eum de Asse altera editione publicatum esse, multo
locupletiorem, si quando forte tibi uacet nō dico legere, sed euoluere, ac singulis pa
gellis in quaterniōes defungi. Quod sequitur addubitare me facit. Video te, inquis,
parabolis impēse delectari, quas & raras & insigniter arduas habes: sed quam semel
amplexus es, ab ea diuelli nō potes: βούλει τοιγαροῦν τοῖς λόγοις σου ἐπιφερόμενος δὴ, τούτοις τοῖς τρό
ποις ὑπεῖξαί με χρήσασθαι. Hoc enim recte uti esse censebam, cum susceptam metaphorā
non ante ponerem, quàm sententiam cœptam ἐμφατικῶς absoluissem: an id censes ut
potius puto, πέρα τοῦ δέοντος καὶ τοῦ ἱκανοῦ ἐνασχολεῖσθαί με καὶ ἐνδιατρῖψαι τοῖσδε τοῖς καλλωπίσ
μασιν ὡς προσωπομαχοῦντα, καὶ καταχρώμενον ἀπειροκάλως τοῖς ἡδύσμασι τῆς φράσεως καὶ ποικίλμασιν? Hu
ius culpæ germana est illa, gemmeam esse potius quàm gemmis distinctam oratio-
nem meam: ita ut nulla insignia emineant, cum summi uoluerint autores distinctam
ijs esse potius quàm aptam orationem. Primum respondere possim si uelim me ita
censuisse digressiones illas libro insertas, & finem ipsius libri, uelut insignia quædam
esse & lumina obscuri per se tractatus: cum alioquin ponderum & nummariæ rei ex
plicatio & mensurarum scrupulosa inuestigatio refractariam lectionem habeat. Iu-
uat certe apud te mi Erasmi causam dicere, uelut reus factus sim apud te literarū cen
sorem, uel ipse iure tuo nomen meum detuleris, ob exemplum à me proditum præ-
lautæ cuiusdam prænitentisque copiæ ac luxu redundantis, contra morem institutūque
maiorum, quorum haud dubie placitis, pro legibus doctissimorū ordo utitur. Equi-
dem non adeò uitijs uel meis uel cuiusquam faueo, ut si ita uel ingenij mei uel erudi-
tionis ratio tulisset, non culpa carere mallem, quàm culpā deprecari & excusare. Ve
rum cum id mihi non contigerit, quod in primis optabam, δεύτερόν φασι πλοῦν πεπλε-
μένω: secundam enim esse sortem puro in liberaliorem partem peccare: quis enim non
malit luxus ac munditiæ profusæ, quàm sordiū aut frugalitatis ieiunæ postulari? Scri
psi aliquando tibi iocabunde uillas me Lucullianarum æmulas ædificare, tu me etiā
cum Luculliano quodam patrefamilias componis: sed qui suam supellectilem norit,
& promere ad usus quamque suos didicerit, hanc esse non minorem laudem puto, quàm si
licentiore hac ætate Pisonem quēdam frugi me esse dixisses; nihil est omnino quod
tibi

A tibi succenseam, ὅτι γε διαιτητὴν εὑρόμην, πλεῖστα μὲν πρὸς χάριν, οὐδὲν δὲ πρὸς ἐπήρειαν, ἀποφηνάμενον. οὐδαμοῦ δὲ παρεγκλίνοντα ἀπὸ τοῦ καθήκοντος. ἀεὶ δὲ τὸν ἀληθείας λόγον ἔχοντα. ἰσχὺν γάρ σοι προσῆμεν πῶς τιμᾶσθαί μοι, εἰ κριτικῶς γε τοῖς ἐμοῖς συγγράμμασι καὶ ἐπιεικῶς προσενήνεξο. ταῦτα δή σου τὰ ἐμὰ ἐπιτιμητέα μοι, τῇ φιλίᾳ κατεχαρίσω. καὶ μὴν οὐδεὶς ἂν οἶμαι τὴν συνδίκων ἀντεῖπε, μὴ οὐχὶ δεῖν τῷ σῷ ψηφίσματι ἀκολουθεῖν καὶ προστίθεσθαι, εἴ γε τοῦτο ἐδόκει ψυχρολογίας τινὰ ὑπόμνημα ζῶσαν ἐμοῦ καταγνώσεσθαι. νῦν δὲ τῇ σῇ κεχαρισμένῃ ψήφῳ αἴτιοι τοῦ δύναι δίκην τοῦ τολμήματος; ἢ δόξαι δὴ οἴσομαι παρὰ τοῖς τὴν ἐπιστολὴν τὴν σὴν ἀναγνωσομένοις. Hactenus ut uides τὰ κατὰ τὴν ἀπολογίαν. ἤδη γ' ἴσως σοι κοινολογοῦμαι. Custodem equidem mihi me atq; etiam criminatorem apponere ipsum soleo, & ad scripta mea quasi aliena accedere ex interuallo. hauddum tamen pœnitere mihi cōtigit, quod naturæ seruierim, simul & animo obsecutus sim. mihi enim quo que scribo, non scenæ tantū seruio & populo. quanq; ab orchestra maxime plausum peto, in qua tu primarium locum obtines. & isthæc me magis cupiunt, quę cum argute, tum splendide dicunt: quæq; primo aspectu ita lectori se submittunt & asseruiunt, ut celeri lectione perfunctus, ad ulteriora deproperet, cum aculeum nullum in futurum relinquant, sed in præsens tantum mulceant. Tu mire scite & feliciter mediocritatem illam tuam retines, quam lectores tamen ut auide deuorant, sic diu fortasse nō regustant, nec iterata sæpius lectione persequuntur. quasi tu sentias quę facilius mandu[n]tur, melius ad stomachum facere. ego uerò non præsentem tantum uoluptatem attendo, in posterum etiam prospicio & ad fastidium copiæ eximēdum acrimoniam pro sale esse puto. Denicq; cum plus me debere industriæ q̃ naturæ censeam, sentio tamen naturam priores sibi in cōmentatione uēdicare, cuius impetum liberalitatis sic quoq; scribens non minima inhibeo ex parte & imminuo. Qui si seueriore uti censura institerim, quis scit an ubertatem copiamq; excindam? At enim tu copiam retines cùm modum adhibeas exultātiæ, naturæ id est compositæ atq; attemperatæ. Scilicet tu rationib. tuis seruis, & uides quod istud χρῆμα deceat. Ita extra præscriptū palæstræ tuæ non prosilis: ego ista religione solutus & obseruatione, quid ni latius exultantiusq; expatier? Nec tamen unquam ita adnitor, ut ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα emicare cupiens,

B uirium rationem nō habeam impetum capiendo. gestientis est ista ingenij culpa stylo nimium indulgentis, seseq; pascentis opere, non animi uitiū sibimet ultra uires imperantis & exigentis. Id quod tum demū sentio cum feruor animi consedit, id est longo post tempore. Neq; uerò tu semper alienus ab hac animi affectione fuisti, nec ego nō possim in alio genere à me operas exigere si id alia postularit ratio. Id quod ex dialogo nostro cum Deloino in fine eiusdem libri intelligere poteris. Porrò autem aliquando cōmonefactus à te, uel ætate melior factus, tui similes imitabor κεκολασμένους ῥήτορας καὶ πρὸς ἀκρίβειαν τῆς φράσεως ἐσμιλευμένους. νῦν δὲ τὸ ἐγκατάσκευον τοῦ λόγου καὶ τὸ μὴ ἁπλοῦν ἀσπάζεσθαι, πρὸς ἡλικίας εἶναι τῆς νεανικῆς ἡγοῦμαι. etiam si anno duodequinquagesimo proximus esse cœpi. οὐδὲ δὴ ἀπειροκάλως τοῦτο καὶ ἀφειδῶς σύγκειν φύσεως ἄν, ὧν γράφειν προῄρημαι. τὴν γοῦν ἑρμολαοφθόρων τι καὶ τὴν πολιτειοφθόρων οὐκ ἂν θηρῷτο ταῦτα, καί τι φιλόσοφον καί τι πολυτελές τινα ἐπιπλάζεσθαι ἀπαιτεῖτε ὑμεῖς οἱ θεολόγοι τε καὶ σεμνοπροσωποῦντες. τούτους τοίνυν ἀγαθὸς τῆς πολυμαθείας καὶ τῶν λόγων εἰωθὼς σύ. Ecce autem tu in me apparatus modum desideras. Ita non genere peccare me censes, sed exuperantia. sic sum certè, promere religiose non soleo ex copiosa penu. nec tu non habes locupletiorem penum, sed circumspecta senectus frugi te, non natura tantum, ipsaq; ἀφέλεια tua fecit. circuncisiorem etiam te in dies facit institutum theologicū. quod adeo credo omneis gloriæ stimulos tibi aculeosq; exemit, ut iam nec famæ nec existimationi magnificè seruias, dūmodo publicè prosis. sic mihi omnino credere imperaui, ne non in omnia tibi obsequar. Quanq; existimem alioqui non tam malè te odisse peniam illam tuam, ut tu ais, coniugē, quàm perdite amate pellicem eius eucliam, atq; etiam nutricem Vlyxis buryclíam. nec immerito, cum te uelut umbra quoquo sequantur illæ gentium. Hic pergis argutari uel ἀκκίζεσθαι potius. Si magna, inquis, suscipimus, præripimus maioribus, si mediocria mediocribus, quid si quædam sunt quę tu unus possis absoluere, & interim dum tu mediocrib. operam istam nauas aliquid tibi acciderit (id quod diui illi auertant sacrosanctæ disciplinæ præsides) quis hoc damnum mundo farciet? non manes tandem tuos ob hāc culpam pœnas daturos superis censes? qui talenta ista tot tantaq; non in rebus primæ

notæ & indicationis summæ occupes? Id quod euangelicum dogma præcipit. Equidem sic contendo. ὥσπερ οὖν τῶν τυχόντων ἐστὶ τῆς μετρίων ἀπῆλθαι, οὐδὲ δὴ τῶν ἐφιέσιν τούτων ἐπιβάλλεσθαι, ὧν αὐτοὶ οὐκ ἐφίκοιντ' ἄν, ὅπου γε δήπου δεῖ σὲ τούτων κρείττονα, τάγε αὐτοῖς ἀνάλογα ἔχοντα πρὸ τῶν αὐτῶν αἱρεῖσθαι, καὶ σὺ δὴ αὖ ἐξοχωτάτους, καὶ τοῖς ἐξαιρέτοις γε καὶ ἐνδόξοις τῶν συγγραμμάτων ἐπιβάλλεσθαι. οἷς δὲ σὺ συνεξεταζόμενος, οὐ πάντως ἂν δόξοις τῆς τι μετρίων ἢ τῶν κατὰ τρόπον τούτων ἐπιλαβέσθαι. τοῦτο γὰρ οὕτω δήμιον ἐστὶν φαίη τις ἄν, ὡς ἂν εἴ τις ἄρα εὔπορος ὢν τῆς εἰς τὸν βίον τὸν πολυτελῆ, ὅμως τὰ ἐκ τελόσιν ἐκπαλαιωμένα τῶν τυχόντων ἱμάτια αἱροῖτο. Venio ad illud, quòd uillas Lucullianas ædificasse me argumentum esse dicis, non esse mihi Peniam tuam familiarem. ἀλλ' ἔγωγε τοῦτο ἔλεγχον ἐστὶν εἴποιμ' ἄν, εἴπερ ὄντι ἐξελέγξαιμ' αὖ τῆς θεραπείας ἐκείνης πλούτου ἐς κόρακας ἀποφυγόντος, τὸ πενίας δηλαδὴ τὸ σῆς εἰς τὴν ἐμὴν οἰκίαν αὐτ' ἐκείνου βιαίως εἰσφθαρείσης οὔγε τοῦ δεσπότου τοῦ ἐμῆς. ἐξ ὡς λεγκίσκον ἀπήφθω ἐμοὶ ἡ ἐπισολὴ σου ἐνθυμήματι γέμουσα; ἐξ μελλώμενον δ' ὑπὸ τοῦ τῇ πλουτοπενία τῇ διαλεκτῳ. His structuris imprudēs peniam mihi asciui, quæ simul à te migrarit, ut reor ne mihi soli hederaceo amplexu obhærescat. Deloinus noster qui iam tuus bona ex parte factus est ad te scribet (quantum ab eo intellexi) amicissime. literas enim tuas ei pluribusq; alijs ostentare soleo, tātamq; amicitiam inter amicos deprædicare. Quo maximè nomine fidem meā & autoritatē tueor inter eos homines, qui te Varronem esse memoriæ nostræ dictitant, nisi quod plus eloquētiæ amplecteris. Ibi tum ego, si aliquantum tibi inuideam, tamen in uniuersitatis sentētiam ut eam necesse est, non pedib. modo, sed & ore & omnibus sensibus: usq; adeo ista styli puritate, & ingenij amœnitate omniū puncta emeruisti. Ludouicus Ruzeus Parisinus supprefectus, quamuis in iuris studio uersetur ob munus iudicandi quo fungitur, natura tamen totus ad literas amœniores fertur: in quibus iamdiu tyrocinium posuit: in compositione facilis & elegans. Is mihi omni genere officij cōiunctissimus est, ut iam Deloinus ipse nostræ non sit familiæ notior & foribus: ac nescias utrius iam limē magis teram. Hos pro Pomponio & Bruto habetem, si aliqua ex parte Ciceronis similis essem: totosq; iam possiderem, nisi tu absens in meorum amicorum possessionem inuasisses ὦ παίτων τῶν ὑφ' ἡμῶν πλεονεκτικώτατε. quos tamē ipsos cum nec ui nec clam, nec precario possideas (ultrò enim sese ingerentes tibi possides, & palàm sese addicentes) non est quod tibi iudicem aut recuperatorē feram, apud quem tecum interdicto cōtendam. Itaq; iam tecum societatem amicorum coeo, si per te licet: præsertim cùm me etiam ipsum non meos tantum, tuum feceris. ut iam sit illud inter nos pactum non uulgaris amicitiæ his uerbis bona fide conceptum. ἀλλ' ἡ συνθήκη ἡμῶν συντεθείσθω ἐφ' ᾧ τὰ πάντα κεκτημένα κοινά, καὶ σὺν φίλοις κοινὸς ἔσομαι. tametsi uideo in hac me societate nō æquas partes laturum, οὐδὲ τὴν δικαίαν τευξόμενον. siquidem illi ipsi iam tuorum scriptorū amantiores cupidioresq; facti sunt quā meorum. quapropter tuam gloriam non modo nostris, sed etiam omnium propè dixerim æqualium luminibus officere intelligo. usq; adeo ab omnib. adamare & suspicere, ut ne obtrectare quidem hic tibi quisquam audeat, si maximè cupiat: ne perfunctoriè quidem laudare citra præuaricationē, hominum opinione. Quod librum nostrū nemini priuatim dicauimus, malo te causam quamuis suspicari quàm à me certiorem fieri. Obuiam aliquot iam mensib. Iacobo Fabro factus sum, dum uillam meam uiserē. is tunc me orauit ut uerbis suis te salutarem, excusaremq; aduersam ualetudinem eius quòd ad te nō scriberet, tanta enim infirmitate erat & adhuc est hodie (ad me enim hodie amicum quēdam suum misit) ut ne epistolam quidem dictare possit. Hominem esse nō modo doctum, sed etiam probum. Finem hic ut arbitror epistolæ faciam, licet summa uoluptate oblecter ad te scribens, mœstitiamq; animi mei ex infirma ualetudine frustrer. Sed heus tu, literas tuas etiam ultimis longiores hoc labore pacisco r, ac iure meo postulo. spero autem te ab editis illis Hieronymi uoluminib. aliquid sumpturum laxamenti, καὶ μικρὸν τί σχολάζοντος ἡμᾶς ἀπολαύσειν σου. Mi Erasme, Erasmi mi, imò uerò Erasme noster, πρὸς τῆς φιλοσοφίας τῆς ἐρωμένης κοινῆς ἡμῶν, πρὸς τοῦ Διὸς τοῦ φιλίου, πρὸς τῆς δόξης σου τῆς θαυμαστῆς τῆς τῶν ἡλικιωτῶν τι καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς εὔκλειαν (ἀπείη δὲ φθόνος) ὑπερδεδοκιμασμένης, πρὸς τῆς εὐφυΐας σου ταύτης ἣν γνωρίζουσιν τι ἐν τοῖς ἐπιστολαῖς καὶ σχεδόν τι θαυμαζούσης, μὴ ὀκνήσης, μὴ ἀμβλύνσης, μὴ ἀμνημονήσης ἐπιστέλλειν τι καὶ προσεπιστέλλειν ἐμοί τε καὶ τοῖς φίλοις μου, καὶ πολλάκις τοῦτο ποιεῖν. οὕτως ὄναιο τοσούτων καὶ τηλικούτων φιλοτιμημάτων σου. Sic deniq; ista tua uxor penia inuisa tibi, longissimè à te facessat, sic tibi nuncium remittat

A tat, sic contubernium renunciet, & semel te tuamque domum auersetur, modo ne in meam immigret, ut tu in hoc mihi obsecutus fueris. σκόπει δ᾽ ὅπως μὴ οὕτω μηδ᾽ ἔτι εἰ ἀφελοθύσῃ, ὥστε μὴ ὀφλεῖν ἄγαν δ᾽ κωθῶνα θεραπεύειν. ἔῤῥωσο καὶ ἀγαθῇ τύχῃ κέχρησο. καὶ νὴ δία κεχρύσωσό γε, ἐμὲ δὲ φιλόχρυσος γένοιο. ἐμοὶ δὲ ὁ θεὸς ὃ τι βούλεται χρῆσθαι. χρονία γάρ τοι τῇ δυστυχίᾳ χρήσει ὅπως δήποτε τύχῃ ἐξέμαθον χρῆσθαι. δήπουθεν ἡ αὐτάρκης καὶ μεγαλόδωρος φιλοσοφία ἴδιον ἑαυτῆς ἐμὲ χρονίᾳ τῇ νομῇ καὶ κτήσει ἐπεποιήσατο. Iuris autem conditores τὴν διαιτητικὴν καὶ εἰκοσαετίαν longam possessionem uocant, qua rerum dominia quæri statuerunt τοῖς καλῇ πίστει νεμομένοις. At ego iam annos quinque & uiginti bona fide seruio studio literarum. ὥστε καὶ πολλῶν γε ἄπορος, ὅτι ὅπη οὐδ᾽ αὐτὸς ἐν χρείᾳ καθεστηκέναι μοι δοκῶ, ἐπείπερ γε δὴ ἡ ἐρωμένη μου φιλοσοφία τὴν ἐμὰς φροντίδας κεκράτηκεν, αὐτάρκως αὐτὴ χορηγοῦσα ἐμοί τε καὶ τοῖς φιλτάτοις μου κατεπηγγελμένη. ἐπειδὰν δ᾽ αὖ τρεῖς ἡμέρας καθ᾽ ἣν ἂν αἰτίαν τύχῃ, ἀφημερεύσω τι καὶ ἀπροιτήσω ταύτης, τότε δὴ τότε αἰσθάνομαι τῆς ματαιολογίας αὐτῆς, εἰ θέμις εἰπεῖν, ἐπιδεικνυμένους κακοβουλίαν, καὶ φιλοτιμουμένους ἐπὶ τῇ πολυδωρίᾳ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἀλλ᾽ ἀμέλει ἴσως ὑμῖν τοῖς μετεωρολογοῦσί τι, καὶ τοῖς τῶν σοφῶν συγγράμμασιν ἀντικρὺς ἀπιστοῦσι, τὰ ἀγκυροβόλια τῶν ἐλπίδων. οὐ σαλεύει τοῦ βίου τοῦδ᾽ ἑδραίως ἐρείσαι. ἡμῖν δὲ τοῖς ἔμπαντος φιλοσοφίας καρπῶν ἀπολαύουσιν, ὑπὸ συνοικήσεως καὶ τῶν φιλτάτων ἀγάπη ἐν τοιούτῳ προσέχει. Quod si quando isti inauratores uendicare te sibi institerint (absit enim ut ultro in eorum te seruitutem & mancipium addicas) ipsa hominum uel uirorum potius assertrix philosophia quæ mihi hactenus in iudicio assertionis affuit παραγράψεται εὖ οἶδ᾽ ὅτι τουτουσὶ τοὺς δουλαγωγοῦντας, καὶ τῇ μακροτάτου χρόνου παραγραφῇ ἀποκρουομένους τοὺς διακρίνεσθαι τοὺς χρυσοδότας. Sin tu ἐθελοδουλήσας περὶ status tui controuersiam pati nō recusaris, aliúdue quippiam in istius doctrinæ sugillationem admiseris, denuncio me tibi acerrimum futurum obtrectatorem, ne dicas non prædictum. Eo die quo hæc scripsi post meridiem Ascensius Badius deducendos ad me curauit nobiles duos uiros, alterum Neapolitanum, alterum Hispanum, quorum nomina si tenerem, huic epistolæ inseruissem. in amore literarum ducti, ad me se uenisse aiebant fama (quātulacunque est) nominis nostri excitati. his literas ad te daturum me spopondi. auebant enim te uidere ut ex ijs intellexi. habebam epistolam in scheda compositam, hanc in

B pura charta iterum mihi scribere necesse fuit. & quoniam postridie mane discessuros se dicebant, post cœnam lucubrare, id quod nunque soleo, homo scilicet grauedinosus, ut si quis unquam. Si igitur hæ ad te peruenerunt, facito ut primo quoque tempore sciam, ne me laborem perdidisse doleam, & Deloinum nostrum, qui ad multam noctem literas ad me misit, quæ tabellarium expectabant. κακογραφίας σφάλματα nō necesse habeo deprecari, cum & noctu & festinatè scripserim, oculis cæcutientib. post cibum. ἔῤῥωσο πάλιν φιλέρως, qui te non Budæum esse dicis, sed Erasmum, nec cuiusuis esse id, est tuum Corinthum adire. Vale etiam nunc iterum, καὶ διατίθει τὰ πρὸς τοὺς γυναῖκας λόγους καὶ σωτηρίους διαθήκης. Parisiis, sexto Calendas Nouembris.

Habeo annotatiunculas aliquot in nouum testamentum, quas annotationib. in Pandectas, quas aliquādo editurus sum inserendas seruabam: sed post te uerbum nunque faciam, ne absurdus esse uidear, si post Homerum errores Vlyssis scribam, & alioqui ne improbitatis me damnem. Si tibi igitur usui futuræ sunt, donabuntur, ne pereant.

Facito me certiorem posthac ubi tu futurus sis.

Gulielmus Budæus [illegible]. S.

IN magna expectatione eram cùm hęc scripsi ob epistolium tuum, quod ita ad me scripsisti, quasi longissimæ scribendæ epistolæ, breui nacturus occasionem. simul scire gestiebam, quid sit quod Tunstallus Britannus, regius istic orator, homo singulari doctrina, ut audio, ultrò etiam ad me scripturus erat, id est ad amicitiam me prouocaturus, hominem sibi ignotū, ac doctis pene omnibus, nisi qui de facie nouerunt. Interim uerò dum uices meas scribendi nondū uenisse interpretarer, epistolis libens supersedebam. Quod quidem ad te attinet, ut qui sim ad scribendas literas etiam uernaculo sermone cunctantior, ac plane cessator & prolatator, etiam si nō satis scribendo noui epistolarum modū, ut tu ante expertus es. Sed huiusmodi repente se obtulit

occaſio,quam libens arripere deberem.Heri animi cauſa (id quod raro ſoleo)tabernis bibliopolarum obeundis,pomeridianas aliquot horas conſumere ſtatueram, ad Ioannis Parui tabernam nobilis bibliopolæ offendi Gulielmum Paruum,illi,ut arbitror,gentilem,uirum eundem magnum in primis,theologumq́ꝫ eximium, eorum ſodalium decus quos Dominicales appellant,cognomento prędicatores:qui nunc eſt à ſacroſanctis confeſſionibus Regi,quod munus ſacrum auricularium appellare ſoleo.haud alio concionatore aula ac regius comitatus in magnis celebritatib. utitur, nec Ludouici Regis tempore uſa eſt, uiro omnino ad eccleſiaſticos panegyriſmos exactè à natura cōcinnato.Is cùm mihi familiariter amicus eſt, amicosq́ꝫ meos amat, tum eo nomine eum præcipuè obſeruo, quod librorum reconditorū conquiſitor eſt atqꝫ inueſtigator ſagaciſſimus,ac bibliothecarū penè compilator.Sed neſcias utrum omnia uolumina auidius corroget,an benignius amicis impartiat & commodet. Ad ſummam,cùm eum hominem multis de rebus ac morib.amem,uno tantum nomine odiſſe eum poſſum(dicam enim liberè)nihilq́ꝫ aliud ei ſuccenſere, quàm quod Eraſmo nimium fauet homini externo, cui ego iam inuidere cœpi ob nimiam iſtam gloriam,qua non modo Germaniam (de reliquis prouincijs nunc ſilebo) ſed Galliam etiam noſtram ita irradiat,ut gloriolam noſtram præradiet, & iam nobis eſſe obſcuris ac uideri neceſſe ſit. etiam ſi Budæus agere cum eo obſtructi luminis ſpecioſe nō poſſit,cui ex eius ſcriptis luminis plus acceſſit. Vt ad rem redeā, Gulielmus Paruus eiuſmodi mecū uerba fecit,ut affirmaret nudius, ut arbitror, tertius ſermonem apud Regem excitatum eſſe de uiris literatis.Ibi cùm multa de Eraſmo,de alijs,Budęo fortaſſe dicerentur, Rex Mineruæ (ut ſpero) numine afflatus ita infit,In animo ſibi eſſe lectiſſimos uiros in regnum ſuum præmijs opimis aſciſcere,ac ſeminarium(ut ita dicam)eruditorum in Francia inſtituere. Quæ uerba cum Paruus iamdiu occaſioni imminens excepiſſet(eſt enim ut literatorū omniū ſuffragator: ſic doctrinæ induſtriæq́ꝫ tuę admirator & cōmendator)aſciſcendumq́ꝫ Eraſmum in primis cenſere ſe dixiſſet, idq́ꝫ per Budæum optimè tranſigi poſſe, qui ob cōmune utriuſqꝫ linguæ ſtudium & alias ſumma cum illo amicitia deuinctus eſſet, ad poſtremum Regem impetu animi egregio eo eſſe perductum (aderant enim & alij literarum tuiq́ꝫ fautores) ut diceret eam per me conditionē tibi offerri uerbis ſuis uelle,ut ſi iſtinc demigrare in animum induceres,operamq́ꝫ literis hic nauare quam iſtic cōſueſces, ſacerdotium ipſe tibi ad mille Francicos & eo amplius collaturum ſe ſponderet. Hic fidem meam hactenus intercedere intelligis,ut internuncij non etiam ſponſoris partes agam, & quæ ab illo accepi, bona fide deferam Neqꝫ enim in rem præſentem ueni,neqꝫ hac principis uoluntate mihi aliquid acceſſit,ac ne acceſſurum quidem mihi perſuadeo,qui rationes meas diuerſas atqꝫ adeo auerſas ab aula & huiuſcemodi proceſſib. ſentiam, ac mihi eum eſſe genium diuinitus (ut interpretor) datum, qui nec aulæ, nec ſibi in aula placere poſſit. Atqui huic meo genio, ac planè ingenio uim afferā neceſſe eſt, ſi creſcere ornamentis fortis fortunæ meditor. tametſi hæc mihi multorū uotis optantur debeoriq́ꝫ exiſtimātur, cum quibus nō ſentio, ut qui me melius & exploratius ad manumq́ꝫ æſtimarim. Tua omnino fert aliud ratio, à quo nihil exigetur aliud quàm quod tu facilè præſtare atqꝫ hilariter poſſis. Quòd ſi donorum liberalitatumq́ꝫ paginas Reges noſtri profanis nominibus tam luculenter implere, quàm ſacris ac dedicatis poſſent, ego mihi quoqꝫ homini coniu[illegible] in aduentitijs ſpei reponendum exiſtimarem. Nunc autem ita fert ratio & inſtitutæ mihi uitæ & ſtudiorū meorum, ut mihi aulicis in rebus, ac ne in publicis quidem propemodum nec ſeratur nec metatur. Vnde fit ut homines multi conſilij mei ignari, ea me colere ſtudia exiſtiment & dictitent, quæ facunda multo magis quàm fœcunda eſſe poſſint: nec eo minus tamen inde uberem mihi frugem promitto, cùm ſenectuti meæ ſuffecturā, tum etiam nepotib. meis ac poſteris ſubſidij non nihil ad uitam aut exiſtimationē allaturām. Sed ſuper omnia eſſe duco quod in animi alimentum ſuppeditaturum eſt, & ad uitæ æternæ ac ſummi boni adeptionem conducturum. Quæres hic fortaſſe, quid tibi autor ſim? quid aliud potius, quàm ut hanc conditionem protinus accipias & amplectaris? Primum quod ita te eſſe animatum uelim, uel mea unius cauſa: Deinde quod ſi eam acceperis, non

A magis fortunis tuis quàm honori atq; opinioni cõsulueris. Proh diui immortales, id tibi honorificum erit, quàm ad omnium doctorum existimationem splẽdidum & fortunatũ, istius te doctrinæ cõmendatione à maximo & illustrissimo regum in longinquam regionem petitum esse & accersitũ? Rex hic est non modo Francus (quod ipsum per se amplum est) sed etiam Franciscus, nomine hoc primum ab ipso inter regia relato, & ut augurari licet, ad res magnas ominoso. Idem literarum nescius, quod tamen more parum mihi probato solenne est nostris regibus, sed idiomate facũdus, ingeniosus, decẽs, mollis atq; obuij accessus & gratuiti, raris corporis animiq; dotib. largè à natura præditus, priscorum principum admirator & prædicator, qui quidem unquã animi magnitudine ac rebus gestis inclaruerinr. His accedit quod habet omnino quod det, ur si quis unquã regũ: utpote qui nuper opimam, amplissimã, omni ære alieno, omnib. noxis solutam creuerit hæreditatem Cal. Ianuarij, & dat nemo largius aut benignius. Et quantum conijcere licet, pręclari cupit esse conditor instituti, ut in posterum artes liberales etiam pertinere ad compendium uideantur contra solitum est iamdiu. Quo maximè modo illustrare memoriam principatus sui potest. Verum ut tibi successura omnia spondeam facit quod Paruum, ut dixi, oriculariũ sacrum principis uniuersa doctorũ natio, atq; etiam uirtute præstãtium, habitura mihi uidetur quasi actorem quendam publicum, qui in cõmune stipuletur, assiduumq; ueluti admonitorem, qui præclari propositi principem obliuisci non sinar, in te etiam ipsum ac tua scripta peculiariter propensum. Deinde antistes Parisiensis Stephanus Poncherius, uir summa doctrina, ac morib. compositis & emẽdatis, ut si quis alius antistitum, ingenio atq; industria singulari, cis alpes, ultra alpes, nusquam non obeũdis legationibus, per omneis uitæ gradus auctus, per omnia reip. munia exercitatus, literatorum hominum euocator & amplexator, eoq; nomine & aliàs in Italia nobilis & celebratus, quicum mihi cognitionem intercedere pręd icandum esse duco, Legatus nunc agere Bruxellę, Imperatoremq; operiri dictiratur ad renunciandam legationẽ: qui iam ut opinor te ad se accersiuerit, si Bruxellæ fuisti, qua est in te uoluntate affe-
B ctus, ut ab eo intellexi cum hac ipse iter fecit ad legationem properãs. Is, ut ex fratris eius filio audiui, quem ferre in oculis dicitur, librorum tuorũ studiosus est, quantum temporis succidere necessarijs rebus licet. Vidi nuper tuam noui testamenti editionem apertã in cubiculo eius remotiore. Nam & ipse contra istos archaismi, id est, inueteratæ ac deploratæ ignorantiæ patronos & assertores, saturnias lemas olentes (ut est in prouerbio) tui ueritatisq; postliminio redeũtis impugnatores, propugnare tibi ac ueritati summa autoritate solet. Ac ne Regis uoluntatem impetum esse potius iudicium propositumq; certũ suspiceris, idem præsul mihi dixit cùm de te ac summæ notę scriptorib. loqueremur, cordi iã esse regi literas altiores elegantioresq;, secumq; uerba fecisse Regem de conquirendis uiris doctrinæ eminẽtis. Dixi tum posse te honesto præmio euocari in Frãciam, idq; me curaturũ (si res ita tulisset) pollicitus sum, effecturumq;, diu te Parisiis studuisse, nec minus te Franciam locum incunabulorum tuorum nosse. Is quantũ opinor summè tibi fauebit. Summa aũt porrò ipse autoritate apud principem pollet, ut qui in sanctius consilium principis allectus sit inter paucos, quos apolectos & selectos appellarũt antiqui. Tu hac de re statues, & ad me aut alium quemuis scribes, si alium esse tibi amiciorem me putas: ut si hanc conditionem acceperis, hoc est accipiendã censueris, noua tibi stipulatione certioreq; caueat à Principe: eius præcipuè opera, cuius hortatu ad te scripsi. Ipse enim maximè uelim, ut hoc negociũ sine captione ulla tua transigatur. Existimo Gulielmũ Copum medicum regium, hominem utraq; lingua doctũ, & tibi amicũ ac beneuolum, de hoc ad te scripturum, & alios fortasse Principis iussu, uel ipsum etiam Regem. Mirum tibi Gulielmorũ natio dedita sit & literis. Iam enim tres Gulielmos in eodẽ negocio studiosos habes tui. Sed Stephanus Parisiensis (id est corona) si tecum, ut spero, locutus est, magnum omen attulit ad summã felicemq; manũ imponendã incœpto. Vtcunq; sit, si ad Regem ipsum scripseris χαριστηρίαν ἐπιστολὴν, rem ei gratã feceris, & tibi prædicabilẽ. ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι καὶ χαίρομαι τὸ κωμικόν. O quæ iam tellus satis ima dehiscat corniculis istis garrulis, quarum tu oculos quotidie configis; τούτων τῶν ψιθυρολόγων φημί, τῶν

ἐπαινασαίτας σοι, καὶ φθονοῦντας τοῦσδε τῆς εὐδοξίας, καὶ τοῦ πανδήμου κρότου. καὶ μὴν καὶ ἔμοιγε (εἰ δεῖ τἀληθὲς φάναι) βασκαίνειν σοι ἔπεισι, καίπερ εὐνοϊκῶς τι καὶ εὐγνωμόνως πρός σε διακειμένῳ, καὶ μικρόν τι μεταγνῶναι ἐφ᾽ οἷς ἔφθην ὑπερεπαινέσας σε μεταξὺ διαλεξαμένων ἡμῶν περὶ τῶν εἰς ἄκρον τῆς καλλίστης παιδείας ἐληλυθότων. πῶς γὰρ οὐκ ἂν ἀχθεσθείην ἔγωγε τοσούτοις προτιμώμενόν σε τῶν εὐδοκιμούμενων. ὢ ταῦτα βραβευόντων τὸν ἀγῶνα τόνδε τῶν ἡμεδαπῶν ἀνθρώπων. φεῦ τῆς ἀτυχίας τε καὶ τῆς ἀγνωμοσύνης. ὁ ἄγαν φιλόπατρις ἐγὼ (id quod pene mihi uitio uertis) καὶ τοῖς ἐμοῖς φράγκοις νικικῶς συνεξπῶν, οὐδ᾽ ἐπὶ τῶν ὁμοφύλων δικαστῶν τυγχάνω τῶν δικαίων, ἀλλ᾽ ὦ βέλτιστε, ὅπως μὴ αὐτὸς φθονήσεις ἐμοί σύγε. οὐ γὰρ δὴ ἐπίφθονα τἀμὰ τοῦ μὴ εὐημερήσαντος, ὡς ἐγώ φημι, ὡς δὲ τῶν ἡμετέρων πλείους ὑπειλήφασιν, οὐ κατ᾽ ἀξίαν πράττοντος, οἷς δὴ σὺ συγκαταθέσθαι μοι δοκεῖς. ἀλλὰ μὴν ἤδη τὴν πονηρίαν τὴν σὴν ἀποσκορακιῶ ὦ μακάριε. Apage tamen eam ab ædib. nostris. καὶ ταῦτα μὲν δὴ οὕτω πεπαίχθω. temperare enim mihi nequeo ad te ſcribens quin te iocis prouocem, hominem iocis ac leporib. concretum: uidelicet quod aiunt, τὸν ἵππον εἰς πεδίον προκαλούμενος. ἔρρωσο φίλη μοι κεφαλή, καὶ διατέλει εὐτυχῶν τε καὶ εὐδοκιμῶν τῇδε τῇ φιλοπονίᾳ. Pariſiis Nonis Februarij.

Gulielmus Budæus [illegible] S.

GRatulationem tuam libentiore animo quàm hilariore ut agnoſcam tua beneuolentia effecit. Nam quod ornatũ me ſimul eſſe honeſtiſſimo munere ſcribis, & graui morbo cito exiluiſſe, falſus id tibi ſcilicet, ut aſſolet, quiſpiam rumor attulit: quaſi uerò morbus annis duodeuiginti inolitus (ut ita dicã) atq; fibratus in homine ſtudioſo nedum in hoc ætatis ſanari tãdem poſſit. Auctum ego uerò me honorifico munere & ſanè opimo non diffiteor munificẽtia regia: eoq; munere quod mihi amici mei, quod uiri boni, quod literarum fautores exoptabant, augurioq; quodam iam diu deſtinabant: ut ſedere iam literæ in primis ſubſellijs, audiriq; ex ſuggeſtu poſſent & domi & peregrè, quaſiq; è ſuperiore loco dignitati ſuæ patrocinari. id eſt em in urbe & in curijs ſummis cenſere, atq; inter aulica conſilia ſpecimen ſui edere, ſimul principis tanti latus pro poteſtate cingere. Latè enim functio huius muneris patet: in me etiam eò uberius, quò facilius iam antea mihi aditus aulæ etiam abſtruſioris patebãt cùm adire uiſum erat. Verum ne ἐνδιατρίβειν ἐν τῷδε τῷ ἀξιώματι poſſim, νοσῶν efficit τι νόσημα, τὸ παλαιὸν ἐκεῖνο ἐκ τῶν ἀπόγονον τῆς ἐπιστήμης. Hoc anno pituita acrior ac bile mixta defluere ad inteſtina cœpit: illicq; torminoſum morbũ ita ciere cum uomitu uehemẽti, ut iam mihi uitam longiuſculam ſpondere nemo auſit, aut certè perſuadere poſſit. & hic tu gratularis mihi deceſſionem morbi pro huiuſcemodi acceſſione. Quũ literas tuas accepi in media eram carnificina, clamator ipſe quidem uocalis ut ſi quiſq; alius non delicatus, poſtridie eas reſignaui & legi cum ſumma uoluptate, ut quidẽ in re calamitoſa. Id poſtridie dies eſt hodiernus. Proinde nihil nũc magis opto q̃ ut mihi per bonam regis ueniam liceat urbanã poſthac uitam agere, id eſt me mihi reſtituere, ſaltem bona ex parte. Nam ἀμφίβιος hic magiſtratus eſt meus, cuius functio quadrãtem anni tantum binos Collegas in aula neceſſario retinet. quã cõditionem ætati iam uergẽti & affectæ ſummi loco beneficij alteriuſq; muneris ambio uel uerius poſtulo. ſed non ſatis cauſas cõmeatus aulæ probo: quãdo facies noſtra uana habitudine fallaciq; prædita, nec poſtulatis meis nec cauſificationib. aſtipulatur, id quod mihi fidem ſemper queribundo & excuſanti derogauit. Quod ſcribis de diplomate regio gratias te egiſſe, id quo pertineat nondum comperi. Nam poſt diploma etiam alterũ ad te miſſum quid factũ ſit neſcio. Nuper ita res tulit ut aulicus in urbe eſſem rege iam diu hic exiſtente: quæ res cõmodè mihi ceſſit. ſpero enim hanc operam mihi in functionem ceſſuram non ſecus q̃ ſi peregrè comitatus ageret. Rex tui nominis fautor eſt: ut qui opera quadam tua in idioma noſtrũ uertẽda curauerit & lectitet: ut nuper mihi ipſe dixit. Cæterum quod Corradus tibi de lexico Græco, nec agnoſco ipſe nec inficior, aliquando id in mentem mihi uenerat: ſed ſcribendi labor me deterruit. Nam ut inſtitueram res erat immenſi laboris, nec tamen cõmentationis tam mihi iam intractabilis q̃ ualde argumentoſæ, duntaxat poſt adnotandi laborem iamdiu exanclatũ. plurima enim ita orſa habeo ut detexendis ijs non magnopere fortaſſe aſſudandum mihi eſſet: ſed ſparſa, incõdita & diſſipata, & quæ me defuncto parũ adiumẽti ſucceſſorib.

meis

meis allatura sint. Ne uerò mihi ocium ad id sumere possem, aulicis munerib. accessit præfectura decurionum huius urbis, tam mihi propemodũ congruens, quàm literarum studio militia aut negociatio. Hæc eadem iam mihi quatuor plus menses abstulit studiĵ, trãquillitatis, hilaritatis, ut mihi iam displiceã intemperijs insuitatis actus & exercitus, cùm interim exhausta propè hac urbe ciuium fuga pesti cedentiũ uehementer hic grassanti, ego inter paucos mei ordinis ita restiterim necessitate muneris, ut paucissimos dies tribus his mensib. per occasiones hinc abnoctarim in Samariano meo, quo familiam ablegauerã. Adde quod libellorũ regiorum magisteriũ, is uidelicet honor quo nuper donatus sum, antea præfectura donatus regiæ bibliothecæ cõmodis non multo minorib. prædita: quæ duo munera mutuo non colliduntur in me. Verum id magisteriũ alia studia poscit tam à pristinis abhorrentia quàm τά τε δικανικὰ ἀφίστησι τῆς εὐθυμίας ἐρώντων, καὶ τὰ τῆς καθ' ὑμᾶς ἐξηγήσεως συγγράμματα, ἀπῳκισμένα φαίνεται πρὸς τὴν καλλιλογίαν σπουδήν. Vterque uerò magistratus absenti mihi delatus est à Principe, ne me homines εὐτυχῶς ἀξιωτικὸν iudicent, ἢ ἄγαν ἀπροσδεχθέντα. Prior domo me accersitũ tandem aulico comitatui implicauerat: at cùm domũ per occasionem rediĵssem, & familiã cupidè inuisissem: Rex Lugduno codicillos magistratus ad me misit honoris cùm satis stipendiosi, tum in primis expetiti, atque etiam ambiti à togatis aulicorũ: cùm interim nullũ suffragatorem illic adornaũ habuerim, aut oblatũ. Cui honori accessit epistola eiusdem principis ad me scripta, fanè index ac declaratrix solidæ germanæque munificentiæ, prolixæque in me uoluntatis. Octo collegarũ unus alioqui præsulatu præditus in aula, demortuus erat necopinato, & legatione reuersus. Porrò quum ad gratias agẽdas regi in aulam me cõtulissem (aula aũt interim propius accesserat magno meo itineris compendio) & simul ut in uerba legitima, ut assolet, sacramento adigeret (nam antea stipendia morib. non procedunt magistratus ineũtibus) inde rursus in urbem hanc mihi reuertenti, ut in curiæ supremæ consessum admitterer: eodem illic utique sacramento prius adactus, ecce tibi pridie nostri aduentus nũcius mihi affertur muneris municipalis ingentib. mihi studijs ciuium nihil minus expectanti delati, haud scio quàm auspicato. Illic enim in iliadem (quod aiunt) malorũ angorumque incurri atque impegi. eum autem honorem iniquo tempore & difficili ne recusarem, autoritas & imperium principis mihi cupienti obstitit, qui subinde in eandem urbẽ aduenit. Quapropter de me in cõmune literarum negocium nihil est quod tu speras, nedum in lexici coagmentũ. etsi nihil est certe quod libentius, iucundius, promptiusque susciperem, si mihi ocium suppeteret. Post hac fortasse uidero quid præstare me æquũ sit pro uirili, siquando uberius prouidentia ex animi mei sententia mecũ egerit: & simul cum ætate hac nostra indulgentius, quæ uercor ipsa ne olim insignis bellorum cladib. futura sit: id quod utinam ominari me deus nolit. Vale, Parisiis postridie Iduũ Decembriũ. Deloinus me uisens literas tuas legit: qui eiusdẽ pene argumẽti epistolã habuisse à te dixit, cui breui rescripturus est. Vale rursus uir de literis nouis exemplis meritissime.

Budæus [illegible] s.

COmmodùm literas à te acceperã cùm hanc epistolam scripsi: erant autẽ eæ scriptæ primo Cal. April. quod ipse miratus sum, qui post eum diem bis, ut opinor, ad te scripsissem: sed sic fit interdum incuria literas reddentiũ. Gratias tibi habeo ob Morletum Quæstoris filium, quem causa mea comiter admittere institueras: etsi nõdum eum uidi ex quo ipsi literas dedi ad te cõmendatitias. Μακαρίζω σε ἀνὴρ δαιμονιώτατε, imò uerò inuideo plane tibi è renib. laboranti, ego è principatu animi laborãs. ἐγὼ μὲν ὅτι ζηλῶ σε λυθέντα μὲν ἴσθ' ὅτι, βαδίσαι δὲ χολὴν ἀεὶ καὶ εὐθυμεῖν ἄγοντα, καὶ εὐψύχως δὴ ἔχοντα. ὡς πρόσθεν μὴ ἐξ ὧν οὐ δεόντως εὐδοκιμοῦντας συγγράφειν. cũ ego τετράβλιος è capite iam olim, è præcordijs nuper, omnique sensu animi laborare cœperim usque ad deliquiũ. Quem ipsum animũ alternis propè horis despõdere soleo. curarũ etiã agmine ita obrutus sum atque oppressus, ut respirare nequeã: nedum amores meos liberaliores interuisere, quibus conglutinatus esse antè consueuerã. Nã quid me tute tandẽ occupare censes tẽporis lectioni literariæ, cùm totus nũc sim atque etiã ἡμιόλιος affixus in ergastulo munerũ publicorũ: cui me deus nexuit, ut arbitror, anima auersionis ergò addixit. Cũ aũt duorũ

alterum uirilem ſibi operā poſcat, alterū etiam plena uirilicꝫ maiorem, duntaxat hoc tempore ſeſquioperā ambob. ut poſſum impertio, ἐν τοσούτῳ γε τὸν θυμὸν χαλεπῶς αἰθαλ-κόμενος. Hei, inquis, miſeræ menti tuæ, cùm ne curando quidem corpori iam affecto laxamentum habeas. Sed ſic plectuntur ferè qui in nexū ſeſe dedunt inſciētes impru dentesqꝫ. Nimirum fatalis mihi fuit huius temporis conditio, atqꝫ adeò huius biennij intemperies, rationum mearū conturbatrix extitit: earū quidem certè quas cum literis habeo. Verum hæc ſtudiorū calamitas cupiditatis uitióne uertatur, operæ erit precium rem à capite cognoſcere, ita ſententiam ferre. Mihi ſupplicum libellorū magiſterium liberalitate uel bonitate potius regia obuenerat: ut ſcribere ad te memini. domi enim tum eram, Rex aūt erat cum comitatu Lugduni, unde me ante mēſem circiter ſubduxeram cōmeatu nō impetrato: ut qui ultra ferre deſiderium τῶν παιδικῶν non poſſem, τῶν ἱμερτῶν, nec mihi eam reuiſendi ueniā indulgere rex uoluerat: ſub id tempus contigit, ut unus è collegio noſtro demortuus illinc nunciaretur, & ſimul plerique mihi hunc honorē omine famæ deſtinari dicebant. ego qui ita ex aula me proripuiſſem, ut neminē aut ſtipulatorē aut ſuffragatorem reliquiſſe me ſcirē, niſi principis humanitatem & fidem (iamdiu enim mihi eum honorē pollicitus fuerat) propior tamē ſpei ſolo mentis augurio atqꝫ expectationi eram, tametſi diſſimulabā. Nec tamē cùm res ſatis diu in ſuſpenſo fuiſſet (propterea quod rex ad Allobroges digreſſus uenādi cauſa animiqꝫ fuerat, comitatu interim cum regis matre Lugduni exiſtente) quiſquā mihi perſuadere potuit, ut in aulam ſcriberē, ne quidē homini mihi amico illicqꝫ prępotenti. Quoad cùm iam plurimi exiſtimarent incuria mea rem euanidā abijſſe, nonnulli etiam id affirmarent: ecce faſciculum literatū ab armillato tabellario allatum, in quo codicilli erāt regij cum epiſtola eiuſdē ad me. Voluit enim Princeps humaniſs. literarumqꝫ admirator, codicillos etiam domū ad me ultro mitti: quod raro fieri ſolet. Id uerò decus non mediocre, non tam Budæo quàm nomini atqꝫ nationi in uniuerſum literarū bonarū ſtudia colentium, delatū eſſe omnes interpretabant̄: fortunas tamen noſtras faſtigiolumqꝫ non quolibet modo auctturū. Collegium eſt Octouirorū, quorum functio atqꝫ opera latiſſimè in repub. patet. ſiquidem in præſtātiſſima ferè quaqꝫ parte magiſtratuum locū primarium ac numerū obtinet hic magiſtratus, in quem beneficio principis adoptatus ſum, primū in magno principis conſilio, in curia centenaria, atqꝫ in omnib. deniqꝫ curijs ſummis, quæ cauſarum ultimam diſceptationem habent: ſedendi honeſtiſſimo loco, & ſecūdum Præſides ius habet, niſi ſi principes aut Pontifices adſint. ſententiæ etiam dicendæ locum antiquiorē obtinet omnib. cōſiliarijs, magnum autem cōſilium uocatur curia aulæ comes. Quam uelut cohortē quandam iuriſconſultorum, aſſeclam regiæ & Prætorij dicere poſſis, cuius coryphæus eſt cancellarius ὁ νομοφύλαξ. huius tamē Octouiratus præcipuæ atqꝫ antiquiſſimæ partes ſunt, ut principi præſto ſint collegæ è cubiculo prodeūti, poſtulationibusqꝫ ſupplicum uacaturo, cuius officij uices in orbem binis & ſępe ſingulis cedunt: cum alioqui ordinariā ſeſſionem habeamus in illa æqui & boni, ut ita dicam, officina. Quam cancellariam noſtri uocant: in qua locus eſt dictus diſceptādis reſcriptis principalibus, quæ ex bono ipſa ęquoqꝫ poſtulari ſolent aduerſus iuris ſummi exactiqꝫ ſeueritatem. quibus reſcriptis accedunt preces eorū ſupplices qui in legem Corneliam de ſicarijs quippiā admiſerunt, aut aliàs capitalem rem aduerſus leges auſi ſunt, quibus ueniam regijs uerbis dare ſolemus, pœnā ſuppliciter deprecantibus, ſi quidem uenia ac miſericordia digni eſſe uideantur. regijs autem uenias date poſſumus & bini & ſinguli ſi ſingulos noſtrum ſedere contigerit, quod quotidianæ eſt functionis in hac urbe, & ad aulam in ædibus Cancellarij. hæ porrò functiones quamlibet multiplices, honorarias tamen magis atqꝫ uoluntarias uices habent, quàm neceſſarias atqꝫ hominum uendicatrices: niſi ſi maiores ad cauſas argumentoſiorisqꝫ inſtrumenti aduocemur: quod non ſæpe euenit. Eo fit ut eum honorem gerere poſſim ſine luculento ocij literarij diſpendio. uerum cum eam ob cauſam mihi uiri amici literarumqꝫ amantes gratularentur, quaſi expetēdus mihi maximopere honos accōmodatiſſimusqꝫ in ſinum non flagitanti ceſſiſſet, qui immunitatem ſemper amplexus eſſem, ecce aūt ex tranſuerſo alterum munus municipale inuaſit necopinantem, quod mihi abſenti honoris

gratia

A gratia omnibus pene punctis delatum (solet enim plerunque prætextatis hominibus primisque subsellij deferri) me e vado in æstum uehementem turbulentumque abripuit. quod cum alterum decus quasique fortunæ iam in me munificentiæ corollariũ esse homines existimarẽt: plaudendumque ducerent & philologiæ nostræ propinquis, & necessitudine coniunctis atque affinitate, eo res breui uertit, ut curarum scaturiginem domum me admisisse intelligerem, aut segetem quandam angorum animique perturbationum conduxisse, biẽnium metendam (est enim biennij magistratus) nisi mihi humanitus interim quid acciderit. Hic status nos excepit, haud ita multo postque e secessu aliquãdo prodijmus, ut scenam ironiæ longissimo interuallo reuiseremus, euocati quidem ipsi a principio aliudque agentes: sed tamen sensim sacramento adacti, ærque stipendiario subinde autorati sub auspicijs honestæ ambitionis. huius autem nũc munia detrectare si instITerim, fore uideo, ut homines ciuilis ingenij & qui fortunæ nitidioris in candida urbanitatis petitores sunt, rustico me genio præditum esse cauillentur, de literisque humaniorib. ac de mea familia male & absurde ac præpostere meritũ. non enim philosophiam sequi: sed uinculis legitimis uitæ ciuilis, nexuique ingenuo, animum non tam seruitutem exosum quam inertem, in laboreque & sole fatiscẽtem, subducere uidebor, id quod tum demum laudabile futurum est & plausu dignum, si quando, uelut emeritis stipendijs causarij iam & in aula aliquantulum gratiosi facti, missionem exorabimus: sin aliter rem interpretari, cum paucis institeris, uide num misericordia saltem dignus sim, si minime plena uenia: qui ob libertatem utcunque addictam, seruilibus iam supplicijs affectus sim, ac bestijs sæpe obiectus. Vale.

Budæus [illegible] S.

HEus tu, iam primum de Græcis illis nostris Latinisque obseruationibus uelim imminutam tuam aliorumque opinionem. Principio quicquid id est, totum in Græco propemodum sermone consumitur, quo nomine dimidium ferme conceptę opinionis ut decedat æquũ est, deinde Tussanus homo nimium nominis nostri studiosus, ex sui animi sententia, & nostræ fortasse pollicitationis temeritate, rem mediocrẽ maioribus modulis metiri te uoluit. Hoc capite quantum inde detrahere debeas, cùm ex hominis studio immodico, tum ex epistolari licẽtia alienum factum uberius pollicendi, tibi ipsi æstimandum relinquo, ex Tussani etiam benignitate circũcidendum, pro eo quãtum est quod efficere posse mediocritatem meam satis nosti. denique id inceptum quod in orsu sperauerAm plausum esse assecuturum nominisque nostri iacentis iam & senescentis memoriam refricaturum, præcipuè ob temporis huius studium, quod in literas Græcas propensius repentè incubuit: id inquam inceptũ nunc æquare posse diffido iuuentutis expectationem præcupidam, ut audio, & gestiẽtem. id adeo menses iam ut octo schedas meas situ iam squallidas excutere ut pigeat: tametsi nauiter & strenue primordia inchoaueram. Quas utinam ipsas habere pro derelicto possem sine metu ignominiæ, profectò libentius nihil quàm huius fascem molestiæ, quem imprudenter mihi collegi, in triuio aliquo in medioue reliquissem, à primo quoque non negligentissimorum tollendum, quem labor ille iuuaret. refrixit enim intercapedine non longa amor operis, concidítque spiritus contentionis, qui laboris sensum tollebat. quo fit ut iaceat bona pars operis prima manu formata, imò uerò ut sylua iam rerum, quæ copiose inter commentandum subierant, nil nisi congeries sit incondita: nanque eas in ordinem digerere nunque cõstitueram, ne is labor insuper cõmentationi accederet. neque id utique magnopere ad rem pertinere arbitror ut quidem res nata est. Scribẽdi tenorẽ interpellauit principio & abrupit mea in aulam profectio: tũ ex ea regressum una aut altera cõmentatiuncula, & deinde lectio iucunda & auocatrix ab ea cogitatione me auerterunt: & obeunda tamen aliquando hæc erit mihi functio, si quo pacto inertiam segnitiemque excussero. Neque uerò tui similis si cupiã, esse possim, ut subinde spiritus animique alacritatẽ instaurem ad alias atque alias ærumnas huiusmodi exhauriendas: neque à curis familiarib. perinde feriato esse licet, nonnihil etiam temporis quotidie reip. impertiẽdum. Quocirca desines nõ quidem expecta-

expectatione tua (neq; enim ea in re falli potes) sed commemoratione prolixiore su pra modum nos onerare. Verum quod me parum candide de te sentire quosdam suspicari scribis, non temerè illi quidem fortasse, sed opinione tamen falsi sunt. sępiuscule enim non obscurè tuli inter homines familiaritate mihi coniunctos, me tibi id minimè succensere non posse: quod occasionem quamlibet nactus, libenter ipse facias, Gallica ut ingenia cauilleris ut tarda, ut stupida, ut leuia, ut stolida esse ac uideri significes. id quod cùm multis in locis fecisse dictiteris, ignosci nihilosecius tibi per me quidem licebit, falsisq; iocis tuis ac facetiarum studio condonari, nisi etiam consulto & meditato & penè ex professo id fecisse uideri non nolueris. Mirum quantum tibi placuisse tute uideris in epistolam ad Galatas, quàm tibi cordi fuerit, quàm ad stomachum tuum illa fecerit uiri sanctissimi, reprehensio Galatarum, nusquam ut pro portione maiorem fructum laboris quàm in eó loco enarrando tulisse ipse uideare. certè quidem eum locum οὕτω σύγε τυγχάνεις παραφράσας, ὥστε τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου κατὰ τὴν παλαιὰν τὴν γαλατῶν ὑβρισμένα, ἀπὸ δὲ τοῦ ἱερωνύμου ἔστιν ὅπη ἐξηγημένα, σὺ ἐπὶ τοὺς κέλτας τοὺς ἐφ᾽ ἡμῶν χαίρειν προχειρίσας. τοῦτο δῆθεν, ὡς οἶμαι, τοῦ ἄγαν φιλοσκωπτικοῦ καὶ τοῦ χαριζόμενος τοῦ σοφ. ὡς δὲ πολλοὶ φάσκουσιν, ἔμοιγ᾽ οὐ συγγνωστὰ πεποιημένος, ἱκόντι τῶν κελτικῶν καὶ ἐκ περιουσίας αὐτήριον προσκηρυκώς. καὶ τὸ φιλαπεχθῆμον δὲ, καὶ τὸ ἔχθρας ὕπουλον, ἀσμένως εἰς τοὺς Φράγκους ἀποδειξάμενος, ὅπου ἂν τύχης ὑπεθέμενος. Et Hilarij quidem de Gallis elogium præclarum in monumentis tuis, ne quando interiret, consecrare uoluisti, εὐγνωμόνως credo καὶ φιλαλήθως. Quod nunquam, ut opinor, faceres, nisi tam bardos adhuc Gallos esse censeres, ut figuras tuas non satis intelligerent; neq; enim ultro alioqui prouocare nostros & lacessere in mentem utiq; tibi uenisset. non tantum tibi ocij est à serijs rebus feliciter scriptitandis, ab alijsq; nationibus tãtum est req[illegible] quidem quod ad me attinet, quicquid eo nomine questus sum, publicam uicem magis quàm priuatam questus sum: qui te & ironem Socraticum & momum Satyricum perferre didicerim, cùm interim non minus me æquo usus sis, tandem etiam si aliter aliquandiu existimasti. Vt ad rem redeam, eatenus de te sentire me eo nomine palam non dissimulaui, ne me nihil cõmo ueri publica uice putes. Præterea uerò quod, incõmodius de te aut certè maleuolentius dixerim, nego omnino esse quicquam nisi si quid ut fit mihi excidit cõtra animi sensum, quod ancipitem interpretationẽ habuerit apud eos quidem qui cæcę ęmulationis fomites residere in animis nostris præcupidè iudicant: prima quaq; aura rumoris in flammam exarsuros. Hic si cõmemoranda dixissem quæ de te deq; tuis scriptis testificari sine fuco uerborum solitus sum (idq; tuo merito, & ueritati potius quàm amicitiæ seruiens, ne me tibi imputare nunc uelle superuacaneum tibi patrocinium arbitreris) aut te ingratum esse cõuincerem, qui adhuc dissimularis: aut malignum esse rumorem ostenderem, qui in tristiorem tantum partem nuncius ad te ierit. Quid uerò duæ epistolæ Græcæ, quas ad te ante biennium scripsi, quibus te ascíscere istincq; euellere conatus sum, in utram tandem partem ἀπομεμνημόνευσαι δοκεῖ; beneuolentiæ an contra? Quam ego operam ad te scribendi ipse mihi depoposceram (ne sis nescius) uerius quàm imperata ultrò ab Rege defunctus sum. Qua in re ζηλοτυπῶς σοι ὡς οἶμαι ἀγνωμόνως διεχρησάμην, qui ita suspiciosè mecum egisti postea, ut tuam uoluntatem ac propositum per alios resciscerem, non per epistolas tuas: & qui in aliorum sinu arcana tua securè deponebas, mecum ita agere instituisti, quasi cum æmulatore. atqui si τοὺς ἀκκισμοὺς ἐκείνους τοὺς σοὺς hic proferre uoluissem, confessionem tibi exprimerem dissutæ amicitiæ, ut parcissimè loquar: cùm tibi ante non pauca dederim pignora beneuolentiæ nec fucosæ, nec ueteratoriæ. An id erat tandem æmulatoris factum te in prioreis partes cooptare, aut minimum in æquas? à quo quisnam præter amicum, rectè sibi conscium non metueret sibi? & qui alieni animi probitatem ex suo ipse animo fidenter æstimaret. At tu aut ancipitis me fidei amicum nimirum existimasti, aut certè discingi temerè & sæpius solitum, in cuius sinu condere ueritus sis quæ tibi cordi tum erant. Sed enim ἅλις μεμψιμοιρίας καὶ τῆς φιλοπρεποῦς τε καὶ ἀπολογουμένης. Verum responsum, ut opinor, oportuit tacitæ expostulationi tuæ. Hic etiam uelim ut existimes uerbis me magnopere temperasse. nam si rumoribus auscultandum censuissem, credo te non ignorare ultro citróque rumo-

res

res commeare solere: nec minus hic quàm istic loquaces ipsos atque improbos esse. τὰ μὲν οὖν κατ' ἐμὲ οὕτως ἔχει ὡς καὶ τὸ πρῶτον, τύγε μὴν τῆς γνώμης διάθεσιν. καὶ μὲν δὴ ἐμαυτόν σε τὸν αὐτὸν εἶναι ἀεὶ πείθομαι ἀπλῶς, ὅτι ἂν τύχῃς δεόμενος τῶν ἐπ' ἐμοί. ἐφ' ᾧ γε δὴ καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοίως αὐτὸς σεαυτόν μοι ἀντιπαρέξῃς. Id quod eo pertinet quod περὶ ἐξαλείψεως τῆς ὑπεροψίας scripsisti, quæ tam mihi ipsa quàm tibi cordi erit cum uoles. De Ciceronianorum choro ita plane tecum sentio, ut subscribere paratus sim si res ita tulerit. Quam hominum consensionem in inuidiam cōiectā, offensumque iam apud omnes reddidit, illius coryphei insolentia, quem tu mihi notum esse scripsisti, qui Philalazonis cognomēto in Italia & ubique auctus est ut audio, præsertim recenti illo cantico & parnassio, quod sibi ipse uni quasi Philocalia nato, alternis uocib. cecinit personis sub heroicis. is Gallos scriptores Germanosque ueluti pro potestate numeris expungit decora merentium, addito elogio. Ciceronis autem usqueo ad unguem similis esse meditatus est, ut eloquētiæ Latinæ parentem etiam superauerit ac longè reliquerit, duntaxat in ea parte quæ ad commendationem sui pertinet, ut in Annotationibus meis nuper dixi. M. enim Tullius laudes suas decantauit, eamque ob causam sæpe stomachum & curiæ & subselliis & amicissimis suis mouit: tametsi ueras laudes meritasque prędicabat. hic longè impudentius suas immeritissimas deprædicauit: id quod sanè mirum est impune cum tulisse ab eorum amicis principum quidem uirorum, quorum hominem non puduit nomina ad rem tam absurdam, tam putidā edendam, utenda sibi sumere. Longolium olim nostrum luctuosius desiderassem, nisi ipse noster esse, id est Francus animi destinatione desiisset. Vale, Parisiis. postridie Liberalium nostrorum, qui natalis est immortalitatis nostræ. quo die deum fruge colimus, deumque Seruatorem in fruge agnoscimus, si frugi bonæ sumus. Epistolam [illegible] tuam, x. Cal. April. scriptam, Soteriis acceperamus, quo die solenne est ueluti funere Seruatorem nostrum efferre, grata piaque commemoratione ab eo nobis salutis memorando supplicio comparatæ. acceperam autem ad multam noctem, è castello suburbano rediens, ubi tum erat aula. Vale rursus, & caue existimes in hac me epistola quippiam animo exulcerato scripsisse. ne uiuam si tantulum subeat simultatis. ἀλλὰ δὴ τῶν παῤῥησιαζομένων τυγχάνομεν ὄντες, ut si quisquam est alter τῶν μὴ κρυψίνων εἷ ὁ διόντι.

Gulielmus Budæus Francisco Roberteto s.

REdditæ mihi literæ tuæ à matrona clarissima matre tua cùm in aulam uenissem, officij deserti me commonefecerunt, non sine quodam rubore. nam simulatque ostendit ipsa mihi ac porrexit eas quas ad patrem tuum scripseras, suppudere me cœpit accipientem, quasi ea muta quædam esset exprobratio negligentiæ aut incuriæ uestri. & memineram ante duos mēses ab eadem ad me missam fratris tui epistolam, cui ne rescriberem in causa fuit uitæ nunc meæ conditio temporaria, procul à literis bonis auersa. Iamprimum nouus magistratus quo me Princeps post nouem menses ornauit, alia atque alia assiduè officia totum id tempus poposcit, cuius tyrocinium uix adhuc bene posui auspicandis eius delibandisque tantum functionibus, ut assolent facere qui magistratus ineunt usurpandi iuris gratia. Deinde atque etiam subinde filorū fatalium deductrix illa Parca, alterum mihi honorem Decurionum huius urbis præfecturam adneuit. hoc est enim, ut opinor, quod dicunt περιπετικλωσεν. illum quidem nec spernendum, & magnos ambitus excitare solitum: uerum ad me nihil minus cogitantem absentemque delatum, hominem minimè comitialem, ideoque oneris loco à nobis numeroque habitum: præsertim ex quo intelligere cœpimus ad cuiusmodi pistrinum hominum nobis studentium præcupida suffragia incōsultaque nos alligarint: cùm interim qui literis bonis fauebant, aut literarum bonarū studiosissimi erant, sibimetipsis gratulandū existimarent, ob honorē iam alterū eruditioni mediocri habitū & oblatū, benigneque eo nomine ac prolixè nationi doctorū ominarentur. Hoc autē, ut opinor, natalitium mihi sydus tulerat: nō ut altero honore prior ille cumularetur, sed ut prioris magistratus nouo exemplo delatio, ac fortuna lętior solito & illustrior, secūdi honoris gerendi molestia expiaretur. cōtigit enim quod minimè expectabam,

ipse ut in eum annũ inciderem, qui maximas difficultates importaturus erat rei municipali: quas etiam si prouidere potuissem, repudiare tamen non licebat sine ignominia. Quapropter extorris aula factus in qua iam nomen nostrum aliquantulum inclaruerat, ita in urbe mansi ut cibi tãtum causa (prope dixerim) somniq; domi essem. per occasiones autem raras quasi furtim animum meum subducere ex illa turba conabar, admonente me Philologia, cuius amor penitus semper insedit, cordiq; mihi fuit. Sed parum proficiebam. quocunq; enim me abstruseram sequaces, aliæ super alias curæ, procacesq; functiones, ac permolestæ hominũ interpellationes, qua aperta, qua clausa protinus irrumpebant. Hoc munus biennium totum exemit rationib. meis quas cum literis habebam, cum eo quod animum refractarium reddidit ad studia pristina resumenda, à literisq; aliquantulum alienatum. Longolij obitum ægrè tuli ut debui, Erat enim mihi ut opinabar amicus, idq; nõ sine nostro merito, qui plurimum homini doctissimo fauebamus. Versiculos quos de eodem deplorasti non possum non uehemẽter probare: sicut & fraterculi tui casum in uitæ tyrocinio extincti elegiola pereleganti scriptũ. In aulam ita ueni ut inter aulæ comites magis sim, q̃ aulicis functionib. me ascripserim ut antea solebam. Quare in aula non incola sed peregrinus sum, legatusq; municipalis. Vale, ad diui Germani III. Nonas Maias.

Gulielmus Budæus Francisco Roberto s.

FAcis ingenuo pudore magis Francisce generose, ætatulamq; istam decẽti, quod ad me cum religiuncula quadam scribis, quàm quod scribendi facultate eruditioneq; non uulgari pro captu naturæ nondum adultæ quoquo modo defectus sis, qua in re arbitranda non alij cuiquam magis quàm mihi ipse credo, ut qui & sermone coram & absens epistolis æstimare tuum fratrisq; tui ingenium cum profectu in literis colendis potuerim. Quare uelim ut metum istũ autoritate mea ponas: nec eam ur ob rem aut aliam quamuis huiuscemodi scribere ad me graueris: cùm alioquin etiam amicitia nostra & familiaritas penè iam domestica, hoc efficere debeat, si tibi & fratri religio quædam uerecunda scribere instituentibus animo frontiq; incesserit, ut oscula ista peringenua obdurare (ut ita loquar) fiducia commendabili officiosaq; ne uereamini. De epistolis meis nuper editis, quarum aliquot ad uos scriptæ nõ tantum numerum augent, sed etiam ornamentum uolumini afferunt, opinione mea, existimo tibi satisfactum iri, simul ut ad germanum tuum datam epistolam meam legeris. Philippo Esmerio mihi iamdudum commendato in posterum impensius fauebo tua causa, quãdoquidem eius in epistolæ tuæ calce meministi: cùm alioquin eum amem ob diligentiam quam in uobis instituendis impendisse mihi uidetur. Vale, Lugduni Nonis Iunijs.

Gulielmus Budæus Claudio Roberteto s.

NVnquam mihi minus commercij, negocij, usus cum literis bonis fuit Claudi suauissime. nunquam parcius, ieiunius, rarius mentis meæ uires, omnemq; intellectus contentionem Philologiæ commodaui, quàm hoc anno: qui annus rebus meis utiq; lætiorem solito fortunam amplioremq; ediderat, nisi comites illi curas, animiq; ægritudines asseclas addidisset: quum interim Philologia ante mihi semper ferè contubernalis, ex quo illi animum meum bona fide desponsitaram, inita cum ea in perpetuum fortunarum omnium societate cum lacrymis & gemitib. fidem pacti sibi animi requireret, hominesq; uelut destituta imploraret atq; cœlites. Querebatur enim iucunda comes illa ingeniorumq; perpolitrix, se iam hominum opinione à nobis, quasi damnosam quandam consortem huic ætati repudiari, rei factitandæ in aula & componendæ commodius ac ciuilius incubituræ: cùm reuera animus semel deamatæ sibi professioni cõglutinatus, huc illucq; ac quoquo etiam uersus expatiatus, reuertendi tamen consuetudinem semel sententiamq; retinuerit, utpote qui causariam quidem ille à contubernio missionem, sed tamẽ temporariam obtinuerit: bona

etiam

A etiam,ut opinor,uenia hominum mihi æquorum,omniumq; qui rei familiaris curam non in postremis locandam esse intelligat, sine qua sufficere sibi Philologia nequit. Et quidem eo iam uentum esse uideo,ut periclitari necesse mihi sit si diutius emanseto,in suspicionemq; uenire,atq; adeo in ratam fixamq; opinionem, deserti consortij, proditiq; coniugij. Quippe cùm illa mihi coniunx atq; patriæ iamdiu pepererit prope nihil:sic autem de me deq; amorib. meis cõsuluisse si certis argumentis conuictus essem,quid non in me uociferari probabiliter Aius ille cœptaret Locutius, qui dicitur rumor publicus? Siquidem huiusmodi causa est,ut eloquentia ipsa,si mihi tum & adesset & superesset,profari uix posset exordiũ defensionis, nisi etiam inter aduocationis cœtum impudẽtiam & periurium admittere adhibereq; instituissem,quód nunquam in animum inducere mihi contigit. Nam cuiusmodi illa esset nõ dico perfidia & improbitas,sed uerecundia & absurditas,ita de se quempiam familiaq; mereri præ postere,ut deformem atq; ignominiosam contubernalem integræ,gratiosę,uenustę, indiesq; florentiori prætulisse uideretur: cupiditatem scilicet ambitiosam literarum gloriæ cuius semper in primis spectator & procus fuisset. Neq; inuitus fatear si res ita tulerit,non tam natali splendore illustratum nomen meum, tametsi alioqui non obscurum in patria,quàm cultu atq; obseruantia literarum elegãtiæ, quæ apud omneis nunc ordines gratiosa esse cœpit,atq; in curijs maioribus,in consilijs selectis, in conuentibus honestis prærogatiuæ propemodum ius habere. De qua imagines mutuari atq; etiam stemmati asciscere gẽtilitio ipse pridem institui. Sic enim fore sperabam, ut posteris relinquerem amplius ac nitidius atrium ædium auitarum. Vetum enimuero eas quasi querelas aut expostulationes potius Philologiæ meæ, partim ad me rumor non obscurus detulit: partim rubor sponte suffusus identidem suggerit, cùm eius rei æstimatio in mentem mihi uenit. Et quidem conscientia & si recta quidem ipsa fiduciaq; inculpatæ uoluntatis subnixa,animo tamen incessit, ne inconsultius q̃ par est aut diutius ab amica legitima distractus esse uidear, ac penè alienatus: quum ita de familia mea merita sit ipsa, ut liberos ingenuosq; ex ea quæsiuerim ac sustulerim,formæ,ut opinor,masculæ,nec perinde inuenustę. Quos etiam ut non indignos

B qui tollerentur,in professionem publicam referendos curaui,ut spero,nec inconsulto nec inauspicato. Quo magis ignauum nunc inersq; uideri possit, nihil iam animo agitare,nihil earum rerum actitare,quæ ad tuendã,augendam, amplificandam sponsalitiam & dotalem pertinent communionem. Neq; enim integrum post tantam intercapedinem fore dirempti consortij atq; consuetudinis, dispendium sarcire ætatis adhuc fœcundæ quasi per uiduitatem transactæ, siquando animum illa quidem reducem acceperit olim sibi desponsum, nisi si uires quæ iam consenuerint in geminato nixu geminos quoq; edere poterunt, perindeq; uitales. Huiuscemodi cogitatio adulescentule generose nonnunquam me exercet: dubiumq; animi ac iudicij alternantemq; tenet,uix ut statuere queam,mecum ne prouidentia tam commodè quàm prolixè ac benignè egerit:quæ fortunas meas auctura usiq; atq; amplificatura,e philosophiæ præsidijs necopinantem detraxit, nisi me tandem mihi genioq; meo restituerit. Nouem autem mensium auocamenta animum meum usq; adeo languentem exhaustumq; reddiderunt,ut cõmentari in re literaria iam non possim, liberaliumq; munerum functiones implere. Tibi uerò ac germano tuo gratulor, quos literarũ bonarum numina egregio instinctu ita cient, ut industriam uestram mihi patentibusq; uestris facilè approbetis. Vale,in aula diui Germani,Nonis Maij.

Gulielmus Budæus Claudio Roberteto s.

QVàm mihi iucundus fuit parentum tuorum aduentus qui mihi literas tuas & fratris reddiderunt, appendicibus uersiculorum solito etiam ornatiores: tam mihi uehementer doluit,quod ne in nundinis quidem Lugdunensibus uænales epistolæ meæ inuentæ sunt:quæ quum Parisiis dudum profectus sum absolutæ quidem erant ipsæ, prelis iam cessantibus,necdum tamen in quaterniones, ut fit, digestæ ex chartarum aceruo. Vt uero desiderio uestro satisfaciam mittendas huc ad me nuper

mādaui,primo quoq; tempore,ſi modo idoneus aut tabellarius occurrerit aut alius, qui earum curam perferendarum ſuſcipere non grauetur. Nihil enim libentius facio parentis ueſtri gratia & merito (cui me certè magnopere obſtrictū ingenuè ſemper fatebor, cùm aliàs tum ob probam eiuſdemq; comitatē quā mihi ſemper uir elegantiſſimi ingenij exhibet) uerum nihil ſuſcipiēdum mihi alacrius exiſtimo quàm ut uobis obſequar in honeſtis huiuſcemodi ingenuisq; poſtulatis. Cui etiam cauſæ accedit,quod à uobis alioquin gratiam ineundam mihi eſſe duco, non tam mea quàm liberorum meorum cauſa. qui ut nunc propè æquales uobis, ita olim fortaſſe amici & comites futuri ſunt, ſtudiorumq; adoleſcentiæ æmuli. Velim autem ut confidas mi Claudi, te iam & germanum tuum impenſius de hendecaſyllabis à me amari qui literis erant additi,quibus certè in ipſis ingenij iam adoleſcentis & exculti indicia ſupra ætatis captum elucent.Ego autem ut alienus ſim à literis,non tam aulicæ cōuerſationis difficultas,q; infirmitas ſolito intenſior efficit in hac urbe,hac tempeſtatis intemperie.Præceptorē tuū uelim ut multa ſalute à me impertias. Vale,Lugduni Non.Iun.

Ianus Laſcaris Gulielmo Budæo s.

MErito te amo & colo mi Budæe, qui meum teſtimonium pluris te facturū polliceaтis quàm rumores,ſuſpiciones, coniecturas omnes quæ te de inuentione ſeſtertij aduerſus Leonardum Portium incitarunt,uirū præcipuis uirtutib.tui quàm ſimillimum, nec ullo certè odio ſed beneuolentia proſequendum. Quandoquidem non abſurdè prolatum eſt ϑ',ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. Teſtimonium meum huiuſmodi eſt. Cùm me Romam contuliſſem initio pontificatus Leonis X.comperi illic Ioannem Antonium Maroſticam utriuſq; linguæ profeſſorem minimè imperitum.is ut antea Venetijs mihi notus fuerat:ſed Romæ frequentius ac familiarius me conueniebat:& ego eius conſuetudine delectabar,probi ſanè & honeſti uiri:adeo ut aliquando fuerit meus contubernalis. ſed hoc poſtea. Tunc uerò temporis acceſſit ad me die quodam,& ingreſſus cubiculum familiariter ut ſolebat,uixdum ſalutato libellum porrigens,En tibi ait qui te diuitem faciet,nec beneficia continet eccleſiaſtica,quæ tu tam obſtinatè reſpuis: uerum talenta,ſeſtertia, auri pondera atq; argenti. Quid hoc inquam? & accepto libello legi titulum,impendiq; aliquantulum temporis pluribus uerſibus perlegendis, donec percepi libri argumentum tale eſſe quale Antonius expoſuerat. Cæterum quia tunc occupatus eram quibuſdam quaſi legib. conſcribendis,quibus uterentur collegiū adituri,quod idem ſummus Pontifex hortatu meo iam inſtituerat,librum clauſi,& amicè dixi,nec beneficia appeto, nec ijs talentis aut ſeſtertijs diteſcere cupio:& quando nec talenta poſſedi unquam, nec multa ſeſtertia numeraui,nec his modo pertractandis uidebor auidior. Cùm tamen inſtaret ut legerem,ergo inquam ſerio reſpondebo, Nec argumētum operis ut aſſeueras eſt contemnendum,nec mihi ignotus eſt autor: imò uerò amiciſſimus ac de me optimè meritus,ingenioq; ac doctrina præditus. Sed uides quantum mihi ſuperſit negocij ad hæc quæ me ſuſcepiſſe non ignoras. Relinque igitur mihi librum, & cùm hoc onere leuatus fuero,quid ſibi uelit per ocium uidebimus, qualesq; diuitias præ ſe ferat. Nō faciam,inquit,quia hoc tuum cubiculum pluribus patet ſodalium. nollem enim aliquis auferret te inuito aut etiam permittente. nondū eſt ab autore editus,mihi autem iure amicitiæ creditus, quæ ab ineunte ætate mihi cum eo uiro culta eſt. nollem diuulgaretur ipſo inſcio,quod ſolet plerunq; fieri chalcographorum iniuria quæſtui auidius ſtudentium: tutius ſeruabitur apud me: & cùm hæc quæ ſuſcepiſti peregeris,legemus eum unà,nec horas male collocabis: uiriq; tibi etiam amiciſſimi & ingenium & induſtriam laudabis. His dictis recepto libello abijt. Non multis poſt diebus contigit ut ego ſequerer ſummum Pontificem Viterbium, quo remittendi animi gratia ſeceſſerat, unde Mediolanum poſtea cum mandatis quibuſdam eiuſdem Pontificis ad regem Chriſtianiſſimum ſalutandum profectus ſum, nec amplius uidi. Nam & remiſerat eum Portio Antonius, ut dixit, me abſente. Vidi poſtea librum tuum de Aſſe celeberrimum à te per chalcographos editū,& non multo poſt librum

Portij

A Portij, argumenti eiusdem, cuius erat quem pridem mihi idem Antonius ostenderat. Hoc est testimonium, quod de hac re præbere possum, quodque iureiurando etiam confirmarem, si aut receptum esset ut iusiurandum huiusmodi scripta admitterent, aut tu permitteres, si minus fidei mihi non iurato adhibiturus esses. Sed quando in animum induxisti ut hoc meum testimonium abundè tibi satisfaciat, reliquum est ut dignitati tuæ pariter uirique illius prospicias. quo modo id fieri possit, ipsemet optimè nosti. idque mihi quàm gratum futurum sit, qui utrunque uestrum iure amicitię non uulgaris, amore pari atque obseruantia prosequor, dictu non facile est. nec minus gratum præterea feceris si te autore studiosis innotescat uos tantos ac tales uiros nobilitate, autoritate, studio in bonos admodum insignes, posthabitis iurgijs & contumelijs, quæ altercationibus comites esse solent, in amicitiam coisse opera tui Lascaris probè conciliatos. Legent profectò studiosi libentius quæ abs te præsertim sunt enarrata, quàm iurgia iam inchoata parataque inter uos optimos grauissimosque uiros.

Eiusdem Lascaris.

Editus ut pridem redijt celebertimus Assis
Innocuus, demptis addita quæ fuerant
Non mage quo fieret clarus (nam clarus abundè est)
Rumorem falsum non tulit additio.
Nunc quando inuentum sibi uendicat alter & alter,
Alteri & inuentum non negat alter idem:
Et potuisse ambos ex ijsdem fontibus hausto
Hortos rore suos irriguos facere,
Nil facit additio: contentio nulla relicta est,
Et facilè ambitio cessit amicitiæ.
Thesaurum Herodes inuentum protulit ultro
Marco, posthabuit Marcus amicitiæ.
His similes probitate uiri fecisse legentur
B Vmbram sesterti pluris amicitiæ.

Gulielmus Budæus Parisiensis Iano Lascari Rhyndaceno S.

EPistolæ tuæ lectio in æstu uehementi me constituit: & quidē cum hanc ego scriberem, in ancipiti metu angoreque uersabar, & eidem cogitanti mihi uereri succurrebat, ne si ex sententia animi tui non respondissem, officium amicitiæ continuò deseruisse tute me arbitrarere: imò uerò amicitiā ipsam prodidisse ueterem & secularem. Annos enim abhinc plus triginta amicus tibi in primis, merito tuo factus sum primo: deinde etiam meo, qui eam amicitiam cupidissimè colui, æquitatem istam bonitatemque expertus. qua animum tuum tinctum perfusumque nemo unquam negauit, qui tuos mores compertos habuerit. Rursus si retinendæ uetustæ, nec iam sine crimine diremptilis amicitiæ antiquiorem alijs omnibus curam habere semel constitueram: metus ille occurrebat, ne existimationis quoquo modo collectæ iacturam hoc pacto fecisse me postea puderet ac pœniteret. Quod hominis esset utique inconsultè de semetipso planè familiaque merentis: cum eo quoque quod conscientiam insontem amicitiæ blandimentis posthabuissem, non sine ingenti scelere ac piaculo. Qua de re si tecum ita nunc agere instituerim, consilium mihi te in hac re ut expedire iubeam, cæterum amicitiæ fidem ipsiusque Διὸς τοῦ φιλίου imploraturum me tester & denunciem, si iniquum te mihi disceptatorem consiliariumque præbueris: intelligo, quæ tua est ingenua & singularis uerecundia cum æquitate animi iuncta, æstuaturum te etiam uehementius, ad infantiamque propè dixerim redactum iri. neque enim tu is es qui aliter fari sentireque possis de re tam seria ab amico consultus. Obsecro te igitur uir mihi amicorum amicissime, operam mihi da libens causam hanc paucis exposituro: sed ita, ut autem mihi accommodes omni uel præiudicio uel affectu defęcatam aliorsum propenso. personam arbitrij induas tantisper, amicitiæque deponas. Audire igitur tibi

impera æquis auribus me huius caput controuersiæ altius repetentem. καὶ τότε δὴ χρύσεια φίλος σὺ τίνειν τάλαντα, ne secus quippiam in me atq; etiam in te admittas. Imò uerò hoc, ut opinor, potius nihil ut odiosum attingam, utq; eorum non meminerim, quæ in digressione illa librorum de Asse mihi iam pœnitenda (sit enim hoc sanè, imò uerò esto planè, quando ita tibi uisum est) exposuimus. quippe attentionem ciere, & beneuolentiam conciliare tuam mihi omnino uolo, & necesse est. proinde non causam ipsam exponam, sed propositi mei summam in oculis tuis depromam. Ego etsi hanc controuersiam in ipsa iam mihi ἀποθυμίᾳ digressione ita exposuisse uideor, argumentisq; & testimonijs astruxisse quod intendebam & perfecisse, planum ut tibi omnibusq; non iniquis mihi fecerim, sestertios & drachmas, sestertiumq; centenarios atq; millenarios adnumerasse lectoribus, talentorum etiam uim magnam antea incognitam, meis unius ponderibus non alterius cuiusquam appendisse. hæc inquam etsi usq; adeo uera sunt, ut si inter sacrum (quod aiunt) & saxum nunc constituar, sanctissimo iureiurando affirmare non cunctãter ausim ac debeam, à nullo me unquam homine his de rebus quicquam uel fando uel legendo, uel aliàs didicisse, antequam libri de Asse nostri passim circumferri cœperunt: tamen causam haud dico quin testimonium tuum & autoritas eousq; ualeant, ut ex Asse meo circunscribatur quicquid ad eam uel defensionem uel destomachationem pertinet, atq; etiam si fieri possit ex hominum memoria eximatur. ego etiam porrò tua autoritate adductus ac suffragio, quod Leonardo Portio enixè libensq; non etiam prçcupidè præstitisti, hoc futurum spondeo (tuum enim suffragium in comitijs à me habitis centuriæ prærogatiuæ autoritatem semper habuit habebitq;) si me superstite iterum liber ex officina calcographorum exeat, me curaturum ut id de medio tollatur: sin usquam aliter inscio me factum fuerit, pronuncio, denuncio & prædico id me ut meum non agniturum, quod me damnasse semel cõtestatus sum. Possem ne ego tibi plenius, uberius, circumfluentius, officium, obsequium, piamentum deniq; exhibere, si amicitiæ iura abiecissem atq; calcassem? Age, uide quàm liberaliter tantum obsequium imputem. id ipsum quod à me magnopere mea quoq; fortasse causa contendisti: id inquam ipsum cum tua causa percupio maximè, nonnihil etiam eius uiri cui tantum te tribuere animaduerti (etenim eius causa magnum quiddam ut uelim, pro amicitiæ communione & aliàs necesse est, qui tibi scito & eleganti hominum spectatori usq; adeo se probarit) tum uerò, ita ut eueniat, interesse mea puto: idq; ita rem eam uertisse, ut passim innotescat. nollem enim (ut ingenuè fatear) extitisse tamdiu iracundæ orationis nostræ specimẽ, styliq; rapidi, &, ut nũc sentio, præcipitis. Et quidẽ amicè uir cùm raro mihi ipse placere solitus sum, tum uerò id minimè mihi cõtingit, siquando me in speculo obtueor post excandescentiam. Vide quæso æquitatem animi mei, quo magis similem tui esse gaudeas, qui solidum tibi obsequium imputare non sustineam, quod parte ex aliqua mea causa tibi exhibitum est: aut certè quod etiam in meam rem cessurum non grauatè primum tibi credidi, nunc etiam mihi persuadeo. Hic uelim autem tute cognoscas quatenus culpam ego agnoscam. In bona causa & luculento iure manus ipse tibi do: non etiam de iure meo decedo. ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην φρεσὶ λευγαλέῃσι πιθήσας ἂψ ἐθέλω ἀρέσαι, δόμεναι δ' ἀπερείσι' ἄποινα, hoc ultimum omnium, ut spero, iudicio. Quid enim maius dare possem? Id uerò ne mihi dixisse fecisseq; ex animi mei sentẽtia, fraudi sit ad uulgus, hoc quod sequitur cõtestandum esse censui. Est in sermone apud nostrates apiarios, examina ex alienis alueis exempta non temerè nec ad mellificium nec ad prouẽtum fauorum proficere solere. id quod Plinius etiam prodidit quodam loco. usq; adeo quædam sunt inter humana negocia quæ iustitiam uberiorẽ poscunt in primis iniquitatemq; respuunt. Rutã, inquit ille, furtiuã prouenire fertilius putãt, sicut apes furtiuas pessimè. Equidem scriptitandi libros edendiq; institutũ summam & fidem & probitatem exposcere censeo, si fructum diuturnum inde sperant autores. Nam ueritas Saturni filia est, ut aiunt, qui nihil incompertum tandem relinquere dicitur. Quòd si quid unquam huiuscemodi admisi, atq; alienum quippiam in quoscunq; libros meos aut commentarios transscripsi interuertendi causa, nullam nec diuinitus nec ab hominum iudicio pœnam ipse deprecor, ne grauissimã quidem mul-

ctam

A ctam huiuſcemodi recuſo protinus re comperta, ut pro nominis cõmendatione ſperata & concupita, memoria ſane ignominioſa plectar in perpetuum. De alijs ſcriptoribus iam nihil pronuncio, nihil ex hodierno die uel queror uel ſuſpicor: quandoquidem id tu mihi autor es, egoq́ mihi obſequi imperaui quod tibi uehementer cordi eſſe ſenſero. Neq́ uerò hæc adiurans ideo conteſtatus ſum, quod ſuſpicionẽ interuerſæ ſeſtertianę inuẽtionis magnopere mihi diluendã in ſenatu doctiſſimorũ hominum eſſe cenſeam, antiquitatiſq́ reconditæ in primis conſultorum. Qui ſi qua de re agitur, olim ipſe in iudicium arceſſar: quaſi ex alienis ſeſtertijs ego meum duodecies centies, quadringenties deincepsq́ adnumerando, conflauerim, cum illa magna ui omne genus talentorum, aut ad res priſcas admetiendas, ego alienum modulum uel unicum utendum clam petierim (abſit uerbo inuidia) non minus clarè benigneq́ abſolutum iri me in hac cauſa plagij ſperem, quàm olim Oreſtes Areopagi curiæ ſententia abſolutus eſt in cauſa parricidij, cum dijs duodecim diſceptatoribus cauſam ipſe dixiſſet: & ut Demoſthenis uerbis utar, ὃς δ᾽ ὥσπερ ἴσων ψήφων τυχὼν, ἀπέφυγε. Certè æquis iuxta iniquiſq́ cauſam meam me probaſſe confido. Quod uerò perdoctis tuis in uerſibus ſcripſiſti τοῖς τε παιδὸς γέμουσι τὸ ψυχαγωγοῦ, καὶ δὴ καὶ τοῦ ἐπιτηδείως καλοκἀγαθίας ὄζουσι, quos epiſtolæ tuæ appendicem feciſti conſentaneam, eiuſmodi eſt quidem illud per ſe reſpondere ut quiſpiam amicus tibi pro me poſſit illud comici peruenuſtum, οὐ γὰρ πείσεις οὐδ᾽ ἢν πείσῃς. Verum egometipſe cùm & autoritatem tuam erga me, & fidem apud omnes reputo & perpendo, illa uox inuito penè, illa inquã uox erumpit, οὐ μὴν δὴ πείσεις κἂν μὴ πείσῃς ὦ φίλη μοι κεφαλή. Et quidem ſi res eſſet iſta liberalitatis & munificentiæ, tua (ut opinor) cauſa ſuſtinerem: rem mihi chariſſimam, atq́ etiam res quaſcunq́ in delicijs à me habitas pro derelicto habere, ut is eas iure ſuo occuparet, cuius te merito (ut opinor) ſtudioſiſſimum eſſe perſpexi. Nunc uerò ea res eſt, quam mittere ego ſi uelim manu nequeam, ut non eandem liberi mei protinus iure ſuo repetant ac uindicent: quippe non mihi magis quàm familiæ quæſitam. Liberi dico? Quid ſi etiam unuſquiuis è populo? ut enim res ſacræ ſic dicatæ alienari iam ne-

B queunt. At rem eam populi eſſe intelliges, ſi legeris præfationem operis. Earum porrò rerum quæ in eo libro tractatæ ſunt inuentio digna eſt, (penè dixerim) quam propter talẽtare ſacrum ego mediocris uir ingenij uouere debuerim. Siquidem uir ſummi ingenij Pythagoras, olim hecatomben uouit propter theorematis mathematici inuentionem de trigono orthogonio ut ſcribit Athenæus. Certè ſi eam palmam donare non multarum ipſe palmarum athleta in animum inducerem, haud ſcio an fateri uiderer, non tam id εὕρημα meum quàm ἕρμαιον quoddam fuiſſe, quod inerter ac futiliter manum inijcienti cederem, amico autore aut poſtulante. Et eiuſmodi eſt εὕρημα uel ἐπινόημα potius, quod nec Lælius, ut arbitror, Scipioni, nec Oreſti Pylades uindicanti cederet. Cæterum uelim tu ita exiſtimes, tantum me tribuere amicitiæ, tum diuturnitate temporis confirmatæ, tum numeris omnibus ſuauis officij, quoad licuit & occaſio tulit, conglutinatæ, quàm qui unquam maximè atq́ conſtantiſſimè. confidoq́ te pro tua æquitate non ulterius à me officium amici exacturum, quàm quod præſtare me intelligis ſine captione mea poſſe atq́ meorum certa & luculenta. neq́ ego durus unquam exactor obſequiorum fui, quæ tibi ex animi ſententia non eſſe exiſtimarem. Quid autem tandem Budæo Budæiq́ poſteris futurum eſſet, ſi eò res euaderet ut homines dictitarent, ὡς ἀνὴρ ἔδοξεν εἶναι τἀλλότριον ἀμῶν θέρος. Proinde ſi ita tibi cordi eſt, eſto lis illa infauſta ſeſtertianæ aſſertionis in centeſimũ annum comperendinata: imò ſi ita cenſes ex actis circumſcribatur, ut ne reliquiæ quidem eius maneant, ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ᾽ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο καὶ χόλος, ὅς τ᾽ ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι, ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος, & reliqua. ne ſint etiam à me ſcripta, quæ mihi ſtomachanti exciderunt. Deniq́ licuerit tibi integra fide amicitiæ ab æmulo meo ſtare, uel iudiciali meo potius aduerſario quiduis à me ſtipulari ſine noxa potueris. Id modo recipio, ne controuerſæ rei fructum ab eo uindicari interim ſinere me iubeas, quod nec ius nec æquum eſſet: aut ne ita apud utrunq́ noſtrum tantæ palmæ uindicias eſſe cenſeas, ut apud me iniqua ſint conditione. Vide etiam atq́ etiam obſecro te, uide

inquam uir optime,ne de altero nimiopere mereri cupiendo,non rei compositę gratiam tuam facias, sed litem tuam fortasse: si iniquum ius inter nos arbitrari institeris. quod certè nunquam facies. est enim alienissimum ab ingenio tuo. Age igitur uir amice uelut quidam arbiter urbanus ac disceptator honorarius, prætorijs uerbis interdicito mihi & Leonardo, in hanc formulam aut similem aliam conceptis quæ ab æquo bono manarit. Comperendinata lite uiri amicissimi, quominus rem qua de re agitur uti antea possedistis, utrinq; bona uenia καὶ φιλαλλήλως posthac possideatis,uim fieri ueto, dolúmue malum admitti, nec precario alterum ab altero interim possidere iubeo. Id si ita tute arbiter uti dixi feceris, simul claram bonamq; existimationem ob litem scitè compositam ab omnibus tuleris quibus res ipsa innotuerit: simul ab Leonardo tuo homine ut audio iurisdicendi peritissimo, gratiam utiq; inieris bonam atq; memorabilem. Hæc ut fiant per me licebit, ne sescuncia quidem imminuta amicitia nostra. Quod si porrò etiam pergas (quod abominor) ad iniquũ urgere me obsequium, ἤδη σύγγαμον ἔχει (ut inquit idem Comicus) in transalpinam gratiam arbiter propensior. ita ille prioreis in amicitia tua fruenda non obscurè tulisse ui debitur. quod ubi persensero,tam uehemẽter me uret, quàm si riualis olim quispiam cùm amare potui per ætatem, apud amores meos parteis priores tulisset. nec tamen sic tibi iratus unquam ut opinor esse potero,ut dicam, βάλλ᾽ ἐς κόρακας, ὡς χαλεπὸν αἰ φίλοι. Vale, Calend. Sextilibus, Anno quingentesimo duodetricesimo.

Gulielmus Bud. Ioanni Budæo fratris filio s.

Literæ tuæ mihi nuper in hac urbe redditæ argumento fuerunt ac documento nauatæ à te feliciter operæ in literis disciplinę humanioris & elegantis: cũ eo quod antea nonnihil hominum sermone ea de re intellexeram. Id uerò consilium tuum ita demum mihi planè tum probaueris, si istud studium quod secundarium tibi & succisiuum esse debet, partem sibi nullam aut certè non dispendiosam uendicauerit legitimi tui studij, tibiq; à parente iniuncti: cuius gratia Italiam adijsti. id quod tu in literis tuis quasi contestabundè scribis: memor, ut opinor, eorum quæ pridem tibi scripsi. Etenim cùm ita futurum patri tuo eam ob rem subanxio & solicito recepi: tum uerò id omnino in rem tuam existimationemq; futurum est, propter expectationẽ quam inter ciues nostros excitat incolatus iste gymnasiorum transalpinorum, doctrinæ non mediocris nec translatitiæ uenditator (ut ita loquar) & institor, præut est uernacula nostra institutio & domestica. Proinde ut egregium in literis Latinis profectũ, in Græcis conatum generosum tibi gratulandum: ita hoc quoq; orandum habeo & obtestandum, ut me expromissorem industriæ tuæ & uoluntatis patri tuo oblatum, earum utiq; literarum fiducia quas ad me anno superiore scripsisti, fideiq; meæ atq; autoritatis apud eum periculo obstrictum pignore mihi precio quamlibet magno luendo, nequaquam destituas inerter aut neglectim: eademq; me tecum fraude inuoluas. Tametsi illa fraus longè te grauior quàm me manet, si ualere iam iuris studium ipse iussisti prę istius disciplinæ amœnitate. Neq; enim nescius sum quantę sint musarum illecebræ, quantaq; earum antipathia cum hoc studio iuris, post blandimenta utiq; & lautitias eloquentiæ refractario & penè auersando: ut quidem citeriorum ætatum inscitia & sordibus uenustatem priscam amisit, tractatuq; impuro obsoleuit. Verum cùm ita ferat tua ratio, ut in hoc literarum (propè dixerim) luto aliquantisper hęreas aut uerseris cum alijs permultis ingeniosis, quàm difficile & arduum est quasi è lutulenta quadam lacuna puris pedibus euadere: nimirum tam magnam laudem hæc tibi ærumna promerita fuerit, cùm domum reuersus, specimen industriæ utroq; in genere præstare institeris. erit enim magnopere cõmendabile nullo dispendio propositi tibi curriculi & exacti, honesti diuerticuli compendium inter paucos fecisse pro temporis spacio quod tibi datum fuerit, quod ipsum breue sit necesse est ut rem nuper natam uidemus: id quod à te animaduersum diligentiam tuam acuere impensius & contentionem debet. Leonardo medico insigni, mihi amico & pridem familiari

A familiari paucorum dierum usu facto, salutē uerbis meis dicito: cuius filium qui mihi literas tuas reddidit, quacunque ope operaque potero, si occasio tulerit, indolis eximiæ merito adiuuabo, quæ in colloquio adolescētis & aspectu elucet: nedum in Leonardi gratiam, cuius causa libens ipse alioquin operam in filij rebus nauare instituissem. Vale, Lugduni octauo Calend. Maias.

Budæus Beraldo Salutem.

EPistolium meum ad Cantiunculam nostrum cum tua epistola alligabis. Quod uero περὶ τῶν μισοκάλων τουτωνὶ scribis, iam audieram in aula existens. Quodam enim die superuenire mihi contigit, cum super regis prandium festiuum de ijs acroama audiretur. Aiebant enim homines deploratæ ignorantiæ, impetum cepisse concitatione populariū literas Græcas, quibus ingenioli quidam Galli ius ciuitatis & patriæ comparauerant, nō modo ultra fines Galliæ, sed etiam ultra famam exigendi. Id uero & Principis & procerū aulæ risu mirifico exceptum, in eum tandē sermonem euasit, ut aulici quidam cōcionum celebriū studiosi, conqueri ac miserari cœperint, eo iam uentum esse quorundam istorum inscitia atque rusticitate, ut sacrarum sermocinationū argumenta non ab oraculis propheticis aut ab euangelicis scriptis, sed ab liuore & inuidia certatim ducerentur hominū ineptulorum. Qui fœde corruptas mētes immemores ipsi honestatis suæque professionis proderent, & quasi simultatis & inuidiæ uomicas purulentas auribusque putidas in templis effunderent. Inde enimuero periculum nō mediocre creari uulgo, animosque bonorum & candidorum religione obstringi ueluti ob pollutas ceremonias. Quo nomine istorum absurditatem ad nos attinere iam magis arbitramur, quàm quòd cōuicium Musis fecerint & Mineruæ: cōtumelias è foro uenalium atque è triuijs mutuantes ut est eorū impudentia. Neque enim nobis utriusque linguæ studiosis & cultoribus ac pro uirili parte excultoribus, tam est ea contumelia uindicanda, qui patrocinio bonorū ipsi æquorumque defendimur, qui B permulti sunt: quàm ijs animaduertenda theologiæ professoribus aut studiosis qui bonis & faustis initijs philosophiam primam principēque disciplinam auspicati sunt. Quos certe stomachari nō dubito & magnopere uri, cum theologiæ professionem nomenque inuidia & pene infamia flagrate ištotum maledicētia uideāt & insania. Tu uero Nicolae uelim ut in tuo instituto constanter pergas, gnauius etiam atque animosius enitare doctrinā probam iamque ad uulgus plausibilem proferre in mediū. Quod si facere in animum induxeris, futurum affirmo, ut etsi dura istorum ora capitaque contundi edomarique uapulando maleque audiendo, præ impudentia pertinaci, nequeunt, eorum tamen impotens iracundia uesanaque obtrectatio elanguescat tandem (ut asso ler) & plausu populari destituta cōcidat. Verum hæc aliàs copiosius fortasse nos, & pro rei dignitate, si res ita nata fuerit. Vale Martinalibus.

Budæus Petro Seguiero Salutem.

HOdie literas tuas accepi quum in cubiculo ualetudinis gratia me continerem, quæ causa ocium mihi in præsens rescribendi præbuit. Ne igitur magnopere te conturbet illa interpretis Aureliensis dissensio ab ijs quæ de prouinciæ significatione diximus, hoc à me habeto, Opusculum illud Annotationum ita me in publicum edidisse, ut Apelles olim pictor illustris tabulas proposuisse dicitur: unicuique scilicet ut liceret cēsere de eo quicquid uellet. non etiā ut stylum uertere statuerim, ut quisque uel imperitus uel pertinacior quippiam reprehenderet. Sutoribus inspectionem ad crepidam usque (quod aiūt) æquo animo permisi, earumque rerum arbitratum, quæ suæ sunt cognitionis: quale est illud fortasse quod ex sententia Ioannis Fabri iuris interpretis clarissimi ac nostratis, professor ille uester de prouincijs nostris, id est Francicis & hodiernis censuit: ut idem ius statuere in ijs iudicantes hodie debeant inter nostri moris prouinciales, quod Iustinianus Augustus de antiquis illis sanxit: ut prouincialem ego meum appellare te possim, non etiam hominem qui Syluanecti

aut Lugduni habitet. Id quod ego tamen non ſentio, ſi quid modo iudicij mei eſſe ſinunt iſti, qui literarũ bonarum peritos quaſi homines profanos à ſacris ſuis arcent, homines ſcilicet aduerſa Minerua nati: quibus nihil niſi inſulſum ſapit: imò uerò infeliciter conſtantes, qui in ſuſcepto errore intabeſcere atq; immori obſtinauerint: cũ hodie permulti naturæ benignioris homines in iuris diſceptationibus admittere in conſeſſum literarum lautitiam diſciplinasq; elegantiores non grauentur: quod quidem ſine captione recepti iuris conſtitutæq; autoritatis iuriſprudentum fiat. Ego & ſi meminiſſe mihi uideor hominum illud genus ignorantiæ incoctum in qua inueterauit, & deploratæ ruſticitatis patronum, ex albo iudicum meorum reieciſſe: quum eis approbare cauſam ueteris atq; germanæ intelligentiæ rerum uerborumq; deſperarem: tamen de prouinciæ ſignificatione ad Vlpianũ eos reijciam, & deinde ad Plinium: cuius teſtimoniũ ab ijs refutari iure nequit, qui ne de facie quidem librũ ipſum nouerunt. Vlpiani autoritas eſt plana & in medio expoſita unicuiq; eorũ adire titutum uolenti de officio Proconſulis, in lege Obſeruare, ubi Aſiam, prouinciã unam facit, quæ regni magni inſtar erat. Plinij locus eſt ei (ut opinor) inacceſſus, qui fabriliter magis quàm diſertè aut ulpianicè de uerborum ſignificatione ſententiam nunc dixerit, ſi in conſeſſu uenerandæ cuiuſpiam curiæ ſententiam rogetur. Verum ut ad rem ueniam, Plinius libro ſexto, Regna, inquit, Parthorũ duodeuiginti ſunt omnia. ita enim diuidunt prouincias circa duo maria, Rubrum à meridie: Hircanum à Septentrione. ex ijs undecim quæ ſuperiora dicuntur, incipiunt à confinio Armeniæ Caſpijsq; littoribus, pertinent ad Scythas, cum quibus ex æquo uiuunt: reliqua ſeptem inferiora dicuntur. Plinius regnum & prouinciam pro eodem accipiendũ cenſet cum Vlpiano: qui & ipſe regnum Attali, id eſt Aſiam minorem, prouinciã unam eſſe dixit. Sed id Aurelienſi illi non placet: qui prouinciæ fines ex Fabri ſententia ad præfecturas aut ſingulas iuriſdictiones contraxit. Et ipſe ſi ſententiam roger in quibus conſeſſibus pro poteſtate cenſere nunc mihi licet, id eſt in ſumma quaq; curia, non dubitem Aquitaniam & Normaniam & Burgundias ambas prouincias appellare: ſicq; prouinciæ ſignificationem in lege Iuſtiniani hodie intelligendã. Vale, & perge ut cœpiſti propinquorum de te expectationẽ, meum autem amici iudicium & fautoris in dies excitare atq; augere. Pariſijs iij. Calend. Maias.

Budæus Oliuario à Lugduno s.

NOn mediocri nuper lætitia affectus ſum Oliuari doctiſſime, cùm audiſſem gymnaſium iſtud tuum ita te formare conſtituereq; cœpiſſe, præclaris ut inſtitutis ordinatum, claritati nominis famæq; breui reſponſurum ſit. Scholæ enim huius urbis clariſſimæ atque principis exemplum non dubitabam ſcholas alias confeſtim ſecuturas. Quæ quum ipſa architecto te diſciplinę puerilis rationem informare optimam inſtituiſſet, fore uidebam ut literis elegantioribus paucis annis ſuum reſtitueretur decus, quod craſſa ac rudi multarum ætatum inſtitutione prorſus exoleuerat. non quin ſuperiora ſecula ingeniorum fœcũdiſſima iudiciorumq; fuerint, eloquentiæ quoq; nomen ipſum ſuſpexerint, uenerationiq; habuerint, ſed quòd nec faciem eius nouerint, nec uocem agnouerint: quippe tunc intermortuæ, atque in forulis conditæ iam ſquallidis, ac longo ſitu obductis. Quare doctrinæ rectæ eruditionisq; ueræ maieſtati, tanquam ſummo cuidam honori infelici tempore inſignia: ſic deerant ornamenta elocutioni illuſtriaq; lumina, ſine quibus nullius ſcientiæ liberalis profeſſio ſpecimen ſui clarũ edere ualet. Sola enim hæc facultas ſuum colorẽ rebus dare: ſola aſſenſum hominum conciliare homini amplè dicenti ac magnificè poteſt. Eſt'que dictionis emendatæ & elegantis lepôs in uniuerſum, ueluti inſtitor quidam artium liberalium gratioſus apud omnes, autoritatisq; conciliator: ſine cuius apparatu inſtrumentoq; nulla cõmemoratio, nulla diſſerendi facultas, nulla ſcriptio ſatis uendibilis eſt. nulla ſeſe commendare ſcientia illuſtrareq; poteſt: tametſi eſt ferè unũquodq; theorema undecũq; manarit, quãta eſt ipſum facũdia conſtitutũ & aſtructum. Qua ratione maximè academica placita principatũ philoſophiæ obtinuerunt

primæ

A primæ claſſis prærogatiua. Eloquentiæ autem rudimenta cùm in ludis diſcantur lite rarijs, quales intra ambitum præfecturæ tuæ multi ſunt, officij mei eſſe duxi, præſertim pro amicitia quæ inter nos intercedit, ad id te decus promerendum hortari & acuere, ad quod tua te ſponte incitatum eſſe non dubitabam quaſiq; exploratum habebam. Verum ad conſtituendam ordinandamq; ſcholarũ diſciplinam, cuius tu præ ſcriptor eris, permagni intereſt, qui poetæ, qui oratores, qui hiſtorici legendi magiſtris dentur: in primisq; qui grammatici autores. Qua de re, quoniam memini haud ita pridem me rogatum ut commune cenſerem, hic dicam quod ſentio. Equidem antiquiſſimum quemq; ſcriptorem poematis ac proſæ orationis prælegendum eſſe arbitror. quoſdam etiam bona ex parte ediſcendos: eorum quidem certè qui nullo iam æuo poſſunt uetuſteſcere. Quod tamẽ ſine captione diſcipulorum fiat. nam illud exceptum eſſe uelim, niſi ætatulæ reuerentia obſcœniores uel locos uel autores legere aut interpretari uetuerit. Literaturæ ſcriptores & pueris & adoleſcentulis noſtræ uel patrum memoriæ, quominus tradantur non interdixerim: ij quidem certè qui & elegantius & rectius uberiusq; artis præcepta ſcripſerunt, quales τεχνολόγους Græci uocant. quoad iam tyrocinio exuto, & ſine cortice (ut dicitur) iam natantes pueri ad Priſcianum aliosq; eius notæ tranſeant, omiſſis ac reiectis illis obſcuriorum ætatum autoribus, quos craſſioris Mineruæ ſecula ut edidere ſic pertulerunt: noſtra hæc ætas, quæ in mediam fermè inſtaurationem doctrinæ priſcæ aut amplius incurrit, digna eſt omnino quæ frugibus à ſe cultis aut repaſtinatis frui debeat. quo mihi minus probabiliter facere uidentur ij, qui glandibus paternis baccisq; horridulis acquieſcentes, mutari quicquam uetant eorum quæ maiores conſtituerunt. Neq; enim ut leges quæq; antiquiſſimæ, optimæ eſſe dicuntur: ita & fruges. & ætas quædam commendat, quædam etiam deteriora facit. quanquam ſi æuo nititur autoritas doctrinæ, & in eo cauſæ firmamentum ipſi ponunt: uicimus hanc controuerſiam. nos enim eam diſciplinam laudamus maximè, quę antiquiſſimam refert maximè puritatem. Antiquitatem autem à Marco Tullio repetendam cenſemus: ne ſi altius autoritas repetatur,
B ad exoletam dictionem iamq; ſordentem retroagamur. Ac cum literatoris, quem illi γραμματιστὴν dicunt, primum ſit munus & officium elementa docere emendatæ orationis, puerili aq; ingenia in cunabulis grammaticæ nutricari, hac noſtra ſuperioreq; memoria extiterunt docti ac diligentes uiri: non modo qui huiuſmodi doctrinæ primordia ſtylo exequerentur, ſed qui omnes partes grammaticæ profeſſionis feliciter complexi ſint, ex quibus lectio emendata ſequitur, poetarumq; & oratorum enarratio: quorum æmulatio uenuſtam & elegantem elocutionem parit, qui finis eſt huius ſtudij. Proinde cùm dicendi facultas magno hodierno tempore ſtudio expetatur, huius artis utiq; diſcipulis uia & ratione opus eſt, non qualibet, ſed compendioſiſſima atq; cõmodiſſima. Quam uiam cum maiorib. noſtris inire non cõtigerit, infelicitate temporum: obſoletæ iam eſſe mihi ſimplicitatis uidetur, impreſſis ab ipſis orbitis per aſpera, inculta, inuiaq; hærendũ eſſe credere certo cum diſpendio temporis. neq; uerò rerum nouarum crimen inuidiamq; uereri homines rerum periti debent, quibus perſpicuè protinusq; omnium iudicio conſtatuta eſt innouati inſtituti ratio. Vale.

Gulielmus Budæus Iacobo Sadoleto Antiſtiti Carpentoractenſi Salutem.

HOdierno die quum in aula pomeridianam apparaturam facerem, id quod iam raro ſoleo: iterum Menerium Conſiliariũ regium allocutus ſum, qui mihi paucos ante dies epiſtolam tuam obuiam reddiderat itidem in aulam eunti: uirum & elegantia morum & literarum amore præditum, quantum quidem ex oris eius dignitate comiq; facundia iudicare in tranſitu potui. Is cùm mihi hodie percontanti obuiam etiam reſpondiſſet propediem ſe abiturum, id eſt ſimulac commeatum ab aula ipſe cum collega impetraſſet, uereri cœpi ne ſine literis meis iſtac domum reuerteretur. Quare cùm regium comitatum triduo hinc ad duodecimum lapidem ſtatiua moturum audiſſem, ueſperi domum reuerſus antiquius nihil habui quàm ut li-

teris tuis confestim rescriberem: etsi tum uacuũ animũ minimè ipse habebã, officijsq́;
uoluptarijs dedentem se & feriatum. aulicum autem negocium susceperam uel rece
peram potius, quo me exoluere magnopere cupiebam, priusꝗ hinc comitatus mo-
ueret: cuius numerum ipse augere triennio iam desii, nisi cùm ad nos aula cum Rege
se cõtulit. hoc enim & ætas mea poscere mihi uidetur, & rei familiaris ratio, & (quod
præcipuum est) Philologiæ contubernium. quam non minus iam ipsam ꝗ olim de-
pereo. Eam autem cum annos aliquot cubiculo uiatorio assuefacere conatus essem,
diarijq́; domicilij atq; palabundi sociam & consortem asciscere, ubi nequicꝗ conten
dere me sensi, operamq́; ludere, deniq; posteaquam intellexi meorũ me amorum de-
siderium sine noxa diutius non laturum, amori tandem cessi. & quacum ipsa bonam
ætatis partem sine dissidio egeram, senectutem iam cœptam ei deuouendam censui.
Hominis enim malè de se meriti esse arbitratus sum, cum genio suo hac ætate bellige-
rare. Meum uerò genium, ita cum illa ante dicta literarum cupiditate obstrictum, &
Minerua, ut spero, auspice desponsum memineram & copulatum, ut sine scelere iam
diuellere uitæ societatem nequirẽ. Lustrationis etiam indigere me expiationisq́; pu-
tabam, quod tamdiu ab Ægeria mea secubuissem, quasiq́; Circeis poculis aliorsum
pellectus, aliquantisper porroq́; emãsissem. At uerò hominem te Musis fauentib. ex
utero matris editum, in incunabilis facundiæ lactatum, urbis alumnum parentis elo-
quentiæ, deniq; in ludo institutum illius magistræ humanitatis atq; elegantiæ (Sic e-
nim urbs Roma caput Latij appellanda est) te inquam Latinarum Athenarum disci-
pulum, libertati plenissimæ ocioq́; constanti semel redditum esse, in parte raræ admo
dum felicitatis & propè beatissimæ ponendum est: præsertim post tot annos in splen
dida quidem illa, sed tamẽ obnoxia uitæ conditione traductos. Verũ istius ocij amœ
nitatem cùm in eximij ingenij cultum dicare & occupare, nõ in oblectamenta genij
(ut literæ tuæ significanr) uertere & impendere tute institueris & uerò iam cœperis,
non tibi soli id ego gratulandum, uerum cõmuni literis nunc lautioribus hominum
incumbentium habeo, quiq́; olim incubuerint: quorum laborem & contentionem
præclaris monumentis istius ingenij nimirũ ipse alleuaris facilè & acueris. Siquidem
ille deus seruatorq́; noster qui te appetenti iam cladi imminentiq́; præripuit, & tanꝗ
gliscenti incendio subduxit, annos tibi uitæ porrò etiam (ut credibile & optandum
est) propagauerit. Sic enim fiet ut oppidum istud illustre ad posteritatem euadat atq;
memorabile: quod tu ut sanctissimi coniugij thalamum domiciliumq́; sacerdotij pri
marij sortitus es, sic musarum diuersorium breui philosophiæq́; tranquillissimæ fece-
ris. Mihi uerò non uxor, non liberi satis multi, non publica, non familiaria munera, di
spensationisq́; domesticæ occupatio, postremo non ætas grauedine affecta, quæ se-
nio anteuertit, id adhuc expresserunt adnumerari inter emeritos ut me sinerem, aut
aliàs quouis modo causarios atq; immunes. Tametsi ut uerũ fatear, ad ueteranorum
commoda aspirare iamiam meditor. sed quando id gratuito sperare mihi non licet (à
me enim nostri homines operas alias atq; alias quasi menstrua quædam atq; annua
exigunt, ad modum sui desiderij, non ad nostrarum facultatum præstationes nobis
iniungentes) opera mihi adhuc una nauanda est, non contemnendæ industriæ neq;
translatitiæ. quæ nobis futura est utiq; tanquam huius curriculi clausula. Quod satis
diu decucurrimus, quoddamq́; adeò preciũ flagitatæ uacationis post stipendia satis
multa, si non emerita, certè peracta. Tametsi uir amice non ideo hæc dico, quod li-
teris hisce salutem dicturus sim, quas tute mihi uidere denuo quasiq́; ab integro ca-
pessisse: aut tanꝗ inerter ipse sim euagaturus procul ijs præsidijs in quibus ego deco
ra inter honoratos promereri magnopere conatus sum, in quibusq́; præcipua uitæ
subsidia collocanda esse duxi: uerũ necessitatem operis faciundi, uigiliarumq́; obeun
darum assiduitatem grauari iam cœpi, ex quo extremũ uitæ actum, quem nunc ago,
cõmentationi mortalitatis præcipuè dicandam esse recordari mihi subit: dum prima
& recta senectus, dum superest Lachesi quod torqueat. Ita non tam cessare constitui
supineq́; ociari, ꝗ uacatione liberali acquiescere ab statiuis nõ abnoctãte: cuius uaca
tiõis adeptio ac fructus, senectutis erit nutricatio, & ut Græci dicũt, γηροβόσκημα. Verũ
ꝗ fortè fortuna cõtigit, ut urbis clarissimæ direptio ꝑfectionẽ inde tuã subsecura sit,
proui-

A prouidentiæ id muneris atque benignitatis fuit, quæ te uxori (ut ita dicam) mysticæ familiæque herili atriensem seruatum atque incolumem uoluit. Quod autem saluo corpore, non impedimẽtis modo, sed uasis prope dixerim sacris exutus es, id est bibliotheca & uaria & copiosa mulctatus, id uerò est eiusce modi ut uiri quamlibet fortis animum pepulisse non mediocriter credi possit: sed scilicet id incõmodi damnique, communis ac latè patẽtis calamitatis ratio tibi attulit. Quod tuus iste animus æquus (nisi fallor) commodusque interpres, accidisse existimat nõ incommodissimè. nimirum ne si ex tanto incendio intactus usquequaque integerque euaderes, ne leui quidem afflatus aut scintilla aut flãma, inuidia utique Adrastiæ postea tu flagrares, quæ acerbiore quodam casu luculentioreque dispendio fortasse expiaretur. Quòd librorum meorũ Græcorum indicem mitti ad te postulas, ea de causa quam in literis tuis ascripsisti, rubore me suffusum esse scito: quippe qui nullos alios libros duntaxat memorãdos habeam, præter eos qui in chalcotyporum officinis hactenus passim peruagati sunt, ne huiuscemodi quidem omnes. manu scriptos satis multos olim domi habui, sed depositos & creditos. quare contentus eris inopiæ excusatione pro indice quem postulabas. Vale, Præsul doctissime. Parisiis duodecimo Cal. Ianuar.

Gulielmus Budæus Georgio Armigniaco S.

HEri literas tuas accepi, quibus confestim ut opinor, respondissem, si non domi meæ potius quàm mihi redditæ essent. Nam qui eas attulit Gillius, quum super prandium meum uenisset, simul ut sensit me mensæ operam dare, è domo se proripuit. Neque enim quod summo studio expetisse te ais, à meque uideris contendere, in animum ut inducam tecum coire amicitiam, literisque pacisci, rem esse diuturnæ & accuratæ consultationis censeo, ut in diem longiusculam sponsio prolatanda sit. ac tametsi iam diutule comitatum Regis augere, præstoque iis esse desii ut solebam, qui anxiè istic & religiosè coluntur ob beneficentiam ac secundum deum proximè: tamen
B iis te esse moribus præditum & ingenio, tum oculis tum fama cognoui, tuam ut ultrò amicitiam exoptare debuerim, eiusque quærendæ occasionẽ, si qua mihi daretur, capere ac retinere: tametsi alioqui gratiarũ aulicarũ procus nec strenuus nec peruigil: ætas etiam iam uergens & uitæ meæ institutũ receptui canere haud ita pridem mihi uisa sunt. qui non (ut magna pars hominũ) obsurdescere ad huiuscemodi hortamentum statui. Verum quod amicitiæ ineundæ illecebram in literis tuis addidisti, sanè ingenuam, & moribus tuis congruam, gratiam tibi habeo. quanquam id quod tua comitate polliceris, stipulari à te magis in diem, aut in hæc uerba concipere, si res ita fortè olim nata fuerit, in animum induxerim: quam mihi nunc repræsentari uelim. Mihi enim iam domi est animus in studio acquiescẽs potius quàm in ocio. Sed mihi sunt liberi unus aut alter breui ex umbra atque ex schola in publicum prodituri, quos alii adhuc pueri ut spero subsequentur, si me uita illosque interim nõ defecerit. eorum causa, expensa libentius mihi ferri ab amicis beneficia & obsequia, quàm mea ipse gratia cõcupierim: cui emerita istius militiæ stipendia planè iam esse sentio ut dixi & gratulor. At uerò quod in epistola tua Gillium nostrum quodam loco scripsisti, scire aueo quo pertineat. Etenim si Gillius tibi sese iam cultu atque obseruantia probauit, doctrinæ elegantia conditis & honestatis: est quod eo nomine literis nitidiorib. primum, deinde homini ipsi gratuler: cuius conditionem nõ mediocrem utraque lingua perspexi ac probaui. Cæterum Gillium malim ut nostrum quàm tuum appellaueris, quando me riualem in eius amore posthac habiturus es: non aliam magis ob causam, quàm quod de literis, id est de meis deliciis, egregiè, ut uideo, meretur indies magis atque magis. Proinde hoc à te uicissim contenderim, ut pactæ iam tua meaque epistola amicitiæ hoc quoque appacisceamur, Vt Gillius posthac me apud te admonitore, te benefico & ornatore utatur. ac sicubi opus fuerit, etiam commendatore. Vale iam uir amice, & me tua causa omnia, quæ poscit amicitia huiuscemodi, facturum existima. Parisiis IX. Cal. Iul.

Guliel-

Gulielmus Budæus Georg. Armigniaco S. c

ALteræ tuæ literę Georgi humanissime priorum è uestigio assectę, indices mihi fuerunt cùm eruditionis tuæ liberalis iam & expromptæ, tum uerò ingenij im pigri & strenui: unde coniecturam ipse libens facio, ad quam uberem frugem tute olim, ac etiam breui perueuturus sis, si obsecundare proferenti sese naturę cum aliquo laboris adminiculo, semel & bona, ut dicitur, fide constitueris: non ut aulæ alumni ferè solent, quibus abundè est ipsis, si literarum elegantium elementa & rudimenta quoquomodo edidicerint, inde ut decantare memoranda quædam dicta, aut ciere tantum scriptorum nomina possint, plausum sic inter homines illiteratos captando quasi inter asellos simiolæ. quorum hominum uiramice dissimilem esse te uelim, ut ad doctrinam comparandam complectendamq; toto corpore ulnisq; totis incumbas. sic enim generosus iste animus ad uirtutem informabitur, ad easq; res consectandas & expetendas, quæ ad summum bonum pertinent, non ad ea quæ opinione tantùm bona sunt. Isti autem doctrinæ opinionem inani specie præferẽtes, cum eo quod diu fallere nequeunt imposturamq; factitare, præsertim hac ætate, in arrogantiam quoq; tandem euadunt literarum ignoratione deteriorem: quippe quæ & animi & morum corruptrix est, & uerę germanęq; eruditionis inimica & obtrectatrix. Tuam uerò istam uoluntatem egregiam amicisq; tuis plaudendam mihi in dies ipsi magis doctisq; uiris ac bonis probaueris, primum si in retinendo atq; auctorando tibi bene ficentia & comitate Gillio specimen ac documentum dederis. certè quidem hoc facto (nisi longè me fefellit opinio in homine cognoscendo) cùm bene & commodè operam beneficiumq; collocaueris, tum ab hominum studiosissimorum nationis atque doctissimorum gratiam inieris, non obscuram futuram deinde, si eius opera, industria, assiduitate in utriusq; linguę literis condiscendis uti nec parcè nec uerecundè memineris: ne nimium indulgere me homini putes. Hoc autem nec ad uitam in isto honestæ ambitionis curriculo traducendam, honorificentius quippiam, nec ad natalium tuorum imagines denuo expoliendas, splendidius, nec ad posteritatis memoriam illustrius, cuius te ut par est cupidum esse censeo, instituere tute potes, omniq; animi contentione suscipere: addam etiam si placet, ad nobilissimæ reginæ, lectissimæ fœminæ comitatum cohonestandum & exornandum. Cuius regia & familia amplæ & magnificæ uirorum quædam insignia postulare multis nunc uidentur, & fortasse desiderare. Verum ad huiuscemodi argumẽtum me delapsum esse sentio, quod longè amplius est huius epistolæ captu, quam ipsam perfungendi officij gratia potius ad te scripsi, ac ne te fraudare expectatione tua uiderer, id est uicissitudine scri bendi, literisq; tuis suauissimis ac prouocatricibus cedere: quàm quod aut scribendi uoluptate tenerer, aut ocio fruerer. eram enim hodie cum literas accepi inter curas domesticas publicasq; aliquantulum, atq; inter ocium literarium ita districtus (quod mihi ipsi ferè semper, nunc etiam solito amplius instar summi negocij est) ua cuam ut mentem ne tantisper quidem accommodare literis scribendis potuerim, dũtaxat nec ægrè nec incommodè. Accedit quod animus noster in corpore iampridem à principatu sui laborante nunc eo amplius senectutem sentiente, non perinde alacriter impartire in multa & uaria intentionẽ suam potest. quare ut ad munia illum sua atq; ordinaria dimittam, salutem tibi dicam. Vale, Parisiis Cal. Iulij.

Budæus Burensi Salutem.

NImirum te esse hominem oportet beneficio dignissimum, qui grati animi testationem epistola non minus eleganti quàm benigna penes me esse uolueris: dignam uix ob causam quæ commemorari debeat. Quod humanitatis officium nõ satis ipse esse censuisti, nisi etiam munere non translatitio cumularetur. id uerò existimatione mea eiusmodi est, elegantis ut loco beneficij cuiusdam acceptum à me tibi referendum sit: nedum ut agnito à te bona fide nomini expungendo par esse iudicari debeat. Quapropter illam tibi operam obiter à me nauatam inter aulica obeunda munia

A munia, causa est omnino cur inter collocatas bene ac feliciter adnumerem: quę cum ad me ipsa fœnerato redijt, tum etiam amicum mihi hominem antea pene incognitum honesta occasione notum fecit: ingenuè sese indicante ac proferente humanitate tua, id quod nollem ipsum tamdiu te ut faceres esse cunctatum, cũ magnopere cuperes. Etenim literati egregie hominis moribus in magistratuq́ constituti conuenire non uidetur uerecundiæ tam diu indulgere, præsertim cum tu animi mei naturam si minus ex fama, certe è scriptis meis spectatam satis habere potueris: ἀκηκοὼς μέντοι ὑπὸ τῶν ἀξιόχρεω τῶν σοι γνωρίμων τ' ἀνδρῶν καὶ οἰκείως διακειμένων, ὡς οὐ μετρίως σὺ ἐν τοῖς τῶν ἑλλήνων λόγοις τυγχάνεις πεπαιδευμένος, καὶ χαρισαμένον σοι ἔσεσθαι ἡγησάμην, ἐὰν τὰ μὲν ταῦτα τῇ δὲ τῇ ἐπιστολῇ ἑλληνιστὶ συγγράφω. σὺ μὲν οὖν ὠγαθὲ οὕτω διακεῖσθαι τὰ πρὸς ἐμὲ φῄς, ὥστ' ἐκ πολλοῦ ἔφθης ἐφιέμενος τοῦ, ἐν τοῖς οἰκείως τι ἡμῖν καὶ προσφιλῶς χρωμένοις ἐξετάζεσθαι. ἡμεῖς δ' αὖ πολλῶν ἂν τιμησαίμεθα τῆς φιλίας τοιούτων. εἰ δύο ἔτι τηλικούτους φίλους ἡμῖν προσεπικτᾶσθαί δοθείη. ἐμοί τοι τοῦτο γε φιλίας τῆσδε ἡ ἀρχὴ, ὁμολογουμένη σοί τε καὶ ἐμοί ἐστι. σὺ γάρ τοι χάριν πολλὴν εἰδέναι μοι δοκεῖς τι καὶ ὁμολογεῖς εὐεργεσίας, ὥς φῄς, οὐ τῆς τυχούσης. ἡμεῖς δὲ τὸ δῶρόν τι τὸ σὸν καὶ τὴν ἐπιστολὴν οὕτως ἐνεδεξάμεθα εὐγνωμόνως, ὡς ὑπ' ἀνθρώπου φιλίας ὑπάρξαι προθυμουμένου, καὶ δὴ καὶ εἰς εὔνοιαν ἡμᾶς προκαλουμένου, οὐ συνειδότος γε ἡμῖν αὐτοῖς τηλικοῦτό τι εἰργασμένοις. τοιγάρτοι οὕτω τὸ πρᾶγμα ἐστὶ εὐμαρῶς χωρῆσαι δοκεῖ εἰς τὸ ἴσον, ὡς ἑκάτερον ἡμῶν θατέρῳ εὐεργετήσαντα εἰπεῖν αὖ καὶ ὁμολογῆσαι ὑφ' ἑτέρου εὖ πεπονθέναι. Vale Parisiis sex. Idus Ianuarij.

Budæus Thomæ Moro s.

NOn sum nescius uir doctissime regijs te publicisq́ in rebus, & muneris fungendi necessitate affixum esse, & dignitatis retinendæ nexu autoritatisq́ complectendæ obstrictum, ut tuo nõ nisi magno incommodo, aut maiore cum molestia, uel digitum, quod aiunt, transgredi à tua statione possis, ad amœnioraq́ officia ut pridẽ liberalioraq́ descendere. Hæc enim duo genera, uel has duas uitæ partes, quanto difficultatis aut molestiæ interstitio natura diremerit: uel quàm inter se ut dissideant, nõ natura sed moribus comparatum sit, & plane in diuersum uergant, experimento didici, cum eas inter se sociare ipse cuperem & coniungere. Nam aliquandiu ita me cõparaueram, ut ἅμα τῷ πολυπραγμονεῖν τὰ πρὸς τὴν φιλοτιμίαν ταύτην τὴν τῆς πολιτείας αἱρουμένῳ, suaue illud mihi semper & mellitum τῆς φιλολογίας προσοίμιλημα, ὅπη τύχοι, usurpare posse non diffiderem. Verum experienti non perinde cedere conatus ostendit ut sperauerã, non magis quàm si δουλείαν δουλεύων τὴν γεγονομένην, ἐλευθεριάσαι μεταξὺ ἐγχειροίην, ἢ σχολάζειν καὶ ἀτρεμεῖν πολλῶν μοι τῶν ἐνοχλούντων. Verum cum te memorẽ nihilo seciusesse amicitiæ nostræ ex hominum commemoratione arbitrer, qui redeuntes istinc salutes multas à te mihi dictitant (quas ex eorum asseueratione atq; ex tuo ingenio iudico nec ambitiosas esse, nec fuco aulicæ comitatis oblitas) officij mei esse duxi ipsam amicitiam nostram iam apud nostros celebrem, hoc epistolio confirmare, ne dicam instaurare labantem aut exuscitare intermortuam. Intra quod epistolium quamlibet breue, uelim ut existimes salutem mihi sæpenumero à te mandatam, cum fœnore refusam. Vale uir amicissime, bonorumq́ amantissime. Parisiis. vij. Cal. Iulias.

G. Budæus Thomæ Moro Salutem.

AMicitiam nostram sane auspicato bonaq́ fide contractam esse oportet, More suauissime, atq; animorum nostrorum naturali illo consensu, quã συμπάθειαν uocant, quasi glutino quodam coniunctam tenacissimo: quippe quæ tanto interuallo ne tantulum quidem dissuta sit, postquam mutuo scriptitandi consuetudinem intermisimus. Neq; uerò proposito & consulto id factum est, ne inerti quidem ac dissoluta amicitiæ atq; officij obliuione: uerum ut sunt in uitæ agendæ partibus institutarũ rerum cogitationumq́ uices aliæ atq; aliæ: mentes utriq; nostræ huc illucq́ auocatæ, in huius officij haud immemori immunitate aliquantisper acquieuerunt, cũ interim ne scrupulum quidem amicitiæ nostræ deteri pari ut spero conscientia cõfideremus. Eundem uerò esse te semper, nec in Circeia ista officina aulicoq́ diuersorio mutatũ

esse,nec uerò honorum accessione fortunarumq́ augmẽtis animos insolenter sustu- C
lisse,literæ tuæ argumento sunt plenoq́ documento:in quibus iucunda illa simplici
tas,probitaq́ lepôs ingenij plane cõspicua sunt,iamdiu alioqui mihi animaduersa atq́
perspecta:quibus etiam consentaneam comitatem in congressu , in sermone familia
ri , in omni deniq́ functione atq́ officio cum retinuisse hactenus te audiam : mirari
iam desinam in tantam te opinionem probitatis commendationemq́ uenisse apud
nostros,qui istic uel Legati fuerunt uel alias aliquamdiu immorati.Robertetũ quod
scribis nõ mediocribus obsequijs officiorumq́ exhibitione de tuis amicis causa tua
meritum,magnopere mihi gratum est atq́ iucundum:sum enim illi familiæ in aulico
commercio sine fuco coniunctissimus , non tam meo quàm hominis ipsius merito:
qui cum morum elegantia summaq́ fide prædictus sit(quod coruo candido rarius est
in hoc uersipellium hominum conuenticulo , in quo ille per omnes ætates mire au-
ctus est secundis hominum uotis lætisq́ omnibus)tum uerò aulicarum rerum publi
ce priuatimq́ callentissimus esse creditur,non sibi magis quàm alijs quos dignos es-
se censet.Cum igitur tu illi externus sis amicus,si quod ille de me & consilio & suffra
gatione magnopere & feliciter hactenus meritus est,id ad te amicitię iure pertinere,
tum ipse,tum eius liberi , tũ is qui tibi literas meas iam alteras reddidit intellexerint:
magnam à me gratiam inieueris speciosa occasione. Quis enim illud nescit, τὰ τῶν φί-
λων κοινὰ noua esse?ætate autem mihi ingrauescente,ac ualetudine iam infirmiore,cũ
ut hospes idẽtidem esse possim:simul animi mei amoribus ac delicijs domum me re
uocantibus,χαίρειν ἐᾶν ἔγωγε τὴν τῆς αὐλῆς ὁμιλίαν διέγνωκα. οὐ μέντοι πω διαῤῥήδην τι καὶ καθάπαξ
ἀφεῖσθαί με τῆς λειτουργίας ταύτης ἀξιῶ. παραφάσεις δὲ προφασιζόμενος ὅτι ἂν παρείκῃ τὰς εὐπροφασί-
στως.Commeatus temperarios per occasiones impetro , ut qui nondum plane causa-
rius sim:at uerò absenti mihi gerere negocium ille uir optimus ac conficere haud æ-
gre potest:id quod memorabili documento opportunoq́ haud ita pridem ostendit.
Quod de colloquio Regis nostri & illustrissimi Legati Eboracensium scribis,nõ in
telligo quid sit,quod quidem ad me pertinet:neq́ quem librũ nuper edidisse me me
morabilẽ Rex dixerit. Anno superiore ad Annotationes Pandectarias aliquot qua D
terniones addidi defungendi gratia,quos ad te mitto , cum libellis duobus è Græco
sermone uersis:non quod dignam rem duxerim,sed ne nihil me misisse in hac occa-
sione indignarere:& hæc minora sunt,quàm ut eorum nomen trans mare audiri de-
buerit:certe quidem indigna quæ ad aures Legati illustrissimi euaserint.Cuius de in
genio,solertia,& prudentia,mira dictu & commemoranda apud nostros fama pro-
didit,in administrandis rebus publicis,in dirimendis principum controuersijs,in cõ
glutinandis Regum animis:unus ut ipse treis Themistocles æquare ingenij acrimo
nia possit:nec plus Carneades ille nominatissimus disserendo potuerit ac disceptan
do in umbra scholastica,quàm iste in rerum gerẽdarum campo,atq́ in sole regię ue-
stræ,& ubiq́ locorum solet.Nec uerò minus commẽdationis inter homines nostræ
sortis meretur,gymnasium nobile ab eo institutum ut fertur opimisq́ redditibus cer
tissimisq́ fundatum : dignum omnino conditorium in quo tanti animi exuuiæ per-
petuo asseruentur. Vale.Parisiis Cal.Septemb.

G.Budæus An.Alciato Sal.

Videor iam fortasse tibi in mora esse Alciate doctissime,qui tertio Nonas Iulias
isthinc ad me scripseris : unde literas intra quartum diem ego aut quintum ac-
cipere,& tu hinc uicissim à nobis potuisti . Quare uelim nescius ut ne sis tuas me nõ
ante octauum abhinc diem aut summum decimum habuisse,quas reddendas in ma-
num mihi curauit alter Prætorij iuridicorum,quibus mandata est à Principe sub præ
fecto iurisdictio:Russus ut opinor appellatur: qui filium suum auditorem nũc tuum
tibi plurimum commendatum cupit:quod facturum me promisi enixis ab eo preci-
bus exoratus:est enim mihi iamdiu satis familiariter notus , & doctrinam ipse tuam
magnifice cum permultis nostratium admiratur. Velim autem ita tute existimes,ho
minem esse neminẽ hodie studiorũ mihi societate cum amicitia coniunctũ, cui ego
magis

A magis satisfactum uelim, si quid operam meam roges, aut officij præstationem à me expectes. Id quod ideo testatum oportuit, quoniam literæ tuæ grauem quandam & probam comitatem cum doctrina singulari præferunt, nec magis ciuili quàm urbana. Quæ binæ illecebræ beneuolentiæ hominum, ita te ad uulgus atq; ordines produxerunt, ut gratiarum commendatione instructæ quoquo gẽtium libitum tibi fuerit, conferre te posse plausibiliter uideare. Quare sic tecum libens agam, si possim, ut similis comitatis ac beneuolentis animi exhibitione respondeam, non illa ueteratoria atq; impostrice theatraliq; exhibitione officij, cuius ego simulacrum in aula quotidie toruis oculis intortisq; aspicio: nam eiuscemodi urbanitas, ambitiosaq; officiositas, quam Græci ἀρέσκειαν appellant, τουτέστιν ἡ τῶν λόγων κομψότης, ἡδονῆς μᾶλλον ἢ φιλίας ἐργαστική, καὶ τῆς κολακείας ἀδελφὴ nobis nunquam cordi fuit: ne mihi quidem illa ad hodiernum diem fidem ita facere facultatum suarum potuit, ut ipsi non dico animum meum credere, sed uultum tantummodo uoluerim accommodare: usq; adeo natura ab ipsa abhorreo, tametsi in aula penitiore aliquot annos uersatus, quo in loco τῆς ὑποκριτικῆς διδασκαλεῖον esse censeo, καὶ δὴ καὶ τῆς εἰρωνείας οἰκητήριον, acroamata mimica edidicisse potuerim, εἴ πως ἐπεφύκειν, Roscianæ hypocrisi non cedentia: sed scilicet τοὺς φιλαφιλεῖς τὸν τρόπον ὄντας, τὰ τοιαῦτα τῶν ἀρεσκευμάτων ἐκμελετῶσαι, οὐχ ἧττόν ἐστι χαλεπὸν, ἢ τὸν τῆς φύσεως νομὸν ἀπελθεῖν. At uerò quando tu mearum in Pandectas Annotationum meministi, ea de re hoc dicendum habui, eiusmodi eas esse ut ab homine parum iurisperito sic edi potuerint, itidẽ ferme ut homo primæ philosophiæ studiosus, opinari quippiam potest de substantijs sensu perceptis, quatenus motioni obnoxiæ sunt, cum sit ea propria physici peculiarisq; commentatio. Tua uerò professio ista conditione instructa, id iure suo sibi uendicat quod nos uelut precario aliquandiu nobis sumpsimus, hoc cum in omnes iurisconsultos ualere deberet: eo amplius tibi id accessit in primis, quantum quidem ego nouerim, (ut aliorum pace dictũ sit, multiplicis ut conditionis eiusdem eximiæ iure, non modo ut iurisperitus, sed etiam ὡς τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν διώκων, id tu facere possis, ut ille ὁ πρῶτος φιλόσοφος τὰ περὶ ὕλης καὶ τὰ αἰσθητὰ θεωρεῖν κωλυόμενός ἐστι, communi utiq; iure cum secũdo philosopho eodemq; physico.

B Quod mihi das ut meæ authoritati iam omnes tecum cedant, de ijs quæ in ipsis Annotationibus scripsimus: non me latet plurimos iuris professorum ab initio fidem bonã non agnouisse: propterea credo quod audacule ac minus populariter insusitati argumenti fabulam in medium attuleramus. Verum id quod mihi liberaliter donas, uicissim ego dono cedoq; tibi de iure tuo bona ex parte munifice decedenti: contentus utiq; ipse aut laudis aut existimationis usura & fructu annorum præteritorum. Neq; uerò non præclare mihi consuluisse uidebor, conditionemq; meam non deteriorem fecisse me censebo, cum istam tuam munificentiam ab eruditionis utiq; fiducia manantẽ penusq; locupletis atq; uberis, ita remuneratus fuero, ut id totum de meo largitus esse uidear. Illud uerò etiam agnoscere non ausim, ut quod tu in literis addidisti, auspicijs meis tandem multorum pertinaciam uiceris, præiudicijq; mei exceptione cõtra dicentes propuleris: neq; enim ego is sum, neq; quisquam est alius, cuius autoritatem laudare tute debeas, in ijs rebus asserendis, quas tu claris editis pridẽ probatisq; lucubrationibus mancipij tui fecisti aut muneris: certe quidem quantum ad me pertinet, id occupatum magis, quàm mancipio quæsitum à me fuisse non inficias eo. Id autem ut scias quàm æquo animo faciam, ut tibi ea parte cedam iuris studiosos iuuãdi, meminisse, ut facis, te oportet quid de te iam diu testatus sim in epistolis quæ passim circumferuntur: tametsi iam non id æquo modo animo, sed libenti ac propenso facio post cognitam & perpensam istam tuam æquitatem, quæ doctrinam tuam longe commendabiliorem reddit. Verum enimuero hodierno die post matutinam apparituram, quam Principi alternis interdum diebus, interdum rarius aut sæpius facio duntaxat, cum aula hic sedem habet: super prandium Regis commodum adueneram cum sermo de te incidit. Raffinus inter primarios nobiles cohortis cubicularis census, Agenensis prouinciæ præses, mecum in occursu uerba faciens, filium mihi suum sistere ac commendare cœpit, orans atque obsecrans ut tibi tanquam homini bene amico literis meis commendarem: cumq; iatetim epistolam tuam ut recens

acceptum è loculis pensilibus prompsissem, chirographumque tuum ipsi cognoscendum exhibuissem, admodum lætatus est: his principijs sermonem orsi circumfusum nobilium circulum confestim habuimus, & erat locus ubi uerba faciebamus in conspicuo à mensa regia situs, unde uox etiam nostra exaudiri eousque poterat. ex quo statim factum est, ut ad Regem re perlata nos ab eo accerseremur: epistolaque tua pro serio acroamate ac memorabili fuerit: est enim Princeps doctrinæ admirator maximus. Raffinus autem pater ut filium quasi in aulam tyrocinio produceret, hoc non mediocriter affectauerat, ut adolescentulo epistolam uocaliter recitandam porrigerem. Ibi, ut paucis absoluam, doctrina tua & industria in lucem clarissimam tam commode prolatæ sunt, ut inde nomini tuo splendor non mediocris accesserit, eorum testimonio quibus hisce de rebus Princeps ingeniosissimus fidem habere solet. Pater autem tum Raffinus hoc à me contendit obsecrabundus, ut tibi quàm possem enixissime adolescentulum commendarem. Quem ego, ut ex tempore iudicare licuit, nō mediocris spei adolescentem esse duco, si indolem ætatulæ maior ætas proportione exceperit. Quocirca facias uelim, ut pater in posterum intelligat quantū preces nostræ apud te ualere possint. Commentarios nostros Græcos, quos istic in magna expectatione esse scripsisti, dono tibi mittam, si adolescentulus has literas meas cras cum Commentarijs expectauerit: quod facturum pater eius recepit. Vale. Parisiis octauo Calend. Octobres.

Gulielmus Budæus Iacobo Colino S.

EN imuero ut uideo, ridendo in errore ad hoc tempus uersatus sum, qui aulici fori formulas probe tenere mihi persuasissem. Existimaui enim semper istic omnia quamlibet profligata negocia, perinde modo ut inchoata esse, quæ quidem aliquid desiderarent ad perfectionem sui. Quoniam si usquam certe, ibi multa inter calicem extremaque labra, quod est in prouerbio. Res uerò perfectas et absolutas, ita certas esse censebam & exploratas, in quantamuis ut cadere sponsionem & possent & deberent, & uerò in repromissionem capitalem, nedum in honorariam, ut assolet factitari. Nunc res à me, ut nosti, ingenue suscepta, assidua istic apparitura accurata & pertractata, eò reuoluta est, nescio quo numine aulico aduersante, uel omine importuno obstrepente, ut non modo adhuc esse controuersa, sed etiam infecta plane nullaque uideatur. O perditos mores hominumque simplicium carnifices atque enecatores, ô tabificam istius sphingis obseruantiam. Nam proh superum hominumque fidē, quidnam posthac factum, transactum? Quid conuentum, & ueluti complosis, ut dicitur, manibus, semel actum esse atque haberi poterit, si hæc res, qua de re nunc agitur, in dubium nunc etiam aut consultationem reuocatur? in consultationem dico? quid si etiam in cunctationem ludificātem atque Penelopeam? Nam quid aliud esse dicam lustralem istam dilationem, et fermè secularem? Videlicet hoc illud est quod uulgo criminantur, ex ista stropharum officina ferè nihil tam solidum ac probatum referri potest, ut inde abiens, aliud agere atque curare possis, siquidē tute in eo spem habeas collocatam: profecto instar est hoc cuiusdam præstigiæ, ut quod tenere te putes, alienis in manibus sit. An res aulicæ fortasse eiusmodi nuper esse cœperunt, quasi mus in pera, quod dicitur, aut serpens in sinu? Id adeo iudicare quiuis possit, ex eo quo nobis res redijt. Quam enim spem rei confectæ uelut in sinu istinc retuleram, magnaque cū lætitia fouebam, sensim illa spes erepsit, ut nusquam nunc compareat. Quod nisi falsi opinione sumus, resque meliore loco est quàm nos præ angore interpretamur: quisnā erit iam hominum honestatis retinentium, atque integris adhuc moribus, necdum ueteratoria simulatione uersutiaque imbutus, quin commercium impostrici uitæ statim isthuc adueniens pellaciique renunciet? ipse certe secundas honoris ac potentiæ non meream, ut in istam scenam redeam, unde diu iam me subduxi. Intelligis iamdiu uir amice quorsum hæc nostra stomachatio pertineat: pudet me quòd uelut hominum circumscriptor ab omnibus, ut opinor, existimer, qui nobiles petitores ad ista comitia deduxerim, fideique meæ prærogatiua nequicquam commendarim. Tametsi quænam

A nam mihi culpa eam ob rem obijci potest, nisi quòd prouidere fortasse aleam eiusce ambitus debui, ne temere in hanc fraudem homines inducerem, qui autoritatis nostræ suffragationisq; fiducia candidatorio munere fungi nõ recusassent. Quomodo autem temere producti sunt, qui & omneis pene Tribus tulerunt, & Principis etiam ipsius uoce designati sunt atq; renunciati? Quos nunc ipsos quid uetet munera sua obire, cum iam dies cesserit & uenerit: quoniam tute satis nosti, non necesse est dicere. O morem rursus pudendum atq; absurdissimum. Equidem identidem in admirationem summa cum indignatione reuoluor, quodnam unquam inceptum auspicatius, ut uidebatur, susceptum & pertractatum fuit? Quis igitur obnunciator tam ratum auspicium diremit? Quis intercessor rem pulchre, festiue, plausibiliter cedẽtem retro inhibuit? Quo porrò obice hæc aqua repẽte hærere cœpit? Egò mediusfidius cùm uicem publicam hominumq; illorum de literis elegãtibus egregiè meritorum doleo: tum uerò, ut dixi, in eo agi existimationem meam uideo & ægrefero, qui homines mihi amicos è portu tranquillæ conditionis in hunc æstũ attraxerim. Tua porrò in hoc negocio, uir amice, implicita non leuiter ratio est: quo manum accommodante ac cohortante uoluere hoc saxum institui: id quod tibi denunciatum ideo oportuit, ne tu in aurem utranq; hac de re conquiescas. Saxum ego ad summum usq; prouolui ἀκρολόφιον: Tu uide etiam etiamq; ne relabi repẽte per incuriam sinas. Res autem ita nata est, ut per absentiam nostram tibi sustentandum sit, quod à nobis excitatum est atq; sublatum. In oculis omnium atq; in luce clarissima futura est rei euanidæ ignominia, utpote quæ in uulgus peruagata ac pene trinundino promulgata est. Tu in isto comitatu dare ac reddere tesseram, quod aiũt, appositissime nosti. Proinde uelim causa tua meaq; & publica, ut uelis remisq; homines in uado anxietatis adhærescentes adiutes. Ipse enim tantum hinc ipsis bene precari atq; optare omnia secunda possũm. Tu si rem languẽtem ac sopitam me absente exuscitaris, idq; quod pollicitus es præstiteris, per me licebit ut gratiæ publice priuatimq; eam ob rem iucundæ, prioreis partes feras: nec recusabo quin huius ego ærumnæ Hercules, Iolaus

B esse dicticer. Qui tibi has literas redditurus est, ut arbitror, rem corã enarratius exponet. Vale. Parisiis postridie Nonas Decembris.

EPISTOLARVM LATINARVM LIBRI QVINTI ET VLTIMI FINIS.

ΓΟΥΛΙΕΛΜΟΣ ΒΟΥΔΑΙΟΣ ΛΟΔΟΟΥΙΚΩ ΤΩ ΑΥΤΟΥ ΑΔΕΛΦΩ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Ἡ ὑστεραίᾳ τῶν θεοφανείων ἐκ τῆς ἀγροικίας τῆς ἐμῆς ἐπανελθών, νυκτὸς ἤδη πολὺ προϊούσης, τὴν ἐπιστολὴν ἐκομισάμην τὴν σὴν, ἣν εὐθὺς ἀνοίξας, λυχνεῖόν τι καὶ φῶς ἐκέλευσα προχειρίζεσθαι τὸν θεράποντα, ἵνα τι τοῖς ἐρωτήμασί σου ἀποκριναίμην τοῖς ἐν τῷ χάρτῃ συσημαινομένοις, καί σοι ἐλλιπὴς εἴην με προκαλεσαμένῳ, ὅτι σχολῆς πορίσαι ἐπὶ τῇ τῶν ἀπορημάτων διαλύσει, καὶ δὴ ἀνταγωνισαίμην. ἐπεὶ δὲ ἴσως οἴει με βαθείᾳ τινὶ ἐναλινδεῖσθαι σχολῇ, εἰδέναι σε χρὴ, ἡμᾶς μὲν καὶ καιρὸν τοῦ ἔνα περιεργάζεσθαι ἐπιτηδεύομεν, πάνυ τοι ἀπηλλαγμένον τῆς πρότερον φιλολογίας, τούτου γε τοῦ καιροῦ τὸ ἀφορμὴν μοι παρασχόντος οὐκ οἶδ᾽ ὅπως τῆς τύχης. αὐτίκα γέ τοι διὸ κταί μοι οἰκοδόμημά τι οὐ φαῦλον οὐδὲ τὸ τυχὸν ἐγείρειν, ἵνα μὴ τὸ χωρίον ἐμὸν τὸ Μαρλιακὸν ἄδοξον οἴχηται καὶ ἄγνωστον. ὅπερ μέχρι τούτου ἄξεστον τυγχάνει ὄν, καὶ μόνον οὐκ ἄβατον οὐχ ὅτι τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ τῷ κεκτημένῳ μοι. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸ οἰκοδομηθησόμενον ἔργον ἔαρος εὐθὺς ἐπιγινομένου, ἐκδεδωκὼς ἤδη ἐκ συγγραφῆς, ὅπερ φιλεῖ γίνεσθαι ἐν τοῖς τοιούτοις. προσέτι παράδεισον νεωστὶ μέγαν τι καὶ περικαλλῆ αὐτίκα δὴ τεύξεσθαι ἐλπίζω, ἐπειδὰν τάχιστα ἐγχωρῇ ἡ ὥρα τοῦτο ποιεῖν. οὕτω μανικῶς ἔχω εἰς τὴν οἰκοδομικήν. ἄμπελον γάρ τοι ἔχων τριάκοντά που σταδίων τοῦ ἄστεος ἀφεστηκυῖαν, ἐν Σαμμαυρίῳ κώμῃ κακῶς τι καρποφοροῦσαν, καὶ παρ᾽ ἔτος σχεδὸν πεχρυσωμένην ἢ ἄλλως πως ὑφ᾽ ... βεβλαμμένην, καὶ τὸ δυστυχὲς ἄτοπον, οὐκ εὐθενοῦσαν οὐδ᾽ ἐν εὐετηρίᾳ, ταύτην μὲν πολλάκις ἠπείλησα εἰ μὴ πρότερον αὖ ἀποδώσει τὴν ἐργασίαν τε καὶ δαπάνην, αὐτὴν ἀποκηρύξειν. πλὴν τῶν δὲ καὶ ἐπωμόσαμεν ἐξέχθειν ἢ μὴν χερσωθήσεσθαι, ἂν μὴ εἰς τὸ ἐπιὸν ἔτος πλεοφορήσῃ. ὅτι δὲ τότε ἀπαιτώσης τῆς εὐκαρπίας τῇ ἐργασίᾳ καὶ χορηγίᾳ, ἐπειδὴ ὠνητὴν οὐχ εὑρίσκετο, κακῶς γὰρ ἤδη ἀκούουσα ἐτύγχανεν ἐπὶ τῇ ἀκαρπίᾳ, οὐκ ἔχων ἤδη ὅτι χρησαίμην αὐτῇ, ἄχρι γε τούτου ἤχθετο, ὥστε καὶ τὴν ἄμπελον εἰς κῆπον, ὡς ἄν τι χοι, μετασχηματίσαι ἔδοξε ἀφοσιώσεως εἵνεκα. οὕτω γὰρ ἂν ἀπαλλαγῆναι τοῦ ὅρκου ἐλογιζόμην. ἄλλο μέν τοι καὶ ἄλλο μετέδοξέ μοι μεταξὺ τοῦτο ποιοῦντι, ἄχρι δὴ εἰς τοῦτο προὐχώρει περιεργίας, ὡς καὶ παρὰ τῶν προσχώρων μέρεα τῶν χωρίων προσκτήσασθαι, ὅπως ἂν μείζω τι σχοίην καὶ τετράγωνον τὸν περίβολον. πολλὰ δ᾽ οὖν τοι πράγματα ἀγορασείοντί μοι παρέσχοντο, τὰς τιμὰς τῶν σφετέρων ἐπιτείνοντες χωρίων, καὶ νῦν ἔτι αὐτῶν ἔνιοι μετέωρόν με ἔχουσι χαλεπῶς ἀνεχόμενον τῆς διαμελλήσεως. πάντες γοῦν θαυμάζουσί με δὶς καὶ τρὶς ἐκεῖσε φοιτῶντα τῆς ἑβδομάδος. καὶ μὲν δὴ καὶ σὺ ἰδὼν ἂν ἀγασθείης ὥσπερ εἰ ἔργου τινὸς μεγίστου ἐπιμελητὴν, δεξιῶς δή που τῶν φυτουργῶν καὶ τῶν γεωρύχων ἐπιστατοῦντα τῶν ἐκεῖ ἐργαζομένων. τέλος δέ εἰμι μάλιστα καὶ διαπλῶν προσλιπαρῶν καὶ προσέχων τοῖς σταθμωμένοις τοὺς περιπάτους, τούς τε ἀνὰ τὸ εἰργασμένον χώρημα, καὶ τοὺς ἐχομένους τοῦ νῦν μὲν, χαρακώματος ὄντος ἐπικαίρου, ὑπάρξοντος δέ ποτε περιβόλου καλῶς τετειχισμένου καὶ κονίᾳ τεθριγγωμένου. εἰσὶ γὰρ διττοὶ οἱ περίπατοι, οἱ μὲν, ἀμφὶ τὸ χώρημα τὸ πεφυτευμένον περιθέοντες, οἱ δὲ διὰ μέσου, σταυρηδὸν πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλοις τεμνόμενοι. ἅπαντες δὲ πρὸς στάθμην ἀπηκρίβωνται, ὥσπερ καὶ τὰ μοσχεύματα καὶ τὰ νέα φυτὰ στοιχηδὸν καταπεφύτευται, οὐδαμοῦ παραλλάττοντα ὅ, τι καὶ λόγου ἄξιον. τὰ κάθετα γοῦν τὰ μεταξὺ τῶν στοίχων μετόρχια ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους παράλληλα θεωρεῖν ἐστι. ᾗ καὶ μάλιστα εὐπρόσωπον τὸ σχῆμα καὶ περικαλλὲς τοῦ σύμπαντος ἔργου καὶ διατάξεως ἐστι, πάντων τῶν φυτευμάτων μερῶν καταλλήλως ἐπὶ στοίχου κειμένων καὶ ἀπαντώντων. ἐν ταύτῃ μὲν οὖν διανοίᾳ καὶ προσοχῇ ὅλος ἐγὼ ἢ παμπολύς γε εἰμὶ τούς τε ἐργάτας αὐτοὺς κατεπείγων, καὶ τὸν ἐργολαβοῦντα ἐπιτηρῶν, τὸν ἀρχιτεκτονευόμενον τὸ κατασκεύασμα τὸ ὅλον. δεδιὼς δή που τῇ μὲν, μὴ τοῦ χρόνου καταστάσεως μεταβαλούσης ἐπιλάβοι τὸ ῥῖγος τὴν φυτουργίαν, καὶ ἡμιτελὲς τὸ ἔργον ἀπολιπεῖν ἀναγκασθῶσιν οἱ κηπεύοντες. τῇ δὲ, μή τι σφαλλομένου καὶ διαμαρτάνοντος τοῦ ἀρχιτέκτονος, ἀσχήμων ἡ ὄψις τοῦ φυτουργήματος φανῇ. ἀλλ᾽ ὢ τῆς ἀβελτηρίας. ὁ χθὲς οὖν καὶ πρώην ἐγὼ τὰ τῶν λόγων καὶ μαθημάτων μάλιστα πεφροντικὼς ἁπάντων τῶν περὶ ταῦτα σπουδαζόντων, καὶ τὴν τῆς ἡλικίας ἀκμὴν ἐν τῇ ἀναγνώσει καὶ προσοχῇ κατηναλωκὼς τῶν ἐν ἀμφοῖν ταῖν γλώσσαιν σοφῶς καὶ κομψῶς ἐξητασμένων, ἁπασῶν γε τῶν οἰκονομικῶν σπουδῶν ἀμελήσας καὶ πολιτικῶν, νῦν εἰργασμένης γῆς καὶ πεφυτευμένης κηδεμὼν ἔσομαι. καὶ νὴ Δί᾽ εἰς τοῦτό μοι ὡς ἔοικε τῆς παιδείας ἡ σπουδὴ περιέστη δυσὶν ἢ τρισὶ μησίν, ὥστε τὴν γραμματικὴν ἀπομαθὼν δή που, αὐτίκα δὴ μάλα μεταμεμαθηκὼς οἶμαι τὴν χρηματιστικὴν ἔσομαι καὶ ὅσα γε τὴν κατὰ οἶκον ἐνασχολουμένην ἔχειν ὁλοσχερῆ σπουδὴν ἐν τοῖς μαθήμασι τοῖς ἐλευθερίοις εἰώθειν, νῦν ἔξω τοῦ νοῦ περισπώμενον δυσὶν ἐπιμελείαιν ἀπηχθημέναιν

ἀλλήλαιν

A ἀλλήλων, αἰθελκούσης δήπουθεν ἐμὲ δυοῖν ταῖν ἐπαύλιων τῆς τε Μαρλιανῆς καὶ τῆς Σαμμαυριανῆς, πολὺ ἀφισταμένων. τοῦτο μὲν δὴ μηνύειν σοι δι' ἐπιστολῆς ἐπῆλθέ μοι, τοῦτο μὲν, ἀφορμὴν ζητοῦντι καὶ ὑπόθεσιν τοῦ ἀντιγράψαι. ἐχρῆν γὰρ ὡς ἔοικε, ἀνθυποφέρειν τῷ λόγῳ πρὸς τὸν προειλημμένον. τοῦτο δὲ, ἵν' εἴπῃ συμφέρειν πρὸς τὴν ἐμοὶ ἐπιτετηδευμένην φυτείαν ἔχεις, μὴ τοῦ τέτου ἀμελήσῃς. οἶδα γὰρ τὰ παρ' ὑμῖν περσικὰ τὰ πρώϊμα, θαυμαστὸν ὅσον ὄντα διαβόητα. ἐπὶ δὲ ταύτῃ τῇ ἀσχολίᾳ καὶ τὴν γνώμην ἀσχοληθείσῃ τότ' εἶχον, ὅτε τήνδε τὴν ἐπιστολὴν ἔγραψα, ὀγδόην μοι τουτὶ τὸ παιδίον εὐτυχῶς γεγενημένην, οὗπερ ἕνεκα χάριν τῷ θεῷ οἶδα καὶ ὁμολογῶ. περιεῖναι δὲ τούτους γε μὴν ἔτι καὶ νῦν ἄρρενας ἐξ ἔχων παῖδας, ἐν θυγατρίῳ τέρπομαι ἐπιεπτίῳ, μάλα ἡδέως τῇ ἐμῇ βαπτίζειν πρᾶσι τοῦτο. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡμῖν περὶ τὴν οἰκοδομικὴν νῦν καὶ τὴν τοιαύτην περιεργίαν, εὖ μάλιστα ἀσχολῶ, ὅπερ καὶ αὐτὸ φιλεῖ πολλάκις περιεχεῖν τοῖς τὰ καλὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων προῃρημένοις καὶ τὰ μεγαλοπρεπῆ. ἡ ἔνδεια τῶν χρημάτων. αὕτη γὰρ τὸ βαρύτατον ἄχθος ταῖς ἐμαῖς φροντίσιν ἐπιτίθησι. ἐπεί τι τῶν ἀναιζοῦντι χρημάτων πρὸς τὴν οἰκοδομικὴν καὶ τοιαύτην πραγματείαν. ἀλλὰ τί ἂν πάθοις, ὃ πού δ' ἄν τις μετάμελος σοι ἔχοι τῶν ἐπιχειρηθέντων, οὐδ' εἰ μάλιστα μεταμέλοι τούτων, οὐδὲν τι μᾶλλον ἔξεστι τὴν ἀβελτηρίας ἀναθέσθαι. ἀλλὰ μὴν τήνδε τὴν δίκην ἔτυχε ἀσμένως ἐπί σοι ἀπολογοῦμαι δικαστοῦ, οὐ χαλεπῶς εὖ οἶδ' ὅτι οὐδὲ τραχέως ἕξοντος τοῖς τοιαῦτα πλημμελήσασι. πῶς γὰρ, ὅς γε τὴν αὐτὴν ταυτὴν τῆς δυσβουλίας γραφὴν καὶ οἰκομανίας δὲ πέφευγας, ὥστε διὰ ταῦτα οὐκ ἂν εἰκότως καταγνοίης μου πολλὴν ἀσωτίαν. καὶ σύ γε εἴπερ ἀλλῶς ἔχω περὶ τῶνδε, ἐπείτοι οὐκ ἂν φθάνοις καὶ σαυτοῦ καταγνοὺς τὸ αὐτὸ πλημμέλημα. καὶ μὲν δὴ καὶ τά δε σοι τὰ περὶ ἐμὲ, ἐγνωσμένα εἶναι χρὴ δῆλος. τὰ γὰρ τῶν φίλων εἶναι κοινὰ πεπαροιμιασμένον ἐστί. καὶ μὴν πρὸς τῷ ἀδελφοὶ ὑπάρχειν αὐτοὶ, καὶ ὅτι δὴ οὐκ ἴσμεν ἀλλήλοις φίλοι οὐκ ἂν ἔξαρνος εἴης. ἀμέλει καὶ τοῦτο τὰ γράμματά σου τὰ ἔσχατα μαρτυροῦσιν. εἰσὶν ἄρα καὶ παιδία καὶ κτήματα, καὶ εὐτυχία δὲ καὶ δυστυχία ἐμοί τε καὶ σοὶ κοινά. σύ γέ τοι παιδείαν ἀξιοῖς εἶναι κοινὴν, τὸ δὴ τιμιώτατον τῶν ἡμετέρων χρημάτων. ὅς γε ὅτι αὖ τύχης διαπορήσας, ὅ,τι αὖ υἱὸν μεταξὺ ἀναγινώσκοντί σοι, τοῦτο δὴ σύμπαν ἀφθόνως ὥσπερ τί χρέος εἰσπράττειν με. ἐγὼ δή τοι σοῦ ἀπαιτήσαντος οὐχ ὑστέρημος γέγονα τῆς προθυμίας, τουτέστι τῶν ἐνδεχομένων καλῶν, οὐδέπω καὶ τήμερον. ὡς δέον, εἴπερ τῶν δυσνοήτων καὶ δυσεφίκτων ἔπεσι τούτοις μαθεῖν ἔχω, ἐκμαθεῖν σε τοῦτο καὶ ἐν τοσούτοις γε μησὶ, τηλικοῦτον χρόνον καὶ πόνον κερδήσαντα. σὺ μὲν νῦν ταύτης ἐμοὶ κοινωνήσεις τὸ λοιπὸν εἴτ' εὐπαιδίας εἴτε πολυπαιδίας, καὶ ἑκών γε εὖ οἶδ' ὅτι κοινωνήσεις. ἔγωγέ τοι τῶν κτημάτων τουτωνὶ προθύμως ἂν μεταδοίην ἀδελφῷ. τοιγαροῦν τὰ ἡμέτερα εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον τοῦτον πως ἔξειν μέλλει τὸν τρόπον. συμμαθηταὶ τῆς παιδεύσεως ὀρεγόμενοι τῆς διπλογλωττίας, τὰ αὑτῶν μὲν

B τῶν ὑπαρχόντων ἀλλήλοις διατελέσομεν μεταδιδόντες ἐν μέρει καὶ μεταλαμβάνοντες κατὰ τὴν ἐνδεχομένην χρείαν. μετὰ δὲ πάσης εὐγνωμοσύνης εὖ ποιοῦντες ἀλλήλους ἐκ τῶν ἐόντων, καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀντευπαθόντες. μηδὲν ὑπολογιζόμενοι ἐν οἷς ἀλλήλους ὠφελήσομεν. μηδένα λόγον ποιούμενοι σμικρολόγως, ὅτε τῶν διδομένων, ὅτε τῶν ἀπειλημμένων μηδὲν εὐλαβούμενοι εἰσπράττειν ἢ εἰσφέρειν, ὡς ὅτι ἂν προχωμέν τε καὶ κομισώμεθα νῦν, τοῦτο τὸ αὖ εἰς τὸ κοινὸν εἰσαῦθις κείμενον. οὕτω γὰρ οἶμαι ὑπαγορεύει τὸ δίκαιον τῆς ἀκεραίου φιλίας, οὗπερ ἐξήγησιν καὶ ἐφορείαν οἱ πάλαι σοφοὶ τῷ Διὶ καθιέρωσαν, φίλιον ἐπικαλοῦντες. ἐῶ νῦν μνημονεύειν τὰ τῆς συγγενείας δίκαια, καὶ τὰ τῆς ὁμωνυμίας τῆς ἐμφυλίου. οὐ γὰρ ἂν ἡγοίμην ὅτι τὸν ὁμόγνιον Δία, ὅτι τὸν πατρῷον τὸν τούτων ἐφορεύοντα τῶν οἰκειοτάτων, κρεῖττον ἔχειν τὸ θεῖον τοῦ τῆς φιλίας προσήκοντος. σοὶ τοίνυν ἤδη ὡς ὁρῶ τῶν ἑλληνικῶν λόγων σπουδῇ προσεχομένῳ, καὶ οἰκείως προσεστηκότι, συνεπικουφεῖσαι με χρή. σὺ μέντοι ἐν μέρει τῶν τούτων μοι μεταλαβεῖν ἐπιστροφῶν δεῖ καὶ μερίμνων οἰκονομικῶν, καὶ φιλοστόργως δὲ ἅμα ἐπιμελεῖσθαι τῶν τέκνων ἐμῶν τε καὶ σῶν. ὥσπερ γὰρ ὁρᾶν μοι προσήκει ἐν τῇδε τῇ σπουδῇ προθυμότερόν τι προβεβηκότι, ὅπως σοι μὲν οὗτος ὁ μόχθος μὴ καταπνίξῃ λιπαρέστερον τοῖς βιβλίοις ἐπικύψαντα, καὶ τήνδε σοι τὴν ὁδὸν διερχομένῳ τὰ τραχέα καθομαλίσαι καὶ δυσδιεξίτητα. ἐμοὶ γὰρ αὐτὸς μέμνημαι ἐνισχόμενος καὶ κακοπαθῶν, οὕτω δὴ συναντιληπτέον ἐστί σοι τῶν φροντίδων ἐμοὶ τῶν παιδικῶν μὴ καὶ τῶν περὶ τὸν οἶκον. καὶ μὴ περιοπτέον τούτοις μελογισμοῖς φιλοσοφικοῖς ἅμα καὶ οἰκοδεσποτικοῖς ἄντικρυς ἀλληλομαχοῦσι πιεζόμενον. καὶ γάρ τοι τοῦτο δὴ ὡς ἀληθῶς ἐστὶ φιλικόν. οὐκ ἀχθομένῳ μὲν ὑπὸ τοῦ πόνου τῶν φίλων συνεφάπτεσθαι τοῦ βάρους, καὶ ἄκροις τοῖς δακτύλοις, ὡς ἡ παροιμία φησί, προσθιγγάνειν τοῦ ἄχθους, ἢ ὅπως δή ποτ' οὖν ἀπαλλάξαι τοῦ καθήκοντος, ἀφθόνως δὲ καὶ εὐγνωμόνως καὶ μετὰ τῶν βελτίστων συνωδῶν συνάρασθαι τοῦ πόνου, τοῦτο δὴ ἐμοὶ δοκεῖ τῶν γνωριζόντων εἶναι τὴν πίστιν τῆς φιλίας ἀγαθήν. καὶ μὴν καὶ χωρὶς τούτου τοὺς ἐμούς σύ γε παῖδας εἰκότως ἂν διὰ μνήμης καὶ ἐπιμελείας ἔχοις οὐ τῆς τυχούσης. οἶσθα γὰρ δήπου ὡς ἄρα τῷ γένει τῷ τῶν Βουδαίων δύο γε μόνοι ἐκ πολλῶν ἀδελφῶν παιδοποιεῖν ἐλπὶς ὡς ἂν εἴποι τις, ἐργαζόμεθα, ἐγώ τε καὶ Δράκων ὁ τῇ ἡλικίᾳ μέγιστος, ὥσπερ καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ πολυγόνος, ἴδιον αὐτοῦ ὄνομα ἤδη κινδυνεῦσαν ἀφανίζεσθαι, ἐπανέστησε πάλιν αὖ εἰς τὸ φῶς καὶ πολλαπλασιῶσαι οἷός τε ἐγένετο. οὐκοῦν ἑαυτοῖς μὲν πράγματα πράττομεν ἡμεῖς οἱ παιδοποιούμενοι, σύμπασι δὲ κοινῇ τοῖς συμφύλοις καὶ ὁμωνύμοις. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς πῶς γε τῆς παιδείας ἐφιεμένους, πόρρω βαίνειν προσήκει. ὅπερ τι ὁ πατὴρ ὁ ἡμέτερος ἐγήγερκεν ὄνομα καὶ γένος, καὶ εἰς τὸ πλῆθος τῶν ὄντων ἐπανήγαγε μονονοὐκ ἤδη ἐξαλειμμένον, εἷς γὰρ αὐτὸς τῶν Βουδαίων ἄρρην περίλοιπος ἦν ὅσα κἀμὲ εἰδέναι, τοῦτό γε ἐκ τῶν πολλῶν ἐξαιρεῖν καὶ λαμπρὸν ποιεῖν ἀπρεπὲς ἔσεσθαι. ἐν τούτῳ

δεδιὼς τῷ ἀγῶνι μόνοι τῶν ἀδελφῶν. ἐγώ τε καὶ σὺ ἀγωνιεῖσθαι δοκοῦμεν μὴ ἔγωγε ἐν τούτῳ πρότερος προεῖναι ἐλλιχῶς, βοηθοῦσι τὸ ἐμὸν μέρος ἐπαινεσαμένῳ τῷ ὀνόματι ἐπεχείρησα οὐ καταβεβλακευμένως, εἴτε πρὸς τὸν πόνον ἀπελύτησε τὸ ἀπροβούλευτον ἔργον, καὶ κατώρθωταί μοι τὸ ἐγχείρημα, εἴτε ὁ πολὺς ἐκεῖνος πόθος καὶ περιττὸς ἀπέτυχε τοῦ σκοποῦ. εἰδείην γὰρ ἂν τοῦτο ἀδελφότατα(?) τῶν ἀμφὶ λόγοις ὄντων. εἰ καὶ ταῦτα ἐστιν ἐπὶ τῇ τύχῃ ἐστί, τῇ διαιτώσῃ τὰ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους ὡς τὸ πολύ. ἥ γε πολλάκις καταδιαιτήσασα, τῶν καλῶς ἀγωνισαμένων, τοὺς βραδεῖς καὶ χείρους ὡς νενικηκότας ἀνεῖπε. σὺ τοίνυν ἔλαχες δευτεραγωνιστέων(?). ὃς δὴ ἐλάττω μὲν ἔτη γεγονὼς οὐχ ὅπως ἐμοῦ προαγωνισαμένου ἡττόνως(?) τῇ εὐφυΐᾳ, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ γένους ἡμῶν οὐδενὸς τυγχάνεις, ὧν ἐλάττων. καὶ φήσειεν ἄν τις, ἀλλὰ σὲ ἂν λάθοι(?) πρόνοια [illegible] μᾶλλον προσῆκε τῆς τῶν παίδων ἀγωγῆς, τὸν οὕτως πολύπαιδα, ἢ τοῖς συγγράμμασι τοῖς τῶν λογογράφων καὶ τῶν καλλιγραφούντων τοσοῦτον χρόνον ἐνδιατρίψαι, τῇ τούτων δὲ καταλλήλῳ(?) ὥσπερ αὖ ταῖς τῶν σειρήνων ᾠδαῖς καταθελχθέντα, ταῖς ἐνιαύσιος(?) θέλκτρον τι παγκαθελκτικὸν τοῖς ἀναγνώσκουσι. τοῦτο γὰρ ὡς ἔοικέν ἐστιν ὅ φασι λῆρον ληρεῖν. ἐπεί τοι καὶ ἡ ἀηδὼν αὐτὸ λέγεται, ἐπειδὰν περὶ τοὺς νεοττοὺς ἀσχολῆται, οὐκέτι τὰς ᾠδὰς ἐκείνας τὰς δαιδαλοφώνους μελετᾶν, ἀλλὰ τί ἂν πράττοιμι. ἐμμενετέον γὰρ ἦν οἷς ἀποδεχόμενος τοσοῦτον χρόνον διετέλεσα. πῶς γὰρ ἐν ἄλλοις μᾶλλον ἂν ἐνασμενίζειν δυναίμην. ἐν ἀποψύξαι γοῦν δίδονταί μοι ἐν τούτοις τοῖς εἰσαεὶ προαιρεθεῖσι. ἄλλως τε ἐπειδὴ ἐν αὐτοῖς τὸ ἐφόδιον τὸ τοῦ γήρως ἔφθην καταβεβληκώς(?).

Τῶν δὲ παίδων ἀγωγῆς ἐπιστροφὴν ποιοῦμαι ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἕτερος τῶν μετρίων. μετριότητι μὲν οὖν συζῶ ἀσμένως, καὶ φιλολογίᾳ σύντροφος, εἰκότως ἂν κἂν τούτοις πλείω τῶν [illegible] καὶ μὴν καὶ ὑμᾶς(?) [illegible] μοι πέπεισμαι πόρρω που τῆς πολυπραγμοσύνης περὶ τοὺς λόγους καταζῆν τοὺς σπουδαίους, καλῶς γε δὴ καὶ αὐτάρκως πως ἐμφιλοσοφοῦντι. μὴ γένοιτο γὰρ ἡμῖν τῶν ἀναγκαίων τῶν τε καθ' ἡμέρας καὶ τῶν πρὸς τὸ ἐπιτήδευμα τοῦτο ἀπορεῖν, τοῖς τε ἐν εὐπορίᾳ ἀποκινηθεῖσι καὶ τῶν σπαργάνων μὴ [illegible] εὐπλόως. ἀμέλει καὶ τοῦτο ἔγωγε ἀδεῶς ἔχειν μοι δοκῶ, τῆς προνοίας διδούσης τοῦτό τι μοι τὸ φρόνημα, δι' ὃ καὶ ἀταλαντίζω(?) τὴν δύναμιν τῆς τύχης, τὴν καταχαριστικὴν τῶν περιουσιῶν τε καὶ τῶν ἐνοχλούντων τοῖς φιλολόγοις. καὶ δὴ καὶ τὴν ἄγαν ἐνίων περιουσίαν, τήν τε τοῦ βίου πολυτέλειαν οὐ πάνυ τι εὐδαιμονίζω. τίς γὰρ καὶ τῶν σπουδαίων καὶ ἀγαθῶν μεταγνοίη(?) τῶν φλαύρων καὶ ἀδοκίμων, οὐκ εὐθὺς ἐπιρρέοντος πλούτου πολλάκις ἐν τοῖς τε λόγοις τοῖς τε λογιωτάτοις τῶν ἀνθρώπων ἔφρασεν(?). ὡς οὐ χρηματίζεσθαι δεῖ τοὺς τὴν φιλοσοφίαν τοῖς εὐπορεῖσθαι ἐναρχομένοις, ἢ ἔχουσί γέ πως τὴν φιλοσοφίαν ἀντιγραμμένως(?) καὶ ἀνθελκόντως τοῖς περὶ τῶν κτημάτων. διόπερ τῆς εὐδαιμονίας ἐγγυτέρω εἶναι νομίζω τοὺς ὀλίγα μὲν κεκτημένους, καὶ σύμμετρα φιλοσοφίᾳ τῇ πολιτικῇ, αὐτοὺς δὲ ἐνθυμουμένους(?), μηδὲν παρ' ἀξίαν πράττοντας μηδὲ πάσχοντας παρὰ τὸ ἐνδεῖσθαι(?). ἴσμεν δὲ καὶ ἄλλως ἀγαπητέον εἶναι τοῖς ἐπικεκλωσμένοις γενομένῳ εὐθὺς ἑκάστῳ ἄν θ' ἑκόντας ἄν τ' ἄκοντας, ὁπηνίκα ὁ θεός ἐστι τῶν ἑαυτοῦ κύριος ἀνδραπόδων, πασῶν τε τῶν μοιρῶν καὶ τῶν εἱμαρμένων κληρωτὴς αὐτοκράτωρ. καὶ οὐκ ἔσθ' ὅστις τῶν ἀνθρώπων ἰδίαν ἐφ' ἑαυτῷ μοῖραν ἔχει, κἂν τινες ἰσχυρίζωνται φάσκοντες τῶν εὐφυεστάτων ἕκαστον τὴν τύχην ἑαυτῷ παρασκευάζειν. ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῷ θεῷ ἐστι τὸ τῇ οἰκείᾳ τάξει ἕκαστον ἡμῶν προσκληρῶσαι κατὰ τὴν εὐδοκίαν τὴν αὐτοῦ. οὕτως γοῦν καὶ τοῦτό πως ἐφ' ἡμῖν ἐστι, καὶ ἐπὶ τῇ φιλοσοφίᾳ, τὸ εὐγνωμόνως τε καὶ εὐκόσμως κατὰ χώραν μένειν τὴν τεταγμένην. εἰ δὲ ἀτακτήσομέν γε παρὰ τὸ εἱμαρμένον ἡμῖν ἄλλο τι βιαζόμενοι, τουτέστι παρὰ τὸ διεγνωσμένον ὑπὸ τῆς προνοίας τῆς ἐν οὐρανῷ. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως ἀρέσειαν(?) οἱ στρατιῶται τῷ στρατηγῷ, μὴ αὐτοὶ ἀρεσκόμενοι τοῖς ἐπιτάγμασιν αὐτοῦ, τοῖς τε κατὰ τὴν παράταξιν, καὶ τοῖς κατὰ τὴν παρεμβολὴν τὴν τεταγμένην τοῖς στρατοπέδοις. ἀλλὰ γὰρ ἴσως ταῦτα μείζω καὶ φιλοσοφικώτερα ἢ κατὰ τὴν ἐπιστολήν. νῦν οὖν ἤδη βαδιοῦμαι ἐπὶ τὸ τῆς ὑποθέσεως(?) τῆς σῆς. ἔφης γὰρ δεδοικέναι μήποτε ἀντιγράψας καὶ ἀποκρινάμενος ἔγωγε ταῖς ἐπιστολαῖς σοῦ, [illegible] ἀπεκνῶ(?), δηλονότι δυσχεραίνοντά τι ἐνθυμηθέντος περὶ τοῦ ὀφλισκάνειν ῥήματος, τοῦ πάλιν ἠρημένου ὑπὸ σοῦ ἐν τῇ ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ τῇ ἐρωτηματώδει. οὐ γὰρ ἔστρεξας(?) οἷς ἡμεῖς ἀντιγράψαμεν διασαφοῦντες τὸ ῥῆμα. διὸ δὴ ἐπιστραφεὶς εἰς δέησιν(?), ἀξιοῖς καὶ παρακαλεῖς πρὸς τῆς φιλολογίας τῆς κοινῆς, μηδὲ ἀνεῖναί με μηδέν, μηδὲ καθυφίεσθαι, μηδὲ κατὰ μέρος ἀντιγράψαντα. εἰ γοῦν τοιοῦτό τι αἴσθοιο, ἀποστῆναι ἂν αὐτίκα δὴ μάλα τῆς θερμῆς ταύτης σπουδῆς τῆς περὶ τὰ ἑλληνικά. ἔφησθα γὰρ ὅτι ἐξεῖναί σοι χρεὼν ἀφελῶς τε καὶ ἐλευθέρως πάντα πρὸς φίλον εἰπεῖν καὶ παρ' αὐτοῦ αἰτεῖσθαι, ταύτην που τὴν ἐξουσίαν τῆς φιλίας ἐχούσης, καὶ καλῶς τοῦτό γε καὶ ἐν δέοντι ἔφης. ἵν' οὖν μὴ ἐγκαλεῖν εἰς τὸ ὕστερον ἔχῃς μοι ὡς οὐκ ἀποπληρώσαντι τὴν προθυμίαν σου τὴν περιττήν τε καὶ καλήν, ἰδοὺ δὴ ταύτην τὴν ἐξουσίαν περὶ ἐμοῦ δίδωμί σοι, ἐφ' ᾧτε ἐξέσται σοι ἑκάστοτε ἐρωτᾶν τε καὶ ἐπερωτᾶν καὶ πάλιν προσεπερωτᾶν περὶ τῶν αὐτῶν εἰ οὕτω σοι δοκοίη. ἐμοὶ δ' αὖ πάλιν ταύτην τὴν ἀνάγκην ἐπιτάξομαι τοῦ τὰ αὐτὰ εἰπεῖν τε καὶ ἐπειπεῖν καὶ πολλάκις προσεπειπεῖν. τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ ἀπειπεῖν ἐν τῷ χαρίζεσθαί σοι, καὶ τῇ φιλίᾳ δίκαιον ἀπονέμειν. ἀπαλλάχθητι οὖν τοῦδε τοῦ φόβου, ὅτου τε περὶ τούτου τοῦ πράγματος φροντίς, ὡς ἐμοῦ οὐδέποτ' ἂν ἀπαγορεύσοντος ἤδη σοι ἀχθεσθέντος, ἐρομένου γε δὴ ἄξια τῆς ἀποκρίσεως. οὐ γὰρ ἂν ἀποδεξαίμην τοὺς σμικρολογουμένους καὶ οὐκ εἰς δέον παρενοχλοῦντας. ἔνθα δὴ καὶ τὸ οὐκ ἂν εὐλαβοίμην ἐπαγγείλασθαι, ὥσπερ οὖν ταύτῃ τῇ ἐπαγγελίᾳ διαφιλοτιμούμενος πρὸς τὸν φίλον καὶ ἀδελφόν, οὐ πολλῷ δυσχερέστερά(?) μοι ταῦτα εἶναι τὰ ἀπεχθήματα τὰ παρὰ τοῖς λογογράφοις, ἢ εἰ περὶ τῶν

λατι-

A λατινιστὶ συγγεγραμμένων τεύχεσι, εἰ μήπω τοῖς ἐσφαλμένοις τῶν βιβλιοτύπων ὑπ' αὐτῶν δὴ τῶν ἐπανορθω- τῶν εὐθύνῃ, οἷα πολλὰ ἐμπελάζει ἐν ταῖς τῶν ἑλλήνων βίβλοις, ὡς δὴ καὶ ἐν ταῖς τῶν Ῥωμαίων. ἴσθι τὸν ἀ- δελφὸν καὶ συμμαθητὴν οὐκ ἐλέγχως συναράμενον σοι τὸν πόνον πρόθυμον καὶ εἰς τοῦτο εὐτρεπῆ. εἰς ἄκρον δὲ τῆς προαιρέσεως σὺν θεῷ οὐκ ἐγγὺς ἀφιξόμενος. αὐτὸς γὰρ πρὸς τοῦ κεκρατηκέναι ἤδη τῶν δυσεφίκτων μοι δοκεῖν καὶ δυσχερῶν, προτιμῶ φιλοπονήσω δὲ τούτοις τοσοῦτο ὅσον ἐπιμελέστερον δεῖ σε. θαυμάζεις τάχα που τὸ ἀλαζόνευμα τὸ ἐμὸν καθάπερ εἰ ἐπαγγειλαμένου πάντα κατασκευακέναι τὰ χαρίεντα τῆς εὐγλωττίας τῆς τῶν Ἀττικῶν, αὐτοδίδακτον σύ γε με εἰδὼς καὶ ὀψιμαθῆ. εἰ μέντοι τὸν νοῦν προσέχοις τῷ πράγματι, οὐ- δὲ μίαν ἂν οἶμαι ἀλαζονείαν καταγνοίης μου. πῶς γὰρ ἂν κομπάζειν ταῦτα καὶ μάτην ἐνδεικνύσθαι δοκοίην, ὁ περὶ τούτους τοὺς λόγους ὑπὲρ εἴκοσιν ἔτη ἐνδιατρίψας, καὶ μικροῦ δεῖν τῇ σπουδῇ ταύτῃ προσπεφυκώς, ἀ- μελήσας τῶν ἄλλων, μεταξύ γε μόνον σχολαστικῶς ταῖς τῶν Λατίνων βίβλοις. καίτοι γε τὸ ἀληθεύειν ἀλα- ζὼν καυχώμενον πρὸς ἄνδρα ἀδελφόν τε καὶ φίλον εὖ οἶδ' ὅτι οὐδεὶς φθόνος. φέρε δὴ ὦ ἀδελφὲ ἀφειδῶς χρῶ τοῦ ἀδελφοῦ, ἐλευθερίως σοι καὶ εὐνοϊκῶς τὰ αὐτοῦ ἀνοίξαντι καὶ προκεχειρισμένῳ. μέμνησο δὲ ὅμως μιμεῖσθαι τοὺς χρηστοὺς τῶν δανειστῶν καὶ μὴ σκληρῶς εἰσπράττειν ἡμᾶς οἷον ὀφείλομεν ὅταν ἂν προσκρούσῃς δυσνοοῦντι διερχόμενος τὰ τῶν παλαιῶν. οἱ γὰρ ἐπιεικεῖς δανεισταὶ οὐχ ὅταν ἐκεῖνοι προσφέρωσι τοῖς χρεωφειλέταις τοῖς ἑαυτῶν, ὡς τὸ χρέος τὸ αἰτηθὲν ἀμηγέπῃ ἐκτίσαι ἑαυτὸν οἴονται ἢ ἑαυτόν τε μή, ἀναγκάζειν. ἐν ὅρκῳ μέντοι πίστει ἴσθι ὅ- τι οὐ διηγγύησε αὐτοὺς ἀφανίσειν ἐν τῷ παρόντι. τοῦτο δὲ διαμαρτύρεσθαι οὐκ ἄτοπον ἡγοῦμαι, παρ' ὅσον ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ τῶν ἐνδοξοτέρων συγγραφέων καὶ λογοποιῶν συνεστῶτα ἀξιώματι, ὡς παρὰ ῥωμαίοις οὕτω καὶ παρ' ἕλλησιν. ἔρρωσο, ἐν Παρισίοις, ἰανουαρίου μηνὸς, ὃν Πλούταρχος Ποσειδεῶνα εἶναί φησι παρ' Ἀθηναίοις, ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα. ταύτην τὴν ἐπιστολὴν οὐκ ἐπιθήσω πρότερον πρὶν ἂν γνώριμόν τινα ἄνδρα καὶ ἀξιόχρεων εὕρω.

Βουδαῖος Ἰανῷ Λασκάρει τῷ Ῥυνδακηνῷ εὖ πράττειν.

Πολλάκις θαυμάζειν σε ἐπέρχεταί μοι ὦ φίλη μοι κεφαλή. ἤτοι γὰρ ἀμνηστίας τινὸς οὐδέν τι φιλο- πρεπὲς ἐπιτιμῷτ' ἄν σέ τις, ἢ ὄκνου γε τινὸς ὑπερηφανίας. ἀεὶ τὸ ἐγκείμενόν τι καὶ τὸ πρᾶγμα εἰς τὴν ἐπιοῦσαν καὶ τὸ ὕστερον ἐπαναβαλλομένου. οὐδὲν δὲ δὴ πέρα τούτου ἂν κατηγορῆσαί σου τολμῴην, ἐξητασμένου γε φίλου καὶ κἀκεῖνο μέντοι πληροφορουμένους. δῆλος εἶ μὴ γένοιτο δεινότερόν τι ἐμὲ περὶ σοῦ ὑποθέσθαι, ὃν δὴ μέγα κῦδος ἀχαιῶν ἀποκαλεῖν εἴωθα. φέρε δὴ εὖ πρὸς Δία τὸν φίλιον ἐγγίνοιτο ἀγνωμοσύνης προσ-

B καλεῖσθαι τοῦ Βουδαίου τὸν Λάσκαριν, εἴπερ τις ἄλλος ἐστὶ νῦν τῶν δικαίων τῶν δ' ἔφορος, τίνος ἂν ἀφορ- μῆς τυχεῖν, ἢ ποίας τινὸς ἀπολογίας εὐπορήσεσθαι ἂν οἴει. θαυμάζω δ' ἔγωγε ὅτι περ τὸ ὁ Δημοσθένους ὁ σὸς, εἰ νῦν σοι συνηγορεῖν ἐκ τῶν ὑπογείων διαναστὰς, ἂν τέρπειν ἂν ἔχοι μὴ οὐ δεῖν τὴν δίκην σε ταύτην ὀφλεῖν. πῶς γὰρ οὐκ εὖ δοκεῖ παθεῖν ἡμᾶς ἀποφαίνοιτο ὁ δικάζων, εἰ οὐδὲ μιᾶς ἐπιστολῆς ἀξιωθείημεν ὑπὸ σοῦ φανείημεν ἐξ ὅτου δὴ αὐτοὺς ἠξίωσε τιμῆς οὐ τῆς τυχούσης ὑπὸ τοῦ ἰσοθέου; τί δῆτ' ὦ Ζεῦ καὶ λόγε τί εἰπεῖν ἂν ἔχοις αὐτὸς, καί- περ ὢν εἰπεῖν δεινός. ὥσπερ ἐφεστιώσης τῆς τύχης, τῇ πίστει καὶ τοῦ καθήκοντι πολλὰ ἐρρῶσθαι φαίην προ- σήκειν. ὦ τῆς ξένης φιλίας, ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν τῆς ἑλληνικῆς. εἰ μὴ ἄρα που τοῦτο ἀμφισβητεῖται, πότερόν σοι φί- λος ἰδόκουν ἔτι τινός. ὅν γε σύ περ ἐν δικανικῷ δωρήσας, οὐδὲν ἄτοπον δήπου, οὐδὲν κωφὸν ἤδη φθεγγόμενον. οὐδ' ἀπίθανον, συνελὼν δὲ φαίην ἄν, οὐδὲ τῆς σῆς φιλίας ἀνάξιον. οὐδέπω σύ γε τόδε φήσειας ἂν εὖ οἶδ' ὅτι. ἐπὶ μὴν οὐδὲ τοῦτο λέγειν ἂν ἐπιχειροίης. ὡς ἄρα ἀπηγκαλίσω μοι τῆς αὐτῆς τῆς δί σοι δίκης ἔξεστι, οὐδ' ὡς νῦν οὐκ ἐνδέοντι ἐγκαλεῖν μοι τοῦτο πάρεστι, δέον ἐμὲ γράψαντα μὲν πρότερον, οὕτω τοι κατηγορεῖν μὴ ἀντιγράψαντός σου. πῶς γὰρ ἄν. ἄρ' οὐ τοῦτο ἀπαιτεῖ τὰ νόμιμα τὰ φιλικά, ὁπότερος ἂν τῶν φίλων εὖ ἔχων τύχῃ τῆς δαίμο- νος ἀγαθῶν τύχῃ. τοῦτο μὲν παραυτίκα θατέρῳ ἀπαγγέλλειν; ἐκεῖνον δὲ αὐτίκα τὸ μέλλοντα συνήδεσθαι τῆς εὐτυχίας αὐτῷ; δυστυχίᾳ μέντοι αὖ θατέρου χρησαμένου, τότε τὸν εὖ ἔχοντα ὑπάρξαι τοῦ καθήκοντος, ὡς ἐὰν τοῦτο μὴ γένηται, ἐγκαλέσαιτ' ἂν μεμψιμοίρως τὸν δόξαντα περιῶφθαι, καὶ τῆς κοινωνίας τῶν ἀ- γαθῶν ἀφῃρῆσθαι. ἐκεῖνο τόγε σοι ἐπιβάλλον, καταλελῦσθαι ἡμῶν ἡ φιλία δοκοίη ἄν. καίτοι ἀπεῖπασθαι δὴ τηλικαύτης τε φιλίας, οὔπω τε ἀπηρχαιωμένης, πάνυ τι εὐλαβητέον ἐμοὶ εἶναι ἡγοῦμαι, πρίν γ' ἂν ἐπαυτοφώρῳ σε τοῦδε τῆς αἰτίας ἑλῶ. καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ εἴτε πεπαίχθω εἴτ' ἐσπουδάσθω, ὁποτέ- ρως ἂν σὺ μᾶλλον ἀποδέξαιο, ἐπείτοι ἐμοῦ γε οὐκ ἐγκαλεῖσθαι σοι ἔξεισι, πότερον ἐμοὶ ἀγανακτοῦντι χρῆ- σθαι βούλει, ἢ εὐχαρίστῳ. ἴσθι γοῦν εὑρήσων με εἰς ἑκάτερον μέρος εὐτρεπῆ, καίπερ ἀνεπιστάσως ἔχοντα πρὸς τήνδε τὴν φιλίαν, τήνδ' οὔπω διεδογμένην ἡμῖν κοινῇ, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους συχνῇ χρείᾳ κεκυρωμένην. οὐ- κοῦν ἐπί σοι ἔσται ἢ τὴν ἑταιρίαν ἐμπεδοῦν τὴν εἰκοσαέτη, ἢ ἄκυρόν τι αὐτὴν καὶ οὐκ οὖσαν ποιῆσαι, ὡς δικασι- κόν τι ῥῆμα φράσαι. ἀλλ' ὅπως μὴ λάθῃς σεαυτὸν ἀνήκεστόν τι πλημμελῶν εἰς ἄνδρα δριμὺν ἐμὲ οὐχ ὡς ἂν τύχοι ὀργιούμενον, οὐ δὴ λαβὼν ἂν τύχω πρόφασιν καταπεφρονημένον. οἶσθα γὰρ δήπου ὡς πᾶσι σχεδὸν τοῖς τῶν ἑλλήνων παισί, δι' οἷα τὸν Λάσκαριν αὐτὸς προσπεπόνθειν πάλαι. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ὅσῳ τοῦτό τε διαγνώσκειν καὶ καθιστᾶν ἐφίημί σοι, ἐν τοσούτῳ οὐ μνησικακῶν σοι τῶν παρεληλυθότων, ἀξιῶ καὶ τὴν φι- λίαν τὴν οὔπω ἀπειρημένην, τυγχάνειν τῶν δικαίων, ἵνα γοῦν καὶ τῆσδε τῆς σῆς εὐτυχίας ἀπολαύσω μεταξὺ

σκιπο-

σκεπτομένῳ σοι. ὁ μὲν οὖν τὴν ἐπιστολήν σοι ἀποδοὺς Χριστοφόρος ἐστὶν ὁ Λογγόλιος, ἀνὴρ ἠγαπημένος ἐμοί. οὗτος λατινιστὶ ἀκριβῶς πεπαιδευμένος, προσέτι καὶ τῆς ἑλληνικῆς παιδείας ἥπτεται οὐκ ἀκροθιγῶς, ὥς γε ἀκηκοὼς εἰμὶ τῆς ὁμιλητικότητος αὐτῷ. εἰς καθόσον ἐφίκετο βέλτιον αὖ σὺ καὶ ἀγχινούστερον κατανοήσεις ὕπως τύχοις σοι ἀπαντῶν. γευσάμενος οὖν τῆς εὐγλωττίας τῆς ἑλλήνων, οὕτως ἀπλήστως ἔχειν ἔφη, ὥστε ἐμφορεῖσθαι ἀθρόως παρ᾽ ἡμῖν σοῖς ἐνδέεσι ταύτης οὐκ ἔχων, ηὔξατο τε καὶ ηὔχετο αὐτόσε πορεύεσθαι, ὅπου δὴ τὸ γυμνάσιον τὸ τῶν ἐπηλύδων ἑλλήνων κατασκευάζει σὺ αὐτοῦ πάσας ἐπιθυμίας οἷόν τ᾽ εἴη, ἐῤῥῶσθαι ἡμῖν φράσας, οἷς οἰκειῶσαί τε ἐπαναγκης, καὶ παιδείᾳ δὲ ὅπη ἐπιτήδειον στέρξαι, καὶ τὸ δὴ οἰκτρότατον, αὐτοδιδάκτῳ, ὡς οἶσθα, τούτου δὲ διαγνοὺς, καὶ ἀφορμῆς κενὸς τυχὼν, τῶν προσηκόντων μὲν αὐτοῦ καὶ φίλων ἐπιλαμβανομένων, λόγον οὐκ εἶχεν, ἰδοὺ δή μου ἤδη συσκευασάμενος τὰ ἑαυτοῦ, συστῆσαι σοὶ τῶν ἐλλογιμωτάτων τῶν ἑλλήνων, Λάσκαριν φημὶ τὸν σὸν φίλον, ὅτῳ γοῦν ὁ λόγος ἔχει, τάτε ἄλλα πολὺ ἰσχύοντα ἐν Ῥώμῃ, καὶ δὴ καὶ διοικούμενον τὰ περὶ τοὺς λόγους, καὶ τὴν τῆς παιδείας ἐπιμέλειαν παρὰ ἀρχιερεῖ. αὐτοῦ γοῦν εἰσηγεμένου τὸ γυμνάσιον ἐπιτετήδευται τὸ ἑλληνικὸν ὃ περιβόητον. εἰ μὲν οὖν ὦ φιλότης ὁ αὐτὸς ἂν νῦν τυγχάνεις παρὰ πάλαι μοι δοκοῦντι καὶ ἀκριβῶς δὲ ἐγνωσμένῳ, τούτῳ παρὰ φιλομαθεῖ, ἐρωτωμένῳ πῶς ἔχοντι περὶ τὴν παιδείαν τὴν καλλίστην, ὥσπερ εἰ ἐρωμένην αὐτοῦ ἐπίδοξος εἶ βοηθήσειν, μάλιστα μὲν τοῦ τρόπου τοῦ σοῦ ἕνεκα, πάσης τῆς ἀριστείας τε καὶ εὐνοίας εἰς πάντας τοὺς φιλολόγους προαιρετικοῦ, ἔπειτα δὲ καὶ δι᾽ ἐμὲ, ᾧ δὴ κεχαρισμένον τι ποιεῖν ὁπωσοῦν ἂν προέλοιο. δοκεῖς δέ μοι κἂν συνάψασθαι εἰ τῶν πόνων ἤν τι σχολὴν ἀγάγῃς ἐν πολλῇ ἀσχολίᾳ, ὅσγε καὶ τοῖς ἐπικεκυφόσι τῶν σπουδαίων συνάρχεσθαι δὴ τῶν βαρέων τὴν ἐπιχείρησιν αὐθαιρέτως εἴωθας. ἄξιος δὲ δὴ τῆς βοηθείας οὗτος τυγχάνειν εἶναί μοι δοκεῖ, ὁ ἐνθένδε τὴν παιδείαν μέχρι τῆς Ῥώμης μετιών. γένοιτο μόνον αὐτῷ φανῆναί σοι τοιούτῳ, οἷος ἂν σύγε τῇ φύσει ἀρέσκοιο. ἐπὶ τούτῳ γε οὖν ἐγγυᾶσθαι τὴν σὴν, ὃ πάντων τῶν φίλων μου βοηθείας, οὐκ ἂν εὐλαβοίμην ἔγωγε. πρόσειπέ μοι τὸν πρεσβευτὴν ἡμῶν Βαρμαῖον, τὸν βασιλικὸν δὲ κατολόγον ἐν τῇ βουλῇ τῇ ἀνωτάτῳ, εἰ ἄρα γ᾽ ἔτι αὐτόθι ἐστὶ ταύτην σε νομισαμένου. ἄνδρα μὲν αὐτὸν χαρίεντά τε καὶ φιλομαθῆ ἐν τοῖς πάνυ. ὅτου δὴ ἕνεκα προσωκειῶσθαί σοι τοῦτον καὶ πεφιλιῶσθαι ἡγοῦμαι μετὰ ξὺν πρεσβεύοντα. τὸ τοίνυν πλουταῖον εἴ τι σοι μέλει τῶν ἐμῶν, ἴσθι ἐμὲ ἀπὸ τῆς ὑγιείας μὲν, οὐκ εὖ, ἀπὸ τῆς διανοίας οὐ κακῶς διακείμενον, παιδοποιητικὴν τε καὶ παιδευτικὴν ἤδη ἐργαζόμενον. προσαγορεύει σε ὁ ἐμοῦ Φραγκίσκος ὁ Δηλοῖνος, ἀνήρ σοι πάλαι προσφιλὴς καὶ δεδοκιμασμένος, ἐμοὶ δ᾽ ἡμιμόλιος φίλος. ἔῤῥωσο, καὶ διατέλει ἡμᾶς στέργων. ἐν Παρησίοις ἑκατομβαιῶνος μηνὸς τῇ δεκάτῃ ἱσταμένου πρὸ μιᾶς τῆς τροπῆς τῆς ἡλιακῆς.

Γυλιέλμος Βουδαῖος Κρόκῳ εὖ πράττειν.

Μέλλεις μὲν ὦ Κρόκε ἀμφὶ τὰ τῶν ἑλλήνων οὐ μετρίως ἐπιδώσειν, ὅσον πρὸς ἄνδρα λατῖνον ἐμὲ λατῖνος ὢν αὐτὸς, ἑλληνίζειν προήρησαι παρὰ λόγῳ, γενναίως δὲ καὶ ἀξιεπαίνως. ὅτι μέντοι τῆς φιλίας ἡμῶν τῆς παλαιᾶς ἐμνήσθης, δυσφορεῖν τε ἔοικας τὰ ἔσχατα φερόμενος τῆς οἰκειότητος νῦν παρ᾽ ἐμοί, τῶν πρωτείων γε τυγχάνειν σοὶ προσῆκον, μνημόσυνόν τι παρέχεσθαί σε χρὴ καὶ γνώρισμα οὐκ ἀμυδρὸν τῆς ὁμιλίας ἡμῶν. καὶ γὰρ τοῦ Κρόκου ὀνόματος, ὥς γε μοὶ γνωρίμου ἀνδρὸς καὶ οἰκείως ἔχοντος, σὺ πάνυ τι τόγε νῦν ἔχον μέμνησαι. ὑμῶν τούτου γε ἕνεκα δυσχερέστως σε δεῖ διακεῖσθαι ἢ ὅπως δὴ ἀνιᾶσθαι. οὐ δέ τινι φθονῆσαι τῶν ὑμεδαπῶν, οὓς ἡδέως τε ἀσπάζομαι δι᾽ ἐπιστολῶν καὶ διὰ τιμῆς ἄγω, εἰκότως. ἄνδρες γάρ εἰσιν ἐκεῖνοι, ἐμοί τε καὶ πολλοῖς τῶν ἐμοῦ διαφερόντων σοφίᾳ, κεχαρισμένοι. σοί γε μὴν ἔνεστι καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς παρ᾽ ἐμοῦ τυχεῖν ἦν σοι τοῦτ᾽ ἐπιμελὲς ᾖ. φέρε δὴ προσαναφέρει σε τούτοις τοῖς Βρεττανοῖς παρ᾽ ἐμοῦ τοῖς σοῖς, ἴσα τε ἀξιέραστον, κἀγώ σοι ἴσα καὶ τούτοις φιλικῶς προσοίσομαι. ἴσθι μὲν δὴ τῇ ἐπιστολῇ ἄνδρα προκαλεσάμενος οὐκ ἀηδῶς ἀντηξιωκότα σοι, εἴπου σοὶ τοῦτο κατὰ θύμιον ἑλληνιστὶ ἀντεπιστέλλειν ἡμᾶς. ἔσομαι γὰρ καὶ ταύτῃ τῇ γλώσσῃ τὴν φιλοτιμίαν ἀσκῶν. ἔῤῥωσο, καὶ τῶν ἐνδόξων τουτωνὶ καὶ λογίων τῶν αὐτόθι, τούς σοι φιλτάτους πρόσειπέ μοι. ἐν Παρησίοις ἀνθεστηριῶνος τρίτῃ ἱσταμένου τῆς νικῶσας τῇ ὑστεραίᾳ.

Γυλιέλμος Βουδαῖος Χριστοφόρῳ Λογγολίῳ εὖ πράττειν.

Ἐκομισάμην σου τὴν ἐπιστολὴν δευτέρᾳ τούτου τοῦ μηνὸς ἱσταμένου. ἐπιδόντος του τῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας κοινοβιάρχου τοῦ Βαρβολίνου, νεανίσκου γ᾽ ἐμοὶ δοκεῖν ἀξιεράστου τῆς εὐνοίας ἕνεκα τῆς τε πρός σε καὶ τοὺς ἄλλους πεπαιδευμένους. ταύτην δὲ τὴν ἐπιστολὴν ἡδέως πρῶτον ὑπὸ τῆς χαρᾶς ἐπῆλθόν τε καὶ προσπεπήλαθον εἶτ᾽ ἠρέμα δὴ ἀνέγνωκα, τοῦτο μὲν, τοῖς γράμμασιν ἐνασμενίζων τοῖς σοῖς καὶ ταῦτα ἑλληνιστὶ φθεγγομένοις, τοῦτο δὲ γλιχόμενος μανθάνειν τὰ περὶ σοῦ. οὐ μέντοι οἶμαι ἂν τὴν ἐπιστολὴν ἐδεξάμην, ἀνὰ δὲ τὸ ἄστυ σπεύδοντί μοι παρεδόθη, ὅσον τε οὐδέπω εἰς ἔπαυλιν ἐξιόντι, ἐπεὶ παραυτίκ᾽ ἂν ἐγὼ ὑφ᾽ ἡδονῆς ἀντεπέστειλα. οὐ γὰρ ἂν ἠνεσχόμην μὴ οὐχί σε τοῖς ἴσοις γοῦν γράμμασι παραυτόθεν ἀμείβεσθαι,

τόν γε

A τόν γε περικαλλέστερον ἐμὲ εἰς τουτὶ τὸ στάδιον οὐ δυσκολώτερον ἐμοί. διὸ ἐπειδὰν δὲ δὴ ἡμέρας εἰς πόλιν ἐ-
πανιὼν, τά τε οἴκοι διαθέμενος, καὶ τῶν πραγμάτων ἀπαλλαγείς, πρὸς τοῖς λόγοις αὖ ἠρξάμην εἶναι πάλιν. καὶ
τὸ μὲν πρῶτον σχολὴν ἤδη μοι ἄγοντι, ὅτε τὸ ἀρξαίμην σκεπτομένῳ τὰ γράμματά σου πάλιν ἐπιλέξασθαί
μοι ἐπῆλθον, ξυνηδόμην γε σοὶ εὐθὺς τῆς σπουδῆς τῆσδε ἀγαθῆς, καὶ τῆς ἐπιδόσεως τῆς ἄγαν ἐν παιδείᾳ τῇ
ἑλληνικῇ. πῶς γὰρ οὐκ ἂν συνέχαιρον, ὅς γε σοὶ τῆς προαιρέσεως ταύτης εἰσηγητής, σύμβουλος, συναινέτης
ἐγενόμην, καὶ δὴ καὶ ἐνθένδε ἀπελθόντι συστατικὴν ἐπιστολὴν ἐχαρισάμην πρὸς ἄνδρα ᾧ μάλιστα συστῆ-
ναι σὺ ἐπεθύμεις, καὶ μὴν δὴ καὶ τοῦτο προσθείην ἄν, ἀπείη δὲ φθόνος, ὅς γε τὴν γνησίαν τῶν γραμμάτων
σπουδὴν ἐλευθεροπρεπῶς τε καὶ ὁλοσχερῶς ἐκπνεῖν καθηγητὴς τοῖς σπουδαίοις τοῖς γ' ἐνταῦθα γέγονα,
καὶ λόγου τοῦ ἐπιτηδεύματος τοῖς Κελτοῖς τοῖς κατ' ἐμὲ κατῆρξα. οὐ δὴ ἕνεκά τις ὑπάρξειν εἰς τὸ ἐπιὸν προσδο-
κῴην ἄν, εἴ γε τῶν ἀποδεδεγμένων τὰ αὐτῶν ἐτύγχανον ὤν. ἀλλ' ἔγωγε μὲν ὁρῶ τὴν παιδείαν ἀξίους σχεδὸν
σοί τε κἀμοὶ εἶναι περισπούδαστον. ἀμέλει τό γ' ἐς ἐμέ, οὐδ' ἂν οὐδὲν αὖ παραχωρήσαιμι, οὐδ' ἐφείμην ἂν οὐδὲν οὐδὲ ἂν τῶν
σπουδαστῶν, τοῦ μὴ οὐχὶ ἀπεχθῶς τε καὶ ἀφειδῶς τούτου τοῦ πράγματος αὐτὸς προεστηκέναι δοκεῖν, ἀκαταπα-
στότερόν τι οὐ τῇ μοι γεγαμημένῃ συμβιῶναι καίπερ κεχαρισμένῃ. σὺ μέντοι μέγαν τε πόνον ἄρασθαι φής, λιπεῖν
τε σπουδὴν ἐπιτετάσθαι, σκοπῶν καὶ μεμνημένος ὅπως χρόνῳ μὲν ὑστερήσας, ἐπιμελείᾳ δὲ χρησάμενος
ὑπερμεγέθει, τοὺς προλαβόντας ὅσον αὐτίκα καταλήψῃ. εὖ γε τῆς προαιρέσεως τῆς σῆς ὦ φίλε γενναίας τε καὶ
ἀξιεπαίνου καίτοι τούτῳ τῷ λόγῳ ἴσθι σὺ τὴν ἐμὴν σπουδὴν ἐπιεικῶς ἐπιτετακώς, οἶδα γὰρ εἰ κινδυνεύω καθε-
στάναι σοῦ γε δὴ ἀντεπιθυμοῦντός μοι τῆς ἐρωμένης ἐμῆς, ἐφ' ᾗπερ ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ ἀγάλλεσθαι λίαν καὶ οὐ
μέτρια φρονεῖν ἐδόκουν. τί δέ; ἔστιν ὅς τις οὐκ ἂν συμφορὰν ὡς μεγίστην τὸ πρᾶγμα τοῦτο ποιοῖτο τῆς εὐκλείας
ἀφαιρεῖσθαι νῦν σχεδόν τι παντελῶς, ὑπ' ἀνδρὸς νεοφανοῦς, ἣν ἐπὶ τοσοῦτο ἀναμφισβητήτως ἐκαρπωσάμην;
οὐ μὴν ἀλλ' ὥσπερ οἱ γενναιότατοι τῶν ἀθλητῶν τὴν νίκην οὐκ ἂν ἥδοιντο ἀνιδρωτί, μηδενὸς αὐτοῖς τότ' ἀν-
ταγωνιουμένου ἐνδείᾳ τοῦ ἀνταπάλου, ἐπεί τοι τὴν δύναμιν εὐκταιότερόν ἐστιν ὁπηνδήποτε ἐνδείκνυσθαι, ἢ τοῦ γε
σταδίου λειποδρατοῦντος ἀνιδρωτὶ τὸ ἆθλον φέρεσθαι ὥσπερ ἐγκαταλελειμμένον, καὶ οἱ νικηφόροι δὲ ἀγωνισταὶ
καὶ δεινοὶ πλεονεκτοῦντος τοῦ σταδίου φαιδρότερον δήπου ἐκεῖθι, ὡς ἐν ὄγε τότε αὐτοῖς τὴν ἰσχὺν ἐμπεδοῦσθαι
ἐκπεπονημένην ἀσκεῖν, οὕτω δή τοι καὶ αὐτὸς ἐμαυτῷ ξυνήδομαι οὐκ ὀλίγου νυνὶ μαθὼν εἰς ἐκεῖνο τὸ πέρας
τῆς σπουδῆς ἡμᾶς, οὗπερ ἔγωγε ἐφικέσθαι, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν ἐφ' ἡμῶν, ὑπερεπεθύμησα. σύ γε μὴν ὁ-
δρομαῖος, ἄλλοι τε τινὲς τῶν ἐνθάδε, πρὸ τῶν ἐγκυκλίων δηλαδὴ καὶ μετρίως ἐχόντων ἐκθορόντες, τὴν σπουδήν
γε τὴν ἐμὴν ταύτῃ προξενεῖτε δι' ὅλους δήπου μὴ προκατεληλυθότων ποθ' ὑμῶν, βραδυτῆτα πολλὴν ὄφλω,
B ὅ γε πρότερον αὐτὸς τῶν ὀξέων εἶναι καὶ πρωτευόντων δόξας. οὐ γὰρ ἂν οἶμαι καταλαβοῖτέ με δραμόντες, μὴ οὐχὶ
αὐτίκα δὴ μάλα μετ' αἰσχύνης ἂν ἀπολιπόντες. ὅμως μέντοι οὐκ ἀγνοεῖν ὑμᾶς δεῖ, μέγα τὸ μεταίχμιον εἶναι
τὸ διὰ μέσου, ὅπερ ὑμῖν διανυστέον ἐστίν, εἴ γε ἐθέλοιτε εὐθὺ δραμεῖν τοῦ τέρματος ἄχρι τῆς βαλβῖδος ἐγγύς που τὰ
πόδας δῆθεν ἀπολαύοντες ἐμοί. ἀλλὰ γοῦν φαίης ἂν ἡμῶν τις οὐκ ἂν ἀναδύοιτο κατ' ἴχνος σοι καταπολυ-
θεῖν, ὅς γε οὐδενὸς ἀκούσας διδασκάλου, οὐδενί τε οὐδέποτέ τι τεχνικὸς τῶν ὁπωσοῦν ἐμπείρων, ἄπορον δὴ
τῇδε κἀκεῖσε ὑπὸ τῆς προθυμίας, καὶ περινοστοῦντι ἐοικώς, βραδέως ἄρα καὶ τῶν διὰ μέσου ἐφικέσθαι. μήτι
δὴ τῆς ἐσχάτης μὴ δυνηθεὶς ἡμεῖς δὲ οἱ εἰς τοὺς διδασκάλους φοιτῶντες, ἢ ἄλλως γέ πως τυχόντες καθηγεμόνος, τὴν
τε τῆς παιδείας μέθοδον ἀνιόντες οὐ κατὰ πόδας βάσιν, οὐδέ γε ὅπως δὴ καὶ τυχούσως ἐπιδιδόντες, ἀλλὰ κατὰ τά-
ξιν μέν, ἀθρόως δὲ τὰ ἐφεξῆς μετιόντες ἀλλήλων ἐχόμενα, πῶς οὐκ ἂν τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου καὶ πόνου κερδή-
σαιμεν, ἐν οἷς σύ γε μονάζων δεινῶς ἐκακοπάθεις, οὐχ ὅπως τῶν ἡγεμόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν συμφιλοπονούντων
ἀμοιρῶν. οἴμοι κακοδαίμων, οἷα λήξειν ἐγὼ περὶ τὰ τῆς φιλολογίας ἀτυχῶ; σὺ μέντοι πρὸς τῷ διαφέρειν
μου τῇ εὐφυΐᾳ, καὶ τοῦτο δὴ πλεονεκτεῖς πάντων ἡμῶν τῶν ἐνθαδί, ὅτι τῶν καθηγησαμένων εὐπορεῖς, καὶ τῶν
περιηγησαμένων δ' εἰσὶ τὰ περὶ τοῖς πάλαι σοφοῖς. βιβλίων τε τῶν βελτίστων τυχὼν κατὰ γνώμην, μηδέν με
δήπω καταδεὴς μηδ' ὑποδεὴς γεγονώς, ὥς γε λέγεται νῦν ἐνταῦθα. ἐμὲ δέ, τῶν μὲν καθ' ἡμέραν καὶ τῆς πρὸς τὴν
χορηγίαν τήνδε τὴν εἰς φιλολογίαν, ἴσως ἂν εὐπορῆσαί πω δυνηθέντα, τἄλλα γε ἡ τύχη ἠλάττωσεν καὶ τῆς καθ-
ρῶν ἡ κατάστασις, ἀπορούμενον δήπουθεν πρῶτον μὲν βιβλίων, εἶτα διδασκάλων, πρὸς δὲ καὶ συμμαθητευόντων,
ὃ δὴ μέγιστον. ἐῶ δὲ λέγειν πολλάκις με ἐπισχηκέναι τὴν ὁρμήν, οὐ μόνον τοὺς ἰατρούς, ἐξώλειαν ἐπαπειλοῦντας
εἰ μὴ παραχρῆμα μεταθοίμην τὴν δίαιταν, καὶ τὴν βίβλον ἀφοσιοίμην. εἶτα, τὴν δὲ δὴ νόσον ἐκείνην, ὡς ἂν
εἴποι τις, ἐμοὶ συγγενῆ, συχνά μοι πάνυ πράγματα καὶ συνεχῆ παρασχοῦσαν, πῶς οἴει ἀνακόψαι με τῆς ὁρμῆς
καὶ ἀποπαῦσαι, ὅσον οὔπω οἰόμενον διαπαντὸς τεθνήξεσθαι; τί δαί; τῶν φίλων καὶ προσηκόντων τοὺς παύσαί
με ἐπιχειροῦντας τῆς ἑλληνικῶν λόγων σπουδῆς, οὐδὲν πλεῖον ἕξειν με φάσκοντας ἀπὸ τῆς γνώσεως αὐτῶν, ὁ-
πηνίκα ἐν τοῖς Κελτοῖς οὐδέποτε τούτων οὐδεὶς λόγος ἔσεσθαι μέλλοι. τὰ τοίνυν τούτου τοῦ ἀγῶνος πρό-
τερα μέν, διαφερόντως ἐμοί τε καί σοι εἶχον. εἰς δὲ τὰ μετὰ ταῦτα σκοπουμένῳ, ἐν ταὐτῷ σχεδὸν καθεστῶτε
δοκοίη ἄν. καὶ γάρ τοι αὐτὸς δοκεῖν εἶναί τις φθάσας τοῖς πολίταις τοῖς ἐμοῖς ἐπὶ τῇ τῶν ἑλληνικῶν λόγων
ὀπτασίᾳ τινὶ ἐπιστήμῃ, ὥσπερ οὐκ εἶθ' ὅπως εἴθ' ὑπὸ τοῦ πάνυ εὐδοκιμούμενος, εἴθ' ὑπό του τῶν ἔναγχος
ἐπὶ τῷ ἐπιχειρήματι τούτῳ γνωρίμων, οὐκ ἂν ἀμαθίαν ὄφλοιμι, οὕτω δή καὶ σὺ κινδυνεύεις πω τῶν ὁμολόγων
ἀκούειν εἶναι καὶ μικρόν τι πρὸς ἡμᾶς δι' ἔτους τρίτου δεῖγμά τι καὶ γνώρισμα ἐκδιδοίης παιδεύσεως οὐ τῆς τυχού-
σης.

σῃς. τοῦτον γὰρ ποιεῖν ἐπίδοξος εἶ, ἐνδεδωκότος οὐκ οἶδ' ὅπως τοῦ λόγου ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν. δῆλος εἶ καὶ διὰ
στόματος ὢν τῇ πόλει ἐπὶ τῇ ἀποδημίᾳ καὶ μεγίστη περί σου ἐλπὶς οὐκ οἶδ' ὅπως ἐγγεγενημένη, κατανοεῖς
εὖ οἶδ' ὅτι οὐ καλῶς οὐδ' εὐδοκίμως ἂν ἀπαλλάξαις τῆς ἡμετέρας περί σου ὑπολήψεως, μὴ οὐχὶ αὐτὸς ἀπε-
κηρύξεις τὸ φιλοπόνημα εἰς τὸ κοινὸν κριτήριον οὐκ εἰς μακρὰν ἐπισῶν. ἔγωγέ τοι καὶ ταῖς κατ' οἰκονομίαν
φροντίσιν ἀπασχολημένος τοῦτ' ἔτος ἤδη δεύτερον, ἐν ὅσῳ σὺ δ' εὐτυχῶς προσκείμενος ὡς ἠσθόμην, τῶν
γραμμάτων τούτων μεταπεποίησαι, ὅμως μέντοι ἐπὶ τὰς πάλαι φροντίδας καθάπερ εἰς τὰς παλαιὰς
φάτνας τὸ λεγόμενον, καὶ τὴν ἄγαν σπουδὴν ἐπανῆκα, ἐπεὶ πρῶτον ἐγχωρήσῃ, καθόσον γε δὴ ἀρχὴ τῆς εὐ-
μερίας καὶ τύχης ἐστὶ ἀφίεσθαί μοι ἐξεῖναι τῶν οἴκοι ἐπιστασιῶν, ἢ ὁπηδήποτέ τι ἀνεῖναι τῶν ἐπὶ τὸν λόγον
τοῦτον ἐπιβαλλόντων. ἀντὶ πάντων γε μὴν τῶν πόνων ἐμῶν, τῶν τ' οἰχομένων καὶ τῶν εἰσαῦθις, δεξαίμην
ἂν ἔγωγε, οὐκ ἐλάττω τινὰ δόξαν οἰκουρῶν αὐτὸς εὑρέσθαι, τῶν ἀπὸ τῆς πατρίδος ἀποδημησάντων, καὶ τοῖς
ὀνομαστοτάτοις τῶν ἑλλήνων ἐπεξετασμένων, οἳ δόξης τι πόλεις διελθόντων ἃς ἂν οἰκείως ἔχειν μάλιστα πρὸς
τὰ μαθήματα εἰδῶσι. τὰ μὲν δὴ ἀμφὶ τοὺς λόγους τουτουσί, αὖθεν μὲν ἄρα διαπονούμενος ὡς οἷόν τι μάλι-
στα, εἴτ' ἀτυχῶς εἴτ' ἐπιτυχῶς, φιλοτιμησάμενος δὲ πρὸς οὐδένα, οὐκ ὄντος δήπουθεν ἐφαμίλλου τοῦ ἀγῶ-
νος τοῦδε τηνικαῦτα παρ' ὑμῖν, τὰ δὲ τούτου ὑπερφιλοτίμως διαγωνιεῖσθαι δοκῶ μοι, ὡς δὴ ἀντεξετασθη-
σόμενος ἤδη πρὸς ὑμᾶς τοσούτους ἢ τηλικούτους γε ἄνδρας, ἐφαμίλλους δὴ ἐξαίφνης μοι φανέντας περιλυπό-
τε νῦν ἀγῶνος. καὶ μὴν καὶ ἔγωγε τοσαύτην σπουδὴν ἐνθυμούμενος οὔ τι καί που δήλων τῶν ἐνταῦθα
ἑλληνιζόντων, ὀλίγου δέω ἡγεῖσθαι αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ λογιζόμενος, ὡς ἄρα πάντα κατ' ἐμοῦ συγκρότημά τι
συστάντες πεπείκασι, ἁμιλλώμενοί μοι δῆθεν περὶ τῆς ὁποσουδήποτε δόξης, μὴ γὰρ δὴ βασκαίνοντές μοι καλ-
λίστης προαιρέσεως. τάχα τοίνυν σὺ ταύτην τὴν ἅμιλλαν αὐτὸς κατὰ σαυτὸν μεμελέτηκας, περιττῇ γε τῇ φύ-
σει σου πεποιθώς, καὶ δὴ ὑπερβαλλούσῃ τῇ σπουδῇ, ἅμα δὲ καὶ τῇ τῶν αὐτόθι διδαξάντων ῥᾳδιουργίᾳ, ὥσπερ
σὺ δοκιμάζει ἀκροώμενός τι καὶ κατὰ γνώμην αὐτοῖς ἐντυχών, τί οὐκ ἂν κατορθώσαις. ὡς μὲν οὖν ἐγὼ τὰ καθ' ὑ-
μᾶς συνιεὶς καὶ λογιζόμενος, ἰσχὺν ὅμως ὀρθῶς καὶ βεβαίως πέπεισμαι ἀνταγωνιζομένων ὑμῶν, οὐκ ἂν
εἴποιμι. οὐ γάρ τοι τοῦτό γε πρὸς ἀνδρός ἐστιν ἑαυτὸν ἐγνωκότος. ὡς δὲ προθύμως ὁμόσε χωρήσω ἐπιχειρῶν
ὑμῖν, οὐδὲν οὐδ' ἀθυμήσας οὐδ' ἀπραγμῶν, οὐδὲ παραιτούμενος ἄχρι τοῦ καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων ἀποπειρᾶσθαι,
εἰπεῖν οὐκ ἂν εὐλαβοίμην. τῶν δὲ δὴ κρατίστων ἴσως καὶ ἐπαινῶν ἔργον ἐστὶ ἀνθρώπων, ὑπενδοῦναί τι καὶ ὑ-
φίεσθαι πάντως θανατῶντί μοι, εἴ γε μέλλω τῆς τάξεως ἀπεστερηθήσεσθαι, ἣν πρὸ ὑμῶν ἐτάχθην τῶν πολλῶν
μὲν ψηφισαμένων, ἐπιψηφισάντων δὲ οὐκ ὀλίγων τῶν ἐν ἀξιώματι. ὅτι μὴν αὖ πάλιν τἀληθὲς οὐκ ἂν φαίην.
ἣν γὰρ δέδωκέ μοι πρῴσως ὑμῖν ἐπιδοῦναι ἂν τὸ ἐπὶ τούτῳ, ἤδη γὰρ καὶ αὖ εὖ παιδεύοντος οἶμαι κρατήσειν
τῶν χαλεπῶν, καὶ τούτῳ ἐμοῦ κρείττονα γιγνόμενον εἰς τὸ ἔπειτον ἀεὶ διατελεῖν, ὅσωπερ ἂν ὑμεῖς καθημέραν,
κρείττους ὑμῶν αὐτῶν γένησθε, καλῶς μοι καὶ ἐπιτυχῶς γενήσομαι τὰ κατὰ τὴν ἐπιτήδευσιν τὴν δὲ φέρεσθαι.
ὑμῶν τοίνυν οὐδ' ἂν εἷς φαίη γε ὡς οὐ μᾶλλον οὐδ' ὁμοίᾳ προθυμίᾳ χρησάμενος, καὶ δὴ ὁμοίως ὑμῖν αὐξήσεσθαι
ἐκ προσαγωγῆς. προτερήσας ἄρα τῇ ἡλικίᾳ ὑμῶν, οὐδαμῶς δὲ φιλοπονίᾳ ὕστερος ὤν, οὐκ ἔστιν ὅτου ὑμῶν ζῶν γ'
ἀπολελείψομαι. κἂν ἐμοὶ ἐπιβιώσητε, ἔσω γὰρ τοῦτο ἐμοῦ γε ἕνεκα, πορρωτέρω που τῆς φήμης προβεβηκότες
τύχητε. καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοῦτον πεπαίχθω τὸν τρόπον. χαίρειν γὰρ εἰώθαμεν ἐπιστέλλοντες πρὸς φίλους τοι-
ουτοισὶ παιγνιώδεσιν. οὐδ' ἂν σε βουλοίμην ὅτι τινὰ τῶν ἐντυγχανομένων, ταῦτ' ἐκλαβεῖν ἀναγνόντα ὡς ἐμοὶ ἐ-
σπουδασμένα. πῶς γὰρ ἂν ταῦτα σπουδαιολογησαίμην, ὅσῳ γε τῆς τε συνοικούσης καὶ τῶν παίδων περιεχόν-
των, οἰκείων τε φροντίδων ἐπαλλήλως προσεμφυομένων, οὐχ ἕξειν οἶμαι εἰς τὸ ὕστερον ὅπως πῇ μὲν τῇ περὶ
τοὺς λόγους σπουδῇ, πῇ δὲ, τῇ περὶ τούτους δυνάμει θ' ἡδονῇ τι χρήσομαι. οὐδὲ δὴ ἔστι κατ' ἐμέ. οὐδ' εἰ σχολὴν ἄ-
γοιμι, τοιούτοις ἀνταγωνισταῖς ἴσα βαίνειν, τοῖς τῶν ἄκρων καὶ δυσεφίκτων μαθημάτων νεανικῶς ἀντεχομέ-
νοις. δῆλος εἶ μὴ γένοιτό μοι μηδ' ὅς τις ἐμοὶ φίλος, ἐν τῇ ἐνδεχομένῃ ταύτῃ τῶν λόγων σπουδῇ, καὶ ἐν τοῖς τῆς
γνησίας φιλολογίας προπαιδεύμασι πλέως παρακμάσαι μὴ ὅτι γε ἐναποθανεῖν. οἶσθα γὰρ οἶμαι ἐμοῦ ἀ-
κούσας, ὡς εἴ ποτέ μοι ἐγγένηται τὰ περὶ ἐμὲ κατὰ νοῦν εὖ τίθεσθαι, πρὸ πάντων ἂν τιμησαίμην τοῖς ἱεροῖς λόγοις
ἐξεῖναί μοι ἐμφιλοσοφεῖν, καὶ τῶν ἄλλων μεθίεσθαι τῶν εἰς τὰ ἐπίγεια καθηκόντων. σὺ δὲ ὦ φίλε τῆς φιλο-
πονίας τῆς ἐπιτηδευθείσης, τῆς τε ἐπιδόσεως τῆς εὖ χωρούσης ὄναιο. καὶ γάρ τοι εἰ μηδὲν ἄλλο, τοῦτο γοῦν ἔγωγε ἀ-
πολελαυκέναι δόξω τῆς ἄγαν διαπονήσεως, ὅτι τοῖς ἑλληνικοῖς σταθερῶς ἐμφιλοπονῶν, ὑμῶν τῶν εἰς κλέος
φερομένων ὁρμὴν τοιαύτην ἐξανέστησα, διατεθραμμένων δῆθεν πρὸς τὸ παρακολουθεῖν ἐμοί, τοσοῦτον γέ τοι προ-
κεχωρηκότι, ὅσου δή τις τῶν εὖ πρὸς ταῦτα πεφυκότων, οὐδ' ἀπονητί, οὐδ' ἀνιδρωτὶ ἐφίκοιτ' ἄν, οὐδ' ὡς ἂν τέ-
χνῃ φιλοτιμησάμενος. ἀτὰρ οὖν θαυμάζω ὅτι ποτ' ἐστὶν ὡς οὐδὲν ὅλως μέμνησαι Ἰανοῦ τοῦ Λασκάρεως, ὃν πά-
λαι ποτὲ προσφιλῆ μοι ὑπάρχοντα, οὐκ οἶδ' ὅτι νῦν χρὴ καλεῖν. τοῦτον γοῦν οὐχ ἱκανῶς κατανενόηκα ἐξ ὧν αὐ-
τὸς ἀντέγραψε τοῖς ὑπ' ἐμοῦ ἐπισταλεῖσιν. ὅμως δ' οὖν οὗτος προσφερέσθω παρ' ἐμοῦ ἐπιμελῶς. ἤκουσα γὰρ τοῦ
Βαρμᾶ τοῦ νῦν προεδρεύοντος τῆς πάνυ βουλῆς, σοί τε καὶ πᾶσι τοῖς Κελτοῖς χαρίσασθαι, τοῦτον φιλεῖν ὡς
ἔχει δυνάμεως. προσφερέσθων δέ μοι καὶ οἱ χαριέστατοι τῶν σῶν φίλων ἐν καθηγησαμένων σου. ἀμέλει παι-
δείᾳ προσανεπνευκὼς ἔγωγε, πρὸς τοὺς εὐγνωμονεστάτους δὴ τῶν σοφῶν οἰκείως διάκειμαι. ὑφ' ὧν ἀντιφιλεῖσθαι
περὶ πολλοῦ ποιοίμην ἄν. καί τοι οὐκ ὀλίγοις τῶν ἐνδόξων ἤτοι διὰ λόγων ἐντυχών, ἢ διὰ γραμμάτων προσ-
ωλων-

ὠλιγωρημένος, χαίρειν εἰληχέναι πέπεισμαι παρὰ πάντων. ἣν δὴ τἀμὰ καταλεγόμενος, ἐν τοῖς πρώτοις καὶ ἐντιμοτάτοις τῶν κτημάτων τίθεμαι τῶν ἐμαυτοῦ. Ῥεγαῖος ὁ κοινὸς τῶν καλῶν κἀγαθῶν φίλος, προσαγορεύει σε δι' ἐμοῦ. ἔτι δὲ καὶ Δηλόϊνος, ὃ καὶ οὗτος ἄχθεταί σοι, διδωκώς γε πρός σε γράμματα, καὶ μὴ ἀντιλαβὼν παρὰ σοῦ. Ἔρρωσο, πυανεψιῶνος πέμπτῃ ἐπὶ δέκα.

Γυλιέλμος ὁ Βουδαῖος Γυλιέλμῳ τῷ Μαίνῳ εὖ πράττειν.

Χθὲς μὲν ἀπολαβὼν τὴν ἐπιστολὴν τὴν σήν, ἐχάρην. ἀναγνοὺς δέ, ἀπεδεξάμην τὴν εὐμαθίαν τὴν περὶ τὰ ἑλληνικά, ἐν οἷσπερ ἔγωγε προβιβάζειν τὴν εὐφυΐαν σου γλίχομαι. ἠχθέσθην μέν τοι ὅτι οὐκ ἐξήρκε μοι σχολὴ εἰς τὸ ἀντεπιστεῖλαί σοι τε καὶ ἄλλοις γράψασί μοι. ἐν μεγάλῃ δὲ ὅμως ἀσχολίᾳ, καὶ τῇ ἡμῶν σκευῶν συνθέσει θορυβούμενος, τὸ γοῦν ἐπελθὸν ὡρμήθην ὅπως δή ποτ' οὖν γράψαι, ἐπειδὴ ἐπιστολῆς τινος καὶ ὁ Πιασδὴ παρ' ἐμοῦ λίαν ἐδόκει ἐφίεσθαι, ἵνα γε μὴ ὀλιγώρως ἔχειν τῶν οἰκείων δοκοίην ἀποδημῶν. τηλικαύτῃ γε μὴν στενοχωρίᾳ κατειλῆφθαί μοι τοῦτο διανοουμένῳ συνέβη, ὥστε τῶν γραμμάτων φάκελλον δεχόμενος ἤδη μέλλων ἀποκοιμήσεσθαι, ὑπὸ ῥεύματός τε ὀφθαλμιῶν, μόλις ἀποσημηνάμενος τὰ γράμματα, καὶ διελθών με ταχὺ συνάξων, κατεκλίθην εὐθύς. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ πρωῒ ἐγερθεὶς τῆς κλίνης ἐκθορὼν καὶ ἐπιμελῶς τὸ ἱμάτιον ἠμφιεσμένος, ἐνόσῳ γράφειν ἐπεβαλλόμην, ἰδοὺ δὴ ἐξιτητήριον εἶναι τῆς πόλεως τοῖσδε αὐτίκα δὴ μάλα ἤκουσα. τοιγάρτοι παραχρῆμα ταῦτά γε συσκευαζόμενος τἀμά, ἔγραψα. ὅπως οὖν τὸ ἐπιστόλιον τουτὶ ἀντὶ ἀκριβοῦς ἐπιστολῆς δέξῃ σύ γε, καὶ γινόμενόν τι ἐχούσης τὸ μέγεθος καὶ δίκαιον. ἐπέστελλον δ' αὖ τῷ Δράκωνι τῷ ἐμῷ τε καὶ σῷ, εἰ σχολὴν ὡς ἔφην εἶχον. ὃν μάλιστα τῶν μαθητῶν βουλοίμην ἂν εἶναί σοι ἐπιμελῆ διὰ τὴν εὐφυΐαν. δεῖ δὲ τῶν μετρίων ἔχεσθαι ἐν τῇ ἀγωγῇ αὐτοῦ, ὡς μήτε οἴχεσθαι τὸν καιρὸν τῆς ἡλικίας ἐᾶν τῆς εὐμαθοῦς, μήτε ἐπαχθῶς τε καὶ ἀκριβῶς καταπιέζειν τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως. ἀλλ' ἐνδοῦναί τι αὐτῷ καὶ λόγον τῆς ὑγιείας ἔχειν. παιζόντων οὖν ἀμοιβαδὸν οἱ παῖδες καὶ δι' ἄστεος περιπατούντων, ὡς τό, τε σῶμα ῥωννύωσι τῇ ἀμοιβῇ, καὶ ἅμα ἐντυχεῖν τοῖς ἀνθρώποις μάθωσι. ἔρρωσο σύ, ἐρρώσθων δὲ καὶ αὐτοί. ἐν Λουγδούνῳ ἀπριλλίου μηνὸς ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ ἡμέρᾳ.

Βουδαῖος Μαίνῳ εὖ πράττειν.

Ἐπιστολὰς ἐπιστέλλων ἐξ ἀμοιβῆς καὶ ἀναγινώσκων, τὴν ἀηδίαν παραμυθήσασθαι ἐδυνάμην ἂν τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς, εἴγε τοῖς γραμματοφόροις γράμματα ἐπιδεδοὺς ἐν μέρει λάβοιμι αὐτὸς καὶ ἴσα καὶ τοσαῦτα αὐτῶν ἐπανιόντων. νῦν δὲ οὕτως ἐπιθυμητικῶς ἔχω τοῦ ἀκοῦσαι τὰ περὶ τοὺς οἰκείους καὶ προσήκοντας, ὥστε συχνὰ γράμματα γράψας, οὐκ οἶδ' ὅπως μοι δοκῶ ἀπαίτια ἀντικομίσασθαι. καὶ ἐοίκα ἄχθομαι ὥσπερ ὑπὸ τῶν φίλων τῆς ἀμοιβῆς ἐστερημένος, καὶ τὴν ἴσην οὐ τυχών. ὅμως μέντοι τρίτην τήνδε τὴν ἡμέραν ἐδεξάμην γράμματα παρά τε σοῦ καὶ τῆς συνοικούσης μου καὶ ἄλλων τινῶν φίλων, δευτέρᾳ ἱσταμένου τοῦ μηνὸς τούτου γεγραμμένα. ταῦτα δὲ δείλης ὀψίας λαβών, μέλλων ἐπὶ δεῖπνον ἀνακλινεῖσθαι παρὰ τῷ ἐπιφανῶν, ἀνεβαλόμην τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῶν. μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον μεθισάμενος, καὶ γεγηθότως ἀναγνούς, εἶτ' ἀπιὼν οἴκαδε καὶ ταχυγραφήσας, τὴν δεσμὴν τῶν γραμμάτων βαθείας ἤδη νυκτὸς τῷ δρομεῖ ἀντεπέθηκα παραυτίκα οἰχησομένῳ, διὰ σπουδῆς ἔχων δή ποτε μὴ ἡττᾶσθαι δοκεῖν τῆς ἐπιμελείας ὑμῶν. περὶ μὲν οὖν τοῦ Ἐράσμου ἀνδρὸς ἐμοὶ ἠγαπημένου ἥσθην ἀναγνοὺς τὸ ὑπό σου διηγγελμένον, ὡς ἄρα αὖθις τῷ Φαβέρῳ ἀνδρὶ ἀξιεράστῳ πάλιν ἐφιλιώθη. ὅτι δὲ τὴν ἐπιστροφήν σου τὴν ἀμφὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐμούς, τηλικαύτην μοι καὶ τοιαύτην κατεπήγγελλες, οἵαν καὶ τὴν ἐμὴν ὑπερβαλέσθαι προσδοκίαν τε καὶ ἀξίωσιν, τοῦτο δὴ ὑπερήσθην. ἵνα τοίνυν βέλτιον τὴν διάνοιάν μου συνίδῃς, ἀναγνωστέον σοι καὶ τὰ πρὸς Δράκοντα γράμματα ἐν τῷδε τῷ φακελλίῳ συνδεδεμένα. δεῖ γάρ σοι εἰς τοῦτο οὐ μικρᾶς καὶ ἁπλῆς φροντίδος καὶ προστασίας, ὁπότε πρὸς τῇ εὐμαθίᾳ τῶν παίδων, προσδεῖ καὶ σεμνῆς καὶ γενναίας αὐτῶν ἀγωγῆς. ἅπερ εἰ αὐτοῖς ἀποπληρωθέντα σύγε παράσχοις, κεχαρισμένον τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἔσται μοι περιττῶς. ἔρρωσο, ἐν Μοναστηριολαίῳ δεκάτῃ ἱσταμένου τοῦ σκιρροφοριῶνος, ὃν Μάϊον καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι.

Βουδαῖος Μαίνῳ.

Δὶς ἤδη ἀντεπεστείλαί σοι φθάσας ἀνθ' ὧν ἐμοὶ σὺ ἐπέσταλκας, καὶ τὸ τρίτον νῦν αὖθις γράψαι σοι ἀνάγκη. ἵν' ὑπεραποχρώντως ἀμείψασθαί σε δοκῶ τὸν προκαλεσάμενον ἐμὲ τῇδε τῇ ἰδέᾳ μοι ἀμοιβῆ. τοῦτο δὲ διενοηθείς, ἔχων δὲ μηδὲν πρόχειρον ὅτι γράψαιμι, τῶν γε δὴ σπουδαίων καὶ ἀξιολόγων πραγμάτων, οὐκ ἀπεικὸς οὐδὲ τοῦτο ἡγησάμην, τὸ παριστάμενον γράψαι, ὅτου τε τύχοιμι αὐτοσχεδιάζων, τοῦτο ἔστι ὑπόθεσιν ποιήσασθαι γραμμάτων πρὸς ἄνδρα σε μάλιστα γράψαι με δεδιωγμένον, ἐφ' ᾧ προξενῆσαι σε τὴν ἐρήμην δίκην, τὴν ἐπὶ τὴν γλῶτταν, ὡς ἔοικε, τὴν ἑλλάδα φερομένην. δέδοκται τοίνυν ἐμοί, ἣν τέτε μέν σοι

θεῷ οἴκαδε ἐπανῆλθον, χολὴν δὲ ἄγχιν ἔτι μοι ἀπὸ τῶν προσοχλούντων τουτωνὶ τῶν πραγμάτων, τῶν οὐ- C
δὲν καθηκόντων τῇ ἡμετέρᾳ φιλολογίᾳ, ἣ δὴ ταῦτα βαρύνεται ἑαυτῇ ἐπικείμενα, οὐδεὶς μὲν ἀνακαλεῖσθαι
εἰς τὰ τῶν λόγων τὸν νῦν, πολὺν ἤδη χρόνον τῆς τάξεως ἀφεστηκότα τε καὶ ἀποπαλαισάμενον. σοὶ δὲ τὰ τῆς παι-
δείας παραδιδόναι τῆς ἑλληνικῆς καθηγεμονικώτερόν τε καὶ τεχνολογικώτερον, ὅσον γε καὶ ἡμεῖς αὐτομα-
θῶς ἐφικόμεθα. ἀλλὰ γὰρ δείλαιος ἐγὼ πάλιν ὀρρωδῶ μὴ πράγματα ἐμοὶ ἡ νόσος ἐκείνη ἡ ἐπίτεκτος
παράσχῃ, ἣ ἐμοὶ μὲν πόνους καὶ βασάνους πρόπαλαι ἐπιφέρουσα, τοῖς ἐμοῖς δὲ φιλτάτοις ἑαυτὴν ἐπιζήμιον
παρεχομένη, καὶ δὴ παντὶ τῷ οἴκῳ μου δασὺν σκότον φέρουσα, καὶ ἀφαίρεσιν πολλὴν προσετρίψατο. ἀλ-
λὰ μὴν τοῦτο ἡ μοῖρα μὲν εἴδειν, ἣ τὴν δέ μοι δυσχερᾶ τὸν βίον βαρέως ἐπικλώσασα πολλῶν κακῶν οὖσαν
πρόξενον. ἐμοὶ δὲ τὸν θυμὸν ἡ πρόνοια ἐπερρώννυσι κατὰ τῆς τύχης δεινῆς, ἡ πάντα δυναμένη, πᾶσάν τε τῆς ζωῆς ἐγ-
καρτερεῖν ταλαιπωρίαν εὐγνωμόνως καὶ εὐσταθῶς. σοὶ δὲ δὴ ἔσται ἐπιμελὲς ἐν τοῖς μάλιστα τοῦτο, ὅπως τὴν
ἐμὴν παρακαταθήκην διαφυλάξῃ ἐγρηγορότως, ἣν ὑπ' ἐμοῦ ἀποδημοῦντος ἐπιτέτραψαι, τὰ τέκνα μου λέγω
τὰ πιστευθέντα τῇ ἐπιστασίᾳ τῇ σῇ. Vale ad Petram latam, qui uicus citra Auenionem, Decimo Calendas Maias.

Βουδαῖος Ἐράσμῳ εὖ πράττειν.

Ἡδύ μοι πάνυ ἐγένετο τὰ γράμματά σου λαβεῖν, ἐτύγχανον γὰρ ἐκ πολλοῦ τούτου ἐφιέμενος. οὐ μὴν
δὲ οὕτως ἡδέα μοι τὰ γράμματα αὐτὰ ἀναγνωσθέντα τό γε πρῶτον ἀναγνόντι, γέγονε. ἐκείνῃ μὲν οὖν ἡ-
μέρᾳ Χριστοφόρος ὁ Λογγόλιος ἀνὴρ οὐκ εἰς μακρὰν ὑπάρξων τῶν ἐπὶ παιδείᾳ εὐδοκιμούντων, ἐξ ἀγροι-
κίας τῆς ἐμῆς μεταβεβηκώς, σύν ποι δὴ χαρίεσιν ἀνδράσιν εἰς Βρεττανίαν ἰών. ἐπί γε μὴν τῷ συγγενέσθαι σοι,
καὶ Λουβάνιον δὴ πόλιν ἀφιξόμενος ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ, ὥς γέ μοι ἔφασκε. περὶ δὲ ἄλλων οὖν ἀξίων ἔχοντί μοι πε-
ρί τα τῆς φιλολογίας, ἀπήγγειλέ τις τῶν οἴκοι, νεανίσκον τινὰ περὶ τὴν αὔλειον θύραν τῷ ἵππῳ ἐρχόμε-
νον. καὶ παραχρῆμα καταβάντι μοι νεανίσκος οὗτος ἐπέστη. μετὰ δὴ τὸ προσειπεῖν ἐμέ, γράμματα ἀπὸ τοῦ Ἐ-
ράσμου κομίζειν φάμενος, καί τινος ἄλλου τῶν φίλων. τούτου τοίνυν ἀκροώμενος, οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπὸ χα-
ρᾶς διεκείμην, μεταξὺ δὴ αἰσθανόμενος τῆς καρδίας ἀττούσης ἀνὰ τὰς φρένας ἐμάς. κομισάμενος οὖν αὐτὰ
καὶ ἀνοίξας, ὡς ἑλληνιστὶ φθεγγομένην εὐθὺς εἶδον τὴν ἀρχήν, τὸ ἄνθος δὴ ἠγάσθην, εἶτ' ὀξέως ὑπὸ σπου-
δῆς διεξιέναι ἀρξάμενος, μεταξὺ ἀναγινώσκων ἐρυθρός, ὠχρός, ὑπομειδιῶν, σκυθρωπός, δυσχεραίνων ἐν μέρει D
εὐγνωμόνως ἔχων, διακεχυμένος, συγκεχυμένος, διάπικρος, παντοῖος, καὶ τί γὰρ οὐκ ἐγενόμην, ἀ-
παλλαξείων δῆθεν τοῦδε τοῦ ἀγῶνος ὁτὲ μέν, ὁτὲ δὲ πάλιν πολεμησείων. μετὰ δὲ τοῦτο, τὸ πρᾶγμα ἐπ' ἐμαυ-
τοῦ σκεπτόμενος, εἶτ' ἐπὶ βραχὺ ταλαντευόμενος τὴν γνώμην, διασπώντων δῆθεν τῇδε κἀκεῖσε τὸν λογι-
σμὸν ὑπεναντίων παθῶν ἀλλήλοις, εἰς σύννοιάν τινα καθίσταμαι συμφιλοσοφῶν ἐμαυτῷ. ἄχρι δὴ πλεῦν τῶν
ἀπὸ τοῦ τῆς διανοίας ἰσορροποῦντος ἐπὶ τὸ εὐάρεστον κατέρρεψα καὶ ἐπανῆκα, τῆς φιλίας δήπουθεν ἐχόμενος
τῆς ἄγαν ἐμοὶ κεχαρισμένης. οὐ τοσοῦτόν γε οὖν τὸ ἐπιτιμητικὸν ὑπολογιστέον ἦν ἀναμιμνησκούσης με ταύτης,
ὅσου χρὴ τιμᾶσθαι τὸ εὐμενὲς καὶ προσφιλὲς τῆς ψυχῆς. ἅμα δὲ καὶ ἐπιεικὲς τοῦτό μοι τηνικαῦτα ἐπισκεψα-
μένῳ εἴ πέρ τι κατὰ τοῦ φιλίου θεοῦ πεπλημμέληται ὑπ' ἐμοῦ, συμβαίη γὰρ ἂν τοιόνδε τί που ἐν ᾧ παιγνιώδει ἐκεί-
νῳ τῆς ἀληθοῦς συμβολῆς ἀποφωνίσματι, τῷ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἡμῶν, τοῦτο δὴ ἐκπρίασθαι δεῖν ἐμὲ ἱεροθυτοῦν-
τι οὐ τῷ τυχόντι, οὐδ' ὡς ἂν τύχῃ ἱερουργηθέντι. ὅτι τοίνυν οὐδ' ἂν ἐν ἱερῷ ἀφ' τοῦ πλημμελούμενον θεὸν εὐχερέ-
στερον ἐξιλασαίμεθα, ἤπερ τῇ τῶν ἡμαρτημένων ἐξομολογήσει τε καὶ μετανοίᾳ, ὁμολογούμενόν ἐστιν ἐν ὑμῖν
τοῖς ἐμφιλοσοφοῦσιν τοῖς θείοις. τοιγαροῦν ἀνὴρ προσφιλέστατε, σὺ μὲν προσκαλούμενον ἐμὲ εἰς χαριεστέραν τε
καὶ φιλοπρεπεστέραν τῶν ἀμοιβαίων ἰδέαν τινὰ ὑπόθεσιν, οὕτως ἀποδέχομαι τῆς τε εὐγνωμοσύνης ἕνεκα τῆς
μεταγνώμονος ψυχῆς, ὥστε τῇ νενομοθετημένῃ ὑπὸ σοῦ ἀμνηστίᾳ κομιδῇ τι ἀρέσκομαι, διαπλήσσειν τε ὑπο-
χοῦμαι αὐτῇ ἐναπομένων. ἴσθι οὖν τὸν σὸν Βουδαῖον ἕξων τοιοῦτον τοῖς φιλίας νομίμοις πειθαρχοῦντα, εἰ
ἔστιν ἄλλον τινὰ δὴ τῶν δοκίμων σοῦ καὶ ἐξητασμένων φίλων. οὐ μὴν ἀλλ', οὐκ ὀκνήσω ἔγωγε οὕτω περὶ φιλίας
φρονῶν, καί σε δεῖσθαι μίαν δέησιν τηνδέ. σὺ δὲ δὴ ταύτην οἶμαι οὐκ ἂν βαρυνθείης αἰτουμένῳ μοι συγχω-
ρεῖν, ἵν' ἐξῇ μοι σωζομένης τῆς ἀμνηστίας, οὐδ' ὁπωσοῦν τι βιαζομένης, τό γε τοσοῦτον μεμνῆσθαι τῶν προεληλυθό-
των, ὅσον διαμαρτύρεσθαι ἐναντίον ἁπάντων αὖτ' ἐχθρῶν αὖτε φίλων ἡμῶν τε καὶ σῶν, ἅττ' ἂν ἢ ἐστὶν
ἅττ' ἂν δόξῃ τὰ ὑπ' ἐμοῦ ἔτι περὶ σοῦ ἐστι πρός σε γεγραμμένα καὶ εἰρημένα, ταῦτα δὴ γεγενῆσθαι ἀπὸ φι-
λονεικίας μὲν ἴσως οὐκ οἶδ' ὅπως τῇ ψυχῇ παρεισδυούσης καὶ τὸν θυμὸν ἀκονησάσης, ἴσως δέ που καὶ παραφθαρεί-
σης αὖ τὸ τελευταῖον, οἷα φιλεῖ τοῦ θυμοῦ τὰ ὁρμήματα εἰς χεῖρον ἐπιτείνεσθαι, οὐκ ἔτι δέ τοι ἀπὸ τῆς δυσειδοῦς
φιλονεικίας καὶ ἁμίλλης τῆς κακονοίας. οὐ μὰ τὴν φιλοσοφίαν, ἧς τὸ θεῖον ἡμῖν σεπτὸν τυγχάνει ὂν καὶ σεβάσ-
μιον. καὶ μὲν δὴ καὶ τούτου μάρτυρα ἀνακαλεῖσθαι τὴν αὐτοαλήθειαν οὐκ ἂν ὀκνοίην αὐτός, τὴν τῶν εὖ φιλο-
σοφούντων προαίρεσιν κατευθύνουσαν, καὶ καρδιῶν τῶν ἡμετέρων ἔφορον. καίτοι οὐκ ἀδεῶς ἔγωγε οὐδ' ὅτε
ἔτυχε διόμνυσθαι εἰωθώς, οὐδὲν νῦν, ὡς οἶμαι, πεπεῖσθαι τὴν εὔνοιαν ἡμῶν ἐθέλομεν, εἰ μὴ οἱ φίλοι οἱ σοί, τά-
χα δὲ καὶ οἱ ἐχθροὶ οἱ ἡμέτεροι, μᾶλλον δὲ οἱ τὴν ἡμετέραν φιλοκαλίαν δυσχεραίνοντες, πείσωσί με σιγῇ ἰδό-
κειν,

κοιν, καὶ τουτονὶ τὸν ὅρκον ὀρκίζων, δυσμενὴς εἶναί τινα, δήπου ὑφορώμενοι ἐν ἡμῖν ταύτῃ τι ἐφιδόμενοι, οὐδὲν ἐνπροβαλιζόμενοι πρὸς τοῦ μελετητικῶς. σύγγνωθι ὦ δαιμόνιε, εἰ τοιόνδε τι καί σοι συνοιδα εἰργασμένῳ, περί γε τῆς ἐφαμίλλου τῆσδε φιλονεικίας τῆς χωρούσης πόῤῥω τοῦ ἀπεχθῶντος. εἰδείης αὖ εἰ καί σοι καθαρτέος ἐστὶν ὁ δήπως τὰς φρένας σοῦ. οὐ γὰρ αὖ ἐν δέοντι θεῖτό τις τῶν χρηστῶν καὶ προσφιλέστερον ἐχόντων, τὸ ἀπομνημονεύειν τὰ ἐκεῖνα, ὧν ἔγωγε τυγχάνω πεπωμακὼς ἐν τῇ σῇ ἐπιστολῇ, δεξιῶς μὲν καὶ σοφῶς, φιλαιτίως δὲ πως ἑρμηνευθέντων, καὶ δὴ καὶ πέρα τοῦ δέοντος ὑπεριβολογημένων, ὥς γε δὴ ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀμνησίαν περὶ χρῆμα περισσοῦντος. οὐδὲ γάρτοι προσῆντικοῦ μᾶλλον λόγου καὶ καταπληκτικοῦ ἐφ' ᾧ τι παρασκευάσαί με πεφθηκὼς, καὶ εὐμενῶς τὸν νόμον ἐνδεξόμενον τὸν σὸν ἐπεὶ εἰ αὐτὸς ἀγωνιστικῶς ἔχων ταύτῃ ἐπιχείρησα τῇ διαδικασίᾳ, ἀντάξιον θυμοῦ δεῖ τῇ ψυχῇ μου χαρίζεσθαι ἐμπαθέστερον, οὐκ αὖ τὸ πρᾶγμα αὐτὸ πέρας ἔχον οὐδέποτε. εἶτ' ἐκ τοῦ ἄγαν ἁμίλλης τῆσδε δυοῖν φίλοιν ἰλιάς κακῶν φιλονεικίας ἀναφαίνοιτ' ἂν, ἑκατέρου δήπουθεν τὸ δίκαιον ἑαυτῷ περιποιουμένου ἑκατέρου, καὶ δικαίως κἀδίκως. καί μὴν ἔγωγε συνοίδα μοι αἰθ' ὧν αὐτὸς ἐμαυτοῦ ὤφελον εἶναι αὐτεξούσιος, ὅσα καὶ τῇ φιλόφρονι σου ἀμνηστίᾳ εὐγνωμόνως ἐπαιτεῖσθαι, ἐπιεικεστέρας αὖ δήπου γενομένης, εἰ μὴ ταύτην πρὸς ἐγκληματικῇ ἐκείνῃ τῇ ἐπιστολῇ ἐπεισήγαγες, πολυπραγμονέστερον γε καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ παραιτούμενα δοκοῦντα ὑπὸ τοῦ ἀσυμμέτρου ἐν τοῖς ἀγωνίζεσθαι. οὐ γὰρ ἔξαρνός εἰμι τὸ κατ' ἐμὲ ὑπαίτιον, ὥσπερ οὐδ' αὖ αἰσχυνθείην ἀνατίθεσθαι τὰ ἐσφαλμένα μοι ὅτι περίεστι, συγγνώμην τε παραιτεῖσθαι ὧν ἔφθην ποιήσας οὐκ ἐν δέοντι. πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο δὴ ἀνάμνησιν τῆς δεινότητος τῆς σῆς, ὅτι ὃν νομοθετεῖς τὰ μοι φέρειν ἤδη κοσμίως τε καὶ πεπαγμένως ἐθιθήσομαι, καὶ νουθετοῦντος εὐλαβῶς ἀκροᾶσθαι, μέχρι δὴ καὶ τοῦ κρατεῖν δυσκαταβλήτου παθήματος, καὶ μάλιστα τῶν ἀπαίτων πρὸς τὸν λογισμὸν ἀπαυθαδιαζομένου. οὐ γὰρ ἴσθ' ὅτι τῶν παθῶν ἧττον ὑπήκοος τοῦ λόγου, οὐδὲ δυσχερέστερον ἐπιδεδέχθαι τῇ ἐγκρατείᾳ, τῆσδε τῆς ἀνταγωνιστικῆς ὁρμῆς, καὶ ταῦτα διαφιλοτιμουμένης περὶ τοῦ διαλογολογεῖσθαι δοκεῖν. σὺ δὲ δὴ ἔρρωσο ὦ φιλότης, καὶ πρόνοιαν ποιήσασθαι τοῦ μὴ δοκεῖν σε ἀντιπεφυκέστερον τούτου ἀπαλλάξαι τοῦ ἀγῶνος. ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁρῶν σε περὶ τῇ φήμῃ μου δεδιότα, ὡς ἔφης, πρὸς τοῦ καθήκοντος δὴ τοῦ ἐμοῦ ὤφελον εἶναι, καὶ δὴ δοκιμάσας ἀντεπιμελεῖσθαι τῆς σῆς. τί οὖν πρὸς θεοῦ, ἔστιν ὅς τις τῶν κοινῶν ἡμῖν φίλων ἐν καλῷ τοῦτο θήσεται, ὅτι τεσσάρων ὑπ' ἐμοῦ γραφεισῶν ἐφεξῆς ἐπιστολῶν, μιᾶς μὲν μόνον σὺ τῇ χρείᾳ καὶ ἤδη ἀπηχθημένῃ ἀντάξιον, ἅπαντα ταύτης μέρη αὐθάδως γε ἔχοντα, πάντη πάντως μεμπτῶν, ἐπιτηδείως, οὕτω τοι περιεμένουσαν, ὡς ἀναντιρρητά μοι εἶναι τὰ ὑπ' ἐμοῦ ἐπεσταλμένα. δυοῖν δὲ ταῖν προσφιλῶς καὶ εὐνοϊκῶς ἐχούσαιν, οὐδ' ὅλως ἐμνήσθης οὐδέποτε, οὐδὲ γὰρ ἐκείνη γε ἡ περιεργία τὴν πυρρίαν τι καὶ ἀτοπίαν ἐπανακυκλοῦσα τῆς ἐμῆς ἐπιστολῆς, τῆς ἄγαν γλυκυθυμίας ὀξεῖ. οὐδὲ δὴ τῶν ἀπομνημονευτέων τῶν εὖ καὶ φιλικῶς ἐχόντων γραμμάτων ἡ ἀποσιώπησις ἡ σὴ, πιστώσασθαί μοι δοκεῖ τὰ περὶ φιλίας τῆς εὐσταθοῦς τὸ σὸν μέρος. σὺ γὰρ ὁ αὐτὸς ἀεὶ εἶναι τὰ κατὰ τὴν φιλίαν φήσας, ἀπιστεῖσθαι οὐ δέδοικας τηλικαύτην σοῦ τὴν μνησικακίαν κατεγνωκώς, εἴτα τοῦτο ποιεῖν φθάσας ἀναπείσειν οἴει τοὺς ἄλλους πάντα σε εὖ τίθεσθαι ὅπως ποτ' εἰρῆσθαι φθάσαντα, πῶς γάρ; ὅσα γε τῇ τῶν ἐγκλημάτων διεξόδῳ ἐντρυφῶν δεινῶς καὶ σμικρολόγως. πάντων τι τῶν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένων ἐπιλαβόμενος ἀπρὶξ, ἀντιπίλαπτόν σε παντάπασιν ἀποδεικνύναι ἐγκεχείρηκας. τοῦτο μέντοι οὐ πέσσεις οὐδ' ἢν πέσσῃς, τὸ τοῦ κωμικοῦ. ἐγὼ μὲν δὴ ὦ φίλε τὴν ἁμαρτίαν τὴν ἐμὴν εὐήθως ἀνομολογούμενος, συγγνώσεσθαι ἀξιῶ, εἰ βαρυνθεὶς τὴν αὐστηρὰν σου ὑπερακριβῆ ἐπιτίμησιν δόλου γε σεαυτὸν ἀθωώσαντος, μέχρι τοῦδε περιξετεῖναι τὸν λόγον, εἰ καὶ πάντως γε πέπεισμαι ἀληθῶς σε φίλον εἶναι, καὶ εὐνοϊκῶς ἔχοντα. ἄμφω γὰρ ἴσως πῃ διεληλεγμένην γνώμην ὑπὸ συνηθείας ἔχομεν, τῆς φιλαυτίας ὡς ἔοικεν ἐχομένης ἐμπαθέστερον, οἷα φιλεῖ τὰ τῶν ἀνθρώπων εἶναι. ἀλλὰ μὴν αὖθις αὖ δέδια μὴ ἔλαθον τὴν ἐπιτεθυμένην ὑπ' ἐμοῦ μετάνοιαν διαταράττων. ᾧ γὰρ μεταμέλει τῶν ἠμφισβητημένων, οὗτος εἰ μὴ εἰς τοὔμπροσθεν τὸ πρᾶγμα αἰσθάνοιτο τὰ τῆς ἀμφισβητήσεως, οὐκ ἂν φθάνοι περὶ τὸ αὐτὸ πταῖσμα πάλιν κυλινδούμενος. τοὐντεῦθεν οὖν ἤδη ἀνεπιστρέπτως μετανοοῦντά με παρέχομαι, καὶ εἰς αὖθις ἂν βούλῃ πρόθυμον καὶ εὐτρεπῆ, ἄλλως τε οὐκ ἀπηλλαγμένως φύσει διακείμενον τῆς ἀστειοτέρας καὶ χαριεστέρας ἀμοιβῆς, εἰς ὅ δὴ ταδίον σύ γε ἡμᾶς προκαλῇ, ὁ ταῖς χάρισι σύντροφος. ἔστω δὴ σὺν θεῷ ὁ ἀμνηστίας νόμος τὰ περὶ τοῦδε κύριος. ὁπότερος δ' αὖ ἡμῶν τὴν ἀφορμὴν ἑκατέρωθεν ὁπονοῦν ἀνανεῶται, οὗτος ἐπὶ τοῖς τὴν περὶ ὁμονοίας δίκην φευγέτω, καὶ ζημίαν δὴ οὐ μικρὰν προσοφλέτω, τὴν τῶν κοινῶν φίλων ἔχθραν δηλονότι. ἰδοὺ δὴ τῆς νομοθεσίας συμπεριλαμβάνομαί σοι, καὶ συνεπιψηφίζω τὸ δόγμα καὶ συνεπικυρῶ τῆς βουλῆς σου, τὸ διαγράψον τι, ὡς ἐλπὶς, ἀναμαρτήτως πάντα τὰ ἐγκεκλημένα. ὅπως οὖν μυηθεὶς ὢν σὺ εἰσηγητὴς γέγονας, πιθανοῦ τινος καὶ κομψοῦ προκατάρξῃ, οἷον καὶ τὰ προγεγενημένα καλῶς θέσθαι.

Ἐν Μαρλιακῷ τῷ ὑμετέρῳ μαιμακτηριῶνος πέμπτῃ ἐπὶ δέκα. ἔῤῥωσο, καὶ διατέλει εὐτυχέστατα πράττων.

Γυλιέλμος ὁ Βουδαῖος Πέτρῳ τῷ Ἀμίκῳ εὖ πράττειν.

Ἀνὴρ μὲν ὁσιώτατος μετρίως μὲν πρῶτον ἐνδεδιῃτημένος τοιουτοισὶ τοῖς λόγοις οἷς νῦν σὺ διατελεῖς ἐμφιλοσοφῶν, εἶτ' εἰς τὰ πολιτικὰ διαβὰς, οὐκ ἂν φθάνοι ὡς οἶδ' ὅτι περιπεσὼν εἰς πολλὴν διαβολὴν, καὶ

κακῶς δὲ αὐτὸς ἀκούσας ὑπὸ τῶν ἐκεῖ ἐμμανέντων ἀνθρώπων. τί δαί, οἱ εἰς τὰ ἐσωτέρω πως τῆς αὐλῆς εἰσφθειρόμενοι, τί δῆτ' οὐκ ἂν ἀκοῦσαι οὗτοι ὑπὸ τῶν ὀλιγωρεῖσθαί τι ὑπ' αὐτῶν ἢ ἀγνωμονεῖσθαι οἰομένων. ἢ πῶς γε τούτους ἱκνουμένους εἶναι τοῖς διασύρειν προθυμουμένοις οἴομαι, ἐπεὶ καὶ τοῦτό γε πρὸ τοῖς πολλοῖς προκατέγνωσαι τῶν αὐλίζειν ἀρξαμένων, τὸ, ἅμα τοῦ μεταβαλεῖν τι τὸν βίον καὶ μεταπηδήσειν τὰ κατὰ τὴν δίαιταν, καὶ δὴ συμμεθιστάναι αὐτοὺς εἰς τὰ ὕπουλα τῶν ἠθῶν ἐκ τῶν ἀφελῶν τῶν πρόσθεν καὶ σπουδαίων. σὺ μέντοι τὰ ἐμὰ ὡς νῦν ἔχει εὖ εἰδὼς, εἰκότως ἂν παύσαιο δι' ὀργῆς ἔχων τὴν ἐμὴν εἴτ' οὖν ἀπραξίαν, εἴτ' ἀμνησίαν ἐμαυτοῦ, εἴτ' ἀκηδίαν δεῖ καλεῖν. μὴ γὰρ δὴ τῶν φίλων τι καὶ σπουδαιολόγων ὀλιγωρίαν. ἐνταῦθα γὰρ διατρίβων, λύκον ἐκ τῶν ὤτων, φασί, λαμβανομένῳ ἔοικα. ὅς γε οὐδὲ τοῦδε τῆς ἀκολουθίας ἀφεῖσθαι, οὔτ' αὖ περιέχεσθαι αὐτῆς πλείω χρόνον οἷός τ' εἰμί. εἰ μή γε τὸ θεῖον πλοῦτον τῶν πρὸ τοῦ ὀφθαλμῶν καθεωρακὸς ἔσται τὰ ἡμέτερα, καὶ τὰ ἀτάκτως νῦν διακείμενα, εἰς κόσμον καὶ τάξιν εὖ μάλ' ἐπαναγαγόν. ἐμὲ μὴν οὐ δίοδόν τινα καθεστηκὼς ἔγωγε τῶν λογισμῶν, οὐκ οἶδ' ὅποι ποτὲ τράπωμαι. καίτοι γ' εἴτ' ἀληθὲς δεῖ εἰπεῖν, εὐηθὲς πάμπαν τοῦτ' ἐστιν, ἄνδρα μὲν ἑαυτὸν τῇ αὐλῇ ἤδη ταύτῃ κεχειρωμένον τι, καὶ χρῆσθαι ἐκδεδωκότα δὲ δόξαι προσῆκον εἶναι αὐτῷ καὶ πρέπον, νῦν ὥσπερ αὐτεξούσιον ὄντα ἑαυτοῦ, ὁπότερόν ποτε προέληται σκέπτεσθαι, ἢ μένειν ἢ ἀπαλλάττεσθαι. δέον εἰ μεταμέλει αὐτῷ τοῦ τι κακῶς βεβουλευμένου καὶ θορυβωδῶς, ἀπολοφύρεσθαι μᾶλλον ἐπὶ τῇ οἰχομένῃ ἐλευθερίᾳ, ἣν οὐκ ἂν ἀνακτήσαιτο δυνατῶς νῦν, μὴ οὐχὶ αὐτὸς λαμπρῶς ζημιωθησόμενος, καὶ προσέτι ἀσυνεσίας ὀφλήσων. ὦ τῆς ἀνηκέστου δυστυχίας ἢ ἀβουλίας. ἀλλὰ γὰρ αὖθις τί ὄφελος ἂν εἴη δυσπαθείας καὶ σχετλιασμοῦ. ἐμμενετέον οὖν εὐγνωμόνως τι καὶ ὅπῃ ἂν ἐγχωροίη ξυντεταγμένως, ἢ τύχης ὑμᾶς καὶ μοίρας τὸ χρεὼν κατέστησε, ἄχρις ἂν αἰσιώτερόν τι φανῇ, ὃ εἰς τὴν πρόσθεν ἐλευθερίαν τι καὶ εὐθυμίας ἡμᾶς ἂν ἐξ ὑπαρχῆς ἀποκαταστήσει. προσφθέγγεται σοι πρὸς ἐμοῦ Ραβίλαιος ὁ συνεταιρόμενός σοι, καὶ τῶν λόγων κοινωνός. σὺ δὲ, καὶ ὁ Φίνετος, ὃν χαίρω ἀκούων παρ' ἡμῖν αὖθι εὐδοκιμοῦντα. ἔρρωσο ἐν τῇ ἰδίων πόλει, σεξτίλιος τετάρτῃ ἐπὶ δέκα.

Βουδαῖος Βεξίῳ.

Αὐτόματοι, φασὶν, ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴενται. ἐγὼ δέ τοι οὐκ εἰμὶ οὐδὲ κεκλημένος γε. χθὲς μὲν οὖν ἰέναι ὡς ὑμᾶς ἀριστήσων μέμνημαι ξυνθέμενος. σήμερον μέντοι ἐπῆλθέ μοι ἑστίαν εἶναι πρὸς συμπόσιον πρό τινι τινὸς, πρώην συγκεκροτημένον ὑμῖν τι τοῖς προσήκουσι καὶ τοῖς κατ' ἐπιγαμίας οἰκείοις, εἰς αὐτὴν ταύτην τὴν ἡμέραν. νενόμισαι γὰρ τοῦτο ὡς οἶσθά γε σὺ, πολὺν ἤδη χρόνον ὁμιλητὸς τοῖς ἐνθάδε. καὶ μὴν ὡς οὐ μεγάλου ἀδικήματος τοῦτ' αἰτίαν ἔχει, τὸ μὴ ἀπαντᾶν εἰς τὴν κυρίαν καὶ ἐφ' οἷα δὴ τότ' αἰτίᾳ συγκειμένην, οὐδεὶς ἔξαρνος εἴη, ὅπου γε ἐπὶ λεχοῖ συγκροτηθεῖσαν. καὶ γὰρ εἰ τοῦτο ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων πλημμελεῖσθαι δοκεῖ καὶ παρανομεῖσθαι κατὰ τῶν νομίμων τῶν πολιτικῶν, ἔμοιγε δὴ αἰτίας ἀπὸ τῶν αἰτίων ἐπάξει καὶ ἀσύγγνωστον. καὶ ἐγκαλέσομαί γε ὡς ὢν οἱ ἀπαίδευτοι δι' ἐπιμελείας ἄγουσιν, αὐτὸς καταμελήσας ὑπὸ τῆς φιλομαθείας, καὶ ἀποσπαζόμενος τὴν ὁμιλίαν τῶν μὴ φιλολογούντων, καὶ δὴ καὶ ἀλαζονεύεσθαί πως δόξω. ἀπόδειξιν οὖν τὴν πρόφασιν ταύτην ἱκανὴν καὶ αἰτίαν οὐκ ἐπιτηδευτικήν. καὶ συνήρεις ἐμοὶ πρὸς Ἰανὸν τὸν Λάσκαριν, ἄνδρα μοι φιλικώτατα διακείμενον τῶν ἐμοὶ προσηκόντων ἀπὸ χρόνου καὶ συνηθείας. πρὸς οὖ δὴ καὶ τὴν συνηγορίαν γε ταύτην ἐφιεμένου καὶ καταπροδόντος σου, συγγνώμης ἂν θᾶττον εὑροίμην, ἢ παρὰ τοῦ τὴν λοχείαν ἐστιάσοντος τῆς αὐτοῦ συνοικούσης. ἔρρωσο.

Γυλιέλμος ὁ Βουδαῖος Γερμανῷ τῷ Βεξίῳ εὖ πράττειν.

Κομισάμενος σήμερον τὰ γράμματά σου, τήν τε εὔνοιαν τὴν σὴν συνεῖδον, ἥσθην μὲν δήπου ἀπὸ τῆς ἀναγνώσεως αὐτῶν, καὶ περιχαρὴς δὴ ἐγενόμην. ὁρῶν δὲ καὶ σκοπούμενος τήν τε δεξιότητα καὶ τὴν καλλιγραφίαν τῆς ἐπιστολῆς, τὴν τὸν ἐμὸν χαρακτῆρα ἀμαυροῦσαν, οὐκ οἶδ' ὅπως πάλιν ἐλυπήθην τῆς ἀγροικίας τῆς ἐμῆς ἕνεκα, οὐ γὰρ ἂν φαίην τῆς ἀμαθίας τῆς σῆς. τοῦτο δὲ λογιζόμενος ξενίων πρός σε δοκῶ μοι, ὅπως ἂν τῇ ξενίῃ γοῦν οὐχ ἧττον εἶναι φανῶ. χάριτας μὲν οὖν οἶδά σοι καὶ ὁμολογῶ, πρῶτον μὲν τῆς ἐπιστολῆς σου, εὐνοίας δήπου γεμούσης καὶ ἐξαιρέτου φύσεως, ἣ πάντας σχεδὸν τοὺς ὑμεδαπούς γε καθ' ὑμᾶς, ὑπερευδοκιμεῖς. ἔπειτα δὲ καὶ τῆς ἐπαγγελίας, τῆς γ' εὐαγγελίου οὐ τῶν τυχόντων ἀξίας, καὶ κεχαρισμένης ἐμοί. εἰ δὲ ὀρεγόμενος τυγχάνεις εἰδέναι τι τῶν ἡμετέρων, ὁ τῶν αὐλικῶν ἔπαρχος, ὁ τὰ ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ τοῦ ἄρχοντος, ὃν μάγνον μάγιστρον φαμὲν, τάχ' ἂν ὀρθῶς ἁρμοστὴς μέγας ἀποκαλοῖτο τῶν βασιλείων, οὗτος μὲν κακῶς ἔχει ἀπὸ τῆς νεφρίτιδος, οὐδὲ ἀφεῖναι τὸ οὖρον ἠδυνήθη μέχρι τῆσδε τὰς δύο ἡμέρας ταύτας. ἐμοῦ δὲ ταῦτά σοι γράφοντος, πάντα μὲν δυσερπιστὰ οἱ ἰατροὶ οἱ περὶ αὐτὸν μεμηχάνηντο, πλῆθος μὲν οὐκ ὀλίγον, καὶ ὅσον τοῦδε τῆς πόλεως τῆς ἐπὶ ἰατρικῇ περιβοήτου καὶ τῶν περιοίκων ὄφελός ἐστιν. οὐδὲν δέ πω κεκινήκεσαν ἀξιόλογον. ἡμεῖς δὲ οἱ ἀκολουθοῦντες αὐτῷ, οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐπιδεχόμεθ' αὐτοῦ, οἱ γαμβροὶ τῆς ἰατρείας πρεσβεύ-

A τοὺ πρόχθες ἀφικόμενοι, ὥσπερ χθὲς ἐπεσκέψαντο καὶ ἰδόντες διαπορεῖ οἰκουροῦντα, περιπατοῦντα μείζω εἶναι ὅπως δή ποτε. ἡ τοίνυν ἀρχὴ τῆς πρεσβείας ἑκατέρωθεν καλῶς ἔχειν καὶ εἰρηνικῶς ἔδοξε, σήμερον δὲ ἐσὶν, ὡς οἶμαι, ἀξιομνημόνευτον δηλοῦν, διὰ τὴν ἀρρωστίαν τοῦ μάγνου, ὃς μήποτ᾽ ὤφελε τηλικαύτῃ τῇ πρεσβείᾳ ἐγχειρεῖν, πολλαῖς γε νόσοις αὐτὸς καὶ φορτικαῖς ἔνοχος ὤν. πάλιν δὲ τὸν ἄνθρωπον οἰκτείρουσι τοῦδε τῆς νοσερᾶς καταστάσεως καὶ θανατώσεως, ὅσγε πρὸ τὴν δύναμιν βιάζεται ἐφ᾽ ᾧ τὰ τῆς πρεσβείας διαπράξεται τῷ βασιλεῖ. ἀλλὰ περὶ τῶν δημοσίων, μέχρι τοῦδε εἰρήσθω. πῶς δὲ ἔχει μοι τὰ πρὸς τὸν ἄνδρα τόν σοι περὶ ἐμοῦ κοινολογησάμενον, ἴσως ἴσθ᾽ ἂν τῷ Δηλοΐνῳ ἔγραψα. προσαγορεύσω σοι οὓς προσειπεῖν με ἀπό σου ἐκέλευσας, ἄνδρας ἤδη μοι φιλιωθέντας. σὺ δὲ σὺ προσερεῖς μοι Λάσκαριν τὸν ἡμέτερον φιλοπρεπῶς τε καὶ δεόντως, ὑπέρμεγα ἴσῃ μοι πεπρακὼς εὐεργέτημα. οὐδενὸς γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὕτω τὴν φιλίαν ὡς τὴν αὐτοῦ ἀποδέχομαί τε καὶ τιμῶ. ἔρρωσο ἀνὴρ μοι προσφιλέστατε. καὶ διατέλει τούς τ᾽ ἐμοὺς φίλους ἀγαπῶν, καὶ τοῖς ἐχθροῖς οὐκ ἀρεσκόμενος τοῖς ἐμοῖς. σκιρροφοριῶνος τρίτῃ ἱσταμένου. ἐν Μοασπεσόλῳ πόλει Ναρβωνίτιδος, ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἐννεακαιδεκάτῳ.

Γουλιέλμος ὁ Βουδαῖος Γερμάνῳ τῷ Βριξίῳ εὖ πράττειν.

Ἀκηκοότος ἤδη σοῦ τὰ κατ᾽ ἐμὲ καὶ τὴν αὐλὴν, οὐδεμίαν ἔτι νῦν ἔχω ὑπόθεσιν δι᾽ ἣν ἐπιτίθεσθαι σπουδαίας τινὸς ἐπιστολῆς. νῦν γὰρ σοῦ πεπαιχότος ἐκεῖνα τὰ κατ᾽ ἀρχὰς τῶν γραμμάτων σῶν, καὶ κατειρωνευσαμένου τῆς τύχης ἤδη φθασάσης ἐμοὶ συμβιῶναι λαμπροτέρας, σπουδαιολογεῖσθαι νῦν ἀξιῶ ἀποκρινόμενος σοι, δέδια μὴ ψυχρολόγῳ εἶναί μοι συμβῇ καὶ γέλωτος ἀξίῳ, ἀντιπαίζειν μέντοι πρὸς τά σοι πεπαιγμένα, ἀφροντίστως τε νῦν καὶ ἀμερίμνως διακειμένῳ, καὶ οἱονεὶ ἐντρυφῶντί μοι ἐν τῷ πολλῷ τῆς περὶ τὴν πόλιν ῥᾳστώνῃ τε καὶ βίῳ πάντοθεν ἀνειμένῳ, δέδοικα μὴ οὐ πρὸς ἀνδρὸς εἶναι δοκῇ ἀγωνιζομένου καὶ κινδυνεύοντος περὶ τῆς τοῦ βίου καταστάσεως. ἐπεὶ πῶς ἂν αὐτὸς ἀντιχαριεντίζεσθαί σοι καὶ τῶν κομψῶν ἀπέχεσθαι νῦν ἔχοιμι, ἀμηχανῶς τε καὶ δυσκόλως ἔχων περὶ τοῦ ἀπαλλάξαι καλῶς καὶ ἐπιτίμως τουτοὶ τοῦ ἀγῶνος, ἐν ᾧπερ, ὥσ δή φασιν, ὅσα μῦς ἐν πίσσῃ πέπονθα, καὶ μὴν δὴ καὶ περικινδυνεύεταί μοι οὐ μόνον τὰ ὑπάρχοντα ἐν τούτῳ τῷ ἀγωνίσματι, ἀλλὰ καὶ ἡ φήμη καὶ δόξα, ὅπερ δὴ ἔτι τὸ ἄχρι τοῦδε κέκτημαι φιλοσοφοῦντι ἐοικώς, αὕτη δὴ εἰς ξυροῦ ἀκμὴν νῦν ἐμοὶ καθέστηκεν ὥς φησιν ἡ παροιμία. οἶδά τε εἰς ἀτιμίας αὐτίκα δὴ μάλα περιπεσούμενος οὐ τὴν τυχοῦσαν, ἢν οὕτω τὸ πρᾶγμα ἀτυχῶς περιστῇ, καίπερ οὐχ ὑπ᾽ ἐ-

B μοῦ προηρημένον ὡς οἶσθά σου, ὃ δὴ σχετλιώτατον. οὕτω τοίνυν διαλογιζόμενόν σε, ἐμοὶ μὲν συναλγεῖν οἶμαι καὶ συμπεπονθότως ἔχειν, ὡς προσῆκόν ἐστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ τε καὶ εὔνῳ, μήτι δὴ συνήθει, ὅπερ σὺ εἰρωνεύσαιτο. σαυτὸν δὲ τὴν ἄγαν ἀσφάλειάν τε καὶ ἡσυχίαν παραλλήλως σκεψάμενον, εὐδαιμονίζειν ταυτηνὶ τὴν εὐθυμίαν ἀστείαν καὶ ταῦτα εὐπορουμένην, ἧς σὺ τυγχάνεις ὢν ἐγκρατής. ἀλλὰ μὴν τί ἂν πάθοιμι νυνὶ εἰς τοσοῦτο κινδύνου φθάσας προβεβηκέναι. ὅπου οὐκ ἔτι Προμηθείας ἔργου, ἀλλ᾽ Ἐπιμηθείας χρείαν ἔχω. οἶσθα δὲ ὡς ἄρα ἡ τύχη οὐκ ἄγαν ἐμοὶ εὔνους τὰ πρότερα εἶναι δοκοῦσα, εἰς τοῦτο παίγνιον ἐπέσπασέ με, οὐχ ὅπως ἐπιτετηδευκότα τὰ καθεστηκότα μεταθέσθαι, ἀλλ᾽ οὐδέ τι τούτων τῶν γενομένων ὑπιδόμενον. ὥστε οὐδεὶς τῶν σπουδαίων τε καὶ εὐγνωμόνων ἀνδρῶν, οὐδὲν οὐδ᾽ ὅλως αἰτιῷτ᾽ ἄν με τούτου ἕνεκα, εἰδώς γε δὴ τὸ πρᾶγμα οἷόν ἐστι. ἐλεοίη μέντοι γε δικαίως ἐμὲ, τὸν κύβον ἐρρῖφθαι δοκοῦντα περὶ τῶν τηλικούτων οὐκ αὐθαιρέτως, ἢν γε τὸ πέρας τῆς παιδιᾶς ἀποτυχόντως μοι περιέλθῃ, ἐπὶ θεῷ γὰρ κεῖται οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν, τὸ τυχεῖν καὶ κατορθῶσαι. ἔρρωσο. ἐν Βλαισοῖς τῇ τεσσαρισκαιδεκάτῃ τῶν καλενδῶν τοῦ Ἰανουαρίου μηνός.

Βουδαῖος Βριξίῳ εὖ πράττειν.

Ἀναγνοὺς τὰ γράμματά σου ὦ Βρίξιε σοί τε καὶ ἐμαυτῷ συνήσθην. σοὶ μὲν, ὡς ἐκ τῆς νόσου ἤδη ἀνακομιζομένῳ ἐν τῷ ἡμετέρῳ Σαμμαυελιανῷ. ἐμαυτῷ δὲ, ὡς τῆς οἰκίας ἐκείνην αἴτιον οἰκοδομησαμένῳ, τῶν πεφιλημένων ἐκ νοσήματος φίλων ἀναληπτικήν τε καὶ ἐπιρρωστικήν. οὐδὲν γάρ τοι ἥδιον παραπλαύσαι ἂν ἢ δύνασθαι οἷός τ᾽ εἶναι ταυτησὶ τῆς οἰκίας, περιφυτευμένης πρὸς τῷ κήπῳ τῷ αὐτόθι στοιχηδὸν καταφύτῳ, ἢ ὡς τοιάνδε τινὰ χρείαν καρπώσασθαι ἐξ αὐτῆς τῆς ἀγροικίας, οὐ μόνον ἐμὲ ἐν τῷ οἴκοι, ἀλλὰ καὶ τοὺς εὐνοϊκῶς μοι ἔχοντας ἂν ὠφελήσασαν. ἀντάξιον τοῦ ὄντι μισθὸν τῶν ἡμῖν διαπεπονημένων ἔν τε τῆς φυτείας τῆς ἐκεῖ, καὶ τοῦ οἰκοδομήματος ἐκδόσει τοῖς μισθουμένοις τὸ ἔργον, καίπερ ὦ θεοί, πολλά μοι τούτοις πράγματα παρασχοῦσι. τί γὰρ οὐκ οἶδέ με κακοπαθοῦσαν, τί δ᾽ οὐκ ἐξαρύσασθαι ἀηδίας καὶ ἀγανακτήσεώς γε, τὴν ἐργολαβίαν δίκαιον εἰσπράττεσθαι θέλοντα ἐμπροθέσμως, καὶ τ᾽ ἄλλα περιέχεσθαί μοι ἀξιοῦντα ἐκ τῶν συγγεγραμμένων. ἧς δὴ ἐπιμελείας εὐθέως εἴχετο ἡ ἐξάρτυσις τῆς ἐπαύλεως ἁπάσης, οἱονεὶ ἐπεξεργασία τις οὖσα αὐτῆς τῆς οἰκοδομῆς, ἡ κατασκευὴ ἔνδοθεν τοῦ χωρίου, καὶ διάταξις οἰκονομικὴ πάντων τῶν χρειῶν ἐπίκαιρον καὶ πρέπουσαν παρεχόντων. ἧς τινος ἕνεκα πολυπραγμοσύνης, ὡς οἶσθα, δι᾽ ἔτους ἐμοὶ σχολὴ ἀπὸ τῆς φιλοπονίας τῆς ἑδραίας ἐγένετο, καὶ δὴ καὶ τῆς ἐμῆς φιλολογίας ἐκπομπὴ καίπερ ὑπεραγαπωμένης.

μεταξὺ μέντοι τὰ πρὸς τὴν ὑγείαν καὶ εὐρωστίαν θεραπεύοντι, καὶ πόῤῥω τῶν μαθηματικῶν φροντισμάτων κεκακωμένην ἔξιν ἀναῤῥωννύντι. αἰτίαν γὰρ ἔχει ἡ φιλολογία τοιαύτην ὑπ' ἰατρῶν, καὶ δὴ καὶ κακῶς ἤκουσε ὑπὸ τῶν ἐμοὶ ἐντυγχανόντων σχεδὸν πάντων, ὥς με φύσει εὐσωματοῦντα λυμηναμένη καὶ εἰς μαρασμὸν ἄγουσα. ἀλλ' ἀμὴν ὦ ἑταῖρε ἴσθι κεχαρισμένον μοι πρᾶγμα ποιήσων σύγε ἢ κομιδῇ φιλοτιμήσεις, τὴν χάριν ταύτην αἰτούμενος πρὸς τοῦ συνοικοῦντός μοι, καὶ ἐνδιδομένη χρώμενος εἰς τὸ δέον, τὴν ἐπίδοσιν δὲ ταύτην προσιθεὶς, καὶ ἐπικύρωσιν οὐ την τυχοῦσαν τῆς προτέρας ἡμῶν εὐνοίας καὶ οἰκειότητος. ἔῤῥωσο τῇ ὑστεραίᾳ τῶν Σεπτεμβρίων καλανδῶν. ἐν Θρήκαις πόλει τῆς Καμπανίας.

Βουδαῖος Βρεξίῳ εὖ πράττειν.

Πολλὴν μὲν καὶ βαθεῖαν εἶναί μοι σχολὴν, ὅπερ σὺ φὴς ἐπιστέλλων, οὐ μέμνημαί ποτε γράψας ὅτι σοι ὅτι τῷ ἄλλῳ. ἐνασχολεῖσθαι μέντοι ἐμὲ οὐκ ἔφην ἴσως ἄγαν ταῖς σπουδαίοις τῶν πραγμάτων ἐνθάδε καταγινόμενον, οὐδὲ ταῖς ἀμφὶ τὴν φιλολογίαν φροντίσιν ἐπιχειρεῖσθαι, ταῖς πάλαι κεχαρισμέναις ἡμῖν. οὐ μὴν δὲ καὶ ἐλευθεριάζειν γε ἔφην σχολῇ καὶ ῥαστώνῃ ῥᾳδιουργοῦντα περὶ τὰ δοκοῦντά μοι καὶ ὁπωσοῦν κελευόμενα. ἐπεὶ καὶ τοσοῦτον ἀπὸ δέον ἐτύγχανον τοῦ ταῖς ἀκροάσεσι σχολάζειν ταῖς φερομέναις τοῦ τότε ἐκκλησιάζοντος, ὥστε μόλις μοι ἐξεγένετο τοσαύταις ἡμέραις τρὶς τἀνδρὸς ἀκροᾶσθαι ἢ καὶ δίς. εἰ δὲ σὺ ἐνδείξεσαι ἡμᾶς τούτου τὰς προφάσεις ἀξιοῖς, καὶ τὰς αἰτίας ἐκφράσαι τὰς ἐπισχούσας ἐμὲ, οὐκ οἶδ' ἐὰν τὰ πρῶτα ἢ τὰ ἔσχατα αἰτιάσωμαι. λογίζεσθαι μέντοι σὲ προσήκει αὐτομάτως τὰς πλείστας αὐτῶν, τὸ δυσχερές γε τοῦδε τοῦ διαίτης ἐγνωκότα, καὶ πρότερον πεπειραμένον αὐτοῦ, κἂν αὐτὰς οὐκ ἐξαριθμῶ. τί γὰρ ἂν καὶ ποιήσαιμι πόῤῥω που καταλύσας τῶν βασιλείων, οὐδὲ τῆς εὐκαιρίας τυχὼν τῆς ἁρμοττούσης εἰς τὴν ἀγορὰν τῆς ἐκκλησίας, οὐδ' αὐτὴν ἴσως τεταγμένην, οἷα τὰ κατὰ τὴν αὐλὴν πολλὰ τυγχάνει ὄντα, οὐ καθεστῶσαν ὥραν αὐτὰ οὔτ' ἀφωρισμένην ἔχοντα. φέρε δή. εἰ συμβάλλω σοι ἐχρώμην καὶ καθηγεμόνι τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς, ἄσμενος ἂν σου πυθοίμην, ἆρά γε τῶν ὑπηρεσιῶν ἀμελήσας καὶ θεραπειῶν τῶν νενομισμένων, φροντίζειν μόνον ἔμελλον τῶν φιλοσοφικῶν τουδὶ καὶ σωτηριωδῶν λογισμῶν; οὐ δῆτ' ἔφης. ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις καὶ προὔργου θέσθαι τὰ εἰς φιλοσοφίαν ἀνήκοντα τὴν πάνυ καὶ ἱεράν. τὰς δὲ πρὸς τὸν πόρον καὶ φιλαρχίαν ῥεπούσας λειτουργίας, ταύτας δὴ ἐντάττειν ταῖς ταύτῃ ἐφεξῆς φροντίσιν ἐπομέναις, ὡς προσῆκεν δῆθεν τὰς τῶν ἀγαθῶν ἐπιμελείας τῶν ἐπὶ τῇ τύχῃ κειμένων καὶ τοῦ αὐτομάτου, καὶ ἐν τῷδε τοῦ θεάτρου γε δευτεραγωνιστεῖν τοῦ ὑπὸ τῆς ὥρας βραβευομένου. καίτοι ἐὰν τὰ πολλά σου εἰσηγηθέντα καὶ ἐπιπεποθημένα ἐνταῦθά ποτε διατρίψαντος, ἐᾷς ἡμᾶς ἀπομιμεῖσθαι, οὐ γὰρ δή σοι τούτων μεταμέλει οὐδ' ὅτι, οὐκ ἂν ἀπολέξαις οὐ δεῖν ἐμὲ ἐν τοῖς αὐλικοῖς ὁμιλοῦντα, καὶ δὴ τῶν τῆς αὐλῆς σπουδῶν κεῖσθαί τι, καὶ τοῖς κατ' ἐκείνην φλυάροις καὶ λήροις ἀφωσιωμένους γοῦν ἐσχολακέναι. ἐπεί τοι καὶ ἐν τῆς ὀρχήσεως ἐπιβαλλομένους, καὶ ἄχει δὴ τέλους φασὶ διορχεῖσθαι καθήκει καὶ ληροῦσι συλληρεῖν. τί δαὶ δὴ συγχωρεῖν τὸ κλόπου τοῖς φλυαροῦσιν καὶ ἀπροαιρέτως ἐφθακότα, καὶ ἀπαλλαγῆναί γε ὅτι τάχιστα μετ' εὐσχημοσύνης ἐφιέμενον, τί δὴ ἂν οὖν πείσεσθαι χρὴ ἐφ' ᾧ τυχεῖν τῆς εὐχωλῆς. μή ποτε οὖν περὶ παντὸς ποιήσασθαι ἡμᾶς δέον ἢ, τὸ τὰ ἐν ποσὶ καὶ κατεπείγοντα διαπράξασθαι οὔτ' ἀκόσμως οὔτ' ἀναξίως ἀνδρὸς οὐκ ἀπαιδεύτου, ὅπως τούτων εὐθὺς κατωρθωμένων, δι' ἡσυχίας τὸν ἐπὶ τούτοις βίον καὶ εὐθυμίας ἐξείη διαγαγεῖν. σὺ τοίνυν οὕτως ἀπαλλάττεσθαι προελομένῳ ἔοικας, ἐν ταύτῃ γε τῇ ἀρχῇ τότε ἐμπεριεσχημένος τῇ τῶν κηρυκῶν. ὅθεν δὴ τὰ πρὸς τὸν βίον τὸν λαμπρῶς εὐπορούμενον ἐπιτήδεια ἀναιρεῖσθαι προθυμούμενος, πλὴν τῇ μόλις ἀπήλλαξας πλεονεκτικῶς γε συνεσκευασμένος οὐχ ὅτι πλεονεκτικῶς. ἐξὸν μὲν οὖν ποιεῖν διαπεπλεκὼς ἐν ὅσῳ συνεκστρέφου τοῖς ἀμφὶ τὴν φιλοκτησίαν τι σπουδάζουσι καὶ τὴν φιλοτιμίαν, νῦν δὲ τῆς τε φιλοσοφίας τῆς σεμνοπροσώπους γε χρηστὰς ἀκροατὰς, καὶ φοιτητὰς τῶν εὐσεβῶν τὴν αὐτάρκη, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν λιτότητα τὴν μακαριωτάτην εἰσηγουμένων, ᾗ δὴ ἡμεῖς ἐν τοῖς μάλιστα ἀρεσκόμεθα ἄχρις οὗ τοῦ θεοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἤρεσεν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀναμιμνήσκειν ἐμὲ ἔοικας τῶν ἐμοὶ γεγραμμένων τε καὶ δεδογματισμένων. ἀλλ' ὅπως ὦ ἡμέτερε σύγε νεανικῶς τε καὶ εὐψύχως ἐφοδιασάμενος ἐν ᾧ ἐνεπορεύου, καίπερ σοὶ μόνῳ τὸ πρᾶγμα τουτὶ πράττων, μὴ λάθῃς ἀντιτείνας πῃ καὶ ἀγνωμοσύνην σαυτοῦ νῦν καταγνοὺς, πείθειν ἐμὲ ἐπιχειρῶν ἄνδρα τε καὶ πολύπαιδα οἰκοδεσπότην εἶναι οὐδέν πω πλέον ἔχοντα, ὡς δὴ δυσθύμως τε καὶ σκαιῶς πρὸς τὸ λήρους ληρεῖν τούτους διακείμενον. εἰς τέχνας παραδόξων ποιεῖσθαι ἔοικάς γε ἔναγχος ἐνιστάμενος, γέλωτα δήπου πολὺν ὀφλὼν παρὰ τοῖς κομψοῖς καὶ χαρίεσι. ἀλλὰ τί ἂν πάθοιμι; θρασεῖον γὰρ τὸ δρᾶμα, ὅπῃ ἂν ἅπαξ τὸ πρόσωπον ἐνδεδυκὼς, εἰς τὴν σκηνὴν προελήλυθας. ταῦτα μὲν οὖν ἀντιπεπαίχθω πρὸς τὰς σὰς χλευασίας τὰς προσφιλεῖς, αἷς καθάψασθαί μου εἴωθας, ὡς ἐξεστηκότος τῆς ἰδίας τι προαιρέσεως, καὶ τῆς αὐλῆς παρὰ τὸ δέον ἀντεχομένου, ὑπόθεσις δήπουθεν γενησόμενα ἑτέρας ἐπιστολῆς ὑπὸ σου γραφησομένης. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἔγωγε συνήδομαί σοι ὦ δαιμόνιε, τὴν πρὸς τὸν μακρὸν τὸν ἐμὸν φιλοψυχίαν καταθεμένῳ, καὶ οἱονεὶ τὴν ἀντίμορον ἐκείνην εὐγνωμόνως μεταθεμένῳ, οὕτω γὰρ ἤκουσά του τῶν γνωρίμων καὶ συνήθων σοι, τῆς τε ἡμετέρας παραινέσεως καὶ δεήσεως ὀψέ ποτε ἠκροαμένῳ. αὕτη γάρ τοι ἡ γνώμη ἐπὶ τῷ δοκεῖν

πρὸς

πρὸς τῆς σῆς φιλανθρωπίας ἐστί, καὶ ὡς ἀληθῶς δὴ καθήκουσα φαίνεται ὡς γνησίας τε καὶ ἀκεραίου φιλοσοφίας, ἣ σοὶ νῦν τυγχάνει προσαναπεφυκώς, ὁ πάλαι περὶ τῆς ἀναπαύσεως τὴν ἀπεχθανομένην ταύτῃ φιλοπονίαν ἀσπασάμενος. ἴσθι δὲ ἡμᾶς οὕτω τῇ ἀγγελίᾳ ταύτῃ περιχαρεῖς γενομένους, ὡς πρὸ τούτου ἀνιωμένους ἤδη ὑμῶν δυσαρέστως ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐφαμίλλους ἐκείνης ἐπιδείξεως καὶ δυσθύμως ἐχομένων. ὅσον τε οἱ κοινοὶ φίλοι συνήλγουν ὑμῖν τὴν καλλιέπειαν τῶν συγγραμμάτων τῶν δριμεῖ τοῦ ἔριδος λυμαινομένοις, τοσοῦτον ἐπὶ τούτῳ συγχαρησομένους εὐδοκιμοῦσιν, ἕνεκα τοῦ ἀμφισβητήσεως τοῦ κακοῦ ἐς κόρακας ἀποσταλθείσης. πρόσειπέ μοι τὸν Δελφῖνον τὸν ἡμέτερον, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς εὐνοϊκῶς ἀμφοῖν ὑμῖν ἔχοντας. καὶ διατέλει σπουδάζων τοῖς καλλίστοις τῶν λόγων καὶ σεμνοτάτοις. ἔρρωσο, ἐν ῥωμοραντίῳ κωμοπόλει, παρὰ τὸ βασίλειον μόνον τὸ αὐτόθι ὀνομαστοῦ, γαμηλιῶνος μηνὸς τρίτῃ φθίνοντος.

Γυλιέλμος ὁ Βουδαῖος Γερμανῷ τῷ Βριξίῳ εὖ πράττειν.

Ὤτος τοῦ παρόντος ἐφ' ἧς καιροῦ συμφορᾶς. ἐμοὶ μὲν ὦ ἑταῖρε ἐνταῦθα τῶν γραμμάτων τῶν σῶν ἀφικομένων, ἐπιμελέστερον ἠρέμα, εἶτ' ἐπιφωνεῖν ἐπῆλθε, ὦ τῆς φιλανθρωπίας τἀνθρώπου καὶ τῆς εὐγνωμοσύνης. τί δαὶ ὦ οὗτος, ἄρα γε τοῦτο φαίη τις ἂν πρὸς ἀνδρὸς εἶναι ἐλεεινοῦ καὶ φιλοπάτριδος ἄκρως; τὰ μὲν τῶν ἀτυχημάτων, τοῖς κοινοῖς τε πράγμασι καὶ πολιτικοῖς λυμαινόμενα, διελέχθην ἀπαθῶς, διεξιόντα ἐπιδεικτικῶς καὶ δὴ καὶ κατεψευσμένως τόν τε λιμὸν καὶ πόλεμον, ἀνίκεστά γε δὴ πάθη καὶ μηνίματα θεοῦ. ἰδίαν μέντοι ἐᾶν τῆς συμφορᾶς, τουτέστι τῶν εἰς ἱερεῖς πλούτων, ταύτην δὲ ἐντραγῳδῆσαι δεινοπαθοῦντα, ἐξώλεις ἐπαρώμενον τοῖς εἰσηγησαμένοις ἀσεβῆ τινὰ διατάγματα οὐκ ὀλιγοστὸν μέρος τοῦ ἱερατικοῦ ἐξαρύσοντα πλούτου ἤδη περιρρέοντος. σοὶ τοίνυν ταῦτα μὲν μεμψιμοιρεῖν ἐπιδεξίως, ἐκείνων δὲ ἐμπεμπτόντι τῇ ἐξηγήσει, τῶν εἰς τὸ σύμπαν καὶ τὸ κοινὸν ἐπιβαλλόντων, ὑπόνοιά τις κακὴ δή που παρηνώχλει, ὡς ἄρα ἀργυρολογία τις λαμπρὰ καθ' ὑμῶν ἐπιστῇ ἤδη τίνος, τῶν προσόδων ἐκείνων γε τῶν ἀφιερωμένων καὶ ἀσυλίαν ἔχειν ἀξιουμένων, τὸ πέμπτον ἀφαιρήσουσα τῶν μορίων ἢ ὁπόσον οὖν. εὐφήμει ὦ γαθὲ μὴ γένοιτο τὰ πράγματα τὰ καθ' ἡμᾶς εἰς τοῦτο τῆς ἀνάγκης καθίστασθαι καί τοι ὦ σῶτερ ἡμῶν καὶ θεῖαι ἤδη ψυχαί, οἱ μὲν ἁγνῶς τε καὶ εὐλαβῶς τὰς πάλαι ἱερωσύνας διῳκηκότες, τῶν κτημάτων τουτωνὶ καταμελοῦντες τῶν ἀπὸ τῆς πλεονεξίας, τῶν δώρων δὴ κατὰ κράτος ἀντεχόμενοι τοῦ θεοῦ, ὧν ποιοῦντες, τῶν τὰς ψυχὰς περιποιούντων. ὑμεῖς δ' οἱ τήμερον τῶν θείων ἱερώμενοι, τῶν πνευματικῶν τούτων ἀφέμενοι, οἶμαι τῆς μεταβολῆς τῶν ἠθῶν, τοῖς προσύλοις καὶ τυχηροῖς προσεστηκότες διαπλεῖτε, κακοὶ κακῶς ἀπολούμενοι, ἐὰν μὴ ἐκ τῆς ἐμπαθείας τῆσδε σὺν θεῷ πλουτοῦντες ἀνανήψητε. σύ γε μὴν ὦ ἐπὶ κακῷ μαντευτικέ, ἄξιος εἶ δή που παρὰ τὴν φιλυποψίαν ταύτην ἀληθεύουσαν χρησμολογῶν, τύχης κατὰ σὲ καὶ τὰς σὰς προσόδους, ὑπεραποχρώντως γε τὰ κατ' ἔτος ἄχρι τοῦτε χορηγησάσας. ἠμέλει περιτμηθείσης τῆς κατὰ σὲ περιουσίας, εὐσταλέστερον ἂν τοῖς θείοις ἐμφιλοσοφοίης, ὧν δὴ ἐρασθῆναι ὑπέσχου. ἵνα γοῦν δεδοικότα σοι περὶ τοῖς κατ' ὅλον τῶν ἀνθρώπων, μᾶλλον ἢ περὶ τοῖς καθαροὺς καὶ θείους ἀποδεικνύσι, μὴ πάνυ τὴν ὑποψίαν ταύτην ἀπομόρξωμαι, εἰ καὶ περὶ τούτων οὐδεὶς οὐδέ πω διαπεφύλληται λόγος, ὅσα γε κἀμὲ εἰδέναι, ὅμως μέντοι τὸ ἄγαν τοῦτο ὑφορᾶσθαι ὑμῶν, κληδόνα δή τινα μέλλοντος οὐκ αἴσιον καθ' ἅπαντος τοῦ ἱερατικοῦ ἐπάξειν οὐκ εἰς μακράν, ἐν βαθείᾳ γε ῥᾳστώνῃ τανῦν ὄντος, πέρα τοῦ ἄλλων τάξεων ἡδυπαθοῦντος. καὶ ταῦτα μέχρι τοῦδε τὰ παιγνιώδη. τὰ δ' ἀπὸ τούτων ἤδη σπουδαιολογηθήσεται, τῇ ἀξιώσει σου ἀπαντήσοντα. ταῦτα δ' εἰς ἄλλην ἐπιστολὴν ἀναβέβλημαι, ἣ ταύτῃ ἀκολουθήσει ὀπίσω, ἂν τάχιστα ἡ σχολὴ τοῦτ' ἐγχωρῇ. ἀλλὰ μὴν διὰ μέσου χάριν σοι ὁμολογήσω ἀνθ' ὧν ὑπηρετεῖν ἔφθης τὰ δῶρα τῇ γαμετῇ μου, αὐθαιρέτως σύ γε τοῦτ' αὐτῇ καταχαρισάμενος. ἔρρωσο, ἐν Διβίωνι πόλει πρὸς τῇ αὐλικῇ ἀκολουθίᾳ, ἑκατομβαιῶνος ὀγδόῃ ἐπὶ δέκα. α φ κα.

Γυλιέλμος ὁ Βουδαῖος Γερμανῷ τῷ Βριξίῳ εὖ πράττειν.

Ταύτης μὲν τῆς ἐπιστολῆς ἡ ἀρχή, οἱονεὶ παρέργημά τι καὶ προσθήκη ἔσται σοὶ τῆς ἑώλου, ἥν περ ἐνεστηκότος μοι γράψαντι καὶ κατεπείγοντος τοῦ κομιοῦντος αὐτήν, συμπερᾶναι οὐκ ἐδυνήθην κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην. περὶ ὅτου μὲν οὖν αἰτούμενος ἔτυχες, Ἰανὸς μὲν ὁ Λάσκαρις φίλος τε σοὶ πάλαι καὶ νῦν ἐπὶ φιλίᾳ ἀπηξιωμένος, οὔ τί γε σιδάγων καραδοκεῖν φησὶ τοὺς νεανίσκους, οὕς τινας ἐκεῖσε πέμψας μετακαλεῖσθαι ἔφθακεν εἰς Ἰταλίαν, δεδογμένον ὂν τούτῳ μὴ ἐπανήκειν αὐτόθεν, πρὶν ἢ καταμάθῃ ὅτι περ οἱ ὑπ' αὐτοῦ πεμφθέντες, διεπράξαντο ἐν τῇ Ἑλλάδι περὶ τῆς ἀνδρολογίας τῆς ἐπὶ τῇ συστάσει τοῦ γυμνασίου. καὶ μὴν ἐγώ τοι αὐτὸν προσκαρτερήσειν οἶμαι τούτους ὑπομένοντα, κἂν ἐκ προθέσμου ἥκωσι, πρᾴως τε καὶ εὐγνωμόνως. οἶσθα γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἐφ' ὅσον ἐμφιλοχωρῶν ἐστί, καὶ ἡδόμενος τοῖς παρὰ τοῖς ὑπατρίδαις ἐνδιατήμασι τοῖς ἐκεῖ. ἄλλως τε μήτε ξυνδιατελούντων ἐκείνων τῶν ἐπὶ παιδολογίᾳ πεμφθέντων, τῆς βιβλιοθήκης μετ' αὐτῶν τῆς περιβοήτου, παμπόλλων γε συγγραμμάτων ὡς λόγος, καὶ ἐξαιρέτων γεμούσης. ἐξ ἧς δὴ βίβλους οὐκ οἶδ' ὁπόσας Διοδώρου τοῦ συγγραφέως, αὐτὸς ἀπογράψαι πρότερον ἐκδεδωκώς, ἄρτι πεπομφὼς ἔδωκε τῷ βασιλεῖ περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων. χρῆμά τι περίεργον, ὡς εἰκάζω, ἱστορίας. οὐδὲ γάρ πω τούτῳ ἐντετύχηκα. εἰ καὶ τούτου τοῦ δώρου ἀξιόχρεων

εἶναι τὴν ἐμὴν πίστιν ὁ Λάσκαρις ἐγγυσάμενος, τὴν εὐθὺ τοῦ καταλύματος ἐμοῦ, τὸν τότε κομίζοντα ἐκέλευσεν ἰέναι. τὰ μέντοι τῆς αὐλικῆς διαίτης ὡς ἐπίστασαι, ὑπ' αἰτιῶν τῶν τυχουσῶν πολλάκις περιωθεῖται. ἀλλὰ γὰρ ὦ δαιμόνιε, ἐπιτυγχάνουσα σύ γε τοῦτον τὸν λόγον ὑπολάβοις ἄν, τὰ τῶν γυμνασίων τῶν παρ' ἡμῖν σοὶ φροῦδα οἴχεται, ὧν δὴ πάλαι φήμη λαμπρὰ καὶ προσδοκία ἐγηγερμέναι. ὑπό τι τῶν θορύβων ἐξαίφνης ἀναπεπτώκασι, καὶ σπουδῶν πολεμικῶν πάντα νῦν ἐπεχουσῶν. ἀλλὰ τί ἂν πάθοι τις πρὸς τὰ ἀνθρώπινα πράγματα, ἐφ' ὧν δὴ τὸ χρεὼν ἄνω καὶ κάτω φιλεῖ κυλίειν τὰ τοῖς θνητοῖς ἐνθυμηθέντα; καίτοι οἶδά γε τὰ ἐπίγεια ἐστὶ ῥευστά τι καὶ ἐπισφαλῆ, τὸ μὲν εὖ καὶ καλῶς ἐπικεχειρημένον, δίκαιον δ' ἐπιτυγχάνειν ὂν ἄθλον γοῦν ἐκώμισεν ἄρασθαι, κἂν εἰ ἀποτυγχάνει δαίμονος ἐπηρείᾳ, οὔ τοι γε αἰτίας τι καὶ ἐγκλήματος ἀπολελύσθαι. οὐ μὴν δὲ δὴ ἀνέλπιστον εἶναί μοι δοκεῖ οὐδ' ἐκ τῶν ἐνεστώτων γε πραγμάτων καὶ ἐγκειμένων, ἐκείνην τοῦ σύμπαντος κυρίαν οὖσαν, καὶ ταῦτ' ἂν θέσθαι βέλτιον, τὴν ἀνωτάτω πρόνοιαν. ἔρρωσο ἐν βιβίαι πόλει ἐν ᾗ ἄτη ἐπὶ δέκα Ἰουνίου μηνός, ὃν ἑκατομβαιῶνά φασιν εἶναι. ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας πρώτῳ καὶ εἰκοστῷ πρὸς τοῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις.

Γυλιέλμος ὁ Βουδαῖος Ἰακώβῳ τῷ Τουσανῷ εὖ πράττειν.

Ἀνιλέξαντί μοι ἄρτι τὰς ἀποδοθείσας μοι παρὰ τῶν φίλων ἐπιστολάς, τρίτον ἤδη μῆνα τοῦτον ἀποδημοῦντι, ἐκ τῆς συνδιατριβῆς τῆς ἡμῖν σωζομένης, εὐθὺς ἐπῆλθεν εἰς χεῖρας δὴ ἐλθούσης μιᾶς τῶν σῶν, ἧς δὴ ἔγωγ' ἔλαθον ὑπὸ ῥᾳθυμίας ἐξολισθών, πολὺν ἤδη χρόνον διαλιπών, καὶ οὐκ ἀντιγράψας τῇ δευτέρᾳ αὐτῶν τῶν ἐπιστολῶν. σύ γε μὴν οἶμαι τὴν ἐνθάδε προσδοκῶν ἀμοιβήν, ἐν τούτῳ τῷ μεταξὺ χρόνῳ ἡσυχίαν ἀργὴν τό γε κατὰ τοῦτον ἀσπάζῃ, ὡς ἐνὸν δήπου ἀνεγκλήτως τι καὶ εὐπροφασίστως τοῦ διαλείμματι τούτῳ ἐφησυχάζοντά σε, τοιαύτην κερδαίνειν ἐργασίαν, τῶν τι ἡμῶν ἀσχολιῶν τοῦτό γε καὶ τῶν πολυπραγμοσυνῶν ἀπολαῦσαι. καὶ μὴν τοιόνδε τινὰ σὸν εἶναι λογισμὸν ῥᾳδίως πείθω ἐμαυτόν, εἰδότα σε ἐν μὲν τῷ ἐπικύψαι ταῖς βίβλοις καὶ ἐμμενεῖν ἄκρως φιλόπονον καὶ διακαρτεροῦντα, εἰς δὲ τὸ γράψαι διαμελλητὴν καὶ ἀποκνητικόν τινα. ἀμφιλαφῆ μὲν οὖν ἀφορμὴν εἶχον ἂν ἐγκλήματός του, οὐκ ἂν φιλαιτίως ἐγκαλεῖσθαι δόξαντος, εἰ μέμψασθαι ἐπεχείρουν τοιούτου πλημμελήματος, τουτέστι τοῦ καθήκοντος οὕτως ἐγκαταλελειμμένου. καὶ δὴ εἰς ταύτην οἶμαι τὴν μελέτην αὐτίκα ἵεμην ἄν, εἰ μὴ φιλόδικόν σε γενόμενον ᾔδειν καὶ δικαιολογεῖσθαι δεινόν, ἐξ οὗ χρόνου τοῖς ἀπὸ περιπάτου τοῦ παλατινοῦ συμφιλοσοφεῖν προείλου, καὶ παρασιάζειν τοῖς τὰ νόμιμα ἀγχίνως ἐξηγουμένοις καὶ τὴν ἑρμηνείαν τούτων σοφιζομένοις. δέδια γάρ ἔγωγε μὴ οὐ καταρρητορεύσῃς με ῥᾳδιουργίᾳ ἐκείνῃ λογογραφίᾳ χρώμενος, ἣν παρὰ τῶν πανουργοτάτων τουτωνὶ τῶν δικαιολόγων σύ γ' ἔμαθες, ὁ ἐκ τοῦ φιλολογεῖν ὡς ζῆν καὶ λόγοι, ἐπὶ τὸ διαδικάζεσθαι περὶ τῶν ἐρασμιῶν περιελθών. καίτοι πρὸς τοῦ θεοῦ, εἰ σμικρολόγῳ γοῦν ἀπολογίᾳ καὶ εὐπροσώπῳ προσέχεσθαι δικανικῶς οἷος, τί ἂν εἰ πειρῷ δύναιο ἔτι ἐνθυμηθῆναι, τοῦ μὴ πολλήν σε ἀγνωμοσύνην ὀφλεῖν παρά γε τοῖς ὀρθῶς δικάζουσιν, εἰ ἐν ἐκείνῃ σχολῇ ἀναστρεφόμενος, καὶ μόνην, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐργαζόμενος τὴν συνουσίαν, οὐ γὰρ δὴ τὴν ἀμφισβητικὴν ἂν προφασίζοιο, ἴσοις ἴσα ἀμείψασθαι σαυτὸν ἀπολέσειο πρὸς φίλους καὶ ἀδικούσης ἴσως ἡμᾶς εἴσπραξάμενος, τοὺς νυνὶ τὰ τοιαῦτα μὲν μεταχειρίζεσθαι οὐ δυναμένους, ἀντιγραμμένως δὲ ἔχοντας, καὶ πολυπραγμονοῦντας τὰ τούτοις ἐκ διαμέτρου φασὶν ἀντικείμενα. ἐγὼ μὲν οὖν εἰ καὶ πράγματα πόλλ' ἔχων, καὶ λειτουργίας λειτουργῶν ἀήθεις, ἀτελεῖ γε κεκτῆσθαι τῶν εἰθισμένων δίκαιός εἰμι, ὅμως ταύτῃ χρῆσθαι οὔπω ἐνεθυμήθην, οὐδ' ἂν ἐνθυμηθείην γε εὖ ἴσθι. ὃς δὴ εἰς ἀπορίαν πολλὴν τῶν ἀναγκαίων οὐ λυσιτελούντων γε ὄντων τὰ τοιαῦτα φρονοῦσι καθεστηκώς, καὶ πόρρω που γεγονὼς τῶν ἀνθρώπων τῶν τι πραγμάτων τῶν ἀναμιμνησκόντων με τούτων, συχνὰς ὅμως ἐπιστολὰς ἐπιτίθημι ὅτι πλείοσι, τὰς μὲν πρὸς τοὺς οἰκείους καὶ προσήκοντας, τὰς δὲ πρὸς τοὺς ἔξωθεν, ἐνθένδε με κἀκεῖθεν προκαλουμένους. εἰ δὲ προφάσεις ὅπως τὴν προφασίζεσθαι βουλοίμην, προὔχειν ἂν δήπου καὶ εὔλογον τὸ καὶ τὸ αἰτιᾶσθαι τῶν πολλῶν, τῶν ἐνταῦθα διαιτωμένους ἀπασχολεῖν εἰωθότων. εἶτα κἂν εἰ σχολὴ ἡμῖν περιείη, καὶ τῶν ξενοδόχων γε οἴκων στενοχωρίας ἐφεξῆς ἐπιφέρειν ἐξῆν, καὶ τόπων τῶν ταύτην τὴν ἐργασίαν ἐνδεχομένων πόθον, ὧν ἡμεῖς τὰ πολλὰ κατενδεεῖς τυγχάνομεν ὄντες ἐν τῇδε τῇ διαίτῃ ἀλυούσῃ τι καὶ περιφερομένῃ. ἐῶ δὲ λέγειν, ὡς ἄρα ἡ τῶν βιβλίων ἔνδεια, καὶ ἡ πόρρω τῆς ἐμῆς φιλολογίας ἀποδημία, ἀμνηστίαν ἂν πλεῖστον ἐμποιήσειε μόνη γε, τῶν πρὸς τὰ μαθήματα καὶ τοὺς λόγους καθηκόντων, καὶ δὴ καὶ πάντων σχεδὸν ὧν ἡμεῖς πρότερον ἐθεραπεύομεν ἐν τοῖς μάλιστα. οὐδείς γοῦν ἐστιν ὅστις γυναῖκά τινα φιλῶν, καὶ ταύτης τοῦ κάλλους κεκρατημένος, οὐκ ἂν προσέχων αὐτῇ παύσαιτο, πλήν τι ἀπειρημένος αὐτῆς, καὶ δήλωσι τὸν νοῦν περισπώμενος. ἐπεὶ καὶ καιροῦ τὰς ἔρωτος οὐ προσοχῆς ἀνέχομενος, οὐ φθάνει σχεδὸν τοῦ παλαιοῦ πράγματος μεθιέμενος. σὺν δ' οὖν ἐκεῖνον ὦ γαθὲ ἐπανιστᾶν πάλιν τὴν ἐμὴν εὐψυχίαν, τὴν πάλαι, πρὸς τὰ ὑφ' ὑμῶν τῶν αὐτόθι φιλοσοφούντων ἠγαπημένα. αὐθαιρέτως ἐγηγερμένην, οὐκ ὑπὸ τῆς ἀκριβοῦς διαίτης ἀναπεπτωκέναι ὑπελάμβανες, ὃ δὴ ὑπολήψεσθαι ἔμελλες ἐξ ὧν οὐ πάλιν ἔγραψας μὴ ἀντιγράψαντός μου. ἀναζωπυρεῖν τι τῶν καλλίστων γυμνασμάτων ἔρωτα. εἴτοι εἰδὼς ἀποσβεσμένος εἶναι ἀμαυροῦσθαι. νῦν δὲ οὐδὲν τοιοῦτο πλέον, ὑπ' αἰτίας εἰ δήπουθεν ἐπιμεμψάμενος οὐ φιλικῶς εἰς ἀνάγκας. ἀλλὰ μὴν σὺ μὲν ἴσως εἴσῃ ἀνακεχωρηκὼς τῆς ἄγαν φιλοπονίας, καὶ σαυτῷ δὲ

καὶ

καὶ τῶν φίλων εἰς ἀμέλλησιν κατέστης, πρός γε τῇ αὐτομάτῳ σοῦ ὁρμῇ τῇ πρότερον, προσακονήσαντος ἐπὶ τὸν θυμὸν τοῦ λόγου ἐκείνου τοῦ ἐνταῦθα διατεθρυλλημένου, ὅτι ἄρα ὁ βασιλεὺς γυμνάσιον ἐνιδρύσασθαι διέγνωκεν ἐν ἄστει, σύνταξίν τε ἀξιομνημόνευτον συντάξαι ἀνδρῶν πεπαιδευμένων τὰ κάλλιστα τῶν γραμμάτων ἐξηγησομένων, ἅμα δὲ καὶ τῶν ἀκροασομένων τούτων νέων, ἑκατέρᾳ δὴ τῶν γλωττῶν ἐμφιλοπονησόντων. περὶ οὗ γ' οὐδὲν ἄλλο σοι ἡμεῖς τούτου μεμνημένου ἐν τῇ σῇ ἐπιστολῇ, πιστώσασθαι ἂν ἀκινδυνότερον δυναίμεθα, εἰ μὴ ἐπιφανὲς τόδε τὸ φιλοτίμημα τὸ βασίλειον εἰς τὸ μέλλον γενησόμενον, ἥν δ' ἐπεί γε προθυμίᾳ καὶ εὐψυχίᾳ τούτου τοῦ προαιρέματος αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἐπεβάλετο, καὶ λόγῳ δὲ μόνον κατῆρξε, τοιᾶδε καὶ τῶν ἔργων αὐτὸς τύχῃ ἐπεξεληλυθὼς καὶ ἐπιδεδαψιλευμένος. καὶ μὲν δὴ καὶ ἄχρι τούτου προσκατεγγυᾶν τινά τε πίστιν τὴν ἐμὴν καὶ τὴν δόκησιν οὐκ ὀκνοίην ἄν, ὡς ὑπισχνεῖσθαι σοι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τὰς μούσας ἐπὶ τῇ παιδείᾳ ταύτῃ θεραπεύουσι, εὐδοκιμήσειν ἐν τοῖς πάνυ τὴν δόξαν ἐπικτησομένους ἀπὸ τῶν καλῶν καὶ ἐλευθερίων λόγων ὀνομαζομένων, ἐπὶ τούτου τοῦ ἄρχοντος, ἥνγε διατελέσῃ ἐρρωμένος τὸ σῶμα, καὶ κατὰ τὰ πρῶτα εὖ φερόμενος ἐν τῇ ἀρχῇ, καὶ μὴ ἄλλοσε ἀνθελκόμενος, καὶ γάρτοι, πρὸς τῷ εὐφυὴς καὶ μνημονικὸς εἶναι ἐξόχως καὶ ὑπερφυῶς, ἀναγνώσας τε τῶν ἀξιολόγων ἱστορικῶν καὶ τοῖς ἔνδοξα ἀπομνημονεύματα ὅ τι ἔτυχε ἀφηγουμένοις, ἑαυτὸν ἐνδιδόναι ἀσμενίζοντα, προσέτι καὶ τὰ τῶν παλαιῶν τῶν ἐν ἀξιώματι, ἄγασθαί τε καὶ διὰ τιμῆς ἄγειν εἴωθε. φιληκόως ὅ γε ἔχων καὶ ἐπιεικῶς πρὸς τοὺς ταῦτα διεξιόντας, καὶ τούτων ἐμπαθῶς ἐπαίων, συνελὼν δὲ φαίην ἄν, χρῆμά τι περιττὸν φύσεως τοῦτον εἶναι τὸν ἄνδρα, εἰς πάντα τὰ ἐπαινετὰ εὐπεριτρεπῆ, τά τε κατ' εἰρήνην, καὶ τὰ ἐν τῶν πολεμικῶν ἀποδεχόμενα. τοσαύταις γὰρ δὴ ἀρεταῖς ὥσπερεὶ κολοφῶνα ἡ πρόνοια ἐπιτεθεῖσα, φιλανθρωπίαν τε ἐξαίρετον καὶ ἐπιεικέστατ' ἀνθρώπῳ ὑπὸ πάντων ἂν τῶν πλησιασάντων αὐτῷ ὁμολογουμένην ἐνέφυσε. τὸ μέντοι ἀγαπητὸν ἡμῖν μάλιστα τοῖς τὰ τῶν ἑλλήνων φρονοῦσι, τοῦτ' ἐστιν, ὅτι εἰς τηλικαύτην ἤδη ὑπόληψιν καὶ δόξαν ἡ τῶν ἑλληνικῶν λόγων ἐπιστήμη περιέστη ἐπὶ πολλαῖς καὶ ποικίλαις ταῖς πρότερον περὶ αὐτῆς ἀποφάσεσιν, ὥστε πάντες νυνὶ σχεδὸν ἡγοῦνται μόνους εἰς γνησίαν καὶ ἀξιέπαινον παιδείαν προβεβηκέναι τοὺς ταύτῃ ἐπιτυχῶς ἐμφιλοπονήσαντας. ἀλλὰ γὰρ ταύτῃ τῶν γραμμάτων εὐδοξίᾳ ἀνατελλούσῃ, παρηκμακὼς αὐτὸς ὑπαντῶ, ὑμῖν τοῖς ἐν ἡλικίᾳ νῦν οὖσιν ἐπακμαζούσῃ, συνησθήσεσθαι μᾶλλον ἢ συναπολαύσειν μοι δοκῶ, ὧν ἡ ἀκμὴ τῆς ἐξασκήσεως, συνάψειν μὲν ἐλπίζεται τῆς τε ψευδοδοξίας τῇ παρακμῇ καὶ παλινδύσεως τῆς παρασήμου. καρπώσεσθαι δὲ τὴν εὔκλειαν τῆς κατωρθωμένης φιλοπονίας καὶ εὐτυχοῦς. προσαγορεύω ἀπὸ τοῦ στόματος σοῦ τὸν ὑποδιοικητὴν τὸν καλὸν κἀγαθὸν, ἄνθρωπον, ὡς ἔοικε, ἀπεστραμμένον τὴν δι' ἐπιστολῶν κοινολογίαν, τὴν δι' ἧς ὦτα τῶν ἑταίρων τὸ εὖνουν παρακατέχουσαν, ὅπως τε τὸ ἀλλήλων δι' ἐπιμελείας ἔχουσι διαγγέλλουσαν. ἔρρωσο, ἐν Ῥωμοραντίῳ Ἰανουαρίου μηνὸς πέμπτῃ φθίνοντος. οἱ ἀττικοί, οἶμαι, γαμηλιῶνα λέγουσι, ἔτει εἰκοστῷ πρὸς τοῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις.

Γυλιέλμος ὁ Βουδαῖος Γυλιέλμῳ τῷ Μαινῷ εὖ πράττειν.

Δράκωνα τὸν υἱὸν ἤδη ἐκ τῆς νόσου ἀναλαμβάνειν καὶ ἀνακτᾶσθαι ἑαυτὸν, τῇ μὲν ὑπὸ σοῦ ἔγνων ἱκανῶς, τὴν ψυχὴν περὶ τούτου τὴν ἐμὴν πιστωσαμένου, τῇ δὲ, ἐξ αὐτοῦ ῥαΐσαντος γεγραφότος ἐμοὶ ἰδιοχείρως. περὶ μὲν οὖν τῆς σωτηρίας αὐτοῦ τῷ θεῷ χάρις καὶ τοῖς ἰατροῖς. εἰς δὲ τὸ μετὰ ταῦτα τὸ τῆς προσδοκίας ἀναρτώμενόν με ἐξ ἐκείνης τῆς ἐλπίδος κατέχει, ἣς τούτου ἡ εὐφυΐα τις οὐχ ἡ τυχοῦσα καὶ προαίρεσις εὔψυχος, δεῖγμά τι ἐμφανίσαι ἐν τῷ πρόσθεν ἔοικεν. ἐφ' ἧς δὴ ἅτε ἐφ' ἕρματός τινος ὁ θυμὸς ἐμὸς ἐποχούμενος ἐν τῇδε τῇ ἀποδημίᾳ ἧττον καταστρύχεται, καίπερ ταλαιπώρῳ γ' αὐτῇ καὶ ἀηδίας γεμούσῃ. ἐς ταῦτα τῆς ἐπαγγελίας μὲν τῆς σῆς, τὴν ἡμετέραν προσδοκίαν ἐπιρρωσάσης, τῆς δὲ ἐπιστολῆς τῆς ἐχθές τε καὶ τῆς ταύτης προηγουμένης, ὥσπερεὶ γενομένης ἐγγυητρίας τῆς τοῦ παιδὸς φιλοπονίας, καὶ δὴ καὶ τὸ μέλλον κατὰ τὴν προκοπὴν μονονουχὶ ἐγγυωμένης καὶ ἀναδεχομένης. ἅμα δὲ καὶ αὐτὰς ἄξιον ὑπάρξειν δοκούσας ὑποδέχεσθαι, τῆς ἐμῆς ἐπιφανείας κληρονομήσειν τῆς κατὰ φιλομάθειαν. ἐφ' ᾧ δὴ ἐπιεικῶς ἔγωγε ἐφαιδρύνθην, τὴν ἀθυμίαν δὴ ἀποσεισάμενος τὴν ἀπὸ νοσήματος αὐτοῦ ἀνηρτημένας. οὐ γάρτοι ἀξιόχρεως εἴης ἂν εἴ τις ἄλλος, τούτου τοῦ ἐγγυήματός γε. ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ αὐτὸς ὁ Δράκων διὰ γραμμάτων τῶν αὐτοῦ, ἐπαγγέλλεται τὴν βλάβην ἀποκαταστήσειν τὴν τοῦ χρόνου ἀπολωλότος. ὅπως οὖν τούτων ἀναμνήσεις αὐτὸν ὧν τε δι' ἐπιστολῆς ὑπερφιλοτίμως μοι καὶ δαψιλῶς ἐπήγγελται, ὧν τε σύ γ' ἀντ' αὐτοῦ ὑπόχρεως πεποίησαι. ἅμα δὲ συνησάσθω σοι καὶ ἅπαν τὸ λοιπὸν τῆς ἐμῆς πολυπαιδίας, ἵνα μὴ ὀλιγωρηκέναι δοκῶ καὶ τούτου τοῦ μέρους, ὡς μὴ φιλόστοργος παράπαν διακείμενος. ἔρρωσο, ἐν τῇ τῆς αὐλῆς ἀκολουθίᾳ, μαΐου ἕκτῃ ἱσταμένου.

Βουδαῖος Μαινῷ.

Καιρὸν ἤδη εἶναί σοι μέμνησαι γεγραφὼς, ἢ οὐκ εἰς μακρὰν γε ἔσεσθαι, δι' οἱ περὶ τοὺς λόγους ἐξητασμένοι τοὺς γνησίους καὶ δοκίμους, καὶ ἐνδείκνυσθαι δὲ οὐκ ὀκνοῦντες, διὰ τιμῆς ἀχθήσονται καὶ κατ' ἀξίαν

ἀξίαν πράξουσί τοι γε ἐπὶ βασιλεῖ, καὶ τοῖς ἐν πρώτοις ἀξιώσουσι. σὺς δὴ θαυμάζειν τὴν πολυμάθειαν ὁρῶ, καὶ καλλιλογίαν περιττὴν μᾶλλον τῆς παχυμεροῦς σοφίας καὶ φράσεως δεομένης. σὺ δὲ πράγματος σκέψις καὶ μόνον, ἀναδιπλασιάσειν σοι τὴν ἐπιθυμίαν μέλλει τὴν περὶ τῶν πεπαιδευμένων λόγων σπουδήν, αἷς ἐξαίρετος προτέτακται ὁρμησαμένην. βουλοίμην μέντοι καὶ σὲ διάθεσίν τινα ἐμποιῆσαι τοιαύτην ἐν τῇ ψυχῇ Δράκοντος καὶ τῶν ἄλλων μαθητῶν σῶν, ἵνα καὶ αὐτὸς ἀναπνεύσηται τὴν ἐπὶ πολυμαθείᾳ φιλοτιμίαν. καὶ φιλοτιμήσηται πρὸς τοὺς ἡλικιώτας μὴ ὑστερίζειν αὐτῶν. ἅμα δὲ τοῦτο ποιοῦντι καὶ τὸ κοσμιώτερον καὶ εὐτράπελον τοῦ ἤθους ἐκμαθητέον, ὅπερ γε τοῦτ' ἐστὶ καλλώπισμα τῆς εὐφυΐας διαπεπρεπομένης ἐν μαθήμασι καὶ λόγοις εὐδοκιμοῦσι. ἡ ἀπάλαιστρος δέ τινων σοφία, καὶ τὸ γλαφυρὸν καὶ ἀστεῖον τῆς ὁμιλίας ἑαυτῇ μὴ προσκτησαμένη, οὐδὲν ἀλλ' ἢ κενοσοφία ἐφάνη, ἐπειδὰν εἰς μέσον προέλθωσι. ἐμποιεῖ δὲ αἴσθησίν τινα σύ γε δεῖμαι ἂν τοῦ μέλλοντος ἐν τοῖς παισίν, ὅπως προαισθέσθαι καὶ διαγνῶναι δυνηθῶσιν οἷοι ἐξ οἵων γενήσονται, ἣν ἡ ἐπιμέλεια σφῶν καὶ σπουδὴ ἑαυτὴν εὐκαίρως ἐνδῷ συνάψεσθαι τῇ τύχῃ προαγορευομένην, ἣν δ' αὖθις ἑαυτὴν καταμελῶσιν, ὅπως οὐκ ἐξέσται εἰσαῦθις μεταμελομένοις τὸ ἡμαρτημένον ἐπανορθῶσαι. ἔῤῥωσο.

Γυλιέλμος ὁ Βουδαῖος Γυλιέλμῳ τῷ Μαίνῳ εὖ πράττειν.

Γινώσκοντι μὲν ἐμοὶ γράψαι σοι ὦ Μαῖνε, τῶν ἐμῶν γραμμάτων γ' ἐφιεμένως ἔχοντι, ὅτι δὲ γράψαιμι ἐν τῷ παρόντι οὐκ ἔσθ' ὅτι τυχόντι, καὶ ἀφορμῆς δεομένῳ, τοῦτο χρῆν οἶμαι ἀνθ' ὑπερθέσεως εἶναι ἄν, εἰ ἔγωγε μή πως ἐνθυμήσασθαι ἐπιστόλιόν τι διάκενον, ἐκ λογογραφίας μόνον συνεστώς, καὶ συναφείας τῶν λέξεων, μηδενός γε διανοήματος δῆλου ἐνυπάρχοντος, οὗπερ τὸ τῆς συμπείας αὐτοῦ ὕφασμα ἐστὶ ἀπεψυόνισμα. αὐτὸς μέντοι ἀμφὶ τοῦτο τὸ ἐνθύμημα ἀμηχάνως διακείμενος καὶ δυσπορούντως. ἐν διηστέρᾳ δήπου τῆς προσδοκίας τοῦ σοῖς συγγράψαι τὴν ἐπιστολήν, τήν τε γνώμην ἐξ ἴσου μᾶλλον καὶ ἀμυδρὰν ἔχουσαν ἅμα καὶ τὴν ἀπαγγελίαν, ἢ ὥς τι δοκεῖν αὐτὴν ποθοῦντί σοι εἶναι ἱκανήν. καὶ μὴν καὶ ἔγωγε ὁ πολλάκις δραξάμενος παρατυχούσης τινὸς ἀφορμῆς, καὶ τὰ ὑποπεσόντα δεξιῶσαι προθυμότερος τοῦ ἱκανοῦ εἰωθώς, τοῦτο γὰρ ἐμοὶ σύνοιδα ἐνίοτε πεπραγμένῳ, δέον κολάσαι τι καὶ ἀποβρύξαι τὴν ὑπεραίροντος ἑαυτὴν ἐνδιδοῦσαν ὑπόθεσιν, νῦν τῶν συμμέτρως ἀπορούμενός εἰμι, οὐδ' οἷός τ' ἀποπληροῦν τὸ γιγνόμενον μέγεθος τοῦ τυχόντος καὶ εὐκαίρου ἐπιστολίου. ὃ δὴ τεκμήριόν τις ποιοῖτ' ἂν οὐχ ὁμαλιζούσης φύσεως. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ οὕτω πεπερασμένας ἕξεις εἰκόνα τινὰ ἐπιστολῆς, ἢ καὶ ὑπόμνημά τι, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐπιστολίοις, καὶ οὐδαμῶς ἀξίοις. ἔῤῥωσο, καὶ κηδεμονικῶς ἐπιστάτει τῶν παίδων ἐμοῦ ἀποδημοῦντος. ἐκ τῆς αὐλῆς ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νωνῶν ἰουνίας.

Βουδαῖος Μαίνῳ εὖ πράττειν.

Τὸ ἀπὸ τοῦδε μέμνησο περὶ τῶν μυστικῶν τωνδὶ πραγμάτων εὐλαβέστερον γράψαι καὶ αἰνιγματωδέστερον, ἢ τά γε γράμματα τὰ σὰ κατασημαίνεσθαι πεφυλαγμένως. ἡ γοῦν ἐπιστολή σου αὐτοσχεδίως πως καὶ καταμελημένως συμπλακεῖσα, ἐμοὶ ἐπιδίδοται παρὰ τὸ δεῖπνον τοῦ βασιλέως, ὑπ' ἀνθρώπου τὰ ἔνδον γεγραμμένα συνεῖναι ἂν ῥᾳδίως δυνηθέντος. αὕτη μὲν οὖσα εὐάνοικτος τοῖς ἐντυγχανομένοις, καὶ πάλιν εὐκατασήμαντος, ὥστε λαβεῖν ἂν ἐμὲ τὸν ταύτην ἀπέχοντα εἴτ' ἐγένετο τοιοῦτό τι ὑπὸ τοῦ ἐπιδόντος ἢ ἑτέρου τοῦ, εἴτε μή. ὃ δὴ μὴ γεγονέναι πολλῶν ἂν χρημάτων ἀνταλλαξαίμην, εἰ καὶ φίλος οὗτός ἐστιν ἐμοί, καὶ ἄλλως ἀνὴρ ἀγαθός. καὶ γάρτοι ἐξελεγχθείην ἂν δυναίμην ἀθύμως πως ἔχων καὶ δυσοιωνίστως φρονῶν περὶ τοῦ πολέμου τοῦ νυνὶ ἐπιλαβόντος ἡμᾶς. ἐν ᾧ δὴ οὐχ ἥκιστα σὺ τεκμηράμενος ἐσφάλησαι. ἀμέλει εἰς τὸ πρόσω καὶ τὸ μέλλον ἔγωγ' εἰμὶ ἱλαρᾶς ἐλπίδος ἀντεχόμενος, ἢ τοῦ ἐμοῦ λογισμοῦ τυγχάνει ἐμπεφυκυῖα, ὥσπερ τινὶ τῶν ἐμῶν φίλων ἤδη ἔγραψα. ὧν σὺ γραμμάτων τὸ ἀντίγραφόν ποτε λαβών, τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι γνώσῃ. πρὶν μέντοι τότε τύχης, τοῦ δὲ τῆς ἐλπίδος οὐδεὶς φθόνος ἐν μέρει τῶν σῶν φίλων μετασχεῖν, ἐμοὶ συγκαλεσαμένῳ ἐπ' ἀγαθῷ πείθοντι, μᾶλλον ἢ τοιοῖσδε τοῖς ὑμῖν τι καὶ ὑμῖν ἀπεχθομένοις, ἢ τῶν ἀπεχθομένων γε ἀκροωμένοις προσεχέστερον καὶ φιλαικότερον. ἔῤῥωσο, καὶ ἐπέῤῥωσο δὴ κατὰ τῶν τὰ φοβερὰ διαγγελλόντων. ταῦτά σοι γράφω οὐκ ἀγνοῶν πόλιν τινὰ τῶν ἡμετέρων κατειλημμένην, τῆς πλημμύρας δηλαδὴ προοίμιον τοῦ πολιπόρθου. ἐν θέρους αὐγούστου μηνὸς προμεσοῦντος φθίνοντος.

Βουδαῖος Μαίνῳ εὖ πράττειν.

Εἰς τοσοῦτο ταραχῆς ἄρτι καὶ ἀταξίας τὰ ἡμέτερα βουλεύματα, ἐξαίφνης ἐφθάκει ἐληλυθέναι, ὥς τι τὸ δέος ἐξ ἀπροσδοκήτου τι καὶ παραλόγου καταπλῆξαι ἡμᾶς, ἀργοὺς σχεδὸν ἅπαντας ἐν τοῖς παραυτίκα καὶ ἀβουλήτως ἐτύγχανεν ἀπεργασαμένους. νῦν μέντοι κατὰ μικρὰς ὥσπερεὶ ἐκ μέθης ἀναπνευσάντων ἡμῶν, ἢ καὶ ἐξ ἀναισθησίας ἀναφερόντων, ὁ θόρυβος μὲν ἐκεῖνος ὁ κατ' ἀρχήν, καθίσταται.

A σταπαλυθήσεται δὲ σὺν ἐλπίδι οὐκ ἀλόγῳ καθημέραν ἐπιδίδωσιν. εἰ καὶ παμμεγέθη στρατὸν οἱ πολέμιοι ἡμῶν ἀθροίζοντες, δῆλοί εἰσιν εἰς τοὺς ὅρους τοὺς ἡμετέρους ἐλασείοντες, τὴν τε ἡμετέραν κατασφάλεια μάλιστα ὅσον οὐδέπω ὡς ἐκπληκτικώτατα. καὶ ἣν μὴ θᾶσσον χωρήσωμεν αὐτοῖς, τὰ περὶ τὰς ἀγροικίας καὶ χωρία δηώσοντες, οὐκ οἶδ' ὅτι ἔτι ἂν εἰσβάλωσι. ταῦτα μὲν οὖν σκοπουμένῳ μοι καὶ ἐκ τῶν φαινομένων εἰκάζοντι, ἡ γνώμη ὧδε κέκληται ἐστὶν ὅτι περιστάσεται· ἀθυμούντων δὲ ὅθεν ταύτην ἄλλων ἐπ' ἄλλοις διαλογισμῶν καθ' ἣν ἂν τύχῃ αἰτίαν. ὑμῖν δὲ τοῖς ἐν ἄστει διάγουσι σωμύλῳ τε ἄλλως καὶ τὰ τῆς φήμης εἰς τὸ δεινότερον ὑπολαμβάνειν φιλοῦντι, πολυθρύλλητον οἶμαι πρᾶγμα τὰ ὦτα νῦν ἀποπίμπλησι, περιφόβους ἴσως οὐκ ὀλίγους ἀποφαίνειν, αὐτίκα γ' ἐν τῷ πρόσθεν τῶν τοιούτων, ὡς εἰρήνην συντρόφους, ἀλλά γε καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, καὶ τῆς ἐνεστώσης καταστάσεως ἀπειλητικόν τι καὶ δεινὸν ἐμφανίζειν ὑμῖν δοκούσης, αὐθ' ὧν πεῖρά ποτε τοῦ ἱκανοῦ καὶ ἐκμέτρως ἔφθημεν διατεθρύφθαι, οὐδὲν δεῖ ὅμως τὸ μέλλον εὐσχημόνως προσδοκᾶν καὶ εὐψύχως σὺν γε εὐσεβείᾳ τῇ προσηκούσῃ, τῇ τύχῃ δήπου ἐπιπιθόντας τοῦ ἔθνους ἡμετέρου, ὃ δὴ τοῦ σωτῆρος ἐπώνυμον τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, καὶ δὴ συμμαθεῖν μέλλει τῇ τούτου παναγίῳ τελετῇ καὶ συνεστήξειν. σοὶ δὲ δὴ ἐπιμελὲς οὐδὲν ἧττον ἔσω τῆς ἐνεστηκυίας σπουδῆς ἔχεσθαι, οὕς τε σὺ ἐπιτέτραψαι μαθητὰς τούτους ἐν τῇ γιγνομένῃ τε φιλοπονίᾳ κατέχειν, καὶ τῇ ἡλικίᾳ τῇ τούτων ἑκάστου ἀναλογούσῃ. ἔρρωσο, ἐν τῇ τῶν ἰδούων πόλει αὐγούστου μηνὸς ἐνάτῃ ἱσταμένου.

Βουδαῖος Μαΐνῳ τῷ πρέσβει.

Σ Χησθαι οὐκ ἠδυνήθην ὅτι ποτ' ἐστὶν ἐφ' ᾧ ἀνιαθεῖσα ἡ συνοικοῦσά μοι ἡ φροντίζουσα, ἀνορεκτεῖν ἔφθη νῦν καὶ ὁποσασδὴ ἡμέρας ἀποσιτεῖν. εἰ μὴ γινώσκοιτε ὅτι πως καὶ εὐθέως περὶ ἡμῖν τυγχάνει δεδοικυῖα, ἐν τοσούτοις καὶ τηλικούτοις ἀνδράσι καὶ μετ' αὐτοῦ γε τοῦ βασιλέως ἐν τῷ τῶν πολεμίων ἀναστρεφομένων. ἐγὼ δ', ἐν ταύτῃ τῇ ταλαιπωρίᾳ προσκαρτερῶν, χαίρω μὲν καὶ γαυροῦμαι, ὡς ἠδυπαθείας ἤδη κρείττων τῆς ἐν κονελικοῖς, καὶ συνεξεταζόμενος τοῖς θυραυλεῖν εἰωθόσι καὶ κακοπαθεῖν, δέδια δ' ὅμως ἐνίοτε, καὶ ποθῶ τὰ κατ' εἰρήνην τε καὶ ἡσυχίαν. οὐ μέντοι γε αὖ τοσοῦτον ἐμοὶ φοβητέον εἶναι ἡγοῦμαι ἀπὸ τῶν ὑπεναντίων, ὅσον ἀπὸ τῆς ὥρας καὶ τῆς καταστάσεως τοῦ χρόνου τε καὶ τῆς χώρας δεινῆς ἤδη οὔσης καὶ δυσχειμέρου, καὶ ταῦτα ἐν ἀξύλῳ ταύτῃ χώρᾳ καὶ κώμαις εὐτελῶς μὲν ᾠκοδομημέναις, οἰκίαις δὲ φαύλως κατεσκευασμέναις, ἄλλως τε καὶ προσέτι προφυγόντων τοῦ στρατοῦ τοῦ ἡμετέρου αὐτοίκων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν ἐπιχωρίων καὶ τῶν ἀγροίκων, καὶ πάντα συνεσκευασμένων τὰ ἔπιπλα καὶ κατασκευήν. ὥστε ἡμᾶς φυγοῦσιν αὐτοῖς ὁπλίταις τε καὶ ἀνόπλοις περὶ πόδας ἀκολουθοῦντας, οὐδὲν ἀλλ' ἢ σπινθαλμός τι καὶ συρφετὸν εὑρίσκειν, καὶ νεαλῆ τῆς φυγῆς αὐτῶν ἴχνη. ἀλλά γε ὅμως ἐλπὶς ἐντὸς τῆς πέμπτης ἐπὶ δέκα ἐπερχομένου μηνός, ἐπανήξειν ἡμᾶς οἴκαδε, καὶ οὐ πόρρω τοῦ ἄστεος τὴν αὐλικὴν θεραπείαν μετὰ τοῦ βασιλέως ἔσεσθαι. σὺ οὖν εὐκαιρίας τυχών, ἐν δέοντι παρηγόρησον τὴν ἀθυμίαν τῆς ἀνθρώπου, καὶ εὐθυμίαν ἐμποίησον αὐτῇ περὶ ἐμοῦ ὡς ἀδεοῦς ὄντος. τρυφερὸν γὰρ αὖ ἣν καὶ δειλίας ὑπόθεσιν μὴ θαρσοῦσαν τὴν εἰσβολὴν ἡγουμένου φραγκίσκου τοῦ βασιλέως, τοῦ καταπεθαρρηκότος τῶν πολεμίων, καὶ τῆς καταπονησάσης αὖ τοὺς μαλακοὺς ἀδοιπορίας καταπεφρονηκότος. ταῦτα πρὸ τῆς δείλης τῆς ἑῴας ἔγραψα. ἔρρωσο καὶ προσαγόρευε τὸν Δράκωνα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. ἐν στρατοπέδῳ ὀγδόῃ καὶ δεκάτῃ ὀκτωβρίου μηνός.

Βουδαῖος Μαΐνῳ τῷ πρέσβει.

Ο Ἶμαι μὲν αὐτόθι διαπεφημίσθαι πολυλόγως τὰ περὶ τῆς ἐγγὺς τῶν πολεμίων ἐφόδου, οὐ πόρρω γε προβεβηκυίας τῆς ἀληθοῦς ἐκείνης τῆς ὑπ' αὐτῶν τὸ πρῶτον μεγαλαυχηθείσης. σὲ δὲ νουνεχόντως ἐπέχειν χρὴ καὶ καταστέλλειν τήν τε ἀκοὴν καὶ τὴν γλῶτταν, ἕως ἂν καταμάθῃς ποσότερον τἀληθὲς ὑπὸ τῶν παραγινομένων. ἡμεῖς γάρτοι τὸ πρᾶγμα θεώμενοι ἡσυχίαν ἤγομεν, ὥσπερεὶ συνεξεταζόμενοι τοῖς ἐπιτεταγμένοις. τὸ μὲν οὖν κεφάλαιον οὕτω πως ἔχει, ὅσον γε κἀμὲ εἰδέναι τόν τε ἀκριβῶς πυθόμενον, καὶ τῇδε κἀκεῖσε παπτήναντα παρὰ τὴν παράταξιν, εἰς προβολὴν νικηκῶς τύθ' ἐσῶζεν ἐφ' ᾧ τε ὁμόσε χωρεῖν τῇ τῶν πολεμίων ἐφορμήσει προσδοκωμένῃ, καὶ προβεβηκόσιν αὐτοῖς ῥωμαλέως ἀντεξορμᾶσθαι. οἱ γοῦν πολέμιοι διεγνωκότες τὴν στρατιὰν ἡμῶν προκαταλαμβάνειν εἰς τὴν πέραν τοῦ σκάλδου ποταμοῦ, ἐφ' οὗ τῇ προτεραίᾳ ὁ βασιλεὺς τοῦ ἰδίου στρατοῦ προδραμών, αὐτοσχέδιον γέφυραν πλοιάρια συζευγνὺς ἐπεποίητο, λύσεσθαί τε ἐλπίζοντες ἐν βαθείᾳ τῇ ὁμίχλῃ, ἔτυχε γὰρ αὕτη τρίτην ἐκείνην τὴν ἡμέραν διαπλοῦσα, ἀληίμως ἐπῄεσαν τῶν οὐαλεντιανῶν πόλεως ἐξελθόντες. ὡς δ' οὖν τάχιστα οἱ ἡμέτεροι σκοποὶ τὸ πρᾶγμα ἐξήγγειλαν, καὶ ἐπὶ τὰ ὅπλα ὡς ἔθος, ἀνεβοήθη, ὁ βασιλεὺς τότ' ἀμφὶ τὴν κατάζευξιν ὤν, οὐκ ἔτι τῆς ἀποσκευῆς καταμεμενηκυίας, πάλιν ἐφ' ἵππον ἀναλλόμενος, τὸ μαχιμώτατον τοῦ στρατοῦ ἱππικόν τε καὶ πεζὸν ἐν ἀκαρεῖ διαβιβάσας, οὔ γέ πω τὸ ὀπίσθιον τάγμα καὶ ἡ οὐραγία ἐλελύθει, πόρρω μὲν τῆς στενοχωρίας προήγαγεν αὐτούς, πρὶν τοὺς πολεμίους εἰς ὄψιν ἐλθεῖν. ἐλθόντων δέ, ὃ μὲν ἔτυχε καιροῦ πρὸς τὴν ἐν τῇ εὐρυχω-

ρίᾳ

ρίᾳ τῶν ἐλλαμψάντων καὶ σημαιῶν ἀνάπτυξίν τι καὶ σύνταξιν. τηνικαῦτα μέντοι καὶ ὁ ἀὴρ θέᾳ τινὶ τύχῃ λαμπρυνθεὶς, τὰς ἑκατέρωθεν δυνάμεις εἰς φανερὸν κατέστησεν. ἐφ᾽ οἷς καταπλαγέντες οἱ ἐναντίοι, καὶ τὸ πολὺ ἰδόντες τὸ παράδοξον, φυγομαχεῖν μὲν αὐτοὶ ἔγνωσαν. ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν, ὥς γε ἰδόντας εἰκάσαι, μύριοί τε καὶ πεντακισχίλιοι, ὧν δὴ τὸ ἱππικὸν τετρακισχίλιοι τῶν ἡμετέρων ἀριθμοῦ ἡμιολίου ὄντος, ἢ καὶ ὀλίγῳ πλείονος. εἶναι δὲ πλείους γενέσθαι φασί. ἀφισάμενοι δὲ μάχης, ὀλιγωρῶς τε καὶ παιγνιωδῶς, ἅς γ᾽ ἔμπειροι τῶν τακτικῶν ὄντες, ἐξίστανται τῆς χώρας. τὴν γάρτοι ἵππον ἑαυτῶν τῆς πεζῆς προστησάμενοι, ὡς παραυτίκα δὴ συρραγησομένην τε καὶ τὴν μάχην συνάψουσαν, ἐξηπάτησαν ἡμᾶς. αὐτῷ δὴ τῷ πεζῷ ἀφορμὴν καὶ σχολὴν παρασχόντες τοῦ ὑπεξίστασθαι ὀπίσω, λανθάνουσι δήπου τοὺς ἡμετέρους πρὸς τὴν συμβολὴν εὐτρεπεῖς καὶ ὅσον οὐδέπω ἱεμένους. αἰσθάνεσθαι γε μὴν τὸ πρᾶγμα ἀρξαμένων τῶν ἡμετέρων, οὐκ ἔτι ἐν ἐφικτῷ ἦσαν οἱ φυγόντες τοῖς πεζοῖς ἡμετέροις. τούτου μὲν δὴ γενομένου, ἐλπίζω δὲ πλεῖστον καταπεπολεμῆσθαι τοῦ πολέμου, τό γε κατὰ τόνδε τὸν ἐνιαυτόν. ἤδη τῆς ὥρας κατάστασις ἐν δυσχειμέρῳ χώρᾳ, οὐκ ἐᾷ τὸν βασιλέα καίπερ ἄγειν ἐφιέμενον, προσωτέρω ὑπάγειν τὸ στράτευμα. ἤκουσα δ᾽ ἐγὼ τῶν τότε πλησιαίτερον ὄντων, Φραγκίσκον αὐτὸν τὸν βασιλέα τὰς παρατάξεις τότε ἐφοδεύοντα καὶ καθιστάντα, ἔργον τε καὶ καθῆκον ἀποπληροῦν ἐξέχοντός τινος ὡς ἀληθῶς καὶ δεξιοῦ στρατηγοῦ. ὑπόδειγμά τι παρασχέσθαι τῆς αὐτοῦ εὐφυΐας, πρὸς τοὺς στρατιώτας δῆθεν καλλιλογησάμενον, καὶ παρακαλοῦντα τῇ ἀφορμῇ χρῆσθαι τοὺς προεδηλωκότας ἀμύνασθαι τοὺς ἐναντίους, τήν τε ὕβριν καὶ τὴν τοῦ γένους περιπλακίσαντας βωμολόχως, καὶ δὴ καὶ ἐφυβρίστως καταπατήσαντας τὸ ἀξίωμα τὸ βασιλικόν. μεταξὺ δὲ τοῦτο λέγοντι συμπαρέξαι φασὶν αὐτῷ πάρασμά τι θαυμαστὸν ἡλίκον, καὶ δὴ οὐκ ἐπὶ τηλικοῦτον ἀγῶνα ἀλλ᾽ ἐπὶ παιγνιώδη τινὰ καταδρομὴν ἢ πανήγυριν ἰόντι. ἡμεῖς μέντοι αὐτὸν ἴσμεν φιλοκινδυνότατον ὄντα ἐν πᾶσι τοῖς τῶν γενναίων ἀνδρῶν ἐπιτηδεύμασιν ἢ κατὰ τὴν μοῖραν τὴν βασιλικήν, καὶ πάντων ὧν ἑωράκαμεν ἀνδρῶν πώποτε, τῶν δεινῶν εὐσταθῶς γε καὶ εὐγενῶς καταφρονητικώτατον. ἅμα δὲ καὶ παντοίαν ἔχοντα τῆς ἐκφράσεως δύναμιν, ἐφόσον γε δὴ ἐνδέχεται ἡ διάλεξις ἰδιωτική. καὶ οὐδείς ἐστιν ὅστις οὐ, οὐδ᾽ ὅτι τῶν γε γνωστικῶν ἀνδρῶν καὶ διαδοκιμαστικῶν, τούτου σπουδαιολογουμένου πολλάκις ἀκροασάμενος, καὶ τῆς ἡμετέρας γλώττης ἱκανῶς αὐτοῦ συνιεὶς, οὐκ ἂν φαίη εὐτυχῶς τε καὶ ἐξαιρέτως αὐτὸν πρός τε τὴν ῥητορικὴν πεφυκέναι, καὶ πᾶσαν δὴ παιδείαν ἐλευθέριον καὶ καλήν. ἔρρωσο, Ὀκτωβρίου μηνὸς ἑβδόμῃ φθίνοντος.

Βουδαῖος Μαΐνῳ εὖ πράττειν.

Εὐαγγέλια μὲν τῆς εὐτοκίας ἄσμενος ἂν ἐπηγνοίην, τοῦ δὲ θήλεος παιδίου γενέσεως, πῶς ἂν εὐλόγως σύ γε, τὰ εὐαγγέλια αἰτοίης. ἐπεὶ τοὺς τοιούσδε τόκους ἀπό τινος εἰσαγγέλλοντας εὐφημεῖν ὡς εἰώθασι κελεύουσιν οἱ πατέρες, δυσχεραίνειν εἰωθότες, ἢ διά γε ἀγελασίας ἄγειν τὸ εἰσαγγελλόμενον. ὅμως μέντοι καὶ τούτου αὐτοῦ τόκου διομολογοῦμαι εὐαγγέλια, ὥσπερεὶ ἤδη εἰδείας μοι θηλυτοκίας γενομένης. πρὸς γὰρ τῷ συγγνωμονῆσαί με χρῆναι τῆς τεκούσης εὖ ἰσχυούσης, καὶ στέρξαι δὲ ὅπερ δὴ γένει ὑπὸ θεοῦ κεχαρισμένον, ἐπεί γε εὐτυχῶς ἔχομεν ἔγωγε ἄχρι τοῦδε εἴ τις καὶ ἄλλος κατὰ τὴν παιδογονίαν, ὁ τῶν γ᾽ ὀκτὼ ἀρρένων παίδων πατήρ, ἑνός γ᾽ ἀπογενομένου μόνου ὑπ᾽ ὀμφαλοτομίας ἡμαρτημένης. ἐφ᾽ ᾧπερ φιλοστόργως λίαν ἔχω περὶ τὰ θυγάτρια. ὧν δὴ τὸ ὕστερον μὲν ὑπερφυῶς χάριεν καὶ γλαφυρόν, αὐτίκ᾽ ἡδίστου πως ἀκροάματος ἔχω καὶ θεάματος τῶν ἡμίσεων αὐτῷ λοιπῶν παίδων προτιμῶν. τὸ δ᾽ ἕτερον ἀδικεῖ τοῖς ἔλαττον, οὐκ ἂν βουλοίμην ἥδιον εἶναι καὶ καλὸν καὶ εὐφυῆ. οὕτω φιλογενὴς ἐγὼ τὴν φύσιν εἰμί. ἔρρωσο.

Βουδαῖος Μαΐνῳ εὖ πράττειν.

Ἀποδέχομαί σου τὸν τρόπον, ὃν ἔχεις ἐν τῷ παιδεύειν τοὺς μαθητάς σου παῖδας. τὸ γὰρ μεταφράζειν τὸν τοῦ Κικέρωνος λόγον εἰς τὴν ἑλληνικὴν γλῶτταν, καὶ τὰ μεταβληθέντα εἰς ταύτην, αὖθις ἐπὶ τὴν λατινιστὶ φθεγγομένην ἀποκαθιστᾶν, ὅπως ἂν δύνωνται ὑφ᾽ ἑαυτῶν ἀποκρινοῦντες, τοῦτο δὴ ἀκριβῶς αὐτοῖς ἂν καὶ δεινὴν παράσχοι σπουδήν. ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἐλλογιμωτάτων συγγραφέων ζήλωσιν ἐνάμελλον εἰς τὸ ὕστερον ἐπιγενησομένην, τοῦτ᾽ αὐτὸ μάλιστ᾽ ἂν εἴη τὸ προοδοποιῆσον αὐτοῖς, καὶ προοικονομῆσον καὶ καταβαλόμενον τὴν ἐκ ῥίζης εὐγλωττίας, παραβάλλουσι δήπου καὶ σκοπουμένοις παράλληλά τε ἅπαντα αὐτῶν καὶ Κικέρωνος. διαπελέσαις οὖν τοῦτο τοιῶνδε συγκαταινοῦντας ἡμᾶς ἑξῆς. περί γε μὴν τῶν πολεμικῶν οἴκαδε ὡς οἶμαι ἀγαπητῶς κατορθωμένων, ἢ δηλοσόν τι ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀποφθειρομένων τοῦ βασιλέως δῆθεν ἐν δὲ πόλεις ἐνδεδυμένου, οὐκ ἂν τι γράψαιμι τανυνὶ ἔχων. ἡδέως μέντ᾽ ἂν αὐτὸς ταύτης τῆς ὑποθέσεως ἁψαίμην εἰ σχολὴν ἱκανὴν εἶχον. ἀλλ᾽ ἀμὴν τοῦτο οὐκ ὀκνοίην ἂν εἰπεῖν ἐν τῷ μεταξύ, ὅτι τὸ τῆς ἀκολουθίας τῆς ἡμετέρας πρόσωπον, οὐ πρὸ πολλοῦ ὑπερκατηφὲς καὶ ἀγέλαστον περιφερές ὄν, νῦν γαλήνην εἰκότως μετεῖδυ καὶ φαιδρότατα, ἀπεικονίζον δήπου ἑαυτὸ πρὸς τὴν τοῦ ἡγεμόνος αὐτοκράτορος πρόσοψιν, ἱλαράν γε καὶ ἐπιθυμίας οὖσαν, ἐξ ὅσου δὴ ἐξεπλήσθη δικαίως καὶ πρεπόντως ἐξεγένετο. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ θεῖον, εἴς τινα χρόνον ἡμᾶς τ᾽ ἀπεστράφθαι δόξαν, καὶ τοῖς ἀντιπάλοις ἡμῶν πρᾴως καὶ ἀρεστῶς προσβλέψαι,

σθαι, καὶ θεις αὖ τὸν ἑαυτοῦ ἰδίως καὶ περιττῶς θεράποντα ἀναβλέψειν οἶμαι ὅτι τάχιστα, καὶ τὰ ἐσφαλμένα ἐπανορθώσειν, ταῖς τῶν εὐσεβῶν δίκαις δίκην ἐξιλασθεὶς, καὶ τῶν πεπλημμελημένων τοῖς τέλεσι, μαγείαις ὀλίγαις καταχαρισάμενον. τὰ μέντοι μετὰ τὴν ἀνάζευξιν τῆς πολιορκίας, ἣν οἱ ὑπεναντίοι ἐκκεμόντες καὶ ἀπρεμένοι ἐγκατέλιπον, οὔπω ἡμῖν πιστῶς ἔγνωσαι. οὐδὲ μὴν ἴσως τῷ βασιλεῖ δέδονται ἱκανῶς ἢ βέλτιον τι τὸ ἐπὶ τούτῳ πρακτέον αὐτῶν φυγομαχούντων. φήμη δὲ ἐξῆλθεν ὡς ἀπολυθησόντων ἡμῶν αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἴσοις τὴν τούτων λεηλασίαν καὶ πυρπόλησιν ἀμυνουμένων. Δράκοντα βούλομαι σχολάζειν σοι προσεχέστερον τὰ Κικέρωνος καὶ ἄλλα ἑρμηνεύοντι, μᾶλλον, ἢ ἐμοὶ ἐπιστέλλοντα ἀπαγορεύεσθαι ἀφέμενον τῶν μετὰ χεῖρας νῦν ἐχομένων. ἔρρωσο.

Βουδαῖος Ματθαίῳ εὖ πράττειν.

Ἀνέγνων σου ἀσμένως τὴν ἐπιστολὴν, ἑλληνικῶς γέτοι καὶ εὐθαρσῶς ξενίζουσαν, δι' ἧς εὐτυχεῖ σοῦ προθυμίαν ἐπεδείξω εἰς τὴν γλῶτταν φερομένην τὴν ἑλλάδα. ἐπευξάμην δὲ τὴν μετὰ ταῦτα προϊοῦσάν τι καὶ σπουδὴν ἀνάλογον αὔξεσθαι τῇ πρὸ τούτου κατορθώσει. ὃ δὴ εὐλόγως ἂν ἐλπίσαις ἐμοῦ ἐπιδημοῦντος, ὥς γε ἔσεσθαι προσδοκῶ. οὐ γὰρ ἂν ἤδη βιωτὸν εἶναί μοι οὐδ' ἡγοῦμαι οὔτ' ἀξιῶ, μὴ οὐχὶ τῇ ἐρωμένῃ μου φιλολογίᾳ συγγηράσκοντι. ὅπου γε καὶ ταύτης ἐναποψύχειν τῇ ὁμιλίᾳ ἔγνωκα. ἣν δὴ συμπεριφέρειν ἐμαυτῷ τῇ δὲ κἀκεῖσε περινοστοῦσαν, οὐκ ἀδύνατον μὲν, ἀνωφελὲς δὲ καὶ ἀνιαρόν ἐστι, μὴ συνεσκευασμένην γε ἅμα καὶ ταύτης τὴν ἀποσκευὴν, κατασκευὴν οὖσαν ἄνευ τῆς ὁμιλίας αὐτῆς. ἐπεὶ τί ἂν ὄφελος εἴη μοι τὴν φιλολογίαν γυμνὴν ἀσπαζομένῳ, ἣν μὴ καὶ μέρος τι τῶν συγγραμμάτων ἑκάστοτέ μοι παρῇ, καὶ τόπος δὲ τούτοις ἐπιτήδειος προσῇ. ταύτης τοίνυν τῆς ἀκολουθίας ἐχομένῳ μοι, καὶ θεραπείας δὲ τῆς ἐρασ, πόθεν τοσαύτη ῥᾳστώνη τε καὶ χορηγία, ὅσῃ καὶ τηλικούτοις ἀναλώμασί τε καὶ εὐκαιρίᾳ τῇ προσηκούσῃ ἐπαρκεῖν. ἡμᾶς μὲν οὖν τούτου τοῦ ἔρωτος ἄγαν ἀεὶ περιεχομένους, πολὺ μᾶλλον οἶμαι συμφέρον ἔσται οἰκουροῦσι τῇ ἐρωμένῃ προσεῖναι ὅτι ἂν τάχιστα ἐγχωρῇ τὰ τῆς ἀφορμῆς, καὶ ἐπιπλὺ συνεῖναι, ἢ τηλικαύτῃ δυσχερείᾳ ἀπομαχομένους, δυσέρωτας διακεῖσθαι, τῇ στερομένῃ συνόντας ἀεὶ, καὶ οὐδὲν τῆς παρουσίας αὐτῆς ἀπολαύοντας. πῶς γὰρ οὐκ ἂν ῥᾳδιέστερον ἀπαλλάξαιμεν οὕτως τῆς λειτουργίας ταύτης, ἣν οὐχ ἡμῖν μὲν, οὐδὲν δ' ὁμοίοις δ' ἄνευ τῆς ἀσχολίας τῆσδε. τοῖς ἄλλοις δὲ κοινῇ λειτουργεῖν οἰόμεθα, ἢ τοῖς γε οὖν φιλτάτοις καὶ ἐκγόνοις μου. ἄσπασαί μοι τοὺς παῖδας, καὶ τὴν ἐπιδημίαν τὴν ἐμὴν αὐτοῖς εἰς βραχὺ προαγόρευσον, ὅπως ἂν τὴν τούτων σπουδὴν, ἴσως ἤδη κάμνουσαν, εἰς ταύτην τὴν προσδοκίαν πάλιν ἐπανεγείρῃς. ἔρρωσο σὺ, ἐρρώσθων δὲ καὶ ἐκεῖνοι. ἐν κομφονδίῳ ἕκτῃ καλανδῶν τῶν Νοβεμβρίων.

Γουλιέλμος ὁ Βουδαῖος Ἰανῷ τῷ Λασκάρει εὖ πράττειν.

Ἀνέγνων μὲν ὦ ἀδελφὲ τὴν ἐπιστολὴν τὴν σὴν οἴκοθεν μοι ἐνθάδε ἀποπεμφθεῖσαν ἐκ τῆς πόλεως, οὔπω δὲ τετράδια εἶδον, ἅπερ ἐκεῖ διασώζεσθαι ἐβουλήθην ἕως ἂν σὺ δι' ἐπιμελείας ἔχοις τὰ λοιπὰ ὅπως τούτοις συναχθήσεται. οὐχ ὡς ἐμοῦ μὲν ταῦτα τὰ νῦν ἀπαλειμμένα σὺν τοῖς πεμφθησομένοις μεταφράσαι αὐτίκα δὴ μάλα ἐφιεμένου. ἐπεί τοι πόθεν μοι τηλικαύτης σχολῆς μετεῖναι τοὐνέχον, τῶν γε ἀργίας πάνυ πολυπράγμονα, ὥς ἔπος εἰπεῖν, ἐργαζομένῳ. ἵνα δὲ, εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον τούτων τὴν ἑρμηνείαν ἐπαναβαλλόμενος, καὶ ἐπὶ τόν ποτε καιρὸν ἐνδεξόμενον, τέως τὸ δῶρόν σου τῷ βασιλεῖ φέρων προεχειρισάμην ἐγχωρούσης εὐθὺς ἀφορμῆς. οἶσθα γὰρ δήπου σύ γε τῶν περὶ τὴν αὐλὴν οὐκ ἄπειρος ὤν, ὡς ἄρα οὐκ εὐδοκιμεῖ τὰ τοιαῦτα ἐν τοῖς βασιλείοις εἰς μέσον παριστάμενα οὐκ ἐν δέοντι. ἡ μέντοι πέλτη σοὶ καὶ τὰ λοιπὰ ἐμοὶ ἐπιτετραμμένα, ἔτι καὶ νῦν σώζεται οἰκίᾳ ἐναποτεθειμένα τῇ ἐμῇ οὐκ ὀλιγώρως. οὐκ ἤδη ταῦτά γε παρακαταθήκης μοίρας ἔχονται. οὐδὲ γὰρ νῦν τούτων οὐδὲν ἔτι σοι οὔτ' ἄλλῳ τινὶ προσήκει, πλὴν βασιλέως, οὗ δὴ ταῦτα νῦν κτῆμα γέγονε. καὶ μὴν ἐμοῦ μὲν, κατὰ τὸ ἔνταλμά σου τὰ παρακαταθέντα παρ' ἐμοὶ, εὖ μάλα κατειρηκότος αὐτῷ καὶ μηνύσαντος, τούτου δὲ, τὸ δῶρον αὐτὸ καίπερ οὐχ ἑωραμένον πω ἐνδεξαμένου κεχαρισμένως, ἑαυτῷ τε διαφυλάξασθαι ἐπιτάξαντος ἐμοὶ ἕως τῆς αὐτοῦ δεῦρ' ἐπανόδου, πῶς οὐ καλῶς μὲν ἐγὼ γε τὰ ἐντεταλμένα διεξιέναι δοκῶ, τὸ δῶρον δὲ, τῶν βασιλέως ἤδη χρημάτων ἐγένετο ἀπὸ τῶν σῶν μετέστη. καὶ μὲν δὴ καὶ ἄλλως ἐξ οὗ ἐνθένδε ἀπηλλάγης, κεχρῆσθαί μοι δοκῶ παρατυχούσαις ἑκάστοτε ἀφορμαῖς φιλίως καὶ καθηκόντως, ἐφ' ᾧ τὸ ὄνομά σου συνεῖσθαι τῷ τε αὐλικῷ εἰς τὸ ἐπίπαν, καὶ τῇ τούτου κορυφῇ. ὥστε οἱ περὶ τὸν Λάσκαριν διὰ μνήμης ἐνταῦθα νῦν ἄγονται διαφερόντως τε καὶ ἐνδόξως, μάλιστα μὲν, ὡς εἰκὸς, διὰ τὴν οἵαν ὁμιλίαν ἔτι καὶ ἐν τῷ παρόντι ἐναυλιζομένην ταῖς τῶν ἀνθρώπων αἰσθήσεσιν, ὅπου γε καὶ τὸ χάριεν τῶν ἀπομνημονευμάτων τῶν σῶν καὶ τῶν ἀποφθεγμάτων τὸ κομψὸν, ὡς παρὸν ἔτι καὶ ἔναυλον προσδιαμένει, ἔπειτα δὲ καὶ δι' ἐμὲ, τῷ γε ὀνόματι τῷ σῷ χρησάμενον ἐπ' ἀγαθῷ, καὶ ὅτι ἂν δή μοι δοκῇ συνοίσειν εἰς τὰ σὰ, προῃρημένον. τούτου γέτοι μάρτυς μοί ἐστιν ἐμοὶ ὁ θεὸς, ὁ ἐφορῶν τότ' ἐμὸν συνειδὸς καὶ τὸ σύμπαν. μάρτυς δὲ καὶ ὁ μέγιστος τῶν βασιλέων ἁρμοστὴς ὁ τὰ νόθεια ἐγκάμενος τῆς Σαβαυδίας, πάνυ σπουδά-

ζων τοῖς σοῖς πράγμασι, καὶ τούτων συναντιλαμβανόμενός σοι, καὶ δὴ καὶ συγχαιρόμενος, ὅς γε καὶ διὰ τὸ στέργειν τὰ ἐμὰ καὶ περιέπειν φασί. ταῦτα μέντοι πιστεύω σε φθάσαι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, καὶ διαπλῶν εἰσαῦθις τὰ αὐτὰ ποιῶν, ὅτι περ αὖ πρέπειν χάριτάς σοι ἀνταποδιδοὺς, οἶδ' ἄγ' οὐδὲ πολλοστόν φασι μόριον ἐξισοῦσθαι οἷός τ' ὢν τῶν σοι ὀφειλομένων διὰ τὴν ἐπιείκειαν τοῦ ἤθους, οὐχ ὅπως διὰ τὰ παρὰ σοῦ ἐμοὶ προὐπηργμένα. πῶς γὰρ ἂν ἀξίως ἀμείψασθαί σε δυναίμην τῆς πρὸς ἡμετέρας φιλίας περιττῆς οὔσης καὶ ἀπηρχαιωμένης, ὧν τε ὑπό σου πρόπαλαι εὖ πέπονθα, ὅσον γε δὴ ἐγένετο ἐπὶ σοὶ προθυμουμένῳ καὶ εὖ δρᾶν ἡμᾶς ὡρμημένῳ. καίτοι οὐδὲν μεῖζον ἐξαίρετον σύ γε εὖ ποιεῖν ἐπεχείρεις, οὐ γὰρ ἡ ἐπιείκεια καὶ προαίρεσις εὐγνώμων, δίδωσι καθήκουσα ἀγχωμάλως φέρεται τῷ γένει τῶν τε σπουδαίων καὶ τῶν ἀγαθῶν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις τάδε. σύ γε μὴν ἀνὴρ φίλτατε, ἢν τινὶ τῷ βιβλίῳ ἐντύχῃς τῆς αὐτόθι βιβλιοθήκης, οὗ μάλιστ' ἂν τὴν ὑπόθεσιν ἡμᾶς ἐγκαθεῖμεν, σὺ γάρ τοι τὴν ἡμετέραν γνώμην καὶ φρόνημα ἀκριβῶς κατέμαθες, τούτου τι ἀπόγραφον ἡμῖν πέμψας, λίαν ἔσῃ κεχαρισμένος, καὶ ὥσπερ τὴν ἐμὴν ψυχὴν παρηγορήσας, ἐν τῇδε τῇ εἱρκτῇ περιφορητῷ καθειργνυμένην. ἰδοὺ δὴ τὸ ὑπό σου ἐντεταλμένον, σοὶ τῷ φίλῳ μου χρῶμαι ἐπιτακτικῶς. Γαλεάτος ὁ σὸς, ἐμὸς ἤδη γεγένηται. ὃς δὴ τὸν πώγωνα τουτονὶ δι' ἐμοῦ προσαγορεύει, πάντας δὴ τοὺς εὐδοκιμοῦντας τῶν καθ' ἡμᾶς, ὄντας ἤδη πλείους, σεμνοπροσωπίᾳ καὶ αἰδεσιμότητι. Σαλμώνιος ἀνὴρ ὑπεράγαθος καὶ ποιητὴς ἔνδοξος, πάλαι ἐκ τῆς αὐλῆς ᾤχετο, νῦν ἐν Βλαισοῖς διαιτώμενος. τέλος δὲ ἐπειδὴ σὺ γνῶναι τὰ κατ' ἐμὲ ἀξιοῖς, οὕτως ἔχει νῦν, ὡς ἄρα τὰ ἐμὰ ἐλπίδος μὲν ἐξήρτηται, οὐ τῆς τυχούσης, ἐξ ἐλπίδος δὲ ὅμως ἤρτηται, οὐκ ἔτι πάμπαν καθεστηκότα. ἐν τάξει δὲ ἐν τῷ μεταξὺ συντετάχθαι οὐκ εὐπλεῖ ἢ εἰκαῖα. ἔρρωσο Μαΐου πρώτῃ ἐπὶ δέκα.

Γυλιέλμος ὁ Βουδαῖος Ἰανῷ τῷ Λασκάρει εὖ πράττειν.

Ἴσθι μὲν ὦ πάντων τῶν φίλων ἐμῶν ἥδιστε καὶ αὐτάδελφε, ἀπολαβόντας ἡμᾶς ἔναγχος τὰ ἓξ τετράδια τοῦ Διοδώρου σὺν τῇ σῇ ἐπιστολῇ, πρότερόν γ' ἀπειληφότας τὰ δύο πρῶτα σὺν τῇ σῇ ἐπιστολῇ, ὥσπερ ἡμᾶς ἔμπροσθεν σοι διὰ γραμμάτων ἐδηλώσαμεν. ἀλλά τοι τούτων αὖ τὴν ἀνάγνωσιν ἡμᾶς ἴσθι εἰς τὸ ἐπιὸν ἀναβαλέσθαι, σχολὴν μὲν, ἀλλ' ἄττα κατεπείγοντας εἰς ἡμῖν σχολάζειν ἐπάναγκες ἐν τῷ παρόντι. τοῦτο δὲ, ὑπερθεμένους τὰ μέσα τε καὶ τὰ ἔσχατα διελθεῖν, ἄχρις ἂν τοῖς πρώτοις ἐντύχωμεν οἴκοι μοι φυλαττομένοις. οὐ γὰρ ἐπὶ τὴν αὐλικὴν ἀκολουθίαν αὐτὰ εἰσεκομίσθη τὸ πρῶτον, εἰς μέντοι τὴν πόλιν τὴν Παρισίων κομίζοντος τὸ ἔνελημα τῶν τετραδίων τοῦ σοῦ γραμματοφόρου, οἰκείοις τ' ἐμοῖς ἐπιδόντος, γράμματα μὲν ἐκεῖνοι ἐνθάδε ἀποπέμψαντες, τὰ τετράδια οἴκοι τηρήσαντες ἔχουσιν. οὕτω γάρ τοι ἡμῖν ἦν βουλομένοις ᾔδεσαν, δεδίασι δή που ὑπὲρ τούτων, μή τῳ ἐπιτραπέντα κινδυνεύσομεν ἅ που τουτωνὶ τῶν δι' ἀμελείας ἔχειν φιλούντων τὰ παρακατατεθειμένα. ἀλλ' ἅμα μὲν τῷ βασιλεῖ ὡς ἐχθὲς τὸ πρᾶγμα κατεμήνυσα, ὑπόσχεσίν τε παρεσχηκέναι ἀφῖγμαι ὁλοκλήρως ἐν ᾗ ὑπέσχετό τ' αὐτῷ, οὐδέν τι καθυφιέμενος ἔγωγ' οὐδ' ὅλως τῶν δικαίων τῶν κατὰ τὴν φιλίαν τὴν εἰλικρινῆ, οὐ μὰ τὸν πώγωνα τὸν σὸν, ὅν ποτ' εἰχέμεθά σε ἀσπασάμενος καταφίλησα, τοῖς ἐμοῖς γε βραχίοσι τῶν σῶν προσπεφυκότων, ἡμετέρων τε προσώπων, ὡς οἶμαι, τὸ τῆς γνώμης τῆς ἀμφοῖν προσφιλὲς ἀτεχνῶς κατηγορούντων. ἀλλὰ γὰρ ἵν' ὅθεν ἐξέβην ἐπανίοιμι, ἐτύγχανον μὲν αὐτὸς ὁπόσας δὴ ἡμέρας παρατηρήσας τὸν βασιλέα, εἴ πω σχολάσαι αὐτῷ ἐπέλθοι τοῖς ἀπὸ παιδείας ἀκροάμασι. δούσης δ' ὑμῖν ποτέ τινος εὐημερίας τῆς τύχης, πρὸ τὸ δεῖπνον αὐτῷ ἐπιθέσθαι τῷ δεδογμένῳ πρῶτον ἐναρξάμενοι, εἰσιόντι γ' ἀπὸ δείπνου εὐθὺς εἰς τὸν οἰκίσκον τὸν ἐνδοτέρω, συνεισῆμεν αὐτοὶ μετ' ὀλίγων. ὃ δὴ ἐξὸν ἐμοὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ποιεῖν τό γε ἐπὶ βασιλεῖ, οὐκ ἄσμενος ὅμως ποιοῦμαι οὐδὲ τυχόντως, πρὸς τῶν ἐχομένων τῆς φιλολογίας τοῦτ' εἶναι δή που οὐχ ἡγούμενος, μετὰ τῶν ἀπαιδεύτων ἐκεῖ κατατρίβειν τὸν χρόνον. παρασχόντος μὲν δὴ αὖθις καὶ ἐνταῦθα ταὐτομάτου ἐκπλέων ἐμοὶ τὴν παρρησίαν, τὴν ἐπιστολὴν αὖ τὴν σὴν τοῦ βαλαντίου ὑπεξαγών, ὑψάμην ἐπιτυχῶς τῶν αἰτεῖν δοκούντων καὶ φέρειν λόγον ἐπὶ τὸ ἐπιτεθυμημένον μοι. καὶ δῆτα καὶ προχωροῦντος εὖ ἤδη τοῦ κοινολογήματος ἐφ' ὃν ἐβουλόμην λόγον αὐτὸ προσαγαγεῖν, ᾧ δὴ ἔγωγ' ἐπεξῄειν ὅτι πρέποι, ἐφ' ᾧ τε τυχεῖν τοῦ καιροῦ, ὑπολαβὼν μὲν ὁ βασιλεὺς ἐπύθετό μου ἐνορῶν, ποῖον τί ἔφη ἐστὶν ὦ Βουδαῖε τὸ γραμμάτιον τουτὶ ὃ μετὰ χεῖρας ἔχεις. εἰπόντος δ' ἐμοῦ εἶναι ἀπὸ τοῦ Λασκάρεως ὄντος ἐν τῷ παρόντι ἐντιθήσειν ἐπὶ τῇ ἐντεταλμένῃ αὐτῷ παιδολογίᾳ, ὅδε ἐκέλευσεν εὐθὺς ἐξαναγνῶναι, πρότερόν γ' αὐτὸς ὑπ' ἐμοῦ σιωπῶντος παραδοθείσῃ αὐτῷ τῇ ἐπιστολῇ ἐνατενίσας. εἶθ' ὡς ἔγνω ἀναγινώσκειν μὴ δυνάμενος, ἐμοὶ ἀποδοὺς καὶ διϊέναι κελεύσας. ἐμοῦ τοίνυν ἀγαπητῶς ὑφαρχθέντος, καὶ τὸ γεγραμμένον εὐχερῶς ἐπεξερχομένου, εἶτ' ἐξηγουμένου τρανῶς τε καὶ ἐπιδεικτικῶς, ὁ μὲν ὑπολαβὼν ἀγαθοί ἔφη ὁ βασιλεὺς ἐμοῦ οὐδ' ὅλως ἐνισχομένου περὶ τὴν ἀνάγνωσίν τε καὶ ἐξήγησιν. οἱ δὲ τὸ πρᾶγμα ἐκπλαγέντες οἱ περιεστῶτες, θαῦμα ἄξιον ποιεῖσθαι ἔφασκον, ἄνδρα ἡμεδαπὸν τηλικαύτην ἐμπειρίαν τῶν ἑλληνικῶν λόγων τοῖς λατινικοῖς ἐπικεκτῆσθαι. τὸ δὲ μάλιστα πεφενακικὸς ἄνδρας τῶν τοιούτων ἀπείρους, καὶ κεχηνότας αὐτοὺς παρεσκευακὸς, τὸ τεθαρρηκὸς ἦν ἐμὸν οὐδενὸς παρόντος τῶν ἐξελέγχειν δυναμένων. ἐξέλαμπε γὰρ ἐν τούτῳ συνειδός τι εὐσταθὲς καὶ νεανικὸν τῆς ἄγαν ἐμπειρίας, ὄντως ἀνυπόκριτον. οὕτω τοι δεξιῶς αὐτὸς καὶ προσηκόντως περι-

προσδέξασθαι ἐφιλοτιμήθην τότε τὴν ἐμὴν δεξιότητα, ἐν ὄνοις φασὶ πίθηκος. μεταξὺ μέντοι συνδήσασα τοῦ κατὰ φιλίας νομίμου ἀπογράμματα τὸ καθῆκον. ἐγέλασας εὖ οἶδ' ὅτι ἐπὶ τῇ θαυματουργίᾳ ἐμοὶ ἐπιτετευγμένῃ. ἐπιπυνθανομένῳ δὲ ἑξῆς πολλὰ περί σου τῶν περὶ βασιλέα, ἀπεκρινάμην κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἐπιχαρίτου καὶ προσῆκον. ἔῤῥωσο. ἐν Διβίωνι πόλει πρὸς τῇ αὐλῇ, ἰουνίου μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα, ὃν ἑκατομβαιῶνά φασιν εἶναι. ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας, εἰκοστῷ πρώτῳ πρὸς τοῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις.

Γυλιέλμος ὁ Βουδαῖος Ἰάνῳ τῷ Λασκάρει εὖ πράττειν.

Ἀκηκοὼς ὦ φίλε, ἀπαιτῶν τῶν ἐμοὶ προσωκειωμένων ἀνδρῶν καὶ εὔνων ἐπικτήτων μάλιστα δεδοκιμασμένε, ὑγιῶς σε καὶ φαιδρῶς διακείμενον ἐν πόλει τε ἐπιφανεῖ καὶ σοὶ καταθυμιωτάτῃ, ἐχάρην εἰκότως καὶ συνήσθην σοι, ἐν καιρῷ γε τῷδε δυσχερεστάτῳ εὐθύμως διαιτωμένῳ καὶ κατὰ γνώμην. καὶ μὲν δὴ καί σε ὡσαύτως προσφιλῶς συγχαίρειν ἐμοὶ καὶ συναλγεῖν εἰκός ἐστιν, ἐξ ὧν αὖ αὐτὸς ἐγνωκὼς τυγχάνῃς τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς πράγματα. ἤτοι ὑπ' ἐμοῦ κατορθούμενα ἢ ἀτυχῶς ἐμοὶ συμβεβηκότα. ἐμὲ δὲ, καλῶς καὶ ἐνδόξως, ἢ φαύλως αὖ καὶ ἀναξίως φέρεσθαι ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ, εἰς ἣν οὐκ αὐθαιρέτως οὐδ' αὐτοκελεύστως αὐτὸς παρεγράφην. σὺ μὲν οὖν ὦ φίλε πλείω χρόνον λεληθέναι οὐκ ἂν ἐῴην τὸ περὶ τἀμὰ γεγονός, ἐξ οὗ περ ἐντεῦθεν αὐτὸς ἀπελήλυθας. οὕτω γοῦν οὕτω πως ἔχει τοῦ συνελόντι φάναι. ἡμεῖς ἤδη πολὺν χρόνον ἐπὶ λόγῳ καὶ δόξῃ παιδείας εὐδοκιμοῦντες, ἐλπίδας τε λαμπρὰς ᾐωρημένοι, ὡς εἰς εὐπραγίαν καὶ τιμὴν αὖτις καὶ δὴ ἐξούσης τῶν καλλίστων μαθημάτων τῆς ἐμπειρίας. καὶ πολὺς δὴ λόγος περὶ τούτου ἐγηγερμένος, φιλοτιμίαν θαυμαστὴν ὅσην ἐν τοῖς φιλομαθέσι τῶν νέων ἐμπεποίηκε. τηλικαύτην δὲ τὴν προσδοκίαν ἡμῶν ἐπὶ τὸ σύμπαν γένος τῶν φιλολόγων ἐπιβάλλουσαν καὶ καθήκουσαν, ἡ τούτου τοῦ καιροῦ ταραχὴ ἐκπνευσθεῖσα, καὶ διὰ πολλῶν ἐθνῶν διήκουσα, τοὐνεχῶν παύσασα, καὶ γενναιοτάτην προαίρεσιν τοῦ βασιλέως φραγκίσκου προσκαίρως κατευνάσασα, μὴ γὰρ εἴπωμι ἀποβιώσασα, εἰς τὰ καλὰ καὶ ἐπαινετὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἠμαύρωσεν, ὡς οἶσθα προθυμότατα, ἀεὶ στένειν μὲν ἐνώχλησε τοῖς ἀμφὶ τοὺς λόγους ἀκριβῶς ἐσπουδακόσιν, ἐμοὶ δὲ, τὸ πλεῖστον δὴ μέρος ἐξ ἀθρόας καὶ δημοσίας τοῦδε τῆς ἀτοπίας καὶ δυσθυμίας ἐγκατέλιπε φέρουσα. κατ' ἰδίαν μέντοι γ' εἰ γνῶναί σοι ἐπιμελές ἐστιν ὅπως ἔχει τὰ ἡμέτερα, ἴσθι τὸν φίλον ἔχοντα κατ' ἀξίαν μὲν, ἐς τοῦτο τοῦ καιροῦ τῇ αὐλῇ ἐνδιδιατρημένον, ὅσον γε ἐπὶ τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς τούτῳ προσήκουσι κατὰ γένος σχεδὸν πᾶσι καὶ πάσαις. ἅμα δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς χρηστηρίοις ὄντι μὲν αὖ τῷ ἐν ἀξιώματι. οὐ μὴν δὲ τὰ ἄξιά γε μ' ἐναγκασθαί πω, ὑπὸ τῆς ὑπολήψεως τε καὶ ἀξιώσεως τῆς τῶν πλείστων, ὑπὸ τῆς ἐμῆς ἐλπίδος, τὸ πρότερον εἰς νοῦν ἐμβεβλημένης οὔτ' ἐκεῖ οὔτ' ἐξ ὅτου ἔτυχε τιμωρείων, εἰ δὲ οὖν γ' ὅτι πρότερον ἔστι τούτου τὸ αἴτιον ζητεῖς, πρῶτα μὲν αἰτιῶμαι αὖ τῆς τύχης ἐπήρειαν τῆς ἐμῆς ἀεὶ ἀντιπάλου. ἥτις ἐν μὲν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις τὸν μὲν ἑκάστοτε λυμαινομένη ἔχαιρε. καὶ ἄρτι δὴ κατατεύχουσα διαπαντὸς καὶ περιτέμνουσα τὰ πατρῷα καὶ προγονικά μοι ὑπάρχοντα, καίπερ αὐτὰ οὐκ ἐπιπλεονάζοντα. λωβήσασθαι δή ποτε ἐν ἐμοὶ βουλομένη τὴν ὑπεράγαν ὁρμὴν ἐπὶ τοὺς χρηστηρίους λόγους, ὡς δὴ καταφρονητικοὺς τῶν πολλοῖς καὶ ἀπαιδεύτοις περισπουδάστων τῶν ἀπὸ ταύτης βραβευομένων. ἐναγχος δ' αὖ καὶ λαμπράς τινας ἀφορμὰς ἢ ἐπίτευγμα ἀφῄρηταί με, καὶ καιροὺς τοῦ θέσθαι ὑπερφατόν τε καὶ μεγαλοπρεπέστερον τὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν, τὴν μοῖραν δὴ τὴν ἐμὴν εἰς μεῖζον αὖ ἐπιδοῦσαν καθεξῆς, βασκανῶς αὐτὴ κατασίλλουσά τε καὶ ἐκτεύχουσα. καὶ μὴν καὶ εἰς τὸ ὕστερον εἰκός ἐστιν οὐδεμίας αὐτὴν φείσεσθαι ῥᾳδιουργίας, πᾶσαν τε κακουργίαν τὴν αὐτῆς ἐπιδείξεσθαι, καὶ σοφίσματα δὲ σοφιεῖσθαί τινα τῶν περιττῶν καὶ θαυματούργων, ἐφ' ὅτ' ἀμύνασθαί με ὧν κατ' ἐκείνης συγγράψας ποτὲ διετεινάμην, τῆς τύχης αὐτὸς ἐπικρατείας ἐκτὸς εἶναί τινας ἀξιῶν καὶ δισχυριζόμενος, τοὺς ἐμφιλοχωροῦντας δῆθεν ἀληθῶς ταῖς φρουραῖς τῆς πάνυ φιλοσοφίας, καὶ τῶν συμμέτρων ὀρεγομένους, ἐν οἷσπερ οἱ εὐθύμως καταζῶντες καὶ αὐταρκῶς, ἐντρυφᾶν δοκοῦσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐκείνῃ τῇ μεγαλοδώρῳ, λὰξ αὐτῆς ἐπιδόσεσι γενναίως ἐναλλόμενοι. ἀνθ' ὧν νῦν ἡ κατάπτυστος ἰσομόν τινα πραγμάτων ἀνιαρῶν τε καὶ ἐπιζημίων ἐμοὶ ἐπαφιεῖσα καὶ οἱονεὶ προσορμήσασα, ἐκτὸς δὴ τῶν ἐρυμάτων καὶ χαρακώματος καταλημμένῳ, καὶ ἐντὸς τῶν ἀκοντισμάτων καὶ βελῶν καθεστηκότι, τί οὐκ ἂν ἀπειλοίη, ἐμὲ πραγματίζουσα, τόνγε πρότερον δὴ νεανικῶς ἐν τῷ ἀσφαλεῖ προσδεχόμενον, καὶ οἱονεὶ ἐνσκιαμαχοῦντα τῷ οἰκίσκῳ μου, καὶ ὡς ἡ παροιμία φησὶν ἢ τῶν ἰδιωτικῶς φθεγγομένων, ἄλκιμον ὄντα ἀμφὶ τὴν καπνοδόχην. κινδυνεύω γὰρ ἐξελέγχεσθαι ματαιολογήσας ἐν τοῖς συγγεγραμμένοις, καὶ τὸ μὲν φιλοσόφου πρόσωπον καὶ σκηνὴν διατετακὼς ἐνειμένος ἐπὶ τοσοῦτον, οὐκ ἔτι δὲ ἦθος κρατήσας ἀπείρως μετριοπαθὲς καὶ αὐταρκείας ἀντεχόμενον, μὴ οὐχὶ γοῦν αὐτὸς ἐγκαρτερῶν τοῖς ἀποτυγχανομένοις, καὶ εἴ τι αὖθις αὖ τύχοι εὐτυχημένον, τούτῳ ἐνθυμούμενος, ἀφ' οὗ δὴ μέρους αὐτῶν οὐκ ἂν συχνός μοι ἐπαιωροῖτο κίνδυνος. τῆς δὲ εἰρημένης ἀτυχίας ἐξυφαίνεσθαί μοι καὶ ἐξέχεσθαι ἡ σκαιότης ἡ ἐμὴ καὶ ἀπειροκαλία δοκεῖ, αἷς δὴ ἡ ἀμαθία ἑξῆς ἀκολουθεῖ τῶν αὐλικῶν θεωρημάτων. καὶ γάρτοι παιδείας ταύτης ὀλίγοις τε καὶ εὐφυέσιν οὔσης ἐφικτῆς τῶν ἐκ νέας μανθανόντων, ἐγώτοι ἔξωρος ἤδη ὢν τῶνδε τῶν μαθημάτων, ἄλλως τε οὐδὲ πάνυ πρὸς ταῦτα εὖ πεφυκὼς, οὐκ οἶδ' ὅτου δαίμονος προηγοῦντος ἢ ἐπισπεύδοντος εἰσφθαρεὶς εἰς τὸ διδασκαλεῖον. ὅτου δὴ ἕνεκα ἀγαθὴ ἡμῖν σου

οἶσθα μοι εἴπεσιν, ὃς ἤδη περιμανικῶς εἰς αὐτὸ φοιτῶν, περιδεδοικὼς μάλιστα πλουτεῖν τοὺς πολλοὺς τῶν παιδομαθῶν, τῇ τε ἐστοργότι αὐλικῇ καὶ θεραπείᾳ ἐν ἀκμῇ μονῇ τὰ πρωτεῖα ἀραμένων ἐν αὐτῇ καὶ τῇ δυνάμει διαφερόντων, ὅτῳ πως ἀξίως εὔχεις καὶ σοφῶς. καίτοι καὶ περὶ τὸ σύγγνωμί γε τούτῳ ἤδη πεπληρωμένῳ καὶ ἀξιώματι καὶ τῇ λογιότητι ἰσχυρῷ συνεργῷ, τῶν ἀστείων καὶ πιθανῶν ἀπομνημονευμάτων τὰ κομψότερα δεινῶς ἀποφθέγγεσθαι. τοιγάρτοι τῇ ἰδίᾳ ἐμαυτοῦ πολλάκις ἤχθεσθην βραδυτῆτι καὶ ἀφυΐᾳ εἰς ταῦτα τὰ γλαφυρώτερα καὶ ἕτερ᾽ ἄττα ἐμοὶ ἐμφύσει. ὃ δὲ νῦν ἐγὼ βαρύνομαι μάλιστα, τὸ ἦθός ἐστιν οὐκ ἤδη εὐτράπελον οὐδ᾽ εὐάγωγον εἰς τὸ ἀηθές. οὐ γὰρ ἔτι ἡδυνάμην καίπερ πολλά μοι πράγματα παρέχων, ταύτην οὔτ᾽ εὐήθειαν δεῖν καλεῖν οὔτ᾽ ἀφιλίαν ἀγροικίας ἀδελφήν, ἀπομεμαθηκόσι, ἣν ἤδη ἄχρειον ὄντα ἐν τοῖς πραγματευομένοις τῇ τῶν κερκώπων ἀγορᾷ καὶ περιεσκευασμένοις προσωπείας θαυμασίας ἡλίκας καὶ σεμνολογήματα οἷά τε τῶν φιλαύτων καὶ γνησίων ὄζοντα. οἷς δὴ φληνάφοις χαίροντάς τε καὶ ἀγαλλομένους οἶσθα τοὺς ἐσοὶ τοὺς ὀλβίους, τοὺς παμπληθεῖς θεραπείας ἀκολούθων ἐφελκομένους, οἱονεὶ σύρματά τινα τραγικὰ ἐκ τοῦ θεάτρου μόνον εὐχρηστα, οὐχί γε τούτων ὄντα τῶν ἐπισυρομένων, αὐτά, ἀλλὰ δὲ τοῦ χορηγοῦ ἐπὶ ταύτας ἡμέρας καὶ ῥητὰς κεχρημένα. ὡς οὖν προσῆκεν ἡμῖν καὶ περὶ τοῦ δὲ, τὸν προσοικεῖον μοι τὸν τρόπον, ἐφ᾽ ὅσον χρόνον συναναστρέφομαι τοῖς παισὶ θ᾽ ὑποκρινομένοις, ἐστὶν ὅτι ἀπεσκόμαι τῇ εὐηθείᾳ, ἣν δὴ μεταρρυθμίσαι οὐχ οἷός τε ὢν εἰς τὴν καθ᾽ ὑμᾶς ἐνθάδε κομψότητα καὶ ἀγχίνοιαν, τοτὲ μὲν ὑπὲρ αἰσχύνης ἀναγκάζομαι ἐθελοντὴς μὴ φύσει, τοτὲ δὲ φθάσας βιάζεσθαι, οὐ φθάνω πλὴν ὡς οἶμαι γέλωτα ὀφλισκάνων, ὡς ἀτοπικὸς δῆθεν πρόσωπον ὑποκρινόμενος καὶ ἐμῇ κεφαλῇ οὐκ ἐνεζευγμένον. σύ γε μὴν ἔρξον ἐστὶν ὦ φίλε ταύτης τῆς θεωρίας ἐφικόμενός τι, καὶ τὰ κατὰ τοὺς κανόνας τῆς τέχνης κατωρθωκότος, κατά γέ τι τὸ πέρας ἐπιτυχῶς ἀπαλλαγέντος, βραχεῖ τινι βιβλίῳ καὶ ἐπιστολῇ δεῖ τεχνολογῆσαί μοι τὰ τῆς ἐπιστήμης παραγγέλματα, καὶ ὡσπερεὶ νήπιον ἐμὲ αὐλικὸν καίπερ πεντηκοντούτη, διαπαιδαγωγῆσαι ἐν ταύτῃ τοῦ βίου ἐπιτηδεύσει. ὅπως ἂν πλέον τοῦ ἐπιτίμως ἀπαλλάξαιμι, συγκατασκευασμένος μέχρι ἄττα εἰς βίον τὸν ἐπιόντα κόσμιον καὶ φιλόκαλον. πῶς γὰρ οὐκ ἂν ἐλπίσαιμι ὑπὸ σοῦ καθηγεμένος μεταμαθήσεσθαί τε τὸ χρήσιμον τούτων θεωρημάτων, καὶ τὸ σχῆμα τοῦ βίου μεθαρμόσειν εἰς τὸ νῦν ἐμοὶ προκειμένον καὶ ὑποθέμενον, ὅπου γε οἵους ὁρῶμεν τῶν ἐπὶ σεμνότητι εὐφημουμένων, ἐπειδὴ ὦ θεάτρῳ τούτῳ πεπλησιάκασι, τὴν σεμνοπροσωπίαν ἀποθεμένους ὅτι ἂν συμφέρειν δοκῇ, ἀναιδεῖς τε τὴν πανουργίαν καὶ ἀπληστίαν μετενδεδυκότας, ἕως ἂν ἐπικρατεῖς γένωνται ὧν αὐτοὶ μνηστεύσαι ἐπεβάλοντο. ἔρρωσο, καὶ ταύτῃ τῇ ὑποθέσει τὴν ἐπίνοιαν ταυτηνὶ προσβάλλων ἄσμενος, ταύτην ἐπίξιθι, τὴν ἀηδίαν τήνδε παρηγορῶν τὴν ἡμετέραν, ἐκ τῆς τοῦ χρόνου δυστυχίας καὶ πολέμου ἡμῖν παρενοχλοῦσαν. θρύνησι πρὸς τῇ αὐλῇ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἐνάτῃ ἱσταμένου.

Γυλιελμος ὁ Βουδαῖος Φιλεταίρῳ εὖ πράττειν.

Πολλὰ μὲν ἔχων ὦ ἑταῖρε τῆς τύχης καταμέμψασθαι, τὸ ἐμὸν ἀεὶ φρόνημα πρόπαλαι καθελούσης, καὶ ἀποστησάσης ἐμὲ ἐπὶ τὰ γενναῖα φερόμενον τῶν διανοημάτων, τοιαῦτά τε ἐπιτηδεύματα ἐνστήσασθαι προθυμούμενον, οἷα καὶ ἀνθρώπῳ δοκεῖ προσήκειν εὖ καὶ καλῶς πεφυκότι, καὶ οὐχὶ τῶν πολλῶν ἑνί, οὔγε νῦν ἐν τοῖς μάλιστ᾽ ἂν εἰκότως αὐτῇ ἐπιμεμψαίμην, τοῖς τρισὶν αὐτὸ μησὶ τοῖς ἐγγὺς ὑπὸ ταύτης κεκαινοτομημένον, ἐν ᾧ δὴ πολύς μοι περὶ ὄντι τῶν λόγων ἐναπέφηνεν. οἶμαι δὲ καί σοι οὕτω φανεῖσθαι αὐτό. μνᾶσθαί τινα σύνταξιν χρηματικὴν ἐπιτηδείων, ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐμοὶ αὐθαιρέτως τε καὶ λαμπρῶς εἰς τὸ παρὸν ἐπαγγελθεῖσαν, καὶ ἤδη τεταγμένην, οἶσθα γὰρ τὸ ἐκτενὲς καὶ φιλόδωρον αὐτοῦ, ὑπεδοκούμην εὐήθης ἐγώ, ὡς ἄρα τὸ πρᾶγμα τοῦτ᾽ ἤμελλεν ἐπ᾽ ἀνθρώπῳ γενήσεσθαι τῶν τε βασιλείων χρημάτων, μετά γε τὸν βασιλέα καὶ τὰ πρωτεῖα λαχόντα τῆς ἄγαν κυριότητος, αὐτοκράτορι, καὶ κορυφαίῳ ὑπάρχοντι ταύτης τῆς ἐπιστασίας. ἤδειν γὰρ τοῦτον εἶναί σοι εὔνουν καὶ εὐεργέτην. καίτοι γ᾽ ἅπαξ ἀπόπειραν ἐτύγχανον εἰληφὼς τῆς αὐτοῦ χρηστότητος εἰς τοὺς φιλομαθεῖς τῶν ἀνδρῶν ἐπιρρεπεῖς, ὥς γε τηνικαῦθ᾽ ἡγούμην. ὡς οὖν τῆς ἐπαγγελίας ταύτης τάχιστ᾽ ἐπιβαλλομένην, μεταξὺ δὲ προσδοκῶν μείζω καὶ ἀσφαλεστέραν ἄλλην δωρεάν, ἐμοὶ μὲν ἐν ᾧ παραυτίκα καθωμολογημένην, ὅτ᾽ ἐγχωροίη δέ ποτε καὶ καιρὸς ἐνδοίη ἐκβιβασομένην, ὁ μὲν βασιλεὺς τῆς ἐπαγγελίας εὐθέως μεμνημένος, ἣν δέ τότε πρὸς τὸν δεσπότην, παραπλάζων ὧδε κἀκεῖσε περὶ τὴν ῥᾳστώνην καὶ τοὺς ταμιεύοντας, καὶ τοῦτον καθορῶν καὶ καλῶν τὸν αὐτοκράτορα τοῦ χρηματικοῦ καὶ στρατιωτικοῦ, καὶ περιπέμψας, εἶτα λ-μάτε αὐτῷ ἔδωκεν ὡς τάχιστα οὐκ ἐξάκουσα ἐμοὶ ἤδη γ᾽ ἀφισταμένῳ. νενομίσθαι γοῦν ἔγνως οἵ γε παρ᾽ ἡμῖν τὰς τηλικαύτας τῶν βασιλείων ἐπιδόσεις μὴ πρότερον κυρίας εἶναι, πρὶν τοὺς ἐφεστηκότας τοῖς ταμιείοις τοῖς τοῦ βασιλέως ἐπιτάγμασι προσυπογράφειν. σκέψαι δὴ νῦν τὸ παράδοξον, καὶ πέρας τοῦ πράγματος, εἰς τοὔμπαλίν πως τῆς ἐμῆς ἐλπίδος περιπεπτωκότος ἣν μηδαμόθεν ἐπινοῶ. ὥσπερ γοῦν δικαζόμενος παρ᾽ εὐμενεῖ δικαστῇ καὶ προσήκοντι, οὕτω δὴ ἀνειμένως καὶ πεπεισμένως ἐπεξιτέον εἶναι τῷ πράγματι ἐλεγχόμενον, ἵνα μὴ δόξειε ἀπαχθῶς προσφεροίμην τ᾽ ἀνθρώπῳ τὴν φύσιν διαμελλητῇ, καὶ ἀεὶ τὸ παράχρημα διαβάλλεσθαι φιλοῦντι. ὁ γὰρ, καταρχὴν εὐθὺς ἀπὸ τῆς μὲν τοῦ βασιλέως κοινολογίας ψυχαγωγῆσαί με ὑπῆρξατο καὶ ἀναρτήσασθαι ἑαυτοῦ, οὐδὲν ὑγιὲς ὡς ἔοικεν ἐνθυμούμενος, τὴν ἐμὴν ἐλπίδα πολλάκις ἐπιρρωννύς, καὶ καλῶς καὶ εὐέλπιδος τὸ πρᾶγμα οἴεσθαι φήσας ἵνα μὴ ἐνοχλήσαιμι, οὐδ᾽ ὡς ἐνεστάναι αὐτῷ ὁρμώτερον, παρ᾽ ἡμέρας τρίτην ἢ τετάρτην

τοιοῦ-

A τοιαῦτα μάλιστα ἄγε χαριζόμενος, οἷα δὴ τῶν μνηστευομένων δὲ πράγματος εὐχερῆ ἐστιν ἀξιόπιστα. ἐμὲ δ' ἔτι δὲ ὑποσχέσεσιν ὀμωμόσι τε καὶ ἐμπεδώσεσι τὴν προσδοκίαν τὴν ὑμετέραν προσαγόμενος, καὶ κατακηλῶν ἐμὲ ἐμπεριεπάθουν τα τῇ αὐτῇ ἀναβολῇ. εἰς τὸ πρὶν γὰρ ἀεὶ καὶ εἰς τὸ αὐτίκα δὴ μάλα διεκρούετο. καὶ ταῦτα τριῶν καὶ λίαν ἐστερνοτύπει, διαμένων ὁ μὲν εὔνους ἐμοὶ ἀποδέξειν τε τ' οὐ τὴν τέχνην, ἄχρις οὗ πλαυτῶν ἐμοῦ ἀπηρνημένου αἰσθόμενος, καὶ εἰς τὴν τοῦ φύσει ἀπηχῶς ἢ οὐ φύσει ἀνάγκην ὄγκα κατασκευὰς, ἐμοῦ στενοχώρως κατεπείγοντος καὶ τάχα τι ἀτέχνως, καὶ διαδύσεις δὲ οὐκ ἔτ' ἔχων προσεφευρίσκειν, παντοῖος ἤδη τῶν λόγων καὶ τῇ ὄψει γενηθείς, τὸ τῆς ἀναιδείας πρόσωπον ἀνάψασθαι ἤδη διαρρήδην οὐκ ηὐλαβήθη, τὸ ἔσχατον δηλαδὴ καταφύγιον τηλικαύτης στενοχωρίας. ἰδοὺ δέ σοι ἡ καταστροφὴ τουδὶ τοῦ πανούργου δράματος ὡς ὑπῆλθε, ἀπὸ τοῦ τύχους ἡμῖν παρασκευασθέντος καὶ ἐσκευωρημένου, πολυχρόνιος ἐμὲ ζημίᾳ χρημάτων πολλῶν κατ' ἔτος συντεταγμένων, τότε ἐπὶ τούτῳ τῶν ἐκνευρίζοντι τὸ πρᾶγμα. νῦν δ' αὖθις αὖ σκόπει τὸ ἠθοποιϊκόν τι καὶ εὐτράπελον τοῦ δράματος, οὐκ ἔμφυτον μὲν, ὡς οἶμαι, τῶν τρόπων τοῦ φίλου σου, δῆλος δὲ οὐ κακῶς ἀνεξέταστος ἐν τοῖς πρότερον, ἀλλὰ τῆς ἐμπειρίας ὃν ἐνταῦθα ἐπιχειρείζεος, καὶ δὴ καὶ αὐλικοπρεπής. ὁ μὲν γὰρ, οὐδὲ νῦν ἐμοῦ δυσαρεστοῦντος, φαίνεται προσηγορίας ἐκείνης ἐπαυτοῦ ὡς φιλοφρονητικῶς ὅτι ἔτυχεν ἐν ταῖς παρασχοῦσαις ἀπαντήσεσιν, ὅτ' οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν ἐκτρέπεσθαι τὴν ὁδὸν ἢ παρακύπτειν. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἔστιν ὅτε, ὡς ἀκούω τῶν λεγόντων, διὰ στόματος Βουδαῖον ἔχει ὡς στεργόμενον, τοῦ μὲν ὡς πολυμαθοῦς καὶ καλὸν ἄνδρα, τοῦ δὲ ὡς τινα τῶν ἑαυτοῦ φίλων ἀγαπημένον ἐν τοῖς πάνυ. διὰ ταῦτα δὲ φάσκων, οἶμαι, οἴεταί με ἐπανορθώσασθαι σφαλλόμενον ἐν τῇ παραγγελίᾳ, καὶ μεταπείσειν, ὡς αὐτὸν ἐξ ὑπαρχῆς θεραπεύσαιμι, τὸν αὐτόν φασι λίθον τὸν ἄλλως ἀνακυκλῶν. ἐπεὶ τοίνυν ἐν προσώπῳ ἐξουσίαν ἔχει τὴν δυσχέρειαν τοῦ χρόνου αἰτιᾶσθαι τὴν διὰ τὸν πόλεμον ἤδη συμβαλλόμενον. εἰς ἣν ἡ ἐκείνου διαμέλλησις οὐδὲν ὑγιὲς ἐμφαίνειν ἡμῖν ἀεὶ δοκοῦσα, τὸ ὑφ' ἡμῶν πεπεισμένον ἐφέλκεται ἐξεπίτηδες. σκόπει τοίνυν τὸν ἄνδρα ἐμὲ νῦν δυσωπούμενον, δοῦλος γάρ εἰμι οὐθ' ἑκὼν οὔτ' ἄκων, ὅμως δὲ δοῦλός εἰμι τὴν ὁδὸν αὐτῷ ὅτ' ἐγχωρεῖ ἐκτρεπόμενος, καὶ οἴομαι ὑπ' αὐτοῦ ἐντρυφᾶσθαι τὴν παιδείαν αἰσχυνθεὶς τὴν ὀπισθοπετοῦν, καίτοι αὐτὸν ὁρῶν ἀθρόους ἐσμοὺς ἐπάγοντα τῶν ἀκολούθων ἀνδρῶν γ' ἀξιολόγων ὑφ' ὧν δορυφορεῖται. τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ, ἀτὰρ τὸ τοιοῦτον ἦθος τἀνδρὸς ἐπιεικτόν τι καὶ ἐνταῦθα ἀνῃρημένον, ὡς αὐτός τις εἴποι τῶν σοι συγκατατεθειμένων, ὡς δὲ οἱ ἐμοὶ συναχθόμενοι ὀξυχόλως εἴποιεν, σκαιὸν καὶ ἀπρεπὲς τηλικούτοις ἀξιώμασι ὡς λαβόμενον τὴν εὐφημίαν αὐτοῦ, ἀλλὰ μὴν σκόπει τὸ ἦθος πότερόν ποτε σιωπῇ μισεῖν ἐμοὶ αὖ τἀνδρὸς ὂν, ἄξιον εἶναί σε νομίζεις, ὃ δι' αἰτίας γοῦν τὸν ἄνδρα καὶ ἐγκλήσεως ἄγειν ἐπὶ τούτῳ τῷ ἐλαττώματι οὐ μᾶλλον γ' ἐ-

B μοῦ ἢ σοῦ, εἴ γε κοινὰ τὰ τῶν φίλων. ἢ μᾶλλον ἐγὼ σός τε φίλος καὶ μαθητὴς, καίπερ εἰς σοῦ φοιτήσας ὅτι [illegible]νιώτατα, καὶ πολλοῖς δὴ σταθμοῖς διὰ παντὸς χρόνου ἀπηρτημένος τῆς ἑταιρείας τῆς σῆς, τουτονὶ τὸν φίλον σου εὐπορῆσαί σε ὅπη πρέποι φθάζεται, ἕτερόν τε τῶν ἐμοὶ εὐνοϊκῶς ἐχόντων εὐεργέτην ἔσεσθαι ἐλπιζόμενον, δι' ἀπεχθείας ὡς ὀργῆς ἔχων, οὐκ ἂν φθαίοιμι πλημμελεῖν δοκῶν εἰς φιλίαν τὴν ἡμετέραν, τὰ τ' αὐτῆς δίκαια παραβαίνειν, ὡς πρότερον δηλαδὴ καὶ καθῆκον ὂν ἀνδρὶ φίλῳ, τὴν ἑαυτοῦ ἐκδίκησιν καταχαρίσασθαι τῇ φιλίᾳ τὸν ἠδικηκότα αὐτὸν ἐξαιτουμένῃ. καὶ ὥσπερ ἐκεῖ τῶν θεῶν καλλιερεῖν τῶν φιλίων τῶνδε τῶν ἑρέω. οὐ γὰρ αὖ ἔξαρνος τοῦτ' ἐστὶν οὐδὲ δυναίμην οὐδὲ βουλοίμην, μὴ οὐ δεῖν σε κατὰ πλεῖόν τι φιλίας καὶ πεπιστωμένην πρὸς ἀλλήλους μέχρι τοῦδε ἐσχηκότας, ὅπου ἴδια συμφέρον καταπροΐεσθαι, ἐπὶ τῷ σώζειν τὸ κοινὸν ἢ τὸ φιλίας κράτιστον. ταύτην ἐγὼ τὴν ἀμφισβήτησιν, πολλὴν αὖ δικαιολογίαν ἐγχωροῦσαν ἔχειν καὶ διαδικασίαν, εἰ εἰς τοὺς σοφοὺς μὲν εἰσάγεται ἐπὶ ψῆφον συγκαθίζοντας, ἀγωνιζομένων δὲ δικανικῶς ἀνδρῶν δεινῶν καὶ λογοτεχνιῶν, μόνῳ σοι διαιτᾶν ἐπιτρέπω, ὁπότερον αὖ δικάσῃς τούτῳ ἐπαναπαύσασθαι ὑπισχνούμενος, οὐδ' ἐφέσιμον τὸ διαιτητικὸν εἰς ἄλλο δικαστήριον. φέρε δὴ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην διάκρινε ἐμοὶ ἐπιστείλας, οὐχ ὡς παρηγορίας ἄγαν δεομένῳ ἐπὶ τῷδε, καὶ συμπαθείας τῶν φίλων. διὰ τὸ φιλομαθείας ὄνομα κοινῇ ἀπομαζόμενον ἐν ἡμῖν, ἀλλ' ὡς τῶν σῶν γραμμάτων οὐ μετρίως ὀρεγομένῳ. ἔρρωσο ἀνερ φίλτατε. καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν, ὡς θεματισμόν τινα δίχα ἐπιπλαστόν τι καὶ ἐπιτηδευτὸν ἐπὶ τῶν τὴν δεινότητα τὴν σὴν ἀσκῆσαι. Θρύκησι πρὸς τῇ αὐλῇ, Σεπτεμβρίου μηνὸς τετάρτῃ ἐπὶ δέκα.

Βουδαῖος Φιλικόῳ εὖ πράττειν.

Ἡ ἐσχάτη σου ἐπιστολὴ τῶν δεινῶν μαθοῦσα τῶν ἄρτι τῇ κελτικῇ ἐπιφυέντων, κατάδηλός ἐστι τὴν ἐμὴν κακῶς ἐξηγημένη, τῆς τε ὑμετέρας εὐνοίας τῆς ἐν ταύτῃ οὐκ εὐστόχως τυχοῦσα. ἐμφαίνει γὰρ αὐτίκρυς, ὡς ἡμᾶς οἱ ἐνταῦθα διαιτώμενοι, τῶν τε ἐκκεκλεισμένων ἀπὸ τοῦ βασιλέως καὶ διαπεταγμένων οὐ πόρρω ἀφεστῶτες, καὶ πάντα τοι σχεδὸν τὰ τῇδε ἐπιστεύοντες, τοῖς πολλοῖς δὴ ὁμοφρονοῦντες, τὰ αὐτὰ προσδοκῶμεν περὶ τοῦ πολέμου ὑποχωμένου, δεινῶς τε καὶ δειμαίως ἤδη συγκεχυμένου. οὐκ ἄπωθεν δὴ ὅθεν οὐδ' ἀπεοικότα τῶν παρ' ὑμῖν ταραχωδῶς διαφημιζομένων. ὅπως τοίνυν εἰδῇς ὅσον ἀποδέομεν τοῦ ὁμογνωμονεῖν καὶ συγκατατίθεσθαι τοῖς τὰ τοιαῦτα πεπλασμένοις, ἢ πρᾶγμα τὴν ἀκοὴν ἐνδιδοῦσι τοῖς τὰ ἔδεα τυχόντος καὶ εἰκῆ φλυαροῦσι βουλοίμην αὖ σε ἐγγὺς ὅτι περὶ ἐμοῦ γιγνώσκειν. ὡς τούτων μὲν ἀκροαμάτων καταγελῶντες, τῶν τὰ μὲν τῶν πολεμίων τερατωδῶς μεγαλυνόντων, τὰ δὲ ἡμέτερα βασκάνως κατασμικρυνόντων, φοβε-

τα μέντοι εἶεν ταῦτα καὶ ὑπεθείκασ ἀπομολογοίμεθα αὖ τῷ θεῷ, τὴν ὑμετέραν δῆθεν ἀκολασίαν διοπτεύοντος σωφρονίζοντος, καὶ ἀμνηστίαν δὲ τῶν αὐτοῦ εὐεργεσιῶν. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ κακοπραγίαν δεινὴν προσεπιπέμποντος, ἣν μὲν πρᾶγμα φαῦλον ἀνασείσαντες. καὶ δὴ τὰ καὶ ἀνθ᾽ ὧν μεταξὺ τῆς εὐπραγίας ὡς ἀκρατεῖ καὶ ἀσύμμετρον ἐξουσίαν περιελάθομεν, ἐγκράτειαν εὐθὺς μεταμάθωμεν μετριότητος. οὐ μὴν δὲ καὶ ἐξώλη τινὰ ἐπανατεινάμενος, καὶ βακτηρίαν τινὰ φθόνον τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. μὴ γὰρ γένοιτο τοῦτό γε, ὑπερευχομένης δήπου τῶν ἐν ἀξιώμασι καὶ πλούτῳ διαπρεπόντων τε καὶ ὑπερεχόντων, τῆς εὐσεβείας τοῦ ἔθνους, ἥτις δὲ δημοτικὸν ἀεὶ καὶ ἄθῳον ἐξαιτουμένη, συνικετεύσει δὴ καὶ τὸν ὄχλον καὶ ὑπεύθυνον τῆς τιμωρίας. καὶ ἐκ δὲ μὲν ἀναλογισμὸς ἀνδρός ἐστι, τοῦ τὰ ἁρμόσοντα τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ πράγμασιν εὐχομένου, οὐκ εὐήθως καὶ ἀτόπως ἀναπλάττοντος ἢ ὀνειροπολοῦντος τὰ ἑαυτῷ συμφέροντα, ἐκ δὲ τῶν εἰκότων μᾶλλον καὶ πιθανῶν στοχαζομένου τὸ μέλλον. ἀμέλει ἡ ἐπιμελὴς καὶ παμμεγέθης τῶν τε δυνάμεων παρασκευὴ, καὶ πάντων τῶν εἰς τὴν χρείαν τὴν πολεμικὴν συναγωγὴ, ὀψὲ μὲν ἴσως ἐπιτηδευθεῖσα, ἔστω γὰρ τοῦτό γε, παραλόγως μέντοι καὶ ἀξιαγάστως ἐξαρτυομένη ἐπειδὴ τάχιστα ἔφθημεν ἡμεῖς ἐγηγέρθαι, καὶ τὸ δεινὸν αἰσθάνεσθαι αὐτίκα δὴ ἡμῖν ἐγκατασκῆψον εἰμὴ προνοήσοιμεν. ταῦτα δὴ πάντα παραμυθούμενόν μοι ἔοικεν. τὸ δέ τοι τὴν εὐκαιρίαν τὴν ὑμετέραν οὐχ ἥκιστα ἐπικυροῦσι, καὶ πάσης δὴ σχεδὸν τὴν ἐκ τοῦ κινδύνου ἐνθυμηθέντος καὶ ἐσκεμμένου δυσθυμίας ἀνοῦσι, ἵνα τι μάξαι, τὸ πρόσωπόν ἐστι τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἐν ταράχῳ γε τούτῳ γαλήνης οὐ τῆς τυχούσης μεστόν. ἐν δὲ τῷ λόγῳ τῷ αὐτοῦ, καὶ πάσῃ τῇ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξοπλισίᾳ, πολὺ τὸ πεποιθὸς ἐνορώμενον, καὶ φρόνημα δὲ ὡς ἀληθῶς βασιλικὸν ἅμα καὶ αὐτοκρατορικὸν, προαγορεύειν μοι δοκεῖ καὶ ἐπαγγέλλεσθαι λαμπρόν τι κατόρθωμα πρὸς ἡμῶν ποτὲ γενησόμενον, σύμπαντός τε τουδὶ τοῦ ἀγῶνος κρίσιμον, καὶ εἰς τοῦ μετέπειτα αἴσιον. τὰ μὲν δὴ τῶν Ἑλβετίων τάγματα πρὸς τόνδε τὸν λογισμὸν τυγχάνει καθήκοντα, οὕτω τῷ τε θυμῷ καὶ καθοπλισμῷ πρὸς τὸν ἀγῶνα συγκεκροτημένα, καὶ μάχης ἐφιέμενα τῆς πρὸς ἔθνος αὐτοῖς ἀπεχθανόμενον, ὥστε ἀξιόνικον εἶναι χρὴ νομίζειν τὴν τούτων προθυμίαν, εἰ καὶ τὰ ἄλλα μέρη τῆς στρατιᾶς τῆς ἀλκῆς οὐ μεμαθήκοι τῆς κελτικῆς. ἐπὶ τούτοις μὲν οὖν τοῖς σημείοις, αἰσίοις οἶμαι καὶ εὐσυμβόλοις, καὶ τηλικαύτης ἐλπίδος ἐχεγγύοις, τεθαρρηκὼς ἔγωγε, ὁμόσε χωρεῖν ἔγνωκα τῇ γνώμῃ καὶ εὐθαρσείᾳ, τῷ δ᾽ ἄνω προσιόντι, οὐδ᾽ ὅσα ὑπόλογον οὐδ᾽ ὅλως ποιούμενος τῶν εἰκῇ θρυλλουμένων. καὶ σὺ τοίνυν ὦ φίλε, ἣν ἐμοὶ εἰσηγητῇ καὶ συμβούλῳ περὶ τῶνδε χρῆσθαι οὐκ ἀπαξιοῖς, τῶν διασπειρόντων ταῦτα καὶ σπερμολογησάντων ἀκόντων, χαίρειν αὖ ἐάσας αὐτοὺς θεῷ τε καὶ ἡμῖν ἐχθρούς. ὧν δὴ θαυμάσαι ἂν δυνηθείημεν ἀλλοδαπῇ ἀοιδὴν καταψευδομένων τῶν ἐγχωρίων ἡμῶν, εἰμὴ ἄδηλον εἶναι τοῖς ἀλλοφύλοις γνοίημεν ἐν τῇ ἡμῶν πατρίδι ὅτι ἂν δοκῇ περιλαλοῦσι. ἀλλὰ δὴ ἐρρώσθωσαν οὗτοι οἱ κάκιστ᾽ ἀπολούμενοι βάσκανοι, ὧν ἐπιτετήδευται τὰ στόματα ὡσεὶ φιλαί τινες δυσοιώνιστοι καὶ ἀπαίσιοι. ἀναρριπίσαι δοκεῖ τηλικαύτας τοῦ πολέμου τὰς σπινθῆρας, ὡς φλόγα γενεῖν ἐπιδιδόντας ὄλεθρον καὶ νεμομένην τινὰ εἰς τὸ ἐπὸν ἀμφοῖν τῶν βασιλέων μεγίστας καὶ ὑπερανθρωπομένας τε χώραν ἐπικρατείας. ταῦτά σοι ἐπέστελλον ἤδη Μοσώνιον πόλιν καταπεφραγμένην, ὅπως τι ἐγγίστα τοῦ κινδύνου καθεστηκυίας. ἅς τινας τοῖς πολεμίοις ἡμεῖς εὐγνωμόνως προϊέμεθα, μεταξὺ δὴ τὰς δυνάμεις πανταχόθεν ἀθρολογοῦντες. ἐξέστω γάρ τοι τῷ ἄρει καὶ τῇ τύχῃ μέχρι νῦν, τῶν κτημάτων ἅψασθαι τῶν ὑμετέρων ἠρέμα καὶ πρᾴως, ὡς ἀπειρανεῖ μείζω καὶ ἀνάπαλιν ἀφοσιουμένοις ὄλεθρον, ὅνπερ ἡμῖν συναίτεις οἱ πολέμιοι αὐτός τε καὶ ἐπέκεινα τῶν ἄλλων συνεκρότησαν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς εὐέλπιστοι προσδοκῶμεν ἐξουσίαν ἐν τῷ ἀκαρεῖ γενήσεσθαι τὰ ἐνεχυρασθέντα ἀδίκως ὑπὸ τούτων, ἐπιτόκως ἐπαναλαβεῖν καὶ ἀνακομίσασθαι. ἡ μέντοι τούτων διάγνωσις οὐκ ἀσφαλὴς καὶ δὴ καὶ τὸ τοῦ ἔργου πέρας, οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν τοῖς βροτοῖς, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ θεῷ ἐστὶ, τῷ τὴν οἰκουμένην τε καὶ τὸ περιέχον αὐτοπροαιρέτως πρυτανεύοντι. ἔρρωσο. ἐν αὐλῇ θρύηνσι νῦν οὔσῃ Σεπτεμβρίου μηνὸς τετάρτῃ φθίνοντος. ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας εἰκοστῷ πρώτῳ πρὸς τοῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις.

Βουδαῖος Φιλανκόφ εὖ πράττειν.

Οἶμαί σε τῶν ἀγγελιαφόρων ἤδη ἀκοῦσαι τὰ τῆς πολιορκίας τῆς πρὸς ταῖς Μαστερίαις, ὡς ἄρα τοσοῦτον ἐσφάλται τοῖς ὑπεναντίοις καὶ ἡ τύχη, ὅσον τὸ πρότερον αὐτῶν κατόρθωμα ἐγεγόνει τὸ περὶ Μοσώνιόν τε καί τινας ἄκρας Ροβέρτου τοῦ δυνάστου ἐρημμένας αὐτοβοεὶ καὶ ἐκπεπτωκυίας. ἃ δὴ εἰκότως αὐτοῖς καὶ εὐλόγως συνέβη. αὐτοῦ μὲν γὰρ ἐνέτυχον οἱ πολέμιοι ποῦ μὲν, σαθροῖς ἐρύμασι καὶ εὐαλώτοις. ποῦ δὲ, ἀγεννέσι φρουραῖς καὶ πάνυ φιλοψυχούσαις, ἐμπλήκτως τε διακειμέναις πρὸς ταυτασὶ τὰς βροντὰς τὰς ἐκ τῶν ἑλεπόλεων ἐκρηγνυμένας. καίτοι ἀνεκτότερον ἂν εἴη, εἰ τούτων ἀκούειν ἐπιστεύσεσι τοσπερ. ὅπου γε αὐτοὶ ἔφθασαν ἐξελέγχθησαν ἐνδιδόντες τοῖς ἐχθροῖς μήπω εἰς ἔργον καὶ βίαν ἱεμένοις. ἐνταῦθα δὲ αὖ οἱ αὐτοὶ οὗτοι οἱ πολέμιοι εἰς μελαμπύγου φασὶ περιπεσόντες ᾔσθοντο, τῶν κτύπων τούτων καταπεπτηχότας τῶν μάτην ἀπειλητικῶν καὶ προκινδυνευόντων τῆς πατρίδος προθυμουμένους. ἦ καὶ δῆλόν ἐστι τοῖς προσέχουσι τὸν νοῦν, καὶ διαδοκιμάσαι ὅσον ἄνθρωπος ἀνθρώπου διαφέρει, ἤτοι γε ἀληθέστερον, ὅσον ἀνὴρ ἀνθρώπου. καὶ γάρ τοι οἱ πολέμιοι ἀμαχεὶ καταπεφραγμένοι ταῦτα τὰ ἐρύματα, οὐχ ὑπομεινάντων δήπουθεν τὴν ὄψιν αὐτῶν τῶν φρουράρχων, καὶ ἑαυτοὺς εὐθὺς σὺν τοῖς εἴσω ἐκδεδωκότων, μέγα δὴ φρονεῖν εὐθὺς καὶ ἀπειλητικῶς ἤρξαντο ἐπὶ τῇ αὐτῶν ἀλκῇ καὶ ἐμπειρίᾳ, καὶ δὴ τὰ καὶ καταλαλεῖν τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ὡς ἀνάνδρου δῆθεν καὶ τῆς προγόνων ἀνδραγαθίας ἐξε-

A γεγονότων. γελοῖοι δὴ αὐτοὶ καὶ εὐήθεις. οἵγε τὴν τῆς βασιλείας ταύτης πολυδυναμίαν, καὶ πᾶν τὸ στρατιωτικὸν
αὐτῆς ἐκ μιᾶς τῆς τυχούσης πείρας ἰσχνασμένοι καὶ μετρήσαντες, πάντα τὰ ἐν ποσὶν ἄχρι τῆς παρισίων ὑπάρ-
ξεσθαι ὅσον οὐδέπω ἤλπισαν, καὶ πόλεις μεγάλας καὶ εὐπρεπεῖς περιθήσαντες, ἄξειν τι καὶ οἴσειν τὰ κατὰ τὴν Γα-
λατίαν τὴν ἡμῶν. ὅσος δὲ τούτοις φιλολοιδόροις ἀνθρώποις ἀπλούστερον ὁ περὶ λόγους ἀξιομνημόνευτον ἔ-
στι. ὁπηνίκ' οὗτοι ἑνὸς ἢ δυοῖν χωρίων ἁλώσει ἄγαν ὑπερφρονηματιζόμενοι, τὴν ὀλβιωτάτην ἡμῶν εὐθὺς εὐρυχω-
ρίαν τῇ αὐτῇ εὐμαρείᾳ καρπώσεσθαι ᾤοντο. καὶ ἀκρατεῖ ἐλπίδι, ὡς ἔπος εἰπεῖν, προκαταπιόντες τήνδε
τὴν εὐδαίμονα χώραν, θριάμβους μὲν ἑαυτοῖς λαμπροτάτους καὶ ἀγαθῶν φασὶν ἀγαθίδας ὠνειροπόλουν,
ἡμῖν δ' αὖ τοῖς οἰκείοις ἐξώλειάν τι καὶ κακῶν ἰλιάδας προαγγέλλοντες, πόρρωθεν μαχαίρας ἀνετείνοντο.
οὗτοι τοίνυν αὐτοὶ πρὸς πόλει μακρᾷ τῶν μεθορίων, μετρίως τι ὠχυρωμένῃ, οὐδὲ φύσει γε στεγανῶς ἱδρυμένῃ, ἅ-
παντοι ἡμέρας ἤδη τριάκοντά που ἐνοχλούμενοι συνεῖσιν, οἴμοι, εἰ μὴ πάμπαν ἀζημίωτοι ἔχουσι, τῶν ὤτων ὡς
ἡ παροιμία φησί, τὸν λύκον λαβόμενοι. ἀμέλει ἤτοι ἀπαλλάττεσθαι αὐτόθεν ἐντρεπόμενοι αἰδοῖ τῆς προστασίας τὸ πο-
λίχνιον, ἢ παρεξάγειν εἰς τὴν πρόσω, καὶ ἐκείνην τὴν πόλιν ἐᾶν χαίρειν, σφαλερὸν εἶναι νομίζοντες, ἅμα τ' ἐπὶ
τῇ σφετέρᾳ βλάβῃ καὶ αἰσχύνῃ ἐναπομένειν μέλλουσι, καὶ προσμαχεῖσθαι τῷ λιμῷ, ὅσα γε ἔξεστι τεκμαίρεσθαι ἐξ ὧν
τοὶ περὶ φρούραρχον ἔγνωσαν καρτερεῖν καὶ παραβάλλεσθαι οἴκοι τοῦ σώζειν τὴν παρακαταθήκην, καὶ οἱ περὶ τὸν
βασιλέα δὲ προὐνοήσαντο, ἐν ὅσῳ ἀξιόμαχον δύναμιν συνάγουσιν οἱ ἐπὶ τὴν στρατολογίαν ἀπεσταλμένοι. δῆγα
στι ἡ πολιορκουμένη πόλις οὔ πως ἔχει εὐπορίας τι καὶ εὐθηνίας τῶν ἐπιτηδείων καὶ τῶν καθ' ἡμέραν, ὡς εἰ πρόσθεν
αὖ τὴν τοῖς εἴσω εἰσελαύνουσι, καὶ πάλιν τοῖς τοὺς ἐκνεμόντας τῶν ἐμφρούρων ἢ δυσαρεστοῦντας ἐκκομίζου-
σι. τοιοῦτον οὗτοι ἀποδιδόασι τῶν ἐσχάτων τι παθεῖν, ὡς γε σιτίων ἤδη τούτων ἀπορούμενοι, καὶ εἰς ἀναγκοφαγίαν
ἄτοπον ὑπαχθῆναι ἀλεξητήριον οὐδὲν τοῦ λιμοῦ, ὅπερ ἐοίκασιν οἱ πολέμιοι προσδοκήσασι, τοῖς γε ῥήγμασιν
αὐτοὶ προσμίξαι τῶν τειχῶν οὔπω τετολμηκότες, οὐδ' εἰς χεῖρας ἐλθεῖν διὰ τῶν κατερρηγμένων τῶν τειχῶν, οὐδ' ἡ-
μετέρων γ' αὐτοὺς ἐν παρατάξει προκαλουμένων ἔνδοθεν. κενῇ γε μὴν ἐλπίδι ἐφησυχάζοντες, ἐπὶ θάτερα τῆς
πόλεως σκηνοῦσι, οὐ περικαθίζοντες μὲν ἐφ' ᾧ στενοχωρεῖσθαι τοὺς ἔνδον καὶ ἀθρόως συνελαύνεσθαι, συνεσταλμένοι
δὲ καὶ ἀνειργμένην τὴν ἐδοιπορίαν τοῖς ἡμετέροις καὶ παλινδρομίας ἐνδιδόντες, ὥσπερ ἔφοδον ἵνα ἐξαίφνης ὑ-
φορώμενοι, ἐξ ὅπερ γε δὴ ἀκηκόασι τῶν σκοπῶν τῶν σφετέρων, ἐγγίσαι τὸν βασίλειον στρατόν. τοὐντεῦθεν γὰρ
ἅπαντα τὰ σκηνώματα ἐπέκεινα τοῦ ποταμοῦ μετέστησαν τοῦ τὰ τείχη παραρρέοντος, πρό γε τούτου τῶν ἡμί-
σεων αὐτῶν ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ καθεστηκότων. ὅτι μὲν οὖν ὄφελός ἐστιν αὐτοῖς τῆς δὲ τῆς πολιορκίας οἱ ἔμπειροι τῶν
πολεμικῶν οὔ φασι συνιέναι. χωρὶς εἰ μὴ τὴν σχολὴν ταύτην ὑπαίθρως κατατρίβοντες, ἐθέλειν οἴονται τοὺς σφε-
B τέρους εἰς ἐπιχειρουμένην αὐτοῖς ὅσον αὐτίκα ὑφ' ἡμετέρων ἀμοιβὴν κακοπραγίας. τὰ μέντοι ἀμφὶ τοὺς ἐμ-
φρούρους, οὕτως ἔχει τανῦν εἶναι, ὥστε κατὰ χώραν αὐτοὺς μένοντας, τὸ θραυόμενον τοῦ τείχους καὶ κλονούμενον, ἐπὶ και-
ροῦ ἀντορθοῦσι, χῶμα χοῦντας πρὸς αὐτῷ καὶ ἀντιπαρατεινομένους, πρόβλημα δή που ἀσφαλέστερον τειχισμοῦ,
καὶ μᾶλλον ἀπείργειν τὴν ὁρμὴν καὶ βίαν τὴν ἔξωθεν. τοῦτο δὴ μόνον κακοπαθοῦντας, ὅτι τὰς ἀκοὰς ὡς ἔοικεν
ἐφθίνειν ὑπερβαλλούσῃ ὑπὸ τῶν σιδηροβόλων μηχανῶν ἐνδελεχῶς καταβροντώντων. εἰ καὶ ἔνιοι φασὶν χαίρειν αὐ-
τοὶ καταχυλούμενοι πυραυλικῶν τουτωνὶ τῶν ὀργάνων κατηχήμασι, καὶ ὥσπερ αὐλοῖς ἐναγωνίοις τέρπεσθαι ἢ καὶ
τοῖς τῶν ἀρείοις αὐλοῖς. τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν τοῦ στρατοῦ, πεζοὶ μὲν, τριῶν οὐκ ἐλάττους μυριάδων, ἱππεῖς δέ που ἑξακι-
σχίλιοι γεγονομένοι πανοπλίᾳ ἐσκευασμένοι, ἄτε γε τῆς ἀκολουθίας ἀχρήστου. ἡμῖν μὲν οὗτοι πάντες καὶ τῇ ἡμε-
τέρᾳ φιλέχθρως διακείμενοι καὶ δῃωτικῶς, πολλὰς ἤδη κώμας πυρπολήσαντες ἐφθακότες καὶ ἀγροικίας. τὰ ἄλ-
λα δὲ ἄμεμπτοι ὅσα γε κἀμὲ εἰδέναι, τό γε τοῦ βασιλέως ἀκολούθοις οὐ τοῖς ἐσχάτοις ἑκάστοτε συνεξεταζό-
μενον. οὐδὲ μὴν ἀγεννῶς χρώμενοι ἐξουσίᾳ τῇ πολεμικῇ. ἔσθ' ὅτι δὲ καὶ ἐκεινολογεῖσθαι οἱ αὐτῶν ἀστειότεροι τοῖ-
σι τῶν ἔνδον γενναιοτάτοις, καὶ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἀλλήλοις ἐχρήσαντο κεχαρισμένως, μονομαχοῦντες δὴ ἐκ συγ-
κειμένου ὑπὲρ τῆς ἰδίας ἑκάστου ἐρωμένης, ὡς ἔθος. καὶ ἐπὶ τῇ μονομαχίᾳ προσφιλοφρονούμενοι καὶ προπίνον-
τες ἀλλήλοις. τὰ δὲ δὴ ἐπέκεινα τῶν ἄλπεων ἐνδέξιως τι καὶ ἐπιτυχῶς μέχρι τούτου ἐκβεβηκότα, τί δεῖ καὶ ἀπο-
μνημονεῦσαί σοι πάντ' ἤδη εὖ εἰδότι καὶ πυνθανομένῳ. ὅπου γε οὐ μόνον τάγμασι καὶ στρατοπέδοις ἐπερχομένων
ἐχθρῶν κατεκρατήσαμεν. φυγομαχοῦντας τούτους ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ὀχυρώματα τὰ ἐν τῇ ὑπερορίᾳ με-
πόντες, τῆς πολιορκίας δὲ ἐπολιόρκουν πόλιν μίαν τῶν ἡμετέρων ἀπεσοβημένοι. ἀλλὰ καὶ συνωμοσίαν
δεινὴν ὑπ' ἀνθρώπων τινῶν ἀπονενοημένων συγκεκροτημένην καὶ κατασκευασθεῖσαν, ἐπιβουλήν τι παραβο-
λωτάτην σὺν θεῷ ἐξεληλεγχότες οἱ τῆς ἐπιχειρήσεως προεστῶτες, ἔπαυσαν τοῦ ἐπιχειρήματος τοὺς γαυρουμέ-
νους ἄνδρας ἐπὶ τοῖς πονηρεύμασιν ἤδη προβεβηκέναι δοκοῦσιν. ἐφ' οἷς δὴ οὐδὲν ὅπως εὐλαβητέον ἡμῖν εἶναι ἡ-
γοῦμαι, ὡς τὴν ὀργὴν τοῦ θείου καὶ ἀσφαλές φασι, ἣν γε τὰ πρὸ τοῦδε δι' ἀχαριστίας ἔχοντες τὰ ὑπ' αὐτοῦ ἡμῖν εὐερ-
γασμένα διεπλώμεθα. συνοίδαμεν γὰρ ἡμῖν αὐτοῖς πόλλ' ἀγνωμονήσασιν εἰς αὐτόν, ἀνθ' ὧν τάπι ἡμέτερα
πράγματα διῴκησε, καὶ ἄπο σκοποῦ δὴ παραφερόμενα ἐπηνώρθωσε τὰ ὁρμήματα, οὐδὲ λόγῳ γοῦν τὰ
χαριστήρια ἀποτίσασιν αὐτῷ. καὶ μὲν δὴ καὶ εἰ ἀφελῶς δεῖ φάναι καὶ ἀτεχνῶς, καθόσον τῇ δίκῃ μὲν
πλεονεκτοῦμεν, τῆς δ' εὐορκίας τὰς σπονδὰς εὐλαβεστέρους περιεχόμεθα, δικαιότεροι δή που τυγ-
χάνομεν ὄντες πλεῖον φέρεσθαι πρὸς τοῦ θεοῦ, τοῦ τὰ πάντα καθορῶντος καὶ βραβεύοντος προνοητι-
κῶς, καὶ ταῦτα κατὰ τοὺς ἀγῶνας τούτους. ἐπεὶ ἐν μὲν τῇ Ἰταλίᾳ μὴ παρασπόνδως ἡμᾶς πολεμεῖσθαι, οὐδ'
αὖ ὡς ἔξαρχος οὖν, εἰ καὶ ὅτι ἂν τύχῃ προφασίζοιντο οἱ ἀντιπράττοντες ἡμῖν, τὸ μέντοι κατὰ τὸν καθολικὸν

ἐπωνομάσθησαν τὰ βασίλεια καὶ αὐτοκράτορα εἶναι φάμενον, ὅτι ἰασὶ δὴ κατὰ τῶν πρόφασιν ἔχειν δοκεῖ ταῦτα, καὶ συνηγόρους τι ἀφεῖσθαι. τὰ τοίνυν κατὰ τὴν Ἰταλίαν τοῦ θείου διαιτητοῦ καταδικασάμενα τὴν ἀντίδικον μέχρι γε δὴ τοῦδε. τὰ δὲ ἐν τῇ πατρίδι ἐπὶ μετέωρα φέρεται, δι᾽ ἄρεως μὲν καὶ ταῦτα κριθησόμενα, βραβεύοντος δὲ τὴν δίκην τοῦ Διός. τήνγε σώζεσθαι ὡς πεπείσμεθα ἐσομένην κατὰ τὸ πέρας ἡμῖν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς μὴ τοιούτους εἶναι τἄλλα οὐκ ἂν ἐξαρνησαίμην, οἵοις ἂν τὸ θεῖον αὐτὸ ἐχαρισμένον πολλαχῶς καὶ ἠγωνισμένον λαμπρῶς τινὸς τιμῶν τοὺς ἐς ἡμᾶς, ὅτι τὸ ὅμως οἰωνὸν ἀπεδίωσε μηνύειν ἄν, καὶ ὡς τοὺς ἀπογόνους γε διαφέροντος τοὺς ὑμετέρους. ὥστε οὐκ ἄγαν θαυμάσιον εἰσίεσαι τὴν δύμαν κατ᾽ ἀρχὴν ἐκπεθαρβημένην κατὰ πόλεις, καὶ τὴν πολεμικῶν τὰ ἔσχατα ἐπαπειληθῆ ἑαυτοῖς ὑποπτευόντων. πανικὸς γὰρ οὗτος ὁ φόβος ἐγένετο, ὑφ᾽ ᾧ ἐρασθῆναι δήπου ἡμῖν ἔγκατασκήψας, ὅπως τὸ φρόνημα ἐπηρμένον καθεῖναι μανθάνοιμεν, καὶ τὸ ἄγαν γαυρίαμα καθελεῖν ἐπὶ τοῖς ἐπιτετυγμένοις ἐμπεσὼν ἐπαινετικός. παιδεία γοῦν ἐστιν αὕτη τοῦ θεοῦ, τοὺς ἄγαν κομῶντας ὑπὸ πολλῆς εὐημερίας, κατασέλλειν τοὺς λόφους ἐξαίφνης ἀναγκάζοντος, καὶ τὰ μέτρια φρονεῖν. καὶ μὴν ἐν τούτοις σκέψασθε τὰ τῶν ἀνθρώπων πράξεις, ὡς ῥευστὰ τυγχάνει ὄντα καὶ καθιδρυμένα ἐπ᾽ ὀλισθηροῦ. ὅπου δὲ τὸ ἀληθὲς καὶ ἀνδραγαθίας τὸ τεθαρρηκὸς ἐπὶ ἀσφαλοῦς βέβηκε καὶ ἑστηκότος. ἀμέλει οὐκ ἔφθη τὴν ὑμετέραν ὁ Ἄρης ἐγχώριον ἅψασθαι τι ῥᾳθύμως, καὶ οἱ φύλακες ἡμῶν ἱκόντες αὐτῷ παρακεχωρήκασιν, οὓς δὲ προμηθείᾳ ταῦτα ἐπιτετράφθαι ᾠόμεθα τὴν φυλακὴν ἐξ ὧν ἐν τοῖς πρόσθεν ἐφθάκεισαν οὐδὲ κινύμενοι. ὃ οἷς πὼ τις οὐκ ἂν ἐπιγνοίη τῶν γε ἐμφρόνων καὶ τετυχόντων τὸ κράτος τῆς πλεονεξίας, τὰς τῶν βασιλέων δυνάμεις ὥσπερ ἐν παιγνίῳ τιθεμένης ἑαυτῇ, καὶ ἄνω φασὶ κάτω τιθείσης. ἀλλὰ γὰρ εὖ γε τοῦ συμβάντος. τάχα γὰρ ταύτας τὰς ἀπαρχὰς τοῦ πολέμου ἐκτῖσαι ἡμᾶς τὸ θεῖον δεῖ τάξει, τὴν γεγονυῖαν δίκην τιμὴν ἀφοσιουμένους τῶν εἰς αὐτὸ πλημμεληθέντων. ὅσον γε μὴν ἀπολελαύκαμεν, ἡ γαλήνη ἴσως ἀντιμοίρως τῆς τιμωρίας ταύτης, καὶ τὸ πλεῖον μέρος ἡμῖν κατακεχαρισμένης, τὸ μέλλον τοὐντεῦθεν ἀποδείξει. τετυχόντας δὲ ὅμως ὁ ἀκολάστως ὑπὸ ἐνδόμα τι τούτῳ χρησομένων πράγματα, καὶ τὰ ἄξια δὲ καθεξῆς οἰσομένων ὧν ἂν τύχωμεν βεβλαμμένοι τι καὶ δεδρακότες. ἀλλὰ μὴν οὐ πάνυ ἐπίφθονόν ἐστι τοῦ κράτους τοῦ ὑμετέρου, καὶ ὑπὸ θεῷ καὶ τῇ ἐπιφανεῖ βουλῇ συνέδοξεν ἐπ᾽ ἀγαθῷ ὑπὸ ὑμετέρῳ, περιττὸν μὲν τὰ ἐξέχειν δοκοῦντα τῶν γεγονότων ὅρων τῆς ἡσυχίας τι καὶ ἐπιπλασίους ἂν ὀλβιότητος, εἴ γε κατὰ χώραν ἐᾶν τὰ ὑμέτερα δεινῶς ἐθέλομεν, εὐξαίμην ἂν αὐτῷ μάλιστα εἰς τὴν ἐπίκαιρα τῶν ὁμογλώττων ὑμῖν ὅρων καὶ ἀλλόφυλον οὖσαν, αὖθις βέλτιον τὸ πταῖσμα τοῦτο καὶ οἱονεὶ προοίμιον τῆς ἐξαντλήσεως τὰ οἴκοι καὶ ἐγχώρια πλεονεξίας. ἔρρωσο Σεπτεμβρίου μηνὸς δεκάτῃ ἀπιόντος.

Βουδαῖος Φιλελφῷ εὖ πράττειν.

Οὐ δέον οἶμαι τὴν ἡμέραν ταύτην οἱ Γερμανῶν ἡγεμόνες τὴν πόλεως ἅλωσιν ἀπεγνωκότες, κατέλυσαν τὴν πολιορκίαν τῶν Μασσιλιωτῶν, καὶ αὐτόθεν ᾤχοντο ἀπιόντες, οὐκ οἶδ᾽ ὅτι ὑπὸ στρατῷ χρησάμενοι τοιαύτῃ δή. ὅτι μὲν τοῦτο μόνον, ὡς ἄρα ἢ μάλιστα κακῶσαι ἂν τὴν ὑμετέραν οἴονται καὶ ἀνηκέστως λυμήνασθαι, ταύτῃ δήπου ἐκεῖνοι δηώσαντες διεξελθῶσι, καὶ τὰ προστυχόντα διαπράσσονται ὅτι πολεμικώτατα. τεκμήριον δέ. πόλει γὰρ μιᾷ ἀφρούρῳ μὲν αὐτῇ, πολίτας δὲ θερμοὺς καὶ εὐψύχους ἐχούσῃ, παρὰ τὴν ὁδοιπορίαν προσβάλλοντες κατὰ κράτος ἁλῶναι ἐποίησαν ἐξώλη αὐτήν τε καὶ τοὺς οἰκοῦντας, πάντα γε τὰ νόμιμα παραβαίνοντες τὰ πολεμικά. εἰ μὴ ἄρα νενομίσθαι φασὶ παρὰ τοῖς καθ᾽ ὑμᾶς ἔθνεσι τὰς ἑαλωκυίας πόλεις αὐτανδρους πυρπολεῖσθαι, ὅτι παίδων φειδομένους τῶν ἀνάκων, οὔθ᾽ ὁσίων οὔθ᾽ ἱερῶν. οὗτοι τοίνυν τοιοῦτό τι καινοτόμημα φονικὸν εἰσηγήσαντο τοῖς ἐπὶ τούτῳ πολεμήσουσιν, οὐδὲν οὐδ᾽ ὅλως δῆλον τοῖς οἰκτροῖς καὶ ἀθλίοις μηνισικακεῖν δυνηθέντες, πλὴν ὅτι τοὺς ὑπεναντίους ἑαυτῶν ἀμύνεσθαι ἀπομεμαχημένοι ἐνεχείρησαν, καὶ καταμεμαχημένοι, ὅπερ τις οὐκ ἂν ἐποίησε πόλις, τῶν γε οὐκ ἀνάνδρων οὐδὲ μαλακισθέντων ἀνθρώπων; οὗτοι τοίνυν δυσχεραίνοντες δήπουθεν ἔχοντες ἐφ᾽ οἷς κατὰ τὴν πολιορκίαν καταστροφήν τινα ἐτύγχανον ἡμαρτηκότες, καὶ πλείους ἢ ἑκατὸν τῶν σφετέρων στρατιωτῶν ἀπολωλεκότες, αὐτῶν τῶν ἡγεμόνων τε καὶ ἀνηρημένων ἐν τοῖς ἐπεισπισμοῖς, οὐ κεκρατήκασι τῆς ὀργῆς. ἐζημιωμένοι δὲ τοῦ πάθους, καὶ οὐκ ἔχοντες ὅπῃ τὸ ἐμβριθὲς αὐτοῦ δικαίως ἀποθρέψοιντο, κατὰ προτυχόντων δὴ τούτων ἀπεσκευάσαντο τοῦτο, καίπερ αὐτῶν ἀνυπευθύνων ὄντων. ἀλλὰ γὰρ οὗτοι μὲν ἀπεφθάρησαν εὐθὺς τῆς ὑμετέρας χώρας, ἐξαισίως ὡς ἐλπὶς καὶ δυσοιωνίστως προοιμιασάμενοι ἐπὶ τὰ ἀκολουθήσοντα ἐφεξῆς δράματα τοῖς ὑπ᾽ αὐτῶν ἐπηγγελμένοις. συμβολή γε μὴν ὑπ᾽ αὐτῶν ἤδη καὶ σύγκρουσις ἐγένετο πολέμου παντολέθρου, εἰς πολλοὺς δήπου χρόνους συναψομένη ἀσπόνδως καὶ συρραγησομένη, ὑπερμεγέθεις τε δυνάμεις ἀποτευξομένη ἀμφοῖν τῶν βασιλέων. ἣν μὴ τὸ θεῖον τῶν δεόντων ἐπακοῦον τῶν ὑπὸ τῶν δήμων δεδιημένων, συμβαλλομένης παύσῃ αὐτόν, καὶ εἰς ὁμόνοιαν ἐπαναγάγῃ τὴν μέντοι τῶν Γερμανῶν δυσμένειαν, καὶ τοὺς εἰς τὴν ὑμετέραν χώραν ἐφορμήσεις καὶ εἰσβολὰς, ὑπείκασμα δή που ἐγένετο καὶ ἀκόνημα ἐνίων τῶν γειτονούντων ἡμῖν τὸ φιλαπεχθήμονας, ἐπιμιξίας γ᾽ ἐχόντων ἐγγυτέρας καὶ ἐνίοτε θέας ἀεὶ ὕπουλον. εἰς τούτων δὴ τοῦτ᾽ αὐτὸ τὸ σύνσημα ἀπολέξας οἶκ εἰς μακρὰν ἐκλαμψόμενον, ἣν τὸ δίκαιον ἔχοον καὶ ἡ ἀσφάλεια πρόσεστι παρὰ τοῖς ἐπαρχίοις. ἀλλὰ μὴν ἱερὸς καὶ ἅγιος ἀεὶ ὁ τὴν συμφωνίαν ὅλην συστήσας κατὰ τῆσδε τῆς κλεινῆς ἐπαρχίας, ἐπωνύμους τῆς πά-

A τῆς θεοσεβείας, καὶ ἅπασαν, ὡς γοῦν λόγος περιάγεται, ἡ γῆ καὶ ἱεραὶ ... συγκροτήσας τὴν παρασκευὴν πανταχόθεν ἐπαφήσειν ἡμῖν, οὐδὲν τοιοῦτον ὑπ' εὐηθείας καὶ χρηστότητος ὑφορωμένοις, αὐτός γε πρὸ τῶν ἄλλων ἐσχάτων, καὶ ὥσπερ ἐν ἑνὸς πολλοῖς πρὸς χοροστασίας ἔξαρχος, οὐκ οἶδ' ὅτι παθών, ἑαυτὸν ἀφεῖναι ἐκ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἔφθανε, καὶ δὴ καὶ αὐτὸς ὡς ἀληθῶς τοῦ λογισμοῦ ἐκπεσεῖν. οὐ γὰρ ἄλλως ἀνὴρ ἐπὶ πολλοῖς εὐδοκιμήσας, τὸ σεβάσμιον οἴκημα τῆς εὐσεβείας ἀρχηγῶν καὶ ἐπὶ ἡρωσιν πανόλβιον, ὁρμητήριον ἐποιήσατ' ἂν ἀγρίως φονικωτάτου. καὶ ἔφωτι τῷ ὀργιστικῷ καὶ τῷ ἐπιθυμητικῷ ἐνδοῦναι, τοῦ ἐπιφανοῦς μὲν ἤθους ἐκφερόμενος αὐτῷ ἐμπεφυκότος, τοῦ τιμίους δὲ τοὺς ἱερέας ἐκχθαρεῖς τὴν ὀρχήστραν ὅγε καθεῖλατ' ἂν τὴν τοῦ ἐνυοῦς. ὅπου δὴ τοῦ τοιούτου καὶ τηλικούτου ἀξιώματος τὸ αἰδέσιμον, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς προκειμένοις εὐδοκίμησιν ἀπαρνήσασθαι οὐκ εὐλαβεῖθη, τοσούτου θεάτρου συγκαθίσματος ἄπιστος εἰς ἐκεῖνον ἀτενίζοντος ἐπεὶ τί ἂν αἰσχύνθαι δῆθ' ἂν τῶν ἡμετέρων οὗτος ἀνάξιον τούτου τοῦ βουλεύματος αὐτοῦ, καθ' ὃ δὴ αὐτὸ παρακαλινδεῖται τὰ τῆς ἀληθινῆς θρησκείας τό γε ἐπ' ἀνθρώποις ὄν. ὅπερ καὶ ἄλλοτε πολλαχῶς ἤδη ἐφ' ἡμῶν ἐγένετο, τοῦ θεοῦ δήπου ἐναργῶς ἀποδείξαντος ἐν τοιοῖσδε, καὶ οἱονεὶ δὲ πιστωσαμένου τὸν ἑαυτοῦ ἐκλεκτούς, ὡς ὁ σωτήριος πλείστη εἰς αἰῶνα τυγχάνει διαρκέσουσα ἀναπαραχάστως, ἐπ' ἀφθάρτων δὴ θεμελίων βεβηκυῖα τῶν θεμελίων, καὶ εὖ μάλα καταβληθέντων. ἐξὸν δ' αὐτῷ καὶ προσῆκον τῷ πατρί, εἴπερ ἠδίκηται ἢ ἠγνωμόνηται ὑπὸ τοῦ πάντων πρεσβεύοντος τῶν ὑῶν αὐτοῦ, ἤτοι ἀποκηρῦξαι ἢ ἄλλως δίκην εἰσπρᾶξαι αὐτοῦ, ἕως τύχοι ἀπὸ τούτου περιουσίας τῆς δυνάμεως, οὐδὲ τῆς φιλοτοργίας ἀφιέμενος τῆς τῶν πάλαι προγεγονότων ἀρχιερέων, καὶ πολλὰ χαίρειν φράσας τῷ καλῷ καὶ τῷ πρέποντι, εἴς τι ἔτυχεν εὐθὺς αἰτίας ἐπεξελθών, καὶ ἐσχάτου δὴ αὐτῷ ὑφ' οὗ τετίμηται τῷ πρεσβείῳ ἐν τέκνοις εἰληχότι, καὶ ἀπωλείας τῆς ἐσχάτης, αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἐγγόνοις καὶ πάσῃ τῇ θεραπείᾳ αὐτοῦ. οὕτως ἀνὴρ τἆλλα ἀξιέπαινος, καὶ δὴ καὶ ἀμέμπτως γε εἰς τήνδε τὴν ἀξίωσιν, ὡς λόγος, ὑπηγμένος, ἐκπαθῶς εἶχεν καὶ ἐκτόπως περὶ τὰ εἰς νοῦν ἅπαξ ἐμβεβλημένα καὶ δικαίως κἀδίκως. ἐφ' οἷς διὰ στόματος γενόμενος τοῖς ἀνθρώποις οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ ἤδη ὡς οἶμαι ᾔσθετο, παρ' ὃ καὶ εἰς τὸ ἐπιεικὲς τοῦ ἤθους ἐπανήξειν ἐπίδοξος ἡμῖν ἐστίν. ἑαυτοῦ τε εὐφυΐᾳ ἀλλ' ἀπεχ χρήσασθαι τῇ εἰκασμένῃ χρηστότερον, ἐὰν οὐ προσθεν ἐγκεχείρισται. οὕτω γὰρ περὶ αὐτοῦ πέπεισμαι, οὐκ αὐτὸς μὲν ἐγνωκὼς αὐτόν, τῶν ἄλλων δὲ διακηκοὼς αὐτοῦ τότε φιλάγαθον φύσει καὶ φιλόλογον δεξιῶν τῶν, ὑπὸ τῶν πεπλησιακότων αὐτῷ διεφθαρμένον. παυόντων μὲν οὖν οἱ πολέμιοι τὴν φλυαρίαν ἑαυτῶν, καὶ τὸ ἱερώτατον ἀξίωμα μὴ πρὶν τῶν ἤδη πρόσχημα τῆς κακουργίας, ἐν τοῖς μὲν διατάγμασιν αὐτοὶ τοῖς ἰδίοις καὶ τοῖς παραγγέλμασι προγεγραμμένοις, τὰ καὶ τὰ καταψευδομαρτυροῦντες τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ὅσον δὲ εἰς τὰ μάλιστα καταπεπτώμενοι ὅτι τῇ θρησκείᾳ

B ἀπήχθηται τῇ ἐκκλησιαστικῇ, διὰ τούτων ἐλπίζοντες τῶν ἐπινοημάτων ἀποσπάσασθαι αὐτοῦ τοὺς ἄγαν προσθεμένους τῶν ὁμοσπόνδων, καὶ συμβοηθεῖν ἀεὶ αὐτῷ προφιλοτιμησαμένων. αὐτός γε μὴν ὁ βασιλεὺς Φραγκίσκος, εἰ καὶ ἑαυτῷ μηδὲν συνῄδει ἀγεννῶς εἰργασμένῳ ἢ παρασπόνδως, πολλὰ δὲ παθόντι ἀνθ' ὧν εὖ πεποιηκὼς ἀεὶ ἔφθη τὸν τῆς θρησκείας αὐτῆς ἐπιστάτην, ὅμως ἔοικεν ἀεὶ εἰρηνικῶς διακειμένῳ καὶ εὐαρέστως. καίπερ παρ' ὀλίγον ἐλθὼν τῶν ἰδίων αὐτὸς καὶ πατρῴων ἐκπεσεῖν ὑπό τε τοῦ τῶν ἐχθρῶν καὶ ἀγνωμονοῦντος ἐκείνου, ἐπιβουλὴν δεινὴν ὢ θεῖε ἐπιβουλευσάντων αὐτῷ τε καὶ τοῖς αὐτοῦ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνος εἰς ὁπότερον ἂν ἔλωσι, νυνὶ οἱ ὑπεναντίοι, εὐτρεπής, ὅσα γε κἀμὲ συνιδεῖν ἐξ ὧν τι λέγοντος τούτου ἀκούω καὶ πράττοντος αἰσθόμενος, καὶ ταῦτα τῆς μητρὸς αὐτοῦ τῇ εἰρήνῃ ἀεὶ συνεδεξαμένης ἐκ τῶν ἐνόντων. ὥστε ταλαντευόμενος τὴν γνώμην ἰσοῤῥόπως νῦν, ῥᾳδίως ἂν ἀποκλίνειε ὅποι ἂν ἐπιῤῥέπῃ εἴη τῶν προόντων ζυγὸν πραγμάτων κατάστασιν. τούτων οὕτως ἐχόντων ὅστις ἂν τοῦτ' ἄπαν διακοίνοιτο τοῦ πολέμου τούτου πρότερον ἐξάψασθαι συνιθεῖρας, τοῦ χειμῶνος ἂν ἐπιγινομένου μαρανθέντας, διακαίστερον αὐτὸς αὖθις ἀναῤῥιπίσαι, ἴσθι μὲν αὐτὸς μὴ λυσόμενος, αἰτίας τε δὴ αἰῶνος ἔξω, δύο τῶν ἐσχατωτάτων δαίμονας ἐπικρατεστάτων βασιλέων ἐνδόξων ἀλλήλοις συγκεκροτηκέναι ἐπὶ λαμπροτάτῃ ζημίᾳ καὶ ἀνηκέστῳ θεοσεβείας τῆς δοκίμου. καὶ μὴν εἰ οὕτως εἰσὶ νεμεσητικοί, ὥστε τὴν ἐπιπλάζουσαν ἡμῶν καὶ ἔκπολιν εἶναι δοκοῦσαν εὐημερίαν βαρύνονται, οὐ κατ' ἀξίαν πράττειν αὐτοῖς δοκούντων, ἀλλ' ὑπὲρ μέτρον εὐθηνουμένων, ἐννοούντων μὲν αὐτοὶ ὅτι αἱ μέγισται δυνάμεις συμφοροῦσαι, ἄλλως μὲν ἀφ' ἑαυτῶν προσηρεῦσαι ἀλλήλαις εὐφυεῖς τυγχάνουσιν οὖσαι, καὶ εἰς ἅμιλλαν αὐτοκίνητοι. ὁποτέρας μέντοι τούτων ἑτέρας μαραινομένης τῶν μειζόνων ἐφειμένη περιγένηται, καὶ δὴ ταύτην λογίζεσθωσαν εἰς νεμεσητοτέραν εὐθηνίαν καὶ ἀκαταπαυστοτέραν ὑπερέξειν, τήν τ' ἄλλως τότε μεταιοίας ἀκολουθησούσης τοῖς τῷ βρίθοντι αὐτῆς ὕστερον δυσχεραίνουσιν. ἔῤῥωσο, ἐν αὐλῇ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς τῶν νέων καλενδῶν τῇ ὑστεραίᾳ.

Βουδαῖος Φιληκόῳ εὖ πράττειν.

Εἰς τοὔμπαλιν ἡμῖν τὰ τῆς διαίτης τῆς στρατιωτικῆς ἀπέβη. ᾤμην γὰρ κινδύνους ἔσεσθαι μόνους ἀπὸ τῆς τῶν πολεμίων ἐφόδου. καί μέν τοι τὴν πρώτην ταύτην στρατείαν ἐστρατευμένον ὄντα πεντηκοντούτη, ἀνεπιστήμων μαχῶν οὐκ ἥκιστα ἀποδειλιάσειν τι, καὶ περὶ τὰς συμβολὰς καὶ συνάψεις τῶν χειρῶν κινδυνεύσειν περὶ τῆς ψυχῆς. ἅμα δὲ καὶ ἐν τουτοισὶ τοῖς μησὶ χειμερίοις, κακῶς ἔσεσθαι ἔγωγ' ὑπὸ τῆς ὥρας καὶ ῥίγους

ῥίγοις ἐδόκουν. ὅς γε μεσοῦντος ἤδη τοῦ φθινοπώρου στρατηγεῖν ἀρχομένου τοῦ βασιλέως, τότε γὰρ δὴ πρώτως αὐτουργὸς καὶ ἀπροφασίστως, παρασπονδουμένος ᾔσθηται, τῆς ἀκολουθίας αὐτοῦ εἰχόμην· ὡς δὴ τηνικαῦτα μαθὼν, πρὸς ἀνδρὸς εἶναι κρίνων ἴσως φιλοψύχου τε, καὶ ἀτίμως περὶ ἑαυτοῦ βεβουλευμένου, καίπερ δυσρίγης ἔχων κατὰ τοὺς πρόσθεν χρόνους τοῦ χειμῶνος εἰωθὼς καὶ βαρυτέρως. ταῦτα δὲ, ἐς τοὐναντίον πάντως ἡμῖν καὶ παράδοξον περιέστη, ἀμέλει, ὅπερ οὐ πάνυ πολὺ ἀγασθείης ἄν, οὐδ' αὖθις ἀντιπαρατατ- C
τομένους μὲν ἰδὼν τοὺς πολεμίους, τούτων δὲ καὶ τῶν ἡμετέρων σύρραξιν αὐτίκα δὴ ἐσομένην οἰόμενος, ἀλλ' οὐδέ γε τῆς σάλπιγγος ἐπαΐων, τὸν ἀγῶνα οὐδέπω ἐσόμενον σημαινούσης, οὐδὲ τότε περίφοβος ἐγενόμην· τοῦ βασιλέως εὐπνοοῦντος πεποιθὼς ἀδεῶς τε διακείμενος, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ συντάττοντι εὐκαταστάτως καὶ παραθαρρύνοντι. οὐδὲ μὴν οὐδ' αὐτὸς ὑπὸ ῥίγους καταψυχθεὶς περὶ ἐκεῖνον, καίτοι ἀστέγως γ' ἔστιν ὅτε διαιτώμενός τε καὶ ὡς ἂν τύχοι αὐλιζόμενος ἐν κώμαις ἠμελημέναις τε καὶ ἐμπεπτωκυίαις. ἀπὸ πυρὸς μέντοι αὖ ὀλίγου δεῖν ἔφθημεν ἡμεῖς ἀποτεθνάναι, τῆς νυκτὸς γὰρ προϊσταμένης ἐφ' ἧπερ ἤδη ἡ ἡμέρα ἐπέλαμψε, ἐτυγχάνομεν πολλοὶ ὄντες συνῳκισμένοι ἄλλοι πρὸς ὑπωρόφου, οἷάπερ αἱ τῶν ἐγχωρίων εἰσὶν αὐτόθι καὶ τῶν γε ἡμετέρων τῶν ἐνταῦθα αἱ ἐπαύλεις. ἦν δὲ παμμεγέθης τε καὶ παμπληθῶν δεσμῶν στερεῶν τε καὶ κριθινῶν γέμουσα. ἐγὼ μὲν οὖν ἐν ταύτῃ μετὰ τῶν ἵππων ἓξ καὶ σκευῶν πρὸς γωνίᾳ τινὶ καθιδρυμένος καὶ συμπλακεὶς, χάριν ὅμως εἶχον τῷ θεῷ τε καὶ τοῖς περὶ ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν οὖσιν, ἐπ' εὐρυχωρίᾳ ἐκείνῃ ἐμοὶ ἐπισταθμευομένῃ, ὥς γε ἦν στενοχώρημα σύμπαν τὸ κατὰ τὴν παρεμβολήν. ἐν κραββάτῳ τε οὐδοτιοῦν κατακλιθεὶς μεγαλοπρεπῶς, ἐπιπόλαιον ὑπνώττοντι ἐῴκειν. οὐ γὰρ ἐξῆν τοῦ δέους περιϊσταμένου γιγνομένης ἀπολαῦσαι τῆς ἀναπαύλης. ὅμως μέντοι ἁμωσγέπως κοιμωμένου μου, ἰδοὺ δὴ ἀμφί πη τὴν δευτέραν φυλακὴν, βοὴ καταπληκτικὴ ἐξανίστησιν ἡμᾶς, ἀναβοώντων τινῶν πρὸς ἐμπρησμὸν τοῦ στρατοπέδου, καὶ συμβοηθεῖν, ὡς ἔθος, ἐγκελευομένων. ὡς οὖν τάχιστα τὸν θόρυβον ὅστις ἐστὶν ᾐσθόμην, εἶχε γάρ με ὡς ἔφην, φροντὶς ἀεὶ καὶ προσοχὴ μεμεριμνημένη, ἐπιστάμενον δῆθεν εἰς ὅσον κινδύνου καθεστήκειν ἐν τῇ ἄλλῃ καθειργνύμενος φρυγανώδους ὕλης μεστῇ, παμπλήθους δὴ δᾳδουχίας πάντα καταλαμπούσης. ἀλλὰ μὴν ὡς συνῆκα τῆς βοῆς τὴν αἰτίαν, τῆς τε κλίνης εὐθὺς ἐκθορὼν, καὶ τοὺς ὑπηρέτας τοὺς ἐμοὺς ἐξανιστὰς, ἐσκόπουν τὸ πρᾶγμα θεωρήσων. τὸ δὲ ἦν πυρκαϊὰ μεγάλη οἶκον μέγιστον νεμομένη, φοβερὰν ὄψιν ἔχουσα καὶ δεινῶς ἐκπληκτικήν. ἐξ ἧς δὴ ἄττοντες τῇδε κἀκεῖσε σπινθῆρες, καὶ δὴ καὶ φλογώδη ἀποσπάσματα, τῶν πέριξ ἐφέροντο προσαπτόμενα καὶ εὐθὺς ἐμπιπρᾶντα. τῆς δὲ δὴ φλογὸς ἐκείνης τὸ στρατόπεδον ἅπαν περιλαμψάσης, καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ παρεμβολῇ κατὰ μακρὸν διαναστάντων, ἐκφορούντων τοὺς πολλοὺς θορυβωδῶς τὰ ἔνδοθεν ὅλως ἂν καὶ κατὰ σπουδὴν σκευαγωγούντων. ὡς μέντοι ἑκάστοτε ἐπὶ τῆς εἰσβολῆς ταύτης τότε στρατηγητικὸν τοῦ βασιλέως καὶ τὸ αὐτοκρατορικὸν ἐξεφάνη, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐξέλαμψεν ἡ προθυμία καὶ δεξιότης αὐτοῦ, πρὸς πάντα τε εὐσταλὴς ἀεὶ καὶ πρὸς τὰς D
ἑκασταχοῦ χρείας ἐνδέοντι ἐκκειμένη. οὗτος γάρ τοι τοῦ καταλύματος κατ' ἀρχὴν εὐθὺς ἐξιὼν καὶ περιαγνύμενος, τοῦτο μὲν, τὸν θόρυβον καὶ τὴν ταραχὴν καταστήσας, τοῦτο δὲ, τὰ πρότερον ἐπιτάξας πρὸς τὰς φυλακὰς, τὰς κατὰ τὴν ἐπιδοξίαν τῶν πολεμίων ἐφορμήσεως, εἶτα πολυχειρίαν προσαγαγόμενος τὴν ἐκφλόγωσιν ἀπερύκουσαν περαιτέρω ἐξῆς προβεβηκυῖαν, ἄδειαν ἡμῖν ἐκ πολλῶν περιέχει, καὶ ἀσφάλειαν τῆς φλογὸς ἐπὶ τούτοις κατὰ μακρὸν συνεζευγμένας. πρὸ δὲ τούτου τῶνδε τῶν ἀπὸ τῶν πυρῶν δέος ἕτερον συνεπέπλεκτο μεῖζον, διαπορούντων δῆθεν ἡμῶν εἰ δεδιότων μή πῃ αὕτη ἦν τῶν πολεμίων παρασκευὴ, καὶ σκευώρημά τι στρατηγηματικὸν, ἐφ' ὅτῳ περισπωμένοις ἡμῖν θορυβωδέστερον εἰ ἀπασχολουμένοις ῥᾷον δὴ αὐτοὶ καὶ φονικώτερον ἐπιθήσονται. τὸ μὲν οὖν κατὰ τὴν νύκτα τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον. ὁ δὲ μεσουρανοῦντος τοῦ ἡλίου καταλαβὼν ἡμᾶς κίνδυνος, καὶ ἐκεῖνον ὑπερβαλὼν τὸν νυκτερινὸν, καὶ οὗτος δὴ ἀξιόλογον ἔσχε τὸ ἀπομνημόνευμα. μετὰ τὴν ἱερουργίαν εὐθὺς σῖτον ἀναιρούμενος, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἱππασίαν ἐνδεδυκώς τε καὶ ὑποδεδεμένος, ἐτύγχανον μὲν περιπατῶν καὶ προσδιαλεγόμενος τῶν ἐμοὶ συνήθων τινί. ἐν τούτῳ δὲ σάλπιγξ τὸ δεύτερον ἤδη ἀνακλάγξασα, καὶ τὴν ἀναζυγὴν σημαίνουσα, ὑπεμίμνησκεν ἡμᾶς ἐξακτέον εἶναι τοὺς ἵππους ἠντρεπισμένους, ὡς ὅσον αὐτίκα ἐπιστησομένου τοῦ βασιλέως. εὐθέως οὖν ἦμεν πρὸς τὸ κατασπεύδειν τοὺς οἰκέτας τοὺς ἐμούς. καὶ ταῦτα διότι ἑώρων τοὺς ἄλλους ἤδη ἐκτὸς τῆς ἱπποστάσεως ὄντας, καὶ τοὺς ἵππους χαλιναγωγοῦντας, ὡς ποιεῖν εἰώθασιν οἱ ἐν προσδοκίᾳ ὑπάρχοντες. τούτων οὖν ἡμῶν διὰ σπουδῆς ἀγόντων, οἴκημά τι μέγα συνεχὲς τῇ ἱπποστάσει τῇ ἐμῇ, φλογὶ ἀφανιστικῇ σφόδρα οὕτω κατείληπτο καὶ ἐξαίφνης κατεπόθη, ὥστ' εἰ μὴ τὸ πρᾶγμα συναισθόμενος τὸν ἵππον ᾧ χαίρω ὀχούμενος αὐτὸς προὐχειριζόμην, τούς τε διακονοῦντάς μοι τότε, τὸ αὐτὸ ποιεῖν ἕκαστον θορυβωδῶς ἀνεμίμνησκον, καὶ τῷ πυρὶ παραχωρεῖν, οὐκ ἂν νῦν σῶοι ἦμεν. καὶ στέρξοι ἐν ἀκαρεῖ τὴν κώμην ἅπασαν παμμεγέθη, καὶ σὺν ταῖς σκηναῖς τοσαύτην χωροῦσαν στρατοπεδείαν, ἡ ἐκφλόγωσις περιβαλλομένη ἠμαύρωσεν ἀποτεφρωθεῖσαν, ἡμῶν τὸ θέαμα ἐκεῖνο καταπληττομένων, καὶ δὴ καὶ τὰ πολεμικὰ μυσαττομένων καὶ μὴν οὐδ' αὐτὸς ὁ τοῦ στρατοῦ ἡγούμενος βασιλεὺς, μεταξὺ καθοπλιζόμενος, καὶ τὴν σκευὴν τὴν πρὸς ὁδὸν στρατιωτικὴν ἐπαναβαλλόμενος, καὶ περιαυτίσας, ἄδειαν τούτου θορύβου εὕρετο, ὡς ἤκουσα ἀπομνημονεύοντος αὐτοῦ τὸ δεινὸν, παρ' ὀλίγον γε ἐλθὼν ὑπὸ καπνοῦ καὶ τοῦ καυσώδους πάντα περιέχοντος ἀποπνίγεσθαι. τοῦ δὲ συμπολεῖσθαι τὰς ἐν τῇδε τῇ ἀθανοτίδι κώμας, αἴτιοι μὲν οἱ ἡφαιστίδαι ἀπόγονοι δήπου τῶν γερμανῶν εἰ κιττάνωας. οἱ τόνδε τὸν νόμον πολεμικὸν εἰσηγούμενοι τὸν καινότερον, ἐχρήσαντο πρότεροι ἀναιδῶς καὶ

φιλα-

φιλαπεχθημόνως. νενόμισαι γὰρ παρ' αὐτοῖς οὕτω κατάρξασθαι τῶν πολεμικῶν ἔργων. οὓς δὴ τοῖς ἴσοις ἀμείψασθαι οἱ ἡμέτεροι βουλόμενοι, φείσασθαι τῶν ἀόπλων σωμάτων τοῦ βασιλέως παραγγέλλοντος, τὴν ἑτέραν ἐτράποντο τῆς τιμωρίας ὁδὸν, ἀντιδρῶντες ἃ πεπόνθασι. οἱ δὲ δὴ πάσας τῶν κωμῶν φυγάδας τῶν ὑπὸ τῶν πολεμίων καταπεπρησμένων, τῷ στρατῷ ἀκολουθοῦντας τῷ ἡμετέρῳ, ταῦτα ποιήσειν φάσκοντας ἐπὶ τῷ μετιέναι τοὺς πεπονθηκότας φιλέχθρως καὶ ἀνηλεημόνως, οὓς ἡ βασιλέως ἐπιμέλεια πολλάκις τυχαίως ἀποδρύξασα, τὰ πυρὰ ἄφνω καὶ λάθρα καίοντας ὅπῃ ἂν τύχοιεν ἐξευρίσκει. ἔρρωσο.

Βουδαῖος Φιλωνόῳ εὖ πράττειν.

Οὐ πάνυ που οὕτος, δοκῶ μοι ἠμαρτηκέναι τῆς εὐσοχίας, ἐν οἷάπερ αὐτὸς τυγχάνω ἐσχασμένος κατ' ἀρχὰς καὶ προφερικὸς περὶ τοῦδε τοῦ πολέμου. καὶ γάρτοι μέγα φρονοῦντες τοπρότερον οἱ ὑπεναντίοι τῇ μὲν, ἐπὶ τῇ σφετέρᾳ ἑαυτῶν ἀνδρείᾳ, τῇ δὲ, ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ ἀμηχανίᾳ καὶ ἀθυμίᾳ, πολλὴν αὖ ἀσυνεσίαν νυνὶ καὶ περιπέτειαν ὠφλισκάνουσιν. οὐ γὰρ ἀτεκμάρτως πρότερον τοῦ βασιλέως, καὶ κατὰ χώραν μένοντος, πρὸ τοῦ ἀκριβῶς ἐξετάσαι τὸ γενόμενον, καὶ ἐξελέγξαι τὰ ἐναντία φρονούντων αὐτῷ τὰ παρασκευαζόμενα, καίπερ ἐπιόντων καὶ καταδραμόντων ἤδη αὐτῶν παντὶ στρατῷ, καὶ τὰ μέσα καὶ ὀλβιώτατα τῆς ἡμετέρας πατρίδος προσιέναι ἀπειλησάντων, οὐκ εὐορκεῖν μὲν ἔδοξεν αὐτοὶ καὶ ταῖς σπονδαῖς ἐμμένειν ἡγοῦντο καὶ ἔφασκον, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀβελτηρίας λοιδοροῦντο, ἐπικαλοῦσι, φάμενοι παντῃ παντως ἐπτοημένον, οὐδ' εἰδότα ὅ, τι καὶ ὅπως βοηθητέον εἴη τῇ πατρίδι καὶ τῷ αὐτοῦ κράτει ὅσον οὔπω παραλυθησομένῳ. οἱ δὲ, ὡς μαλακιζόμενον αὐτὸν καὶ κατεβλακευμένον ἔσκωπτον, τὸν καιρὸν τῆς στρατολογίας ἐν τῇ γυναικωνίτιδι καθυδυπαθεῖν ἀθλίως ὑπολαμβάνοντες, οὐδὲν αὐτὸν ποιοῦντα τῶν χρησίμων πρὸς τὴν ἄμυναν καὶ προφυλακήν. ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν αἰνώνων παραδείκνυσθαι πολὺ τὸ εὐτράπελον καὶ κομψὸν βουλομένων, τοῦτο περιέλληται τὸ φθέγμα, στωμύλον δήπουθεν καὶ χάριεν ἐπιεικῶς, τὸν βασιλέα ἀμύνεσθαι τὴν σφῶν ἔφοδον προθυμούμενον, οὐ δύνασθαι. οὐκέτι γὰρ καὶ νῦν περιεῖναι τὸ γένος τῶν γάλλων γνήσιόν γε καὶ ἀκέραιον. οὗ εἵνεκα αὐτὸν μέλλοντα ἀλεκτρύονα πρὸς ταῖς ἀλεκτρυαίναις ἐνδιατρίψαι, ὅπως φύσιν ἐκ τούτων νεοττοὺς καὶ τὸ ἔθνος ἀπεργάσαιτο. εἰσὶ δ' οἳ καὶ βασιλέα οὐδ' ὅλως ἡμῖν ἔτι ἔφασαν, ἀλλ' ἐν ἀναρχίᾳ τοὺς φράγκους ἐπιζῆν, οὐ μὴν δὲ καὶ αὐτονομεῖσθαι. τουτοισὶ τοῖς στωμύλμασιν ἄνθρωποι καγχασικοὶ σφᾶς αὐτοὺς ᾤοντο ἐξώλεις πείσεσθαι τοὺς φράγκους, καὶ τὸν εἰσαῦτα πόλεμον καταπολεμήσεσθαι. ὅπως οὖν τὸ πρᾶγμα περιέστη τούτοις, τοῖς τοῦ φραγκικοῦ γένους εὐκλείᾳ συμπεπτωκέναι αὐτοῖς δοκοῦσι, λάξ, ὡς ἄν τις εἴποι, ἐναλλομένοις, τὰ συμβεβηκότα ἔναγχος φανερὸν ποιεῖν δύναται. στρατηγῶν γοῦν τοῦ ἄρχοντος ἡμῶν καὶ εἰσελαύνειν εἰς τήνδε τὴν χώραν ἐπιβαλλομένου, οἱ μάλιστα τῶν ἀπεχθανομένων ἡμῖν φρονηματίαι φαινόμενοι, καίτοι καὶ ἄρειοι δὴ πιόντες οἱ αἰγῶνες, καὶ τὸν μὲν φθόνον ἡμῖν αἰεὶ ἐνῆσθαι, ὡς ἂν δύναιντο μάλιστα, ὑπεκκαίοντες, νυνὶ δὲ τοῦ πολέμου τουτοῒ τῆς καυστικοῦ δεδοικότες, ὡς λόγος, καὶ ἀναπλήκτοι, οὐδέποτε ποτὲ ἐφεξῆς ἀρήξοντες τῇ ἑαυτῶν ὅπῃ ἔτυχε ἀντιποιουμένῃ. ἐφ' ὅτῳ δὴ ἐλλέμμεχη αὐτοί, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐρήμην ἠλώκασιν ὑφ' ἡμῶν, τὴν δίκην ταύτην ἀδικίας ἐφ' οἷς ἀδίκων χειρῶν ἦρξαν, ἐπαγαγόντων αὐτοῖς. ἣν δὴ ὁ ἄρχων ἡμῶν βασιλεύς, τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος αὐτοκράτορος καταδικάσασθαί μοι δοκεῖ, αὐτός γε εἰς τὸ κριτήριον ἐλθών, ἐκείνου οὐδ' ἀπαντήσαντος αὐτοῦ εἰς τὴν κυρίαν, οὐδ' ἄλλους πέμψαντος, τήν γε τὰ ὅλα κρινοῦσαν μάχην συνάπτειν αὖ ὑπομένοντας. τοῦτο μέντοι τὸ τῆς περιμίας οἱ αἰγῶνες πεπονθότες μοι δοκοῦσι, καὶ δὴ καὶ εἰς σφέτερον αὐτῆς γένος μετεννοχότες τοὔπιθεν τὸ πάλαι θρυλλούμενον, οἱ αἰγῶνας μὲν κακὸν οὐκ εἶχον, οἱ δ' ἐφ' αὑτὴν ἐπεσπάσαντο. καίτοι γε καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῆς ἐμπλήκτου φυγῆς ἀμνημόνως διακείμενοι, πάσας μὲν τὰς οἰκήσεις, τῶν οἰκούντων ἔρημα ἐάσαντες προὐκάκωσαν, καὶ τῶν σιτοπεπισμένων ἄλλων σπερμάτων τε καὶ χιλῶν κατάπλεω τὰ οἰκήματα ἐγκατέλιπον τὰ σιτοδόχα, ἃ δὴ χόρτος καὶ κριθῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ χρείαν ἐπέχοντα, προσῆλθε καὶ τοῖς χαμαικοιτοῦσι τῶν ἀκολούθων καὶ στρατιωτῶν εὐχρηστίαν, καὶ τοῖς ὑποζυγίοις δὲ ὑπεδέχοντο καὶ τοῖς ἵπποις. ὅπερ δὴ ἐπελθεῖν τούτοις ποιεῖν ἄν τις ὑπολάβοι, καὶ τοῦτο τὸ ἐφόδιον ἡμῖν παρασκευάσαι εἰς τὴν ἑαυτῶν εἰσβαλοῦσιν, ἀνθ' ὧν ὑπῆρξαν αὐτοὶ πυρπολήσαντες τῶν ἡμετέρων, τοῦ ἄρχοντος ἡμῶν τηνικαῦτα ἡσυχίαν ἄγειν εὐόρκως τοὺς ἑαυτοῦ παραγγείλαντος. σὺ μὲν δὴ ὦ φίλε, τῆς πρόσθεν ἀνενεγκὼν νυνὶ λειποθυμίας, καὶ ἐκ τῆς μερίμνης τι καὶ κατηφείας ἐκείνης ἐπανακύψας, εἰς ἣν καταπέπτωκας διὰ τὴν τουτωνὶ τῶν αὖθι σπερμολόγων ψευδολογίας, δικαίως ἂν καὶ προσηκόντως τούτοις ἂν ἀμείψαιο τοῖς εὐαγγελίοις ἐκείνους, οἵτινες ἀεὶ μὲν ἡ δυοῖν ἡμῶν σφάλμασι πρόωροι ἐπεμβεβηκότες καὶ προπετῶς ἐπιφύντες, δίκαιοί εἰσιν ἀντακοῦσαι νῦν ταῦτα, δι' ὧν λελωβημένην αὐτῶν τὴν πατρίδα καὶ τὰ ἔσχατα παθοῦσαν αὐτοὶ ἀκούσονται, ἀνθ' ὧν αὐτοὶ λυμεῶνας τῶν πόλεων τῇ ἡμετέρᾳ ἐφθέγξαντο ἐπαφεῖναι. ἅμα δὲ τῷ αὐτῷ ἀκροάματι τουτοσὶ τὴν βασκάνους τῆς καταλαλιᾶς ἔσῃ καταπεπαυκώς, καὶ τοῖς ἐκπλαγεῖσι τῶν τὰ φίλα ἡμῖν φρονούντων ἐφ' οἷς προτετυχηκότες ἐτυγχάνομεν, σύγγε ἀπεργάσῃ τὴν εὐθυμίαν. ὁποῖ' ἄττα μὲν νῦν ἔσται τὰ τούτων ἑξόμενα τῶν προλαβόντων κατορθωμάτων, ὁ θεὸς μὲν εἰδείη, ὁ πάντως τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων αὐτεξούσιος, ᾧ δὴ καὶ τοῖς θείοις ἅμα πᾶσι, ξυνδόξει κύρια ἡμῖν ποιῆσαι τά τῆς σωτηρίας τι σύμβολα προτοῦδε ἐκφανέντα, καὶ

νίκης

νίκης τελευτώσης πάντα εἰς τὸ ἐπὶ πᾶν διακρινούσης τὰ ἀμφισβητήσιμα. ἀλλά τοι εἰ ἡ ἐλπὶς εὐλόγως εἰς τὴν ἐμβεβλημένη, ἀσφαλίζεσθαι ἀμωσγέπως δύναται τὴν διάνοιαν τὴν περὶ πράγματος μέλλοντος ἐπαμφοτερίζουσαν, εἰκότως μέντ' ἂν εἰς τὰ ἐπὶ τούτοις εὐψύχως ἴοιμεν καὶ πεποιθότως. καὶ ταῦτα οὐδὲν ἡμῖν συνειδότες οὐδὲ παρανενομημένον οὐδὲ κατεπιωρκημένον. ἀμέλει ἐκ τῶν μέχρι τοῦδε τεκμήριόν ἐστιν οὐκ ἀπαίσιον οὐδὲ δυσοιώνιστον, ὅτι γε τὰ προφθάσαντα εὖ καὶ καλῶς ἡμῖν περιῆλθε. εἴ γε ἀνθ' ὧν οὔπω ἀνταιρόμενοι τοῖς ἐπιοῦσιν ἀντιπάλοις πεπόνθαμεν, διπλάσια ἤδη αὐτοῖς ἀποδόντες τὰ ἐκείνων καὶ καταστρεφόμενοι, ἀπετίσαμεν, τοῦ θείου δήπου διατάξαντος, τοὺς μὲν στέρξαντας τοῖς παροῦσι καὶ καλῶς καθεστηκόσι τοὺς αἰνετούς, οἵτινες τοὺς Γερμανοὺς ἐπαναστάντες διαπλῶσι, καὶ δὴ τὰ πρωτεῖα ἄρασθαι τῆς τε λύμης καὶ φυγῆς, καὶ ὥσπερεὶ τοῦ ἄρξαι ἀπάρξασθαι τῆς ἰδίας σφῶν αὐτῶν, εἰ καὶ τὴν ἀνδροκτονίαν ἡμεῖς ἐφθάσαμεν, τὴν ἐναντίαν οὐδὲ παιδοκτονίας ἀφιστώτων. τοιγάρτοι περιεγένετο τῇ ἡμετέρᾳ πατρίδι, ὑπὸ συστάντων τοσούτων καὶ τηλικούτων ἐχθρῶν καὶ συνωμοτῶν παρασπόνδως καταστασιάσασθαι ἂν δοξάσῃ, οὐχ ὅπως διασώσασθαι τοὺς ἐνστάντας, καὶ ὄλεθρον δὴ αὐτῇ προθύμως φαμένους, ἀλλὰ καὶ τὸν κίνδυνον εἰς αὐτοὺς καὶ τὸ δεινὸν περιτρέψαι. τοῖς δ' ἐχθροῖς ἡμῶν αὖθις αὖ περιγένονται, ἐξ ὧν οὗτοι ὑπῆρξαν ἐλάσαντες εἰς ἡμετέραν, καὶ ἄγειν καὶ φέρειν τὰ ἐν χερσὶ γλιχόμενοι, αὐτοῖς ἀπολαύειν πολλαπλάσιονα τῶν προηδικημένων ὑπ' αὐτῶν. τούτων δὲ δὴ τῶν πραγμάτων ἡ κατόρθωσις, ἐπώνυμος δὴ ἔσται τοῦ βασιλέως ἡμῶν Φραγκίσκου, οὗ περ ἐπαινουμένου τοῖς τότε τῶν ἡγεμόσιν συνοῦσι διὰ τὴν ἀγωγήν, καὶ ἀπόλεκτόν τι καὶ κατασφαλέστερον πίνουσι, τὰ πράγματα τὰ τούτων νικητήρια, ὡς εἰπεῖν, ἐμαράνθησαν, ἡ πίπτει μεγαλοφρονοῦντες αὐτοί, οἷον δαφνηφοροῦντες ἐπὶ τῇ ἁλώσει μιᾶς πόλεως οὐκ ἄγαν ἀξιολόγου. φέρε δὴ ἄνθρωποι νῦν εὐτράπελοι κομιδῇ ἀστεῖοι, διαλελυμένων χαριεντιζόμενοι σαρκαστικῶς, καὶ τωθάζοντες λεγόντων τὸν ἡμέτερον βασιλέα δυνάμεως τῆς Γαλλίας ἀτρεμεῖν ὡς ἐπιτεθυμμένον τοῖς ᾠοῖς τῶν ὀρνίθων τῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκλέψαι μελετῶντα γαλλίσκους τινὰς νέους εἰς ἀποκατάστασιν τοῦ γένους ἤδη ἠφανισμένου. σχέτλιοι δὴ ἄνθρωποι, μὴ ἀργοῦσιν εὐλόγως ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὴν ἡμετέραν δύναμιν, ὧν ἔργον πρὶν γεγονέναι ἐπὶ κακῷ σφῶν ᾔσθοντο. ἀγαλλιάσθω μέντοι καὶ ὁ τῆς πόλεως τῆς πάνυ ἀρχιερεύς, ἐπὶ τῇ καταλύσει ἐπικρατείας τῆς τῶν Φράγκων, ἐπιπεμπέτω δὲ καὶ τῇ συμφορᾷ καὶ ἀναιρέσει τοῦ ἔθνους ἐπωνύμου τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. ταῦτα γὰρ διαπράξεσθαι αὐτὸς ἤλπιζε, ἐν τούτῳ δήπου ὑπὸ τῆς ἄγαν ὁρμῆς αὐτὸς τὸ ἑαυτοῦ ἐπιεικὲς βιασάμενος, καὶ δὴ καὶ λίαν ἀγνωμονῶν πρὸς τὰ μεθ' ἡμῶν συγκείμενα, ὑπὸ τῶν πλησιασάντων αὐτῷ δήπου προαχθείς. φεῦ τῆς ἀγνωμοσύνης. οἱ τὴν σωτῆρος ἡμῶν ἱερωσύνην διαδέξασθαι φάσκοντες τοῦ εἰσηγητοῦ τῆς εἰρηνικῆς καταστάσεως, οὕτως ἐξίστανται ἤδη τῆς τῶν προγεγονότων εὐλαβείας καὶ ἁγνότητος, ὡς φονικοῖς τισι κατορθώμασι καὶ τῶν ἐθνῶν ὅλων ἐξωλείαις ἐγκαλλωπίζεσθαι, καὶ τὴν αὐτῶν ἀγχίνοιαν ἐν τοιούτοις ἀποτελέσμασιν ἐπιδείκνυσθαι. ταῦτά τοι εἰκότως ἡ σεμνοτάτη ἀξία κορυφὴν τῶν τιμῶν εἰληχυῖα, ἐν αἰτίᾳ νῦν ἐστὶν ὡς προπετῶς ἀτακτήσασα, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἑαυτῆς μοίρᾳ πάνυ ἀκοσμήσασα. ὑπὸ δίκης γ' οἶμαι οὐκ εἰς μακρὰν καταστασιασθησομένη ὡς τὸ ἀξίωμα ἐλαττώσασα τῆς σεβασμίας ἱερωσύνης, καὶ ἅπασι δὴ τοῦ ἱεραρχικοῦ διαβολὴν αἰσχρὰν προστριψαμένη καὶ δυσφημίαν ὅτι μεγίστην. ἔρρωσο, ἐν αὐλῇ Δεκεμβρίου μηνὸς δεκάτῃ τῶν καλενδῶν.

Βουδαῖος Βριξίῳ εὖ πράττειν.

Ὑπὲρ ὅτου σοι Στέφανος ὁ Βλαγκὸς πρόχθες ἐκοινολογήσατο, ᾧ δὴ ἡ ἐμὴ συνῴκησεν ἀδελφιδῆ, εἰ μὴ σὺ ἀποπεπλησμένον παρεσκευασμένος ἔσῃ ὅσον τάχος τὸ πειθόμενον αὐτῷ, ἐρρώσθω ἡ φιλία ἡ ἡμῶν πρὸς ἀλλήλους ἔμπροσθέν τι ἐσκεμμένη ἐπιεικῶς, καὶ τὰ καθήκοντα δὴ ἐκ τῶν ἐνόντων καθημέραν ἀμειβομένη. ἐτύγχανον χθὲς δειπνοποιούμενος παρ' αὐτῷ, καὶ μεταξὺ σιτούμενοι, ὡς φιλεῖ, περὶ πολλῶν τῶν τυχόντων συνδιελεγόμεθα. λόγος οὖν κατά τινα τύχην ἐξέβη τοιοῦτος, ὥστε ἀγροικίας τῆς τούτου μεμνῆσθαι, τῆς εὖ καὶ κοσμίως εἰργασμένης, ὡς οἶσθα, καὶ περιττῶς ἐξησκημένης. οὐθ' ἑξῆς κοινολογίας προβάσης, καὶ ἐκείνου δεινοπαθεῖν διατελοῦντος ἐπὶ ἀτυχίᾳ τινὶ προσφάτῳ κατὰ τὴν ἀγροικίαν ἐντυχημένῃ, ὑπολαβὼν ἐγὼ τὸν λόγον καὶ πυθόμενος αὐτοῦ εἴ τις εἴη ἡ ἀτυχία, κατέμαθον τὸ γεγονὸς ὅπως τε συνέβη καὶ ὅτι οὐκ ἀνήκεστόν ἐστιν. ὡς οὖν τάχιστα ἔγνων τὸ πρᾶγμα ἔτι μετέωρον ὄν, καὶ δὴ καὶ ἐπὶ Γερμανῷ τῷ Βριξίῳ κάμνον ὑπὸ τῆς πάνυ ἑταιρείας τῆς ὑμετέρας, ἐγχειρίσασθαι δὴ οὐκ ὤκνησα καλῶς σε τὸ πᾶν θησόμενον, καὶ δῆτα καὶ αὐτῷ τῷ πενθοῦντι καταθυμίως, ὅτι γε καὶ τὰ ἀπειρασθέντα δὴ μεταθέσθαι οἷός τ' εἴης εἰ οὕτως ἔτυχε. τούτου μέντοι πως ἀποσιωπῶντος, καὶ ὥσπερεὶ ἐπὶ ἀπολωλυίᾳ ἀφορμῇ δυσχεραίνοντος, ἐπανεγεῖραι ἔγωγε τὴν ἐκείνου εὐθυμίαν βουλόμενος ἤδη ἀναπείσαι, ἀναδέξασθαι οὐδ' ὅτι μᾶλλον ἐντελεστέραν τοῦ πράγματος τὴν διάπραξιν ἐπὶ τοῖς ὑπάρχουσί μου πᾶσιν. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ δοκιμῇ μου καὶ ἐπιτιμίᾳ, ἥν περ ἔγωγε περὶ πλείστου ποιοῦμαι τῶν ὑπαρχόντων. σὺ οὖν νεανικῶς εὐθὺς τῷ πράγματι ἐπεξιών, δεῖ ὅπως ἐγγυήσῃς εὐθὺς τὰ κτήματά μου, οὕτω κατεγγεγυημένα ὑπ' ἐμοῦ ἅμα τῇ πίστει τῆς φιλίας ἡμετέρας ἥν τινα ἐνέχυρον ἐπέθηκα τοῦδε ἐπαγγέλματος, τι θαρρικῶς δήπου εἰς σὺ πρὸ τοῦδε ἔφθης ἐπιδείξασθαι. εἰς δὴ προσδοκίας τῆς ἐμῆς, εἰ σὺ ἐνδεεστέραν νῦν ἐπιμέλειαν παράσχοις, πῶς οὐκ ἂν αἴτιος εἴης σοι καὶ καθάπαξ ἀπορρηκὼς εἴης τὴν

τὴν εὔνοιαν καὶ φιλίαν ὅσον αὐτίκα. οὐ γὰρ ἂν ὑπομείναιμι ἀκοῦσαι προφάσεις προφασιζομένου οὐδ' ὁποίας
A δή. ὅσον γε τὴν ὀξύτητα τὴν σὴν καὶ δριμύτητα ἐπίσταμαι ἱκανῶς εἴπερ καὶ ἄλλος, οὐ περὶ καταπράξεσθαι τὰ
προκείμενά σοι καὶ ἐγκεχειρισμένα. ἔρρωσο. φεβρουαρίου μηνὸς τρίτῃ ἐπὶ δέκα.

Βουδαῖος Γιλλίῳ εὖ πράττειν.

Ἐπιλαβὼν ἀμφότερα τὰ γράμματά σου ὑπεγύως μοι ἐπεσταλμένα, ἔγνων ὅλην προθυμίαν καὶ ὁρμὴν σοῦ
φέρων σεαυτὸν ἐνδέδωκας τῇ ἄγαν σπουδῇ τῶν καλλίστων λόγων καὶ σεμνῶν. ἣν δὴ ἐφάμιλλον καὶ
ἐναγώνιον τοῖς καθ' ὑμᾶς εὐφυῶς ἔχουσιν, ἡ ἀποπλισματικὴ τούτου τοῦ χρόνου κατάστασις, ὡς ἔοικεν, ἐποιήσα-
το. καίτοι καί σοι νεανικῶς ὡς ἥσθημαι καὶ ἐπιτυχῶς ταύτῃ τῇ φιλοτεχνίᾳ ἐπικεχειρηκότι, συνήσθην μετὰ
τὸ ἀναλαβὼν τὰς ἐπιστολὰς τὰς σάς, καὶ δὴ καὶ συνεπιλαμβάνεσθαί σοι τοῦ πόνου τι προὐθυμήθην, ὁρῶν σε δή-
που τῶν προειληφότων τοῦτο ποιεῖν, ἀποβλέποντα πεπονθότως, καὶ ἐναμίλλως μετερχόμενον τὸ κατὰ κράτος.
διόπερ ἐν οἷς γεγραφὼς ἤδη τυγχάνεις, ὅτι με ἀρεσκόμενον τῇ ἀξιεπαίνῳ τῇ δὲ σπουδῇ περιεσκόπησας, ὡς
εἴ τι μοι χρῆσθαι βούλει, ἐφίημί σοι ἀπόπειραν ποιεῖσθαι εἰς τὰ περὶ τοὺς λόγους καὶ τἄλλα γ' ἐπ' ἐμοὶ ὄντα ὅ-
πως ἂν τύχῃ. καὶ γάρ τοι ἐγὼ ὁ τοὺς ὁπηδήποτε τὴν ἀφορμὴν ἐντυγχάνοντάς μοι τῶν φιλολογούντων, ἐπιει-
κῶς ἐνδεχόμενος, καὶ ἀπροφασίστως παρέχειν εἰωθὼς καὶ εὐγνωμόνως τοὺς νέους διώκοντας τὴν ἐλλόγι-
μον παιδείαν τοῖς γενναιοτέροις περισπούδαστον, καὶ τούτων καθηγεῖσθαι ἕτοιμος τὰ δεόμενα ἐξηγήσεως,
πῶς ἂν φθονοίην σοὶ τῆς ἐμῆς συνηθείας τι καὶ βοηθείας, τῆς ἐπὶ τὸ κεχαρισμενώτατόν μοι ἐπιτήδευμα ἐ-
πιβαλλούσης. καὶ ταῦτα ἐντυχόντα σε τὴν ἐπιστολὴν τὴν σὴν καὶ τὸ αἰτούμενον ἐκπληρεῖν ἀξιόχρεων οὐχ
ἧσσον Ἰωάννου τοῦ πρεπόσου, ἀνδρὸς βουλεύοντος ἐν τῇ πάνυ βουλῇ τῇ ἐνθάδε, ὑπερευχομένου σου καὶ οἱονεὶ συνδικοῦν-
τος. ἔρρωσο.

Γουλιέλμος Βουδαῖος Πέτρῳ Ἀμίκῳ τῶν ἐκ τῆς ἑταιρείας τῆς φραγκισκανῶν εὖ πράττειν.

Ὦ πρὸς τοῦ θεοῦ τῆς ἑταιρείας καὶ τοῦ τῆς ὑμετέρας ἑταιρείας ἀρχηγοῦ, τί τοῦτο τυγχάνομεν ἀκηκοότες;
σὺ μὲν γὰρ ὦ ἀσπασία μοι κεφαλή, καὶ Ῥαβέλαισον τὸν Θησέα τὸν σόν, λόγος ἀπὸ τῶν μισοκά-
λων τουτωνὶ τῶν ἑταίρων ὑμῶν περιενοχληθέντας διὰ τὴν ἄγαν περὶ τὰ ἑλληνικὰ σπουδήν, πολλὰ καὶ δει-
νὰ κακοπαθεῖν. φεῦ τῆς δυσεντεύκτου τῶν ἀνθρώπων παρανοίας. ὢ τῆς ἀτοπίας θαυμασίας ὅλης. οἵ τινες οὕτως
B ἔχουσιν ἀπειροκάλως τε καὶ ἀναισθήτως, ὥσθ' οἷς ἐγκαλλωπίζεσθαι ἅπασαν τὴν ἑταιρείαν προσῆκε, τὴν ὑ-
μῶν καὶ μέγα φρονεῖν, τοῖς αὐτίκα δὴ ἂν εἰς ἄκρον ἀφικομένοις τῆς παιδεύσεως, τούτοις δὴ βασκαίνοντες τῆς
εὐδοκιμήσεως, ἐπ' αὐτούς τε συστάντες, παῦσαι ἐγχειροῦσι καλλίστης τῆς ἐπιτηδεύσεως καὶ σεμνοπρεπεστάτης.
ὡς δὴ τοῦτο νομιζόμενον πᾶσι τοῖς ἐναντίοις τοῖς ἐπὶ ἀφανισμῷ τοῦ βίου συναγομένοις, ἀγνοίᾳ τε τῶν καλῶν
μαθημάτων ἐναπομεῖναι, καὶ ταύτην στέρξαι, ἣν τινὲς οὕτοι ἁπλότητα ἑταίρειον ἀπεκάλουν. ἐγὼ δὲ βουλοί-
μην ἂν καὶ αὐτὸς τοὺς τῶν ἑταιρειῶν προεστῶτας, τούτους τῶν νέων προσεταιρίζειν μόνους, οἵους ἀγαπᾶν τὰ
νενομισμένα ἐν ταῖς ἑταιρείαις αἷς ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν. οὐ μὴν δὲ καὶ οἵους ἀποστερεῖσθαι τὰ δόκιμα μαθήματα,
καὶ τὴν χρονίαν ὥς φασιν, ὄζειν ἀεὶ προαιρουμένους. ὁ μὴν καὶ ἔγωγε ἀνθ' ἡδονῆς ἂν εἱλόμην τοὺς μεγίστους τῶν
τοιούτους προεστῶτας τῶν ἑταιρειῶν, καὶ πάντας δὲ τοὺς ἀπαιδευσίαν σεβομένους ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τῆς
ὀρθοδόξου διδασκαλίας, ἐπ' ἐμοί ποτε γενέσθαι, ἵνα τῇ ἑαυτῶν σκαιότητι, ἴσως δὲ καὶ πονηρίᾳ ἀξίως τῶν τό-
ποις δεδογμένων ἐπεξέλθω. τίς γὰρ οὐκ ἂν προθυμοῖτο τῶν γε φιλολογούντων, ὑμῖν μὲν καὶ ὀλίγοις τῆς ἐγκυ-
κλίου παιδείας θιασώταις ἐπαμύνειν, ὅπως ἀδικουμένοις, τῇ δὲ τῶν μουσῶν εὐδοξίᾳ τιμωρῆσαι ἀφανισθείσῃ ἂν
τὸ δ' ἐπὶ τούτοις. ὑμεῖς γοῦν ταύτης κινδυνεύσεις ὑπεραποθνῄσκειν οὐκ ἂν παραιτοίμεθα, ἐφ' ᾧ τε σωθῆναι αὐ-
τὴν τοῖς περιγινομένοις. εἰ δὲ τοῖς τῶν λόγων ἀμοιροῦσιν ἐξέσται τὰ κατὰ μαθήματα βραβεύειν τε καὶ αὐθέντως
μόνως διατάξαι, πῶς οὐ δεινὰ πεισόμεθα; πῶς οὐ τὸν οὐρανόν φασι τῇ γῇ ἀναμίξομεν; ἀλλά γε οὖν τί ἂν πά-
θοις πρὸς τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους, οἳ μήτε τὸ δίκαιον, μήτε τὸ ἐπιεικὲς ἴσασι, μήτε τὴν διαφορὰν διαισθάνονται
τοῦ γνησίου καὶ τοῦ νόθου. καίτοι ἐπιπολύ γε τοῦτ' ἐπικρατεῖ τὸ κακὸν ἀνὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. πόσον γὰρ μέ-
ρος τῶν πρωτευόντων οὐχ ὅτι τῶν ἰδιωτευόντων, ἔγνω ὅσον τῶν ἀνθρώπων οἱ δόκιμοι διαλάμπουσι τῶν παρασή-
μων. πολλοστὸν δήπου. ἢ καὶ μάλιστα εὐγνωμονοῦσι προσήκει τοὺς σκαιοὺς τῶν σπουδαίων καὶ διανοητικοὺς,
τήν τε τοῦ βίου ἀταξίαν, καὶ τοῦ κόσμου τὴν ἀκοσμίαν ἀθροῦντας, δήγουσι οἱ περὶ πρόνοιαν. πάντα γὰρ ὁρῶμεν
ἄνω κάτω φασὶ κείμενα. ἀλλὰ γὰρ ἴσως οὐκ ἀπὸ τῆς ἀγνοίας μόνον καὶ τῆς ἀναισθησίας τῆς τῶν προεστηκότων
ἐμπέπτωκεν ἡ ἀδικία ἣν ὑμεῖς ἠδίκησθε, ἀλλ' ἀπὸ φθόνου καὶ κακονοίας, ὃ δὴ τοσούτῳ μιαρώτερον ὅσῳ κακουρ-
γότερόν ἐστιν. οὐδεὶς γε μὴν φθόνος ἐξωλέστερος τοῦ τῶν τοιούτων σεμνοπρεπῶς μὲν εὐτυχούντων, ὑπό-
λως δὲ διακειμένων. ἀμέλει τοι ὑπ' ἄλλῳ τῆς γνώμης προκάλυμμα ἐπιφέρουσι τὸ τῆς εὐλαβείας ὄνομα τῆς πατρ' ἐκ-
βαδίζουσι. καὶ τὸ ἀπολειπόμενον δὲ τῆς παιδεύσεως οὗτοι καὶ μὴ φιλελληνικὸν ἀσπάζεσθαι προσποιοῦνται, ὡς μό-
νον αὐτὸ πειθαρχεῖν καὶ ἐμμένον τῇ τῶν προγόνων ὀρθοδοξίᾳ, τῶν τὴν εὐσεβῆ πλατὺ πρώτων ἐξηγουμένων,
ὥσπερ μόνους τοὺς τἀρχαῖα φρονοῦντας καὶ εὐήθικα, φιλαπλοῦς ὄντας καὶ θεοφιλεῖς. ταῦτα μὲν δὴ ὁ τὰ
τοιαῦτα φιλοσοφοῦντες οὗτοι, μόνοι δοκοῦσιν τοῖς πολλοῖς αὐτοὶ ἀληθῶς θεολογεῖν, καὶ δὴ καὶ κηδεμόνες εἶ-

καὶ ἐπίτροποι τῆς ἀληθινῆς θρησκείας τε καὶ εὐσεβείας. εἰς δὲ τῶν φιλομαθῶν τε καὶ ὡς ἀληθῶς φιλαρχαίων, ὑπάρξει τῆς τε παιδείας τῆς ὀρθῆς τυχεῖν, καὶ τῶν λοιπῶν μετασχεῖν τῶν ἑλληνικῶν, τούτους δὲ οὐκ ἐῶσιν εἰ αὐτοὶ ὥσπερ καὶ ἐναγεῖς τινάς ἢ ἀνοσίους ὄντας θεολόγους χρηματίζειν. καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰ θεολογηθέντα ἔναγχος ὑπὸ τοῦ Ροτοροδάμου, ἀνδρός τε πολυμαθοῦς, καὶ περὶ τὰ ἱερόγραφα (ξυν τῷ ὥς γε δοξάζουσιν οἱ σοφοί, οὕτως φιλαπεχθημόνως αὐτῶν οὐκ ὀλίγοι διάκεινται, ὥστε καταλογεῖν ἐκεῖνον διαβάλλειν ὅσιον εἶναι νομίζοντες, ὥσθ' οὓς ἂν συνεδρίων αἴσθωνται τοῖς τούτου συγγράμμασιν ἡδέως ἐντυγχάνοντας, τῶν σφετέρων τούτους συνεδρίων καταβοῶντες ἀποσοβοῦσι, καὶ μονονουχὶ δὴ πυρὸς εἶρξαι καὶ ὕδατος προείχθωσι ὑπὸ τῆς ἐκπαθείας. εἰς δὴ προπετείας αἰτίαν ἔχουσι μάλιστα μὲν οἱ τῶν ἑταιρειῶν τῶν μεταιτικῶν θεολόγοι. οἱ δὲ τῆς ὑμετέρας πολλῷ μᾶλλον τῶν ἄλλων, ὡς φιλαπεχθημονεστέρως δῆθεν τοῖς αὐτοῦ βιβλίοις ἐπηρεάζοντες, καὶ τοῖς τῶν ἑλληνιζόντων. ταύτην μὲν οὖν τὴν προαίρεσιν τῶν ἀνδρῶν, καίτοι ἡγεμόνων εἶναι δοκούντων, φασκόντων, τῶν τε ἱερῶν νομίμων καὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πίστεως, πρότερον εὐλαβεῖσθαι ἀγνοῶ, ἅπερ δὲ τὸν λόγον μου ἀνδράσι, ἢ θεοβλαβεῖσθαι εἴπωμεν, εἴτ' ἀληθῶς ἐξετάζοιμεν. οὐ γὰρ ἂν διώκειν τὰ τοῦ παντ' ἀρίστου σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ οἱ τοιοῦτοι δοκοῖεν, τῇ τε ἐμπαθείᾳ χαριζόμενοι τῇ αὐτῶν, καὶ τῇ ὀργῇ πέρα τοῦ δέοντος καὶ ἀναιτίως ἀπονέμοντες. ὁ Χριστὸς γοῦν τὴν πρὸς ἀλλήλους εὐμένειαν ὡς νόμον ἀπαραίτητον ἡμῖν εἰσηγήσατο. τούτου τοίνυν τῆς μισολογίας θιάσου κορυφαῖοι μὲν οἶμαι καὶ ἔξαρχοι τυγχάνουσιν ὄντες οἱ ἑτεροάρχαι, συνθιασῶται δὲ καὶ τῶν ἐν τῇ τῇδε διατριβῇ θεολογούντων ἔνιοι, ἄνω καὶ κάτω ποιεῖν τὰ κατὰ τὴν δόκιμον φιλολογίαν πολὺν ἤδη χρόνον προθυμούμενοι. ἐνάμιλλον δὴ ποιούμενοι τουτὶ τὸ ἐπιχείρημα πρὸς ἑαυτούς τε καὶ πρὸς τοὺς ὑμετέρους μεταξύ τε διαμιλλωμένους, καὶ ὅπου ἂν τύχῃ αὐτῶν ἕκαστος. διαβάλλουσι γὰρ τὰ τῶν ἑλλήνων γράμματα, καὶ πολλὴν περιεργίαν καταγινώσκουσι καὶ ἀσέβειαν τῶν ἀμφὶ ταῦτα ἐσπουδακότων. ἔνιοι γὰρ λέγονται, ὦ γῆ καὶ οὐρανοί, ἐς τοσοῦτο προβεβηκέναι τῆς ἀβελτηρίας τε καὶ ἀπονοίας, ὥστε τὴν ἑλλάδα γλῶτταν ἐκ τῆς ὑμετέρας ὑπερορίζειν ἐπιχειρῆσαι. ὡς αὐτοκράτορες δῆθεν ὄντες πάντων τῶν περὶ λόγους καὶ μαθήματα. καὶ οὐ πρότερον δὴ οὗτοι ἐπέσχον τοῦ τολμήματος καίπερ κωλυόντων αὐτοὺς τῶν σοφωτέρων, πρὶν ἢ δίκτυον τε φυσῶντες ᾔσθοντο, καὶ προσκεκρουκότες τοῖς περὶ τὸν βασιλέα, καὶ τοῖς χαριεστέροις τῶν ἐν τέλει. τοιαῦτα μὲν συνοίδαμεν τούτοις τετολμηκόσιν ἡμεῖς, οἵ γε καὶ θεαμάτων τινῶν ἐστιν ὅτε αὐτόπται, καὶ τῶν ἀκροαμάτων αὐτήκοοι ἐγενόμεθα. εἰσὶ δ' αὐτῶν καὶ οἳ ἐμοῦ καθήψαντο ὡς ἐπυθόμην, ἀρχηγὸν εἶναι φάσκοντες τοῦ νεωσὶ ξενισμοῦ, καὶ καθηγησαμένου τῶν ἐνταῦθα ἑλληνομανούντων. καλῶ δὲ τὸν θεόν, καὶ πᾶν τὸ πιστευόμενον αὐτῷ σύστημα ἐπουράνιον, καὶ τούτῳ ἐπεύχομαι, μὴ τοσοῦτον ἐξεῖναι τουτοισί τε καὶ τοιουτοισὶ τοῖς φιλοκαλίας ἐχθροῖς, ὡς τὴν τῶν λόγων τῶν ἑλληνικῶν ἀνάστασιν, τὴν καθ' ἡμᾶς διὰ χρόνων καλλώπισμα, καὶ τῆς γνησίας δὲ παιδείας διὰ τούτου ἀποκατάστασιν ἀφανίσαι πάλιν δυνηθῆναι. εἰσὶ δέ τινες τῶν ἐνταῦθα τῆς θεολογίας ἀξίως ἁψαμένων, μὴ τουτοισὶ συμφωνοῦντες, ἀλλὰ περὶ τὰ τῶν γραικῶν φιλομαθῶς ἔχοντες. καὶ καλῶς δή, ὡς ἐλπίς, προχωρήσειν μέλλει ἡ περὶ τὴν θεολογίαν φιλοτιμία, τῶν γε τοιούτων ἀγωγῶν Ροτοροδάμου προστιθεμένων. ὅπερ οὐ σὺ οἶδ' ὅτι ἡδέως ἂν συναπολαμβάνοις, ἐλθών τε ἐνταῦθα ἐπεγγεγηθὼς ἴδοις, ὅ γε πολλὰ νῦν καὶ δεινὰ πεπονθὼς ὑπὲρ τῆς τῶν ἑλληνικῶν σπουδῆς. καίτοι καὶ ἡμεῖς γε ἀκηκόαμεν ἄρτι ὡς ἔχει σοι τὰ περὶ τὴν ἐπήρειαν τὴν τούτων. καὶ συνήσθημέν σοι δήπου οὐ κακῶς ταύτης ὡς λόγος, οὐδ' ἀκλεῶς σὺν θεῷ ἀπαλλάξαντι. καὶ δὴ καὶ τοσοῦτο ἀπολαύσαντι τῆς ἀβελτηρίας τῶν ἀνθρώπων, ὥς τε καὶ ἥδιον ἤδη καὶ εὐχερέστερον πεπλῆχθαι ὡς ἐπυθόμην, ἢ πρότερον. προσέτι δὲ τούτοις καὶ εὐρωστότερον. ἤκουσα γὰρ τῶν λεγόντων ὡς τέως μὲν ἀσθενέστερον διετέθης ὑπὸ τῆς κακοπαθείας, νυνὶ δὲ ῥᾴων γέγονας. ἀλλ' ἔρρωσο σώματι μὲν ὦ φίλη μοι κεφαλή, τῇ ψυχῇ δὲ ἐπέρρωσο. καί σε παραμυθείσθω ἡ περιττή σου παίδευσις καὶ συγγενὴς εὐγνωμοσύνη. οἶσθα γὰρ τὸν σωτῆρα τὸν καρτερίας τῆς εὐλαβοῦς ἀρχηγόν, ὡς τὸν μέγαν μισθὸν ἐπαγγείλατο τοῖς τῇδε συγκακοπαθήσασιν αὐτῷ καὶ ταλαιπωρημένοις. καὶ μὴν καὶ εὐδαιμονιζόμενοί σε ἡμεῖς τῆς τοῦ βίου προαιρέσεως, εἰ καὶ οὐθεὶς δὲ φέρων σαυτὸν καθιέρωσας τῇ ἑταιρείᾳ, οὐ πρότερον ἡμᾶς προειπών, ὃ δή σοι ἠχθέσθην εὐθὺς ἀκούσας. καὶ γὰρ δὴ ὁ ὑμέτερος βίος, ὥς γε τὰ τῶν ἀνθρώπων, εὐθυμίας τε καὶ εὐταξίας γέμει πρός γε τὸν ἡμέτερον παρεξεταζόμενος. ἡμεῖς γοῦν ἐοίκαμεν ταῖς παντοδαπαῖς ἀκαταστασίαις καὶ ταραχαῖς ἐνειλουμένοις, ἀεὶ μὲν πολυπραγμονοῦντες, οὐδὲν δὲ περαίνοντες, καὶ οὐκ ἔσθ' ὅντινα ἡμῶν σχεδὸν τὸ χρεὼν οὐ φθαίη καταλαμβάνον, πρὶν ἂν τὰ πρὸς μετανάστασιν τύχῃ συνεσκευασμένος. ἔρρωσο καὶ πρόσειπέ μοι πολλάκις Ραβάλαισον τὸν σοφὸν καὶ εὐφυῆ, ἢ λόγῳ παρόντα, ἢ δι' ἐπιστολῶν προσαγορεύων. ἐν Παρισίοις Φεβρουαρίου μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος.

G.Budæus Francisco Rabalæso sodali Franciscali. s.

COmmodùm ex aula decedens in urbẽ reuerteram, cũ literas tuas accepi: quas qui mihi reddiderit nõ facile meminerim, tametsi ita tu eas dedisse uideris quasi à Tiraquelli tui fratre reddendas, uiri existimatione eximia præditi. Cuius ipse causa libens mihi negocium exhibuissem, si res ita nata esset, meam ut ante decessionẽ is in aulam uenisset, idq; non magis commẽdationis tuæ gratia facerem, etsi tua causa

ſa omnia cupio, quàm hominis merito, mihi fama tantũ cogniti, ac de literis bene me-
riti. Verum ut ad ea quæ Græce tu ſcripſiſti reſpondeã, accipe quæ ſcribere nunc va-
cauit. σὺ μὲν ὦ χρυσῆ κεφαλὴ τῆς δὲ τῆς οἰκουμένης ἑλλάς τε καὶ ποικίλας ὑποθέσεις ὑποθέμενος φάσκων ἐφ' ὑ-
μῖν ἐπιστεῖλαι, θαυμάζειν με ἔδοξας οὐδεμίαν πω ἐπιστολὴν ταῖς πολλαῖς σου ἀντεπιστεῖλαι. ὑμῖν καταγνῶναί
γε ἔφθανας μηδεμίας ἐμοῦ ἐπὶ τούτῳ ἀγνωμοσύνην. καλῶς δὲ ποιῶν σύγ' οὐκ εἰδέναι φῂς, αἰτίαν μὲν οὐκ ἐ-
μὴν εἶναι ταύτην, οὐδὲ δὴ ἐγκαλοῦντί μοι ἀμελῆσαι ἔοικας, οὐδ' ὅλως ἀχθομένῳ. εἶναι μέντοι τὴν διακομιζόντων
τὰς ἐπιστολὰς αἰτίαν, τῶν ἀποδώσειν ὑπισχνουμένων, εἶτ' ἀμελησάντων τῆς ὑποσχέσεως ἀπαλλάσσεσθαι. ἐθ' ὅ-
τι δὲ ἔφης, καὶ καθ' οἵαν δὴ ἔτυχε αἰτίαν τὰ ἐπισταλέντα γράμματα μετέπεσον. ταῦτα μὲν οὖν σχεδὸν εὐ-
γνωμόνως τε καὶ φιλοφρόνως αὐτὸς εἰκάσαι δοκῶ, οὐκ οἶδ' ὅπως πλὴν τοῦ τοιοῦτόν τι προσανέγραψας, ὅτι σὺ
μὲν, ἔχεις, οὔπω τοῖς γράμμασι τοῖς ἐμοῖς ἀποκριθεὶς, ἀποκρινεῖ ὡς οἶμαι ὅταν σοὶ βουλομένῳ ᾖ. ὡς ἐμὲ δῆθεν
ὀλιγώρως ἔχοντα μᾶλλον, ἢ μὴ τὰ γράμματα τὰ σὰ κομισάμενον. μὴ δῆτα, μὴ πρὸς τοῦ φιλίου διὸς ὦγαθὲ
ὑπὲρ ἐμοῦ ὡς διάκεισο ὥσπερεὶ ἀμελούμενος. μὴ δ' ὑπονόει μηδὲν ἀτοπώτατον τῶν ἡμετέρων ἠθῶν. ἐγώ τοι οὐκ ἐξ
ἀργοῦ ἔσομαι μηδὲν αὐτὸς ἀπολαβεῖν τῶν παρὰ σοῦ γραμμάτων, οὐδὲ προφάσεις σκεπτολόγους προφασίζομαι.
μίαν μέντοι φημὶ ἐπιστολὴν δώδεκά που μηνῶν κεκομίσθαι, τῶν πολλῶν ὑπό σου ὡς εἴπας ἐπεσταλμένων. μιᾶς δὲ
πλείους οὔ φημι, εἰ οὐ μεμνῆσθαί γε λαβὼν φημι. ταύτῃ γε μὴν οὐκ ἀπεκρίθην, τάχα που ἀμνημονήσας, δῆλος
τι τῆς ὑποθέσεως τῆς ἐπιστολῆς ἀπόκριμα οὐκ ἄγαν ἀπαιτούσης. εἰ μέντοι που αὖ γράψαι μοι ἐπῆλθε καίπερ
πολλαῖς ἀσχολίαις ἐν ᾧ εἶχε μάλα ἐναλινδουμένῳ, πῶς ἂν εἶχον γραμματοφόρον δι' ὅτου ἀντιγράψαιμι. οὐ γὰρ
ἔγνων ὅπου σὺ τότε κατῴκεις. ὥσπερ καὶ ἀρτίως γράφειν προθυμούμενος, οὐκ ἠδυνήθην καταμαθεῖν εἰ τινὶ
ποτε τῶν ἑταίρων ὑμῶν ὁ καλοκἀγαθὸς Ἀμμώνιος συνδιατρίβω, ὁ πιστός σου πειρίθους τε καὶ πυλάδης κατὰ τὴν
γνώμην ἐμήν. ᾧ ποιεῖ τῶν φίλων ζεῦγος αὐτοὺς συμπεπνευκότας ἔχων διετέλεσε, ἐφ' οἷς ἐβουλήθην ἐφθην
ἀπὸ τῆς κορυφαίου τῆς ἑταιρείας, καὶ ἤρχθησαν τῆς τῶν ἑλληνικῶν συνταγμάτων ἀναγνώσεως, ἄχρις οὗ ἑκουσί-
ως τῶν χρησίμων τῆς αὐτῆς ἑταιρείας, καὶ τῶν φιλοκαλούντων, σφῶν τ' ἀποδέδοσθαι τὰ παιδικὰ τὰ ὑ-
μέτερα, τὰ βιβλία λέγω ἅπερ οὗτοι αὐτεξουσίως σφῶν ἀφῄρηντο. ὑμᾶς τε ἀποκαταστῆναι εἰς τὴν ἔμπροσθεν
ἄδειαν καὶ ἡσυχίαν. τοῦτο γοῦν ἀκηκοότες αὐτοὶ πρός τινος ποτὲ μαθόντες, πῶς δοκεῖς εὐφράνθημεν; οὐ μὲν ἔχω εἰπεῖν ἔγωγε
αὖ. πῶς γὰρ οὐκ ἂν ὑπερμέτρως; οἴγε ὑμᾶς ἔχειν συμφοιτητὰς δοκοῦμεν εἰς διδασκαλεῖα τῶν μουσῶν καὶ ἐργαστη-
ρίου τῆς ἀθηνᾶς. καὶ συμφιλοτεχνοῦντας δὴ τὴν τῆς γνώμης τε καὶ διανοίας ἐξεργασίαν, ἐφ' ᾗ δὴ πλεῖστον φιλοτιμού-
μενοι τῶν περὶ τὸν βίον πάντων διαπλοῦμεν. ἴσμεν δὲ τοῦτο διὰ πολλοῦ σπουδῆς ἐσχηκέναι τουτουσὶ τοὺς μισέλ-
ληνας θεολόγους, ὅπως τὴν ἑλλάδα γλῶτταν ἀφανίσωσι, ὡς τῆς αὐτῶν ἐπιστημοσύνης δῆθεν τῆς αὐτοῦ βάσανόν τε καὶ
ἔλεγχον. καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ματαιοτάτους ἐκείνων ὁρῶμεν παρὰ ταῖς ἀεὶ ἱεραῖς δημηγορίαις οἱονεὶ ἐκ συνθήματος
τοῦ ταύτην λοιδορουμένους, καὶ ἐξ ἅπαντος τρόπου εἰς ὑπόληψιν παρὰ τοῖς πολλοῖς καθιστάντας, ὡς ἐξάγι-
στον μάθημα καὶ τῆς ἀληθινῆς θεολογίας ἀλιτήριον. καὶ μὴν τοῦτο ποιοῦντες οἱ ἄνθρωποι, κατάδηλοι μέν εἰσι τοῖς
πλείοσι καὶ τῶν ἀμαθῶν οὐχ ὅτι τῶν ἐμπείρων, βασκαίνοντες τῇ τῶν εὐφυεστέρων φιλομαθείᾳ. ἐπαμύνειν
μέντοι αὐτοὶ πλημμεληθείσῃ εὐσεβείᾳ ἀξιοῦσιν ὑπειλῆφθαι. τοῦτο γοῦν τὸ τούτων συγκρότημα οὕτω κακόηθες,
καὶ τῇδε τῇ πόλει συκοφάντημα ἐπιπλάζειν, παρ' οὐδὲν ἦλθε τὰ τῆς δοκίμου καὶ καλῆς παιδείας λυμαίνεσθαι,
καὶ παντελῶς δὴ καὶ ἐξαλεῖψαι τὸ τῶν μουσῶν καλλώπισμα, ᾧ τινί τε ἡ ἐγκύκλιος παιδεία ἀγάλλεται, καὶ
δι' ὃν λόγος αὐτὸς ὁ ψυχαγωγὸς μέγιστον φρονεῖ ἐφ' ἑαυτῷ. καὶ γάρ τοι οἷοι τῶν περὶ τὴν ἱερολογίαν, ἀμυ-
δροτέρως ἔχοντες, ἀφορμήν τινα ἐν ἄγχει εὑρόμενοι συκοφαντίας μεστήν, τοῖς περὶ τὰ τῶν ἑλλήνων σπου-
δάζουσιν ἐπεφύοντο. πολλά γε ἐφυβρίζειν τήν τε καλλιλογίαν προλαβόντες καὶ τὸ χάριεν τῆς φράσεως, καίτοι
κακῶς αὐτοὶ ἀπολαύοντες. τῆς δὲ συκοφαντίας ταύτης προκάλυμμά τε καὶ ἀφορμὴν οὗτοι εὕρηνται οὐ τὰ τυχόν-
τα. ἐξ ὅτου γὰρ τῶν λουθηριζόντων λεγομένων διατεθρύληται μὲν πολλὰ καὶ ποικίλα δόγματα, τοῖς δ' ὑπὸ τῶν
παλαιῶν ἐξηγητῶν δεδογμένοις ἐναντία, καὶ τὰ πολὺν χρόνον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ νενομισμένα διαρρήδην ἀνα-
σκευάζοντα, οἷοι δὲ τῶν παρ' ὑμῖν, καὶ ἅψασθαί τι κατορθώσειν τούτου αἰτίαν ἔχειν, τότε δὴ οἱ τῷ ἑλληνισμῷ ἀπεχθό-
μενοι, ἀντιλαβόμενοι πράγματος ἐπιφθόνου, καὶ τῶν ἑλληνιζόντων καταβοῶντες ὡς νεωτεριζόντων περὶ τῆς ὀρθο-
δοξίας ἀναγκάζοντι, παρ' ὀλίγον ἦλθον τοὺς περὶ τὰ ἑλληνικὰ σπουδάζοντας ὡς αἱρετικῶς ἔχοντας φυγαδεύειν.
δεινὸν γὰρ ἐπινοοῦντες συκοφαντοῦντες ἅμα μὲν τὴν τῶν ἑλληνικῶν γραμμάτων διδασκαλίαν ἐπιχειρεῖν ὑμῖν ἄρ-
ξασθαι, καὶ τὰ τῶν λουθηριστῶν δόγματα προσφθαρῆναι. τοιαύτης τινὰ ἀφορμῆς τυχόντες ἄνθρωποι λέγειν μὲν
ἐντέχνως ἀδύνατοι, δεινοὶ μέντοι ἀποφοινίζειν τὸ τῆς καλοκἀγαθίας πρόσωπον, τὸ ἀφιλές γε τοῦ δήμου καὶ ἀπαί-
δευτον ῥαδίως καθυπεκρίναντο. τῆς εὐσεβείας δὴ τάξει τιθέμενοι τὸ προπηλακίζειν τῆς παιδείας τὸ κάλλιστον
καὶ σεμνότατον. ἡμεῖς δὲ ταῦθ' ὁρῶντες, πῶς δοκεῖς τοὺς δέοντας ὠνειδίσαμεν, καὶ μετ' ὀργῆς δριμυτάτης ἐστενάζομεν,
τίς γὰρ οὐκ ἂν χαλεπήνειεν κατατετμημένην μὲν ἰδὼν τὴν παιδείαν ὑπὸ τῆς ἀμαθίας, τὴν δ' ἐξότητα δὲ τῶν λόγων
ὑπὸ τῆς ὑπεροψίας περιπατουμένην τ' ἀτίμως καὶ παραδειγματιζομένην. ἀρχὴ δὲ τοῦ ἄγαν ἀγανακτήσεως αὐτοῦ
ἴσθι ἐκ τῶν προπεφρασμένων ἀπὸ Ἐράσμου Ῥοτεροδάμου. ἐπεὶ δὴ ἅπαντας σχεδὸν ἑώρων τούτοις ἀρεσκομέ-
νους. ἀμαυροῦσθαι γὰρ τὴν τούτων εὐδοκίμησιν ἐπιθυμοῦντες, ὑπεξορίσαι τὴν τῆς ἑλλάδος γλώττης ὄνομα, ὡς ἰδι-
ακὰ σοφὰ ἀσυνάμικτον εἰς νοῦν ἐκβάλλουσι. καὶ μὲν δὴ καὶ ἐπὶ τούτῳ ὦ καλῷ ἐγχειρήματι οἱ φιλαπεχθημόνως ἔχο-
ντες συνέδριον συναγαγόντες, ὡς λόγος, καὶ καθίσαντες ἅπαντες τῆς τῇδε τῆς θεολογικῆς, ὡς οὐδὲν οὐδεὶς κατὰ τῆς γε-

περὶ τοῦτον ἐπίφαινον, οἱ βέλτιστοι γοῦν ἐκείνων, καὶ ὡς ἀληθῶς καλοὶ ὄντες, τοῦ πράγματα ἀπαρέσκοντο, καὶ πολλοὶ ἤδη αὐτὴν τῆς δυνάμεως φιλομαθείας ἥψαντο, διημιλλῶντο οὖν τούτου πρὸς τοὺς ἐκκλησίας διὰ κακολογίας ἄγειν τὴν εἰρημένην γλῶτταν ὡς ἀσεβείας γέμουσαν, ἄχρι δὴ τοῦδε τῆς ἄγαν δεινῶς ἐκπαθοῦντες ἐκφερόμενοι καὶ ἄσας ἀκοσμοῦντες, εἰς ὑποψίαν ἧκον. πρῶτον μὲν ἐπὶ κοινῷ πρὸς τοὺς ἐν ἀξιώματι τάξεσι τὴν ἐν ἀρχαῖς καὶ ἀξιώσεσιν εἶτα δὲ καὶ πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐπικινδυνοφόρῳ φάσει ἐκκλησίας πρὸς ἔχθραν μᾶλλον καὶ ἐπήρειαν τοῦτο ποιοῦντες, ὃ ζήλῳ τινὶ καλῷ τὰ τῆς ὀρθοδοξίας θεραπεύοντες. ἀλλὰ μὴν ἐῤῥώσθων μὲν οὗτοι οἱ τῆς φιλοκαλίας ἀπότροφοι, καὶ τῆς ὀρθῆς παιδεύσεως ἀμοιροῦντες. ὧν περ ἐγὼ τῇ σκαιότητί τε καὶ ἀτοπίᾳ ἐπεξιὼν, ἐμαυτὸν μακρολογήσας ἔλαθον. οὐ μέντοι εἰ τὰ μάλα εὖ μάλα ἐγνωκὼς ἦς, οὐκ ἂν παρ' ἐμοῦ ἐπιστολὰς ἀπροπτοτυγμένας τε καὶ ῥυταῖς ὁμιλίαις προσδοκῶν. οὐ γὰρ τοῦ ὑμετέρου εἰδόμενος ἐγὼ γράφω, ἐπιστέλλω τοῖς ὁμοίοις σοι. νῦν δὲ περὶ τἄλλα περισπώμενος, εἰς ἀμνηστίαν κατέστην ἐμοῦ τε καὶ τῆς κατ' ἐμὲ φιλολογίας. ἔῤῥωσο, ἐν ὁμετέρᾳ πόλει τῇ πρὸ ἓξ καλανδῶν φεβρουαρίων.

Ἰανὸς ὁ Λάσκαρις Γυλιέλμῳ τῷ Βουδαίῳ εὖ πράττειν.

Ὁ κομίζων σοι ταυτὶ τὰ γράμματα νεανίσκος, κέλτης ἐστὶν ὑμέτερος. ἔγνως αὐτὸν οἶμαι, προσφέροντά σοι δι' ἐπιστολῆς ἀπὸ φλωρεντίας. οὗτος διατρίψας ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας ἐν Ῥώμῃ καὶ Φλωρεντίᾳ καὶ παρ' ἐμοὶ, καὶ γενόμενος ἐντελῶς τὴν διάλεκτον ᾗ οὖν ἕλληνες χρῶνται καὶ Ἰταλοί, οἵ τε λόγιοι δηλαδὴ, καὶ οἱ χυδαῖοι, ἐπανήξειν ὡς ὑμᾶς διά τινα ἐμπορίας τῆς ἐκδημίας, λόγῳ μέντοι καὶ ἀρετῇ τὸ κέρδει [illegible] φισάτω, ἀναστρέφων οἴκαδε. σὺ δ' αὐτὸν δῆλον ὡς καὶ διὰ τὸ σεαυτοῦ ἦθος, καὶ ὑμεδαπὸν ὄντα, καὶ λόγιον, καὶ εὐφυῆ, καὶ τὸν σοῦ Λασκάρεως ἑταῖρον, ὑποδέξῃ προθύμως καὶ εὐμενῶς. εἰ δ' ἦν καὶ διὰ φροντίδος τῷ βασιλεῖ, ὡς ἐδόκει μοι παρόντι, μεταχειρίσειν τῆς παιδείας ἑλληνικῆς, συμπράξεις αὐτῷ, καὶ ἐδόμην ἂν οἶμαι, ὃ τοῦ χρηστοῦ καὶ σοφοῦ γενναίτη, ὅπως ἑλληνιστὶ καὶ τοῦτον καθηγητὴν τῆς ἑλληνικῆς φωνῆς, τοῖς βασιλέως παισὶν, ἐπιτήδειον ὄντα, ὡς καὶ αὐτῷ σοὶ ῥᾷστ' ἂν γένοιτο πρόδηλον λαβόντι πεῖραν αὐτοῦ. καὶ τοῦτο μὲν τοιοῦτο. περὶ ἐμοῦ δ' οὐδὲν σοι, μὴ καὶ γράφων ἀνοικειότητα κατηγορεῖν δόξω τοῦ ἑταίρου, ὃ ὡς οὐκ εἰδότος τὰ κατ' ἐμὲ, ὃ καὶ ὡς μὴ λίαν ἐπιβάλλων πυθομένῳ σοι ὡς ἕκαστα διελθεῖν. τὰ δ' ἄλλα εὐτύχει, καὶ τοὺς οἰκείους καὶ φίλους προσαγόρευσον ὡς ἀπ' ἐμοῦ. ἐξ ὀνειπῶν βοηδρομιῶνος ἱσταμένου.

Ὁ σὸς ἀδελφὸς καὶ φίλος Ἰανὸς Λάσκαρις ὁ ῥυνδακηνός.

Βουδαῖος Ἰανῷ Λασκάρει εὖ πράττειν.

Δεύτερος ἤδη μὲν οὗτος ἐληλύθει ἐξ οὗ Ἰανὸς ὁ ἀπὸ φορίσης, ὃ πολλ' ἔτη σοὶ μεμαθητευκὼς τὴν σὴν ἐπιστολὴν ἡμῖν ἀπέδωκεν ἐπιδημῶν, ὃς τινος εἵνεκα συνεστήσω μοι, τὸν οἰκεῖον σου νεανίσκον καὶ μαθητὴν ἀξιῶς τε, καὶ φιλοπρεπῶς, δι' ἐπιμελείας ἐποιησάμην, τὰ τούτου τοῦ ἐπήλυδος πράγματα καθιδρύσαι ἀνέσεως φερόμενα. ἔπειτα δ' αὖ τοῦτον καὶ περιποιεῖσθαι [illegible], τόν γ' ἤδη προηλλαγμένον καὶ ὀρθῶς ξενίζοντα, ὡς καὶ τὰ πάτρια σχεδὸν ἀπομεμαθηκέναι. πρὸς μέντοι συστάσει τῇ σῇ, ἧς οὐδεμία κρείττων παρ' ἡμῖν ἂν γένοιτο, δίκαιός μοι καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐφ' ᾧ βοηθείας τυχεῖν ὅτι μεγίστης ἐφ' ἡμῶν ὄντος. ἄγει ἐπὶ τὸ τὴν καλῶς εἶναι δοκεῖν καὶ διγλώττως πεπαιδευμένων, καὶ τἄλλ' ἄττα δὲ πρόσεστιν εὐγενείας τοῦ ἤθους προφαίνοντα. τοῦτον δ' ὡς μόλις ποτὲ ἐν ἐπικρατεστάτῳ καὶ μέγιστον δυναμένῳ τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα συνοικίζοντες ἔφθημεν. ὃν νομοφύλακα τῆς βασιλείας τις εἰπὼν, οὐκ ἀπεοικότως ἂν προσείποι. τοῦτον δὲ συνίστατό μοι ὁ καλοκἀγαθὸς τῆς Ἰνσουβρίας ταμίας, Γρίμαλδος ὁ σὸς φίλος, ὃ τότε παρεγένετο, καὶ χωρισθέντων ὡς οἶμαι μέχρι τούτου τὰ καθημέραν ἐν αὐλῇ διατρίψαντι. εὗρεν γοῦν ἀποθανόντα τὸν πρὸς μητρὸς θεῖον [illegible] νέος, ὃν ἤλπιζεν τῆς ἐπιδημίας χορηγὸν ἐνταῦθα καὶ εὐεργέτην γενέσθαι. τοιγάρτοι τοῦτ' εὖ ἔχειν ὁμῖν ἀμφοῖν ἐδόκει, οὐχ ὡς ὑπερευθέτως δὲ τοῦ νῦν καθιδρυμένου, ἀλλ' ὡς οὐκ ἐγχωροῦν ἄλλως γ' ἐν τῷ παρόντι. ἦν γὰρ ὁ βασιλεὺς ἀμφὶ τῇ ἐπιστρατείᾳ καὶ τῇ τῶν ἄλπεων ὑπερβάσει. στέργειν γοῦν φασὶ τὸ γεγενημένον αὐτὸς ὁ ἑταῖρος σου Ἰανὸς, ὡς καλῶς πεπραγμένον τὴν ἑαυτοῦ συντυχίαν. αὐτὸ γὰρ μὴν τοῦ ἐπήλυδος εὐθὺς ἀποδεξάμενον τὸ δεξιόν τε καὶ ἐπίχαρι, ἐν τῷ χρῆσθαι ἑαυτῷ ὅτι αὖ εἶναι δοκεῖ πρός τ' ἀνδρὸς θεραπευτικοῦ, καὶ κεχαρισμένου γίγνεσθαι μελετῶντος ὧν ὑπ' αὐτοῦ ἐξηρημένων ὑπηρεσίας. φαίης γὰρ ἂν τὸν ἄνθρωπον ὁ πρὸς τοῦτο πεφυκέναι, ἢ παιδομαθῆ γε τῆς θεραπευτικῆς εἶναι, οὕτω διάκειται ἐπιπρεπῶς τε καὶ εὐχερῶς πρὸς τὰ καλὰ καὶ ἐλευθέρια τῶν διακονημάτων. ἐφ' οἷς δὴ τοῦ ἑαυτοῦ πάτρωνι ἰδὼν ἑαυτὸν προστησάμενον ἐξίσου τοῖς μάλιστα τῶν οἰκείων. ἄλλως τε καὶ τούτῳ ἀγαπώμενος ὡς ὁμόφυλος ὢν ἐκείνῳ. ὥστε οὕτως πλεονεκτήσειν τοῦτον οἶμαι αὐτὸν τῆς εὐνοίας τοῦ θεραπευομένου, ὅσον ἐστὶ τὸ πλεονέκτημα τῶν παλαιῶν διακόνων ὧν οὗτος ὁ νεήλυς ἀγχιστεὺς τῷ χρόνῳ μόνον ἐλάττω, πάντας τε τῇ [illegible] θεραπείᾳ καὶ κεχαρισμένῃ προευδοκιμήσειν. οὐ πάνυ μέντοι ὁ νεανίσκος τι καὶ ἐμοὶ συνέχαιρον τῆσδε τῆς εὐτυχίας, εἰ μὴ προσῳδοποιεῖσθαι τῆς ἐδόκει ἐπὶ [illegible] λαμπροτέρας ἐλπίδας. ἀμέλει ἐν ἐκείνῃ τῇ θεραπείᾳ δυσμαθὴς τι ἐξεταθεὶς, ῥᾷον πρὸς τὰ βασίλεια ἐπιδώσει οὕτω τύχῃ μετιέναι. ἔῤῥωσο, ἐν Λουγδούνῳ, διατρίβοντος νῦν ἐνταῦθα τοῦ μητρὸς τοῦ βασιλέως, καὶ δὴ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοκρατορικῶς διέποντος ἀποδημοῦντος αὐτοῦ. Ὀκτωβρίου μηνὸς τετάρτῃ ἐπὶ δέκα.

A

Τῷ αὐτῷ.

Ἐγὼ μὲν ὦ ἑταῖρε καὶ φίλε, καὶ δύο δή μοι τῶν γνησίων τ' ἀδελφῶν καὶ ἀγαθῶν ἀντάξιε, ἐπειδὴ τὰ καθ' ὑμᾶς συγγνῶναι ἐφίεσαι, ἐγὼ δέ φημι ὅτι εὐθύμως ἂν διακοίμην, εἰ εὐρώστως σὲ καὶ καλῶς διακείμενον τοῦ σοῦ τινὸς ἐπυθόμην, καὶ κατ' ἀξίαν πράττοντα, εἰ καὶ πολὺν ἤδη χρόνον, διατελῶ λειτουργῶν, ὃ δὴ σὺ ἀγαθείας ἂν, λειτουργίαν ἀστικὴν λειτουργίας εὔσημον μὲν αὐτήν, χαλεπὴν δὲ καὶ ὀχληρὰν ἐπιμελειῶν μεστήν. τἄλλα δὲ οὐκ ἀτυχηκὼς ἀλλὰ τουτὶ τὸ ἔτος. ὅς γε τῆς φιλοδωρίας ἀπέλαυσα τῆς βασιλικῆς, εὐεργεσίας ὅτι τὴν τυχοῦσαν, οὐ τρόπον δὲ ὃν τυχόντα, ἀλλ' ὃν ἂν οἱ πολλοὶ ζηλοῖεν τῶν περὶ τὴν αὐλικὴν δίαιταν ὄντων. ἐγὼ μὲν οὖν ἐκ τῆς αὐλῆς οἴκαδε ἐπανεληλυθώς, ἐρρῶσθαι πολλὰ φράσας τῇ καλῇ Κίρκῃ ἐκείνῃ, τῇ τοὺς ἄνδρας μεθιστάναι φιλούσῃ, ἀποκαθίστασθαι ἐπειρώμην εἰς τὴν τῆς φιλολογίας τῆς παλαιᾶς μεμεριμνημένης ὁμιλίαν. ἦν δὲ τότε ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ τῶν Ἀλλοβρόγων, φιλοκυνηγετικῶς ἔχων, ἵν' αὐτοῦ ἀκολουθία μετὰ τῆς μητρὸς ἐν Λουγδούνῳ ἵδρυτο. συνέβη δὲ ἐκεῖ ἐναποθνήσκειν ἄνδρα ἀρχιερέα, ὃς τῶν ἱκετειῶν προεστήκει τῶν ἐν τῷ πραιτωρίῳ τιθεμένων. ἔστι δὲ ξυναρχία τῶν ὀκτὼ καλουμένη τοῦ στρατηγείου ἰκοσιάρχων. τούτων δὲ καθηκόν ἐστιν ἔργον ἑνὸς δυοῖν ἀεὶ πολέας καθ' ἡμέραν παρεμπεύειν τοῦ βασιλέως, ἐπειδὰν τάχιστα ἐκ τοῦ κοιτῶνος ἐξέλθῃ, καὶ χρηματίζειν αὐτῷ περὶ τῶν ἱκετειῶν. ἔστι δὲ περιμάχητος ἀρχή. καὶ σύνταξιν ἔχουσα ἐκ παλαιοῦ χρυσέους ἀμφὶ τοὺς πεντακοσίους. ἀνάριθμοι δέ ἐσμεν οἱ συνάρχοντες τῇ πρώτῃ συμμορίᾳ τῆς αἰωταιπου βουλῆς, τῆς ἐν τῷ τῶν ἀστῶν καθιδρυθείσης, ἣν γερουσίαν ἐκ ταύτου δρόμον ἀποκαλοῦμεν. καὶ ἐν ταύτῃ δὴ ἐξέχουσάν τι χώραν ἔχομεν μετὰ τοὺς τέτταρας προέδρους καὶ τοὺς δώδεκα πατρικιοὺς, καὶ τὴν γνώμην ἀποφαινόμεθα πρὸ τούτων, οὓς πλουταίους νεόμισαι τὴν γνώμην ἀποδείκνυσθαι. ἐν μὲν τῇ μεγάλῃ βουλῇ τῇ αὐλῇ συμπεριφερομένῃ, οὐχ ὅπως καὶ ἡμεῖς καθήμεθα, καὶ τὴν γνώμην λέγομεν, ἀλλὰ καὶ προεδρεύομεν ὅτι φοιτᾷν εἰς αὐτὴν ἡμῖν ἔδοξεν. ἀποθανόντος οὖν τοῦ ἀρχιερέως ἐκείνου, καὶ πολλῶν δὲ τὴν ζημίαν ταύτην μνωμένων τι καὶ ὑπερτιμήσασθαι ἁμίλλως προθυμουμένων, ὁ βέλτιστος βασιλεὺς ἡμῶν ἀπόντων μαθὼν, γεραίρειν ἡμᾶς ἠξίου ταύτῃ, οὐδενὸς ὑπερβεβλημένου τινος, οὐδ' ὑπομιμνήσκοντος αὐτὸν Βουδαίου ἄρτι ἀπεληλυθότος καὶ οἴκοι ἤδη μετοικίζοντος. τὸ δὲ τιμιώτατον, καὶ τῆς βασιλικῆς εὐνοίας καὶ χρηστότητος ἀποδεικτικόν, οὔτε κελεύει δίπλωμα γενέσθαι τι καὶ καταχωρηθῆναι τῆς εὐεργεσίας τῆς αὐτοῦ, ἣν οἴκαδε ἐμοὶ πεμφθῆναι. ὃ δὴ τοσούτῳ ἡμῖν ἐντιμότερον ἐγένετο, ὅσῳ ἀπαιώτερον ἦν ἐδόκει. ταῦτα μὲν διεξιὼν εὐφρανεῖν σε μοι δοκῶ. κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων. σὺ γὰρ τοίνυν ἂν αὐτὸς ἐν τοῖς μάλιστα ξυνηθείης μοι. καίτοι τοῦτό γε κοι-

B

νὸν πάντων τῶν εὐνοϊκῶς πως μοι ἐχόντων. σὺ δὲ καὶ ὑπερηδεσθήσῃ εὖ οἶδ' ὅτι. ἐγὼ δὴ καὶ τούτου σοὶ ξυνιστέον εἶναί μοι ἀξιῶ. Θεόδωρος ὁ σὸς τὰ ἐνταῦθά σοι διηγήσεται, ᾧ πολλάκις οὐκ ἐνέτυχον τὰ πολλὰ αὐλιζομένῳ. αὐτὸς τηνικαῦτα ἐν ἄστει διατώμενος. ἔρρωσο, ἐν αὐλικῇ ἀκολουθίᾳ, οὔσῃ νῦν πρὸς τῇ τῶν Παρισίων πόλει, ἐν κώμῃ τοῦ ἁγίου Γερμανοῦ ἐπωνύμῳ, Μαίου μηνὸς πέμπτῃ ἱσαμένου.

Φραγκίσκῳ Ροβερτέτῳ.

Υχρὰς ἡμᾶς περί σου εὐφημίας πεπληρώμεθα, ἐπεὶ μὲν ταύτας ἤδεις, καὶ προϊόντος ἐπιδιδού-

Σ

σας τοῦ καιροῦ. ἔστι δ' ὅτι μείζους ἢ πιστὰς ἦν τοῖς ἀκούσασιν, οἷς γε δὴ ἡ εὐφυΐα ἡ σὴ καὶ φιλομάθεια οὐχ ὁμοίως ἡμῖν ἔγνωσαι. ἐγὼ μὲν οὖν ἡμεῖς γνωριστέον εἶναί σοι ἡγησάμεθα, οὐ πρὸς χάριν μὲν ἐπιστέλλειν ἐπιθυμοῦντες, ἀλλ' ἐφ' ᾧ τι ἐπιρρωννύναι σου τὴν προθυμίαν, καὶ ὥσπερ ἐγκελεύειν τινὶ στρατιοδρομικῷ ἐνισχύειν σε, ὑπερφιλοτιμούμενον γενναίως καὶ νεανικῶς. μεμνῆσθαι τοίνυν σε χρὴ νεανίσκε γενικώτατε τῆς δὲ τοῦ ἄχθους, ὃ σὺ τυγχάνεις ἐπηράμενος ἐξ ὧν διαπλεῖς ἐνδεικνύμενος. ἔστι γὰρ οἷον ἐλαφρὸν μὲν καὶ ἡδὺ φαίνεσθαι τὸ πρῶτον ἐπιφορτιζομένοις, ἐπιβαρὲς μέντοι καὶ πιεστικὸν τοῖς μὴ εὔτονόν τι καὶ ἐπακμάζουσαν διατηροῦσι τὴν ἐπίστασιν. τοιοῦτο τοίνυν τὸ ἄχθος μεσοῦντος τοῦ δρόμου ἀποσκευάσασθαι, ἄλλως τε τὸν πολυκροτήτως καὶ προσδοκίμως ἀρξάμενον, αἰσχρὸν ἂν εἴη καὶ ἀτιμίας μεστόν. ἔοικας δὴ ὦ δαιμόνιε εἰς ἀνάγκην βαρεῖαν καθεστηκότι. ἐπεὶ τὰ τῆσδε τῆς φιλοτιμίας οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν μοῖραν σοι καὶ τοῖς πολλοῖς ἀνήρτηται, ἀλλὰ πολὺ σφαλερωτέραν. κινδυνεύεις οὖν, μοι δοκεῖ, θαυμαστὸν ἤδη κλέος φέρεσθαι, καὶ νὴ Δία ἐπίσης τοῖς εὐδοκιμωτάτοις καθ' ἡμᾶς φιλολογοῦσιν. ἤν γε τὰ μετὰ ταῦτα ἀναλόγως προχωρῇ τοῖς προτέροις, ὅπερ ἡμῖν ἐστ' ἐπίδοξον, ἢν δ' αὖθις ἂν τοῦ δρόμου ἐνδόξως ἀρξάμενος, προώρως ἐνδιδόναι σὺ δόξῃς, καὶ τὴν ἄγαν ἐκείνην ξυντονίαν ἀνιέναι καὶ χαλᾶν, οὐκ αὖ ἐφικέσθαι τοῦ ἄθλου οὐχ οἷόν τε, οὐκ ἂν φθάνοις αὐτὸς φυγὴν ἀκούων ὠλεσίκαρπον, ὡς καθ' Ὅμηρον εἰπεῖν. ὅπως οὖν ὦ γενναῖε τὰ ἐπιόντα τοῖς προλαβοῦσιν ὁμοτόνως ἔχειν σοι ἢ ἀγχωμάλως δόξει. ταῦτα ἔγραψα ἐν Λουγδούνῳ τῶν Ῥωμαίων ἀποικίᾳ. ἐκεῖ γὰρ ἡ αὐλὴ ἐνδιάθη, ἐξελαύνοντος μὲν τοῦ χαλεποῦ τοῦ βασιλέως. τῶν πραγμάτων δὲ τὴν κορυφὴν αὐτεξουσίως πρυτανευούσης τῆς σοφῆς τούτου μητρός, καὶ πάντων κυρίας οὔσης. ἔρρωσο, τοῦ Δεκεμβρίου ἐνάτῃ ἱσαμένου.

Γουλιέλμος ὁ Βουδαῖος Ἰάνῳ τῷ ἀπὸ τοῦ Φορίσους.

Εἰ μὲν ὦ Ἰανὲ δεόντως σὺ ἐπεθύμεις τῶν ἐμῶν τι γραμμάτων ἀπολαβεῖν, τοσοῦτον τοι ἐγὼ δι' ἐπιμελείας εἶχον κατὰ τὸ σοὶ ἀμελλογίτως χαρίσασθαι, πάλαι δή τι τὴν διακονίαν ἐξ ὅσου γ' οἷόν τε ἐπανῆλθον πολλαχῆ πειρασάμενος, ἐφίσων αὖ καὶ προσέχων πρὸς τὸ ἐπιστέλλειν σοι. ἣν γὰρ πρὸς ἡμετέρας φιλίας γνωρίζει ὅπως εἶχον τὰ ἐμά. τοιοῦτό τι οἶμαι διανόημα ἐνιότε πρέπει σοι ἐνθυμουμένῳ τὴν ὑπερημερίαν τὴν ἐμήν, μὴ ἀμειψαμένου σε αὐθ' ὧν ἔφθης ἐπιστείλας μοι. μή τοι ὦ φίλε, οὕτω περὶ ἐμοῦ διανοεῖσθαί σοι ἐπέλθῃ. εἰ δ' ἐγὼ σχολὴν ἦγον, οὐκ αὖ ἐπεπόθεις τὰ γράμματά μου. οὐδ' εἰ ἔγνως τὰ κατ' ἐμὲ ὡς εἶχε ἐν τῷ μεταξύ, ἐχθιαθείης ἄν μοι, εὖ οἶδ' ὅτι, ὡς ὑπάρξας τότε τοῦ καθήκοντος πρὸς ἄνδρα ὀλιγώρως τὰ τῆς φιλίας δίκαια θεραπεύοντα. πόνον δὲ φροντίδων ἐσμὸν οἷς με οἴκοι ἀπολελοιπότα, ὅτ' εἰς τὴν αὐλὴν ἀπεδήμουν, ἐπανα-λαβεῖν αὖθις ἐπανιόντα. καὶ τὴν μὲν κατὰ μέρος καὶ τῆς ἀρχῆς συμπτώματος οὐ μνημονεύσομαι. αἱ δὲ φροντί-δες, ὥσπερ ὅτ' οἰκονομικὸς ἐμοὶ λόγος, καὶ ἡ πολυπαιδία ἀνατίθησιν ἢ τοῦ μειρακίσκου προξενητικὴ, ὅλως τῆς διανοίας ἀντιλαμβανόμεναι, καὶ τὰ τῶν λόγων δὴ πολλάκις αὖ ταῖς φροντίζειν ἀποβιάζουσι, μή τι δὴ ἐνθυμεῖσθαι τὰ τοιαῦτα τῶν ἀσχολημάτων ἄλλα διαγωγὰς καὶ τέρψεις ἔχει, ὧν μόνοις προσήκει τοῖς ἐκ περιουσίας γρά-φουσι. ταῦτα μὲν οὖν ἀπολογιζόμενος, ἀξίως ἂν τοῦ τρόπου σου πείσειας καὶ φιλοπρεπῶς, εἰ εὐγνωμονοίης πρὸς ἡμᾶς τούτου εἵνεκα. εἰ δὲ σὺ ἀγνωμόνως ἐμοῦ ἀπολογιζόμενος, καταδικάσεις μου τήνδε τὴν ἀπολογίαν, ἴσθι εἰς Λάσκαριν τὸν καλὸν ἐφήσοντά με τὴν κρίσιν. ἐπὶ τούτου γ' οὖν πάντως καταδικάσασθαι τὴν ἀπολογίαν δο-κῶ μοι. ἀμέλει σὺ τῶν τι μαθητευσαμένων αὐτῷ ὢν καὶ συνδιατετριμμένων, πῶς οὐ φρονεῖν ὑπεναντία αὐ-τῷ δόξεις ἢν μνησικακεῖν διατελῇς ὡς καταφρονούμενος ἢ καταμελούμενος. Λασκαρίζειν τοίνυν ἐστὶν οἱ λόγοι μὲν καὶ φράζειν, τὸ δεινῶς λέγειν καὶ κομψῶς. τὸ ἦθος δὲ Λασκαρίζειν ἐστὶ, τὸ ἐπιεικῆ καὶ χρηστὰ καὶ εὐαρεστήμονα φρονεῖν. ἔρρωσο, καὶ κατ' ἀξίαν πράττῃς καὶ πείθῃ, ἀνδρὶ δι' ὑμᾶς συνεχῶς καὶ πολυσχιδῶς τὰ πρωτεῖα ἐλαχόντι τῆς ἀκριβοῦς τῶν πραγμάτων διοικήσεως. ἐν Λουτετίᾳ Παρισίων Φεβρουαρίου μηνὸς ὀγδόῃ ἱσταμένου.

Βουδαῖος Φραγκίσκῳ Ροβερτέτῳ εὖ πράττειν.

Δεξάμενος τὸ σὸν ἐπιστόλιον, καὶ τοῦτο διελθὼν ὦ ἀσπαστή μοι κεφαλὴ, εὐθὺς ἀπεδεξάμην τό τι γεν-ναῖον τῆς φύσεως, καὶ τὸ εὐμαθὲς, ἄλλως τε τὸ κατὰ τὴν ξένην γλῶτταν. τίς γ' οὐκ ἂν ἀγασθείη τι καὶ ἀσπά-σαιτο τὴν ταχύτητα τὴν σὴν, ὀλίγων μηνῶν προκεκοφότος ἐν παιδείᾳ δυσχερεστάτῃ, καὶ ὀρθῶς ἤδη στοι-χειωθέντος. ἐφ' ᾧ ἐπαινετὸν ἡγοῦμαι τὸν οὕτω διαπαιδαγωγήσαντά σε καὶ τὸν ἀδελφὸν, τὸν καλόν τε καὶ εὐ-γενῆ Κλαύδιον Θεόνδωρον φημὶ τὸν λέγω, ἄνδρα τι ἀγαθὸν, καὶ διγλώττῳ παιδείᾳ ἐξηρτημένον ἐν τοῖς πάνυ. οὗτος ζεῦγος μαθητῶν λαβὼν τῇ προθυμίᾳ ἀγχώμαλον, καὶ εἰς τὰ κάλλιστα τῶν μαθημάτων εὖ πεφυκὸς, οὕτως ἔφθη διατυπώσας, ὥστε ἐπιτηδείω σφῶ καὶ ἐξησκημένω πρὸς τὰ πόρρω ἀποδεῖξαι. ἄγε δὴ μειρακίσκω μοι ἠγαπημένω, διαπλεῖτον ἀντιποιουμένω ἧς εὕρεσθον ἀφορμῆς. ἐξὸν ἡμῖν τῇδε τῇ τύχῃ χρῆσθαι, καὶ τοῦ καιροῦ τ' ἀπολαύειν καὶ διδασκάλου. ὅτι γ' οὖν παντὸς τοῦτό γε καιροῦ ἐστὶν, ὅτ' εὐτυχίας τῆς τυχούσης, τοιούτῳ ἐντυγχάνειν οἷός ἐστιν οὗτος καθηγεμὼν καὶ διδάσκαλος. ἐὰν οὖν ἐμοί γε συμβούλῳ χρήσησθον, τοῦτόν τοι τὸν ἄνδρα κατὰ τὴν ἀξίαν διαλίποιτον θεραπεύοντε, θαυμαστὸν ἡλίκον, μοι δοκεῖ, τῶν νέων προσδοκηθέντων. οὐ δὲ ὑμῶν ἐπιμελῶς καθηγησαμένου, τῷ γὰρ πατρὶ τῷ ὑμετέρῳ ταύτην τὴν χάριν οἶδ' ὅτι κεχαρισμενωτά-την θήσετον, καὶ ἑαυτῷ μάλιστα συνοίσουσιν, ὅταν ἀθρόον ἂν ἀξιολογώτατα τῆς τε περιττῆς φύσεως καὶ ἐπιμε-λείας ἀκριβοῦς προσενέγκητον δὴ ὦ γενναίω, τούτῳ τῷ ἡγεμόνι τῆς κατὰ τὴν λογικὴν ἀρετὴν ὁδοῦ. ἡμῖν γὰρ προσφιλῶς τε διάκεισθον, καὶ ἀεὶ εὐφήμως ἔχει διὰ στόματος. πρόσειπέ μοι τὸν ἀδελφὸν, καὶ τὸν καλὸν Σαλμώνιον καὶ σοφόν. ἀλλὰ σύ γε μάλιστα σοῦ τοκέας μὲν σοῦ νοῦς, ἐν δέοντι δὲ μάλιστα τὸν φύσαντα. οὗ περ ἐγὼ τὴν εὔνοιαν περὶ πλείονος ποιοῦμαι ἅπαντος τοῦ αὐλικοῦ, μετά γε τὸν βασιλέα καὶ τὴν δέσποιναν τὴν πάνυ. ἐπεὶ τῶν ἐν αὐλῇ διατριβόντων μόνος αὐτὸς φίλος ἐστὶν ἀληθὴς, τῶν ἄλλων ὑποκριτικῶς φενακιζόν-των. ἔρρωσο ἐν Λουτετίᾳ τῶν Παρισίων, Μαρτίου μηνὸς πέμπτῃ ἐπὶ δέκα, ὃν ἀνθεστηριῶνα προσειπὸν, ἴ-σως ἂν οὐχ ἁμάρτοι.

Ἰάνῳ τῷ ἀπὸ τοῦ Φορίσους.

Ἀπέλαφας πάλαι τὴν ἐπιστολὴν τὴν σὴν, οὐκ οἶδ' ὅπως δι' ἀμνηστίαν οὐκ ἔχων ἀντιγράψαι σοι Ἰανὲ μοι ἠγαπημένε, ἄρτι δὲ εἰσιδὼν ἡμᾶς ὡς οὐκ ἔστιν πρὸς ἀνδρὸς ἐστὶ σπουδαίου τε καὶ φίλου, τοῦ δὲ τοῦ καθή-κοντος ἐξίστασθαι προκαλυμμένῳ, ἀνακαλεῖσθαι τοῦ ἐλλείμματος εὐθὺς τὴν αἰτίαν διενοήθην. ὡς δὲ εἰώθασιν οἱ διαμελληταὶ τῶν ἀνδρῶν τὴν φύσιν ὄντες, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας διαναβαλλόμενος, καὶ προσδοκῶν, ἔχαιρον· ὅτε ἀγγελιαφόρου τύχοιμι εἰς Φλωρεντίαν τὰ γράμματα κομιοῦντος. οὐ μέντοι δι' ἐπιμελείας γ' εἶχον, τἀ-ληθὲς γὰρ γενναίως ὁμολογήσω, ὅπως τὴν ταχίστην τοῦτο γένοιτο, δι' ὃ δὴ χεῖρον τῶν φίλων, ὡς εἶπον, τὸ ἦθος τῶν ἀπηχθέντων ἐγχειρίζειν τοῖς ἔργοις, καὶ τῶν πραγμάτων ἅψασθαι σφίσιν ἐπιταξαμένων. ταύτης γάρ τοι τῆς

αἰτίας

αἰτίας πολλάκις μὲν ἐπιπλήξας ἐμαυτῷ μέμνημαι καὶ ἀχθόμενος, οὐκ ἔφθην δὲ ἐπανορθωσάμενος τὸ πλημ-
A μελὲς τῆς φύσεως οὐδέπω καὶ τήμερον, ὅσον γε δὴ ἀνήκει εἰς τὸ ἐπιστολὰς ἐπιστέλλειν. καίτοι αὐτός γ' ἐκ τοὔμ-
παλιν κρατεῖν οὐκ ἔχων μακρηγορίας βιαζομένης, ὁπόθ' ἅπαξ τοῦ ὄκνου ἀποσεισάμην, οὕτως ἀτάκτως ἔχω.
ταῦτα μὲν οὖν ὁμολογεῖν προήχθην, ἵνα μὴ ἀχθεσθῇς μοι ὡς σου μόνου ἀμνημονοῦντι. οὕτω γὰρ ἐμοῦ διακειμέ-
νου, ὁ θεῖος ὁ σός, ἀνὴρ ὄντως, ὥς γ' ἐγὼ οἶμαι, ἀγαθός, υἱὸς ὢν τοῦ ἐπιστατοῦντος τοῦ βασιλέως κυνηγετικοῦ,
κατὰ τύχην τῷ ἐμῷ καταλύματι τήμερον προσελάσας, τὸν ὕπνον ὄρθριον ἐμοὶ ἐξετίναξε. ὡς γὰρ τάχιστα τὸ
ὑμέτερον ὄνομα εἶδον ὑπὸ τῷ ἐπιστάθμῳ γεγραμμένον, μεταξὺ τὴν θύραν παραμειβόμενος, θυροκοπεῖν
ἔγε προὐθυμήθη ὑπὸ τῆς ἄγαν φιλίας, καὶ πυθέσθαι τοῦ προστυχόντος εἰ ἔνδον εἴην αὐτός. ἐτύγχανε δέ τό-
τε τὰ κατὰ τὴν κυνηγεσίαν ἀμφιεχόμενός τι, καὶ ἐνδεδυμένος. ἵν' οὖν συνελὼν, τὰ ἐφεξῆς εἴπω, ἡμῶν ἐπὶ τῇ
φιλοφρονητικῇ προσρήσει προσδιαλεγομένων, ἡμεῖς γὰρ ἀλλήλους διὰ πολλοῦ τότε ἑωρακότες, ἐν δέοντί πως
ἡ τῶν γραμμάτων τῶν σῶν ἐμοὶ μνήμη ἐπῆλθεν. ταῦτα δὴ προχειρισάμενος ἐκ τῶν φοριαμῶν τῶν ὁ-
δοιπορικῶν ἔδειξα. καὶ δὴ καὶ διομολογίᾳ ἐξηγησάμην. ἐφ' οἷς ὑπερευφραινόμενος πολλάς μοι χάριτας ὡμο-
λόγει. φιλότιμος δ' ἐμοῦ ἀντιγράψειν, ἐπειδὰν τάχιστα τύχῃ τοῦ γράμματα κομιοῦντος, ὑπισχνούμενος
οὗτός μοι πᾶσαν τῆς ἀναβολῆς πρόφασιν ἀναδέξασθαι ἔφη τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἐπιμελείᾳ ἐπιστέλ-
λειν ἐν τῷ μετὰ χρῆμα βουλοίμην. ἐνταῦθα δὴ τοῦ λόγου καταλημμένος, οὐ γὰρ ἦν ἄλλην σκήψασθαι τότ' ἐκεῖνα
εἰπεῖν προλαβόντα, καὶ γράψειν αὐτίκα δὴ συμφήσας, ἐπιβαλόμενος τοῦ ἔργου. οὐδ' ἐπὶ τὰ αὐτῷ πεπραξόμε-
να ἀπῆλθεν, δυοῖν ὡρῶν φάσκων ἐπανήξειν. αὕτη μὲν οὖν ἔσται σοι τούτων τῶν γραμμάτων ὑπόθεσις, ὁ πλεῖ-
στον τὸ διάστημα τὸ ὑπὸ θεὸν σοι ἀφορισμένον, ἐκτεινομένης ἄλλης ἐπιστολῆς ὑπόθεσιν ἀφήρηταί με. οὐ δὲ ἐκ προθέσ-
μου αὐτῷ παρασχέσθαι τὴν ὑπόσχεσιν ἵν' ἤτοι ἂν δήπου κεχαρισμένην οὖσαν ἀνδρί τῳ κατασπεύδοντι, καὶ τοῦ
κομίσοντά που τὴν ἐπιστολὴν ἐπέχειν οὐκ ἐθέλοντι. ἔγνων δὲ τοῦτον θεῖον μέν σοι ἐκ μητρὸς ὄντα, πατρῴαν δέ
σοι εὔνοιαν παρεχόμενον. ἀλλὰ μὴν συνήδομαί σοι τῆς δὲ τῆς εὐμαθείας, ἣν τὰ γράμματα σου ἅμα δὴ ἐπιγράμ-
ματι κατηγορεῖ. εὐδαιμονίζω δὲ τῆς τε εὐημερίας καὶ ῥᾳστώνης ἀπροσδοκήτως δεδωρημένης. ὅπως οὖν ὦ βέλτι-
στε μὴ τῆς ἄγαν ταύτης φιλοπονίας παύσῃ, μέχρις ὁ χρόνος σοι γιγνόμενος ἐξήκῃ. ἔρρωσο, ἐν Λουγδούνῳ
Σεπτεμβρίου μηνὸς εἰκάδι, ὃν μεταγειτνιῶνα καλεῖν ἔξεστιν ἐν Πλουτάρχῳ πειθομένῳ.

Γυλιέλμος ὁ Βουδαῖος Ἰακώβῳ Τουσανῷ εὖ πράττειν.

B Τί ἐστιν φὴς ὦ φιλελεύθερε, ὅπως ἡδὺ καὶ μακάριον ἡ ἐλευθερία; καὶ σὺ νῦν ἐπιτεθεὶς ἀπολαῦσαι ἐκείνης
ῥᾳστώνης, βαθεῖαν καὶ εὐδαίμονα, τὴν παρὰ τοῦ προτέρου εὐεργέτου σου, ἧς τινος ἂν εἴη μόνης σύντρο-
φος ἡ γιγνομένη τῇ φιλοπονίᾳ καὶ αὐτοῦ ἔκγονος ἡ ἐμπειρία τῶν μαθημάτων. τοῦτο γὰρ βούλεται ἡ ἐπιστολή
σου τελευτῶσα. ἀλλὰ μή τοι γε οὐ τοῦτο ἦν τὸ σὸν, ἐρασθῆναι πάντως ἐλευθερίας, ἀλλὰ μᾶλλον διατελεῖν ἀπεχθό-
μενον ῥᾳθυμίας οὐκ ἐνδόντι, πρὸς ἣν ἀναπαύσεως εἶχες πάλαι, ὡς μέμνημαι αὐτὸς πολλάκις ἐνθυμούμε-
νος. σοὶ μὲν οὖν ὦ δαιμόνιε τὰ περὶ ἐμὲ παράξενα εἶναι δοκεῖ, πάντων τῶν πρὸς τοῖς λόγοις ὄντων φιλησυχώτατόν
τε καὶ σχολαστικώτατον εἶναι καὶ ἐμαυτῷ μόνῳ καὶ ταῖς μούσαις ἐθέλων ἀεὶ ἀσχολεῖσθαι δι' ἀτυχίας, καὶ μὴν ἤδη τοῦ-
το τὸ ἔτος ἥμισυ πρὸς τοῖς τέσσαρσιν ἀπεστερημένῳ εἶναι συμβέβηκε τῆς ἐρωμένης μοι φιλολογίας, πῆ μὲν ἀπο-
δημοῦντι τὸ πλεῖστον μέρος, πῆ δὲ ἀπασχολουμένῳ καὶ πολυπραγμονοῦντι, οὐκ ἐξὸν ἐν τοσούτῳ διὰ τετάρτης
γοῦν ἐντυγχάνειν τοῖς λόγοις. πόσον οὖν βεβαρῆσθαι ἡμᾶς ἡγῇ τόδε καινοτόμημα περί τε τὴν δίαιταν καὶ
τὴν ἐπιτήδευσιν. θαυμαστὸν ἡλίκον δήπου. σοὶ δὲ ἣν μὴ εἰς τὴν πρότερον πάλιν ῥᾳστώνην καταστῇς, οὐ βιωτὸν
εἶναι δοκεῖ, οὕτω σὺ προσείθισας τοῖς καλοῖς μαθήμασιν, ἵνα μὴ δυσχερέστερόν τι λέγω. καὶ μὲν δὴ καὶ σοῦ ἐ-
θαυμάσαμεν ἡμεῖς, οὐκ οἶδ' ὅπως τὰ μὲν παρόντα, ἐπαινοῦντος ἐπιεικῶς διὰ πόθου δὲ, τὰ παρῳχημένα ἄγον-
τος, καὶ οἱονεὶ κατοιχομένην διαπενθοῦντος τὴν ἀμφὶ τὴν φιλολογίαν ἡδυπάθειαν, ἧς δὴ σὺ τυγχάνεις ἀ-
φειμένος, ἐμοῦ συγκαταινοῦντος τὴν βουλήν. σὺ μὲν τὴν λέξιν αὐτὸς αἰτίαν ἔφης ὅταν πρῶτον ἐντύχῃς ἡμῖν.
ἡμεῖς δὲ ἥδιστ' ἂν ἀκροῴμεθα δικαιολογουμένου. ἀλλὰ μὴν ὦ φίλτατε πρὸς τῆς ἐπουρανίων, ὅπως μὴ αἰσθή-
σοντι τὸ τῆς μετανοίας τῆς σῆς ἐν περὶ τὴν πρότερον ἐκεῖνον, αἴσθοιμι ὡς οἶσθα εὐνοϊκῶς διακείμενον, ἤτοι με-
ταμέλει σοι τῆς μεταβολῆς, ἢ πόθος τίς ἀρχαίων ἔχει σε τῆς διαίτης ἐγκαταλελειμμένης οὐ γὰρ ἂν φθαίη-
μεν ἔγωγε καὶ σὺ καταχλευαζόμενοί τε καὶ κακόρως ὑπὸ τούτου, καὶ ἀναισθησίας ὄφλοντες. μάλιστα γε τὸ ἐπιβαρὲς
τόδε τοῦ ἄχθους τοῦ καιροῦ ἡγοῦμαι πρότερον σοι κουφισθῆναι, ἐπειδὴ τὰ ἄγριά τε φιλεῖ ἡμερωθῆναι ψηλαφώμενα,
καὶ τὰ δριμέα δὲ καὶ σκληρὰ μαλαχθῆναι. ὃ μέντοι σοι εὐλαβεῖσθαι φὴς, μὴ ἐν βραχεῖ φθάσῃς ἐπιλαθέσθαι ὧν μεμάθη-
κας ἐπιπόνως, τοῦτο δὴ καταπαίχθαι ὑπὸ σοῦ νομίζομεν ἔγωγε ἡμεῖς εἰδότες οὕτω προσλιπαρεῖ σπουδὴν ὑπάρχειν
ἐν ἑκατέρᾳ τῶν γλωττῶν, ὥς τι οὐκ ἔστι σοὶ δή που προσεντυγχάνειν οὐδένα, μὴ βιβλίον τι τῶν δοκίμων τι καὶ χαριέν-
των ἐν χερσὶν ἢ ὑπὸ μάλης ἔχοντι. οὕτω δὲ τῆς ἀποδημίας ἀπολαύσαις ταύτης ἐπ' ἀγαθῷ, ἣν ὁ πάτρων ὁ σὸς
ὅν σύ γε εὐγνωμόνως χρηστότητός τε καὶ εὐνοίας ἐπαινεῖς, τῆς αὐλῆς ἀκόλουθον γεγονώς. ὥσπερ τοῦτο δια-
γνῶναι τυγχάνομεν ἀκηκοότες. ἀμέλει καὶ τῶν σπουδαίων τινὲς συνεξετάζονται τοῖς ἐνταῦθα ἐνδημουμένοις τε καὶ
πλάτταις ἐκείνους τῆς δαιδαλουργοῦ τῆς κοσμούσης τοὺς ἄνδρας. εἴτ' ὁμιλεῖν σοι ἔξεσται καὶ ἐντίμως κατ' ὅτι συνδια-
τρίβειν. ὃ δὴ ἀνάμελλόν μοι διάθεσιν πρὸς τὴν φιλολογίαν πολλάκις ἀπηκατέστησε τι καὶ ἀναζωπύρησεν, ὅσα γε

τὰ τῆς λειτουργίας τῆς ἐμῆς ἴσα, καὶ τὰ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου οὐκ ἀνεῖλκεν. ἃ δὴ ἄμφω μοι τὸ δίμοιρον παραιρεῖται τοῦ καιροῦ, ὧν σοὶ ἄδεια ἔσται παντελής. ἔρρωσο, καὶ διατέλει ξενίζων πρὸς ἡμᾶς. καὶ ἀσκῶν τὸν χαρακτῆρα εὐτυχῶς. ἐν Λυγδούνῳ, ὅπου νῦν ἡ αὐλὴ διατρίβει, ἐπώνυμος τῆς κυρίας αὐτοῦ βασιλευούσης ἀποδημοῦντος τοῦ βασιλέως, καὶ εἰς τοὺς Ἰνσούβρους εἰσβεβληκότος. Νοβεμβρίου μηνὸς ἱσταμένου ἐπὶ δέκα.

Γυλιέλμος ὁ Βουδαῖος Κλαυδίῳ Ροβερτέτῳ εὖ πράττειν.

Λογιζομένῳ μοι τὴν τύχην τὴν σὴν καὶ τὴν ἀδελφοῦ ἀμφοτέρας τε Κλαύδιε, μακαρίζειν ὑμᾶς ἔπεισι ταύτης τῆς προαιρέσεως ἐς ἔχοντας διαπλεῖν, καὶ τῆς τῶν γονέων ὑμῶν οἷς δὴ ἀμφοῖν συνεδέξατο, ὡς ἤδη ἔμελλον προσδιαλεγόμενος αὐτοῖς. οὐδὲν ἐστὶν προσπρεπέστερον ὑμῖν τῆς παιδείας τῆς διττῆς, εἰς νῦν ἡμεῖς γε προσαφορίζομεν χαίρετε ἐπὶ τοῖς κατημμένοις ὑπ' αὐτῶν μέχρι τῶν δὲ κτήμασί τε πολυπλέσι καὶ χωρίοις πολυπροσόδοις, ἅπερ αὐτοὶ ἐστὲ οἱ κληρονομήσοντες. ἐφθάκειν μὲν οὖν τὸ πρότερον διατρίψας ἐν τῷ τοῦ πατρὸς ὑμῶν καταλύματι. εἴθισμαι γοῦν εἰς τοῦτο φοιτᾶν, πρὸς μόνον αὐτὸν δήπου σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν αὐλὴν θεραπευτικῶς αὐτοῦ διακείμενος, ὡς χάριτας δήπου χαρίζεσθαι χαριέντως φιλοῦντα, καὶ μὴ φενακίζοντα, ἅπερ εἰώθασιν οἱ πλεῖστοι τῶν τὰ πρωτεῖα εἰληχότων ἐν τῇδε τῇ κεκραμένῃ ἀγορᾷ, πρὸς οὓς δὴ τοῦτο ἀπεστραμμένως ἔχω, ἀλλ' ἅμα μὲν ὁ πατὴρ ὑμῶν μετὰ τὸ δεῖπνον εὐθέως ἐξαναστάς, καὶ παμπλήθει τινὰ δεσμὸν προσεχεῖ εἰσάμενος γραμμάτων ἐναπτεθειμένων, ταῦτα ἐπὶ τῆς τραπέζης ἐκεῖσε ἐξέθηκε, μεθ' ὑμῶν προσδεχόντων τούτων, οὐδ' ἐνθυμουμένων τὸ ἐπ' αὐτοῦ γεγονός, ἕως οὗ ἐγχειρίζοντος τὰς ὑμετέρας ἐπιστολάς, ἐγνώρισα πραχθὲν ἐκ τῶν ἐπιγεγραμμένων, τὸ αὐτόγραφον τὸ ὑμέτερον. ἐβούλετο γάρ, οἶμαι, ταῦτα τὰ γράμματά με διελθόντα, πειρᾶσθαι εἰς ὅσον προκοπῆς ἐπιδεδώκατε ἐξ οὗ αὐτόθεν ἀπέστη ἡ αὐλικὴ θεραπεία. ἐγὼ μὲν οὖν πάντα ταῦτα διαναγνοὺς ἡδέως, ἅμα δὲ καὶ προσαναγνούς, ἠγάσθην μὲν ὑμῶν τὸ ἀγχώμαλον τῆς εὐμαθείας, ὡς ἐναμίλλως δή που φιλοπονούντων, ὑπερεχάρην δὲ ἐπὶ τῷ προκεχωρηκότι ὑμῶν λαμπρῶς τε καὶ καταφανεῖ, τὴν εὔκλειαν δήπου ἐκείνην αὐξήσοντι ἐν τῷ ὕστερον χρόνῳ, ἣν τε ὑμῖν οἰκείαν τε καὶ ἰδίαν κέκτηται τὰ τοῦ φύσαντος ὑμᾶς κατορθώματα, πάντας τούς τε συνεξεταζομένους αὐτῷ, καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ λειτουργοῦντας λειτουργήματα, λαμπρῶς ὑπερευδοκιμήσαντος, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸ τοῦ. φέρε δὴ ὦ λῷστε ἄπειρξ παρέχουσ' ἐστὶ τύχης ἀφορμῆς, ἐξὸν τῇδε τῇ ἡλικίᾳ χρῆσθαί σοι τῇ οἰκουρητικῇ οὔσῃ ἀπασῶν τε τῶν λειτουργιῶν καὶ ἐνασχολημάτων ἀπελεύθερον. σοὶ γὰρ τὰ πρῶτα τῆς εὐδοξίας προσοίκει τῆς οἰκείας, ᾧ γε καὶ τὰ πρεσβεῖα τῶν πατρῴων ἐπιβάλλει. ἐνθυμήθητι οὖν ὡς ἡ εὐκαιρία οὐκ ἐπιθ' ὁμοίως ἑαυτὴν ἐνδώσει σοι τὸ ἔπειτα, ὁπόταν εἰς ἄλλο μεταβῇς ἐπιτήδευμα τοῦ βίου, ὑπὸ τοῦ πατρὸς τότε προσαγαγεῖν μέλλοντος. ἐπεί τοι ἡ ἀφορμὴ τῶν ἐπιμελουμένων εἰκότως πέφυκε παραδραμεῖν, εἶτ' οὐκ ἐπανήξουσα ἢ αὖθις τοῖς μεταμελομένοις. ἔρρωσο, ὦ εὐτυχῶν διατέλει. ἐν Τούρωνι πολίχνιον τῶν Ἀλλοβρόγων, Ὀκτωβρίου μηνὸς δεκάτῃ ἐπὶ δέκα.

Κλαυδίῳ καὶ Φραγκίσκῳ τοῖς Ροβερτέτοις.

Ἐτύγχανον μὲν ὦ κομψὼ μειρακυλλίω ταυτησὶ τῆς ἡμέρας γεγραφώς, τῷ μὲν λόγῳ τε καὶ τῇ προσρήσει, ἑτέρῳ μόνον ὑμῶν. τῇ δὲ ἀληθείᾳ καὶ τῇ δυνάμει ἀμφοῖν ὑμῖν ἐγγεγραφὼς συνῳδῆ μοι γεγραφότι. ταύτην μέντοι τὴν ἐπιστολὴν προειληφώς ἐν τῷ βαλαντίῳ ἔχοντι μοι ἐντυχὼν ἀνὴρ μὲν ὑμῖν τ' ἔχων οἰκεῖά τε καὶ πλεῖστα χρησάμενος τοῖς ὑμετέροις τε καινοῖν, ἐμοὶ δὲ γνώριμός τε πάλαι καὶ εὐνοϊκῶς ἔχων. Κύρκελλος οὗτός ἐστιν, ἀνήρ τε ἀγαθὸς, καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκονομίαν ὢν τὴν ἐν τοῖς βασιλείοις καὶ ταύτης συνεπιστάτης. οὗτος ἐκ ταύτης τῆς ἐντεύξεως ἐπεὶ ἄλλα διαλεξάμενος, πλὴν τὴν ἐπιθυμῶν ὡς δὴ φιλεῖ ἐν τῷ τοιούτῳ, βούλει οὖν ἔφη ὦ φίλε, ἢ κελεύεις τι ὥς τινα τῶν συνδιατριβόντων τῇ αὐλῇ, πρὸς μὲν ἔφην οὐδὲν αὐτὸν ἐπεσταλκέναι αὖ τῶν συμπορευομένων τῷ αὐλικῷ. ὡς δὲ τοὺς Ροβερτέτους τοὺς ἐμοὺς πρότερον ἐπιγεγράφθαι ἔχω γράμματα, ἅ τινα Θευκρίτῳ τῷ τούτων καθηγουμένῳ ἐπιθεῖναι μοι δοκῶ, τούτῳ ὡς οἶμαι συναριστῶν. ταῦτα δὴ φήσας, καὶ τὴν ἐπιστολὴν μεταξὺ προχειριζόμενος ἐφ' ᾧ ταύτην τὸ εἰρημένον πιστόν. ὁ δ' ἐφθὴ λαβὼν παραυτίκα, κομιεῖσθαι αὐτὸς φάσκων. τοῦτο μὲν οὖν τῷ τε Θευκρίτῳ περὶ τὸ ἄριστον διηγημένος, ἅμα προφασιζόμενος τὸ παράδοξον τοῦ πράγματος καὶ τὸ ἀπρονόητον, ὡς τάχιστ' ἐπὶ τούτῳ ἀγανακτοῦντα ἤσθημαι τοῦτον, εἰ ἀγραμμάτῳ ἐπεκύρωσεν ὡς ὑμεῖς ὑπάρξει αὐτῷ, δυνάσει τὴν παρ' ἡμῶν ἐπιστολὴν πρότερον ἐπιδεδωκότι μοι, μὴ δῆτ' ἐγὼ ὦ Δαιμόνιε, μὴ ἀχθεσθῇ ποτ' ἐπὶ τούτῳ. πάλιν γὰρ εἰ δοκεῖ ἐπιστελῶ. εἰ δὲ οὐ βούλει, καὶ τὸ τρίτον δὴ ἔπειτα προσεπιστέλλειν οὐκ ἀναίνομαι, ἅμα δὲ τούτοις γράφων χαίρω τοῖς μειρακίσκοις, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ ποιν ἄλλοις. αὖθις μὲν οὖν ὑμεῖς ἔρρωσθόν τε καὶ καλῶς διαπλέετον προκόψαντε ἐν καλλίστῃ τῇ παιδείᾳ. ἴσον δὲ σφεῖς τοῦτο ποιοῦντε, πάντας αὐτῷ ὑπερευδοκιμήσοντε τοὺς σφῶν ἡλικιώτας. προσείρησθόν μοι πάλιν οἱ ἄριστοι σφῶν γονεῖς.

Φραγκί-

A

Φραγκίσκῳ Ροβερτέτῳ.

Συνέβη μοι τήμερον πρᾶγμα κεχαρισμένον προστυχόντι τῷ πατρὶ τῷ σῷ, ἀνδρί μοι καὶ τὰ ἄλλα τοῖς χρηστοῖς παιδεύσει καὶ παιδείᾳ ἐναπαστράπτοντι καὶ ἡδεῖ. ὡς γὰρ τάχιστα προσαγορεύσαντα τοῦτον ἐγώ, καὶ ἀντιπροσφερόμενος αὖ ὑπ᾽ αὐτοῦ φιλοφρόνως, ἠρξάμην ἐπιστολὰς δύο προχειρίσασθαι ἑλληνιστὶ συντεταγμένας, καὶ ἐκείνῳ πρὸς ὑμᾶς ἐπιδοῦναι, ὅτω γε τύχοιεν(?) ἐτύγχανον ἐπηγγελμένος, ὁ δὲ τὴν σὴν ὑπομνησθῶν ἐπιστολὴν καὶ φιλόφρων αὐτίκα ἐδίδου. καὶ μὴν τὸ γεγονὸς ἐμοὶ μὲν ἦν παράλογον, πρόσφορον(?) δὲ δοκοῦν τοῖς ἀνταλλασσομένοις, καὶ ἀλλήλους δι᾽ ὑπεροψίας ἔχουσιν, ὅταν τῷ χεῖρε ἐναλλὰξ δεικνύωσιν ὁμαλίζοντες. οὐ γὰρ ἔφθην εἰληφὼς τὴν σὴν ἤδη γε, προελόμενος τὰς ἐμὰς ἐγχειρίζειν. ἀλλὰ μὴν ἀπὸ μεσούσης ἡμέρας, οὖσιν ὑμῖν περὶ τὴν θεραπείαν αὐλικήν, ἐν τῷ ἐνδοτάτῳ τοῦ ἄγαν δεσποίνης οἰκίσκῳ, ἥτις, ὡς οἶσθα, ἀποδημοῦντος τοῦ βασιλέως τοῦ αὐτῆς αὐτοκράτορος δικηπεῖ(?), δεξιῶς γε πάνυ αἰτίᾳ τοῦ ἔργου καὶ κατωρθωμένως πρυτανεύουσα, οὗτος πάλιν ἐντυγχάνων ὑμῖν ὁ καλὸς πατὴρ ὁ σός, καὶ φιλόστοργος, περὶ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, εὐθὺς ἐξίωσεν ἐμὲ παρόντων οὐκ ὀλίγων τῶν τῆς πρώτης τάξεως αὐλικῶν, ἐπελθεῖν τι ταύτην, καὶ κατὰ λέξιν μεθερμηνεῦσαι. ἐγένετο μὲν οὖν τὸ πρᾶγμα αὐθωρὶ(?) καὶ πιθανὸν ἀκρόαμα τοῖς παραγενομένοις, ἐπαινοῦντων(?) μὲν πάντων ἐφ᾽ οἷς ξενίζων ἐπιτυχῶς παρακεχειρηκέναι δοκεῖς. πατρὸς δὲ γεγηθότος καὶ ἀποδεχομένου τὸ γενναῖον τῆς προθυμίας, ὑμῶν δὲ ἐν δέοντι τὸ καὶ τὸ προσεπαινούντων τῶν γεγραμμένων, ὡς παρ᾽ ἡλικίαν δήπου νεανικῶς ἀποτετολμημένα. ὃ δὴ μάλιστα βουλομένοις τι ὑμῖν, καὶ τῷ πατρὶ συνευφραινομένοις ἦν ἐπὶ ταύτῃ τῇ εὐδοξίᾳ τῇ σῇ, εἴς γε τὸν καθηγεμόνα τὸν σὸν τὸ πλεῖον μέρος ἀνήκουσαν, οὐ μέντοι εὐγνωμόνως ἀπονέμοντος πᾶν ἐκείνῳ. καὶ ταῦτα μέντοι μέχρι τούτου ἐγνωρίσθω σοι. τὰ δὲ ἐφεξῆς εἰς τὸ μέλλον ἀναβεβλήσθω. σὺ δὲ τούτοις καὶ τὰ περὶ ἐμοῦ ἐνταῦθα διατρίβοντος πεφιλοσοφημένα σοι, ἔκ τι τῶν παρὰ Λουκιανῷ τῷ σοφιστῇ δεξιῶς πεπονηθέντα. ἀποχρήσει δ᾽ αὖ ταῦτα ὅτι τύχῃ εἰς ὄγκον τινὸς ἐπιστολῆς γενόμενον μέγεθος. ἔρρωσο, ἐν Λουγδούνῳ.

Φραγκίσκῳ Ροβερτέτῳ.

Τὰ καθ᾽ ὑμᾶς ὀρθῶς ἔχοντα ἐγνωκώς, καὶ καλῶς φερόμενα, θαυμασίως πως ἥσθην. χθὲς γὰρ τοὺς γονέας τοὺς ὑμετέρους διὰ πολλοῦ ἐπισκεψάμενος, πρὸς οὓς δή, ὡς οἶσθα, ἔγωγε πρόπαλαι φιλικῶς διάκειμαι, αὐτίκα ἔμαθον ὑμᾶς, τὸ μὲν ὑγείας εὖ ἔχοντας, τοῦτο δέ, πόρρω που προβεβηκέναι παιδείας τι δοκίμως,

B

καὶ τῆς ἐπιδόσεως τῆς κατὰ τὴν καλλιλογίαν. ὃ δὴ ἐπέρρωσέ μοι τὴν πίστιν ὧν ἐτύγχανον ἀκούσας. καὶ γάρ τι πολὺς ἦν παρὰ πᾶσι λόγος τῆς ἄγαν φιλοπονίας ὑμῶν, τοῖς λόγοις δήπου προσανεσχηκότων(?) ἐπιεικῶς, ἐξ οὗ γε χρόνου σφῶν ἔφθη καθηγεῖσθαι ἀνὴρ εἰς τὴν νέων παίδευσιν ἀμφιδέξιος ἐν τοῖς πάνυ καὶ ἀκριβολογητικός, ὁ καλὸς καὶ λόγιος Θεόκριτος. ὁ νῦν μὲν τὰ φίλτατα τοῦ βασιλέως ἐπιτετραμμένος καὶ διαπαιδαγωγῶν ἔντιμος, κατά γε τὸ ἐγχώριον τῆς ἡλικίας ἐπιτεταγμένος. καὶ μὴν καὶ τὸ καθ᾽ ὑμᾶς ἐκείνως ἔγωγε πυθόμενος(?), πιθανῶς τι καὶ κομψῶς ἀπομνημονευόντων. καὶ δὴ καὶ ὡς μέγα τι χρῆμα εὐφυΐας μεταξὺ ἀγαμένων ἑκάτερον τῶν ἀδελφῶν, τὸν ἥσσω τὴν ἡλικίαν, ἀσμένως τε ἐνδεχόμενον τὸν λόγον, καὶ συγκαταθέσθαι ἐκείνων ταῦτα διηγουμένοις. εἰκότως, ὅς γε πρὸ πολλοῦ καθεωρακὼς εἶναι εὐδαίμονι μὲν σφῶν τῷ δ᾽ ὁμοιότητι τῷ ἀμφοῖν, σὸν μέντοι ἰδιαίτερον τὸ πλεονέκτημα φύσεως ἐξαιρέτου, καὶ προεχούσης τῶν μετρίων, μή τι γε δὴ τῶν πολλῶν. εἰ ἀκόλουθός ἐστι καὶ συμβίωτος ἡ εὐψυχία, τῶν καλῶν τι καὶ ἐπαινετῶν ἐγχειρητικὴ γενναίως καὶ πεφροντισμένως. τούτων μὲν οὖν τῶν δώρων τῆς προνοίας ὄναιο σύ, ὦ φίλη μοι κεφαλή. ὅπερ ἂν μάλιστα διὰ θεὸν γένοιτό σοι λαμπρῶς χαριζόμενον. ἔπειτα δὲ καὶ διά σε καὶ τὴν σὴν εὐσέβειαν, ἣν ἐπιτεθυμένη(?) δεῖ σε τῇ τῶν καλῶν λόγων σπουδῇ, μέχρι μὲν τοῦ ἱκανοῦ καὶ δέοντος, τό γε ἐπὶ σοὶ ἐναπομένης, τῆς δὲ φιλολογίας ἔρωτα διὰ βίου εὐθύμως τι καὶ εὐγνωμόνως θεραπεύσῃς. ἔρρωσο, ἐν Τύρωνι πόλει τῇ Ἀλλοβρόγων Ὀκτωβρίου μηνὸς δεκάτῃ ἐπὶ δέκα.

Γυλιελμος ὁ Βουδαῖος Κλαυδίῳ Ροβερτέτῳ εὖ πράττειν.

Δ

Κλαύοντι μοι τὴν ἐσχάτην ἐπιστολὴν τῶν ἐμοὶ ὑπό σου ἀπογεγραφυιῶν, τὴν ἑλληνίζουσάν φημι ἐκείνην, θαυμάζειν δὴ παρέστη μέγα τι χρῆμα εὐμαθείας τι τῆς σῆς, καὶ εὐδαίμονος εὐχερείας τοῦ χαρακτῆρος. ἐνῆν γὰρ ἐν τῇ σαφηνείᾳ τῶν γεγραμμένων καλλιλογία σχεδόν τι ἐπηνωρθωμένη, οὐδὲ μάμφασιν(?) αὐτῷ, ὥς γ᾽ ἐστὶν ἡ ἡλικία, εὐεπίληπτος, καὶ μὲν δὴ πρὸς ταύτην, εἴτ᾽ εὐφυΐαν, εἴτ᾽ εὐτυχίαν δεῖ καλεῖν τὴν σήν, τοῦ τυχόντος δεξιοῦ καθηγεμόνος, εἴτ᾽ ἀμφότερον, ὃ δή σοι κοινόν ἐστι μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν ἡμετέραν γε αὐτῶν τῶν πολλῶν καὶ ἐγκυκλίων ἀνθρώπων ὀψιμαθίαν δι᾽ ὑπεροψίας τι καὶ χλευασμοῦ ἦγαγον. οἷς δὴ παλαιπωρεῖσθαι ἀθλίοις τοσοῦτον χρόνον συνέβη, καὶ οἰκτρῶς δὴ ταῖς κεφαλαῖς προσπταίειν(?) πρὸς τὰ δυσνόητα τῶν συγγραμμάτων, καθ᾽ ὑμᾶς αὐτοὺς ἐπικύπτουσι, καὶ μὲν δὴ καὶ τῇ ὀψιμαθίᾳ δυστυχεῖ, τόγ᾽ ἐπιβάλλον μοι μέρος, καὶ ὅμως δὴ οὐχ ἧττον προσεγένετο δυσύχημα, τὸ αὐτομαθοῦ γενέσθαι. τῷ γὰρ ἂν ὄντι τις φαυλοτέρῳ χρήσαιτ᾽ ἂν διδασκάλῳ, ἢ ἑαυτῷ; τούτοις γοῦν προσίεσθαι ἀρκεῖ, τοῦ βιβλίων συνεῖρον(?) τὴν τόπι με

ἐγχυ-

ἀγχοῦσαν μεταξὺ ὑπερφιλοπονοῦντα, πάντων γε δὴ τῶν ἄλλων πρὸς τὴν παιδείαν ταύτην ἐπιτηδείων, ἐ-
πεγνωσμένον. ᾧ γε οὐδὲ γοῦν αἰεὶ μόνῳ ὁμιλεῖν τοῖς αὐτοῖς λόγοις συσπουδάζοντι ἐξεγένετο, οὐθ' ἡλικιώτῃ οὔθ' ὁπηλι-
κῳδηποτοῦν. ἐφ' οἷς δὴ τοσούτων αὐτοὶ ἤδη περιτετυχηκότες, σὺ νῦν τοῦ μὲν αὐτῶν λόγου ἐφιεμένους τινὰς εἰώθαμεν
εὐδαιμονίζειν. σοὶ μέντοι καὶ τῷ ἀδελφῷ τῷ σῷ ἰδιαίτερόν τι καὶ περιττότερον φιλοῦμεν συνησθῆναι. ταύ-
της τῆς συντυχίας πάντῃ πάντως εὐθηνούσης, ὅσον δὴ ἐκείνοις οἶμαι καὶ ὑμῖν τοῖς τὰ προειρημένα λογιζομέ-
νοις, τὴν τύχην ἔπεισι τὴν ἐμὴν συνεταλάζειν ἐμοί, καὶ δὴ εὐγνωμόνως ὡς εἰκὸς ὑμῖν συμπεπονθέναι. οὐ μήν,
ἀλλὰ καὶ ἔγωγε τούτων οὕτως ἐχόντων, πᾶσιν τοῖς εἰσέπειτα ἐπὶ τούτοις εὐδοξήσουσιν εὐνοϊκῶς φρονῶν, οὐδ' οὕ-
τω κακῶς προσενηνέχθαι μοι τὴν πρόνοιαν ἡγοῦμαι, οὐδ' ἀκλεές μοι ὑπάρξειν πλουτῶντι τὸ πρᾶγμα,
κἂν εἰ ἀπολελείψεσθαι πολὺ τῶν σοφωτέρων μέλλοιμεν. ὅπου γε τήνδε τὴν παιδεύσεως ὁδὸν προηγήσασθαι
τοῖς ὑμεδαποῖς νεανίσκοις φανησόμεθα. τοιγάρτοι ὦ γενναῖε πρὸς ἅπαν τὸ τῶν φιλομαθούντων ἐπιεικῶς τι
καὶ εὐμενῶς διακείμενος, εἴπερ σοί γε καὶ ἀδελφῷ ἡδίστοις μοι ἐφήβοις, τὰ πρὸς τὴν εὐμάθειαν εὐοδεῖν δὴ εὔ-
χοις ἂν ἔχοιμι, καὶ τὸ τέλος δὴ ἀπαιτῶν κατὰ τὴν γνώμην τὴν θ' ὑμετέραν καὶ τῶν ὑμετέρων γονέων, οἷς ἐ-
γὼ ἐντυγχάνειν εἴθισμαι ἐπὶ φιλίᾳ οὐ τῇ τυχούσῃ. σὺ δὲ διατέλει τὴν εὐγενῆ σου φύσιν γνωρίζων τοῖς ἀνθρώ-
ποις διὰ φιλοπονίας ταύτης. ἣ δὴ ἀξιέραστόν σε ἀπεργάσεται οὐκ εἰς μακρὰν παρὰ τοῖς ἐν αὐλῇ πρωτεύουσιν.
ἔρρωσο, πέμπτῃ τῶν εἰδῶν δεκεμβρίων, ἐν Λουγδούνῳ ἐμπορίῳ, ἔνθα νῦν διοικεῖται τὰ τῆς ἀντιβασιλείας, τὰ
πρῶτα τῆς τάξεως κυρίας τῶν πραγμάτων φερομένης Λοδοΐκης τῆς καλλιτόκου, ἣν πατέρας χρυσοῦς, ἣ λαμ-
πρῶς τε καὶ πᾶσι κεχαρισμένως διαπλεῖ χρηματίζουσα.

Budæus Erasmo s.

Literas tuas & Cantiunculæ nuper accepi longo interuallo postquam à uobis erant datæ. erat enim dies subscriptus ad quintūdecimum Cal. Ianuarij, quibus equidem ipsis protinus respondissem, si in comitatu principis fuisse mihi cōtigisset, hominemque habere cui literas cōmitterem. ἀλλὰ μὴν ὁ βασιλεὺς πρώην ἡμῖν νυκτὸς ἤδη πάνυ προηκού-
σης ἐπέστη, καίπερ τῇ προτεραίᾳ οὐκ ἐπίδοξος ὢν ἡμῶν οὐδ' ἐν τῶν δώδεκα ἡμερῶν ἐλθεῖν. ὁ αὐτὸς αὖ αὐθί-
ς χθὲς παραλόγως τό γε καθῆκον εἰς ἐμέ, ἀπεληλυθώς. τούτῳ μὲν οὖν ἐγὼ ἐπιδημοῦντι περὶ ἄλλης τις ἐτύγχα-
νον κοινολογησάμενος, καιροῦ γὰρ ἐπιτυχὼν εὐκαίρου ἐν τῇ παραδόξῳ αὐτοῦ ἐπιδημίᾳ, οὐδενὸς μὲν ἀκροω-
μένου, καὶ πάντων τῶν παρόντων πόρρω μεθεστηκότων. ἐνδεδωκότος οὖν τούτου ἀκρόασίν μοι ἱκανῶς, τῶν
γραμμάτων μνησθῆναι ὑπεβαλόμην ὧν πρὸς Ἐράσμου ἐγγύως ἦν κεκομισμένος. ὁ δ' οὐκ ἔφθη ἀκούσας
μου τὸν πρῶτον λόγον, καὶ ἐπύθετο, πότερον ἔφη καὶ πότε ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα προσδοκῷμεν. ἔνθα δὴ ἐγὼ
εἰπὼν μὲν τὸ καὶ τό, ἐφ' οἷς οὐκ ἠδυνήθης πω παρασκευάσασθαι τὰ περὶ ἀφίξεως, πάντως σε ἐλεύσεσθαι ὑπε-
σχόμην κατὰ τὸν πρῶτον ἐγχωροῦντα καιρόν. ἣν δὴ ὑπόσχεσιν ἐμὴν ὅπως ἐπιτελέσῃς ὅτι τάχιστα, ἵν' ἤδη παύ-
σωμαι ταύτης ὑπεύθυνος ὤν. ἐγὼ μὲν δὴ ὑπείληφά σε νῦν ταλαντευόμενόν τι τῇ γνώμῃ, καὶ τῇδε κἀκεῖ-
σε ἐπαμφοτερίζοντα, ἀναβολὰς ταύτας ἀναβάλλεσθαι ἀγχίνως τε καὶ νουνεχόντως. καὶ δὴ καὶ ἐς τὸ αὐ-
τό σοι οἶμαι τὸ πρᾶγμα καθέστηκεν ἀνθρώπῳ τοῦ λύκου δραξαμένῳ ἐκ τῶν ὤτων, ὥς φησιν ἡ παροιμία. ἐπεὶ
τοίνυν εὐλαβουμένῳ σύ γ' ἔοικας, καὶ δεδιέναι μή πως τὰ μετρίως μὲν αὐθι, βεβαίως δὲ καθεστῶτά σοι, μεταχει-
ριστός σου οἴχηται, ἅμα δὲ τάχα καὶ τόδε δέδοικας, μὴ καὶ τὰ τῆς ἐπαγγελίας τῆς παρ' ἡμῶν οὐ κατὰ γνώμην
ἀπαντήσῃ ἀφικομένῳ, ἐμὸν δὴ ἔργον εἶναι ἡγοῦμαι, ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ ὥσπερ τινὶ συγγραφῇ τὸ μέλλον ἀσφα-
λίζεσθαι, εἴ γε ἀξιόπιστόν με ἐγγυητὴν εἶναι νομίζεις τοῦ συγκειμένου πράγματος. σαφῶς οὖν καὶ διερρημένως τοῦ-
τό σοι προσδιορίζειν οὐκ ὀκνήσαιμ' ἄν. ἴσθι τοίνυν ὦ φίλε ἑτοιμασμένην σοι καὶ παρακαταθεῖσαν ἱερωσύνην
ῥητήν, εὔδοξόν τι καὶ αὐτάρκη σοι πρόσοδον χορηγήσουσαν εἰς πεντακοσίους που στατῆρας τῶν ἡλιοχαράκ-
των, καὶ μικρόν τι προσέτι. ἔσται δὲ τοῦτό σοι ἠσφαλισμένον ἐν πόλει γνωρίμῳ τινὶ καὶ εὐθέτῳ ἡσυχίαν ἄξον
τι. ὅπως οὖν ὦ δαιμόνιε μηκέτι ἡμέρας ἐξ ἡμέρας διαναβαλλόμενος τηλικαύτην παρῇς ἀφορμήν. πέρα γὰρ
τοῦ δέοντος ἀκριβολογεῖσθαι οὐκ ἐν ἐπαίνῳ τιθέναι ἂν ἔγωγε, κακῶς γοῦν καὶ ἀνοήτως δόξεις περὶ μὲν τὴν
σὴν βεβουλεῦσθαι, σκαιῶς δέ τι καὶ ἀγνωμόνως τοιούτῳ τινὶ καὶ τοσούτῳ βασιλεῖ προσενηνέχθαι. αἰτίαν ὀ-
φλήσεις δήπου πρὸς τῶν ἀστείων ἀνθρώπων καὶ χαριεντιζομένων, ὡς ἀνδροῦσαν ἑαυτὴν τὴν τύχην ἀπειροκάλως
διωσάμενος. τίς γάρτοι ὦ πρὸς τῆς εὐλαβείας αὐτῆς, τίς τῶν ἐπιεικῶν ἐστὶν ἀνθρώπων, ὅστις ὀκνητέον ἔτι σοι
εἶναι εἰσηγήσεται, ἐμοῦ γε διισχυριζομένου ἅπαν σοὶ τὸ πρᾶγμα πρὸς τῶν εὔνων σοι διαπεπρᾶχθαι, καὶ δὴ καὶ ἐν
ἀσφαλεῖ καὶ πιστῷ ἀποκεῖσθαι, καὶ οἷα δὴ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης προνοίας, οὐδεμίαν παρεῖσθαι ὑφ' ἡμῶν προφυλα-
κὴν τῆς γε ἀπὸ τύχης ἐπηρείας, καὶ κακουργίας τῶν ἀνθρώπων. καὶ μήν, ἐγὼ οὐ μέγα φρονῶν δήπως ἐπὶ τοῖς
ὑπάρχουσιν τοῖς ἐμοῖ, ὅμως τουδὶ τοῦ ἐγγυήματος ἄγαν ἀξιόχρεως εἶναί μοι δοκῶ. σύνοισθα δέ τοι σύ γ' ἐμοί,
οὐ παύοντι τὰ περὶ τοῦ ἐνοχλοῦντί σοι ὑπὲρ τῆς προκλήσεως ἣν πρότερον περιηγγέλλοντο. συμβουλεύω δὲ τὴν ἐ-
μὴν καὶ γνώμην μετέωρον ἀεὶ ἀνέχοντι, ἕως δὴ τὰ τῆς ἀσφαλείας σοι οὐκ ἀπαρχόντως ἐδόκει μοι καθεστά-
ναι. κατὰ χώραν γοῦν μένειν συνοίσειν σοι, ἐλπίδος γε λαμπρᾶς προκειμένης ἂν μὲν μᾶλλον, ἢ κατηγγυημέ-
νης καὶ ἐν ἀσφαλεῖ κειμένης. ἑώρων γάρ τοι τότε τῶν περὶ τὰ σὰ συγγράμματα εἰκότως σπουδαζόντων, τοὺς μέν,
ταύτην τὴν πραγματείαν ἀνειλημμένους, τοὺς δ' ἐπισπεύδοντάς τι, καὶ τούτοις συνάρξασθαι τοῦ ἔργου ἐφιεμένους,

ὅπως Ἔρασμον τὸν πάνυ εἰς τὴν ὑμετέραν ἐφέλξοιντο, τὸν τὰ σπουδαῖα δήπου τῶν μαθημάτων καλῶς τίθεσθαι ἀλλὰ σπουδῆς ἔχοντα τῆς τι μεγίστης καὶ ἐπιτυχεστάτης, ἐν βραχεῖ δὲ δὴ καὶ τὴν ἐπανορθωμένην θεολογίαν εἰς τὴν καλλίστην εἰσοικιοῦντα, καὶ δὴ καὶ τῇ εὐδοκιμήσοντα δήπου τὴν οἴκησιν τῶν σπερμολόγων τοσουτονὶ τῶν περὶ ταύτην ὑπερφρυωμένως ἐγκεχλιδότων. τέως δὲ ἰδὼν ἐγὼ ἑώρων ἡσυχίαν ἄγοντι, οὐ συνεξετάζων ἐμαυτὸν τοῖς τι διαπράξειν ἐξαιτουμένοις, καὶ τόνδε δὴ εὐχῆς τὸν ἀφορισμὸν ἔχουσι. τότε γε μὴν πρῶτον ἀφανὲς τοῦ πράγματος αἴτιος ὑπεξῄειν, ὅτι ἀπεσταλμένον σοι τὸ γέρας ἐστὶ καὶ ἀφωρισμένον ἔγνων ἀξιοπίστως, αὐτίκα δὴ μάλα ἀποθησόμενον ἐπειδὰν εἰσαφίκῃ. ἔγνων δ' αὖ τέως παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ αὐτήκοος γενόμενος, τοῦτό σοι τὸ πρᾶγμα πιστώσασθαι κελεύοντος, ὅπως ἂν τύχῃ αἰτίας ἢ ἀφορμῆς. εἰ μὲν οὖν οὐ παντάπασι δυσαποσπάστως ἔχεις τῆς εἰθισμένης αὐτόθι διαίτης, καὶ τὴν ἡμεδαπὴν δὴ ὑπολαμβάνεις οὐκ ἀνεπιτήδειόν σοι ἐμφιλοσοφεῖν, οὐ γάρ σοι ἀγνώς ἐστιν πάλαι ἐπιχωριάζειν, ἴσθι τὸν βασιλέα ἀποδεξόμενον σὺ τοῦτ' ἄγαν προθύμως καὶ περὶ τῆς εὐφυΐας, οὐδαμῶς δ' ἀκρατοῦ εὑρήσειν αὐτὸν τὴν ἐλευθεριότητος. Facito ut sim certior si ad se hæc epistola peruenerit, primo quoq; tempore. hominemq; eximium Cantiusculam, tuiq; nominis apprime studiosum uerbis meis salutato. Parisiis tertio idus Aprilis.

Βουδαῖος Ἐράσμῳ.

Ἔφθην ἐπιστείλας σοι ἰσταμένου μηνὸς Ἀπριλίου περὶ τῆς ἀφίξεως σου τῆς πρὸς ἡμᾶς. τέως δὲ προσαξιωτὸς τοῦ βασιλέως οὐ περίειμι κατὰ τὴν τούτου τῆδε παρόδον. μίαν δὲ μόνην ἐκεῖνος τότε ἡμέραν ἐπιδεδημηκὼς τῇ πόλει ταύτῃ, οὐδὲ ταύτην ὁλόκληρον. κατὰ μέντοι τὴν ἐπάνοδον αὐτοῦ προχθεσινήν, μίαν καὶ τὴν ἡμίσειαν αὐτόθι διατρίψας ἡμέραν, καὶ πάλιν ἐμοὶ προσδιαλεξάμενος ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ πράγματος, ᾤχετ' εὐθὺς ἀπιών. εἰ μὲν οὖν ἄνερ προσφιλέστατε κομισάμενος ἔχεις τὰ γράμματά μου εἰ δὲ μή, πάλιν ἔχει τὸ κεφάλαιον τῶν ἐμοὶ γεγραμμένων. ἐγώ τοι σκέψασθαί σ' ἐκέλευον ὁπότερον τοῖν δύο τούτοιν λυσιτελήσειν ἐγῷμαι σοὶ μᾶλλον τοῖς σοῖς, ἤτοι τὰ καθ' ἡμᾶς αἱρεῖσθαι, ἢ τοῖς κατὰ τὸν κόσμον ἐμμένειν. εἰ μὲν οὖν τὰ ἡμέτερα ἀρέσκει σε, καὶ τὸ παρ' ἡμῖν ἐνδιαίτημα ἐπιτήδειον ἐστὶ σοι δοκεῖ τὴν σὴν φιλοσοφίαν ἐγχειρονομεῖν μετὰ τῆς περιφερῆ, πάντως σοι τὰ πρὸς τὴν τοῦ βίου ῥαστώνην ἐν ἀσφαλείᾳ μέλλει κεῖσθαι. καὶ γάρ τοι τὸ προτεινόμενόν σοι παρὰ τοῦ βασιλέως γέρας, καὶ ὥσπερεὶ εἰσελαστικόν τι ἐντεταγμένον εἰς τὴν ἡμετέραν εὐθὺς εἰσεληλακότι, ἐγγυᾶσθαί σοι αὐτὸς προθύμως μαι, καὶ τὸ μέλλον δὲ ἀναδέχεσθαι ἐπὶ τῇ ἐμῇ ἐπιτιμίᾳ, καίτοι γε οὐκ εὐαθῶς εἰκῇ κινδυνεύειν περὶ τῆς ἐμῆς οἰήσεως. νῦν δὴ ἀκέραιον, ὡς ἔγωμαι, μέχρι τῆσδε περίσσας διαπλῶ. μέμνημαι γοῦν τοῦ Δελφικοῦ, ἐγγύα πάρα δ' ἄτα. πῶς οὖν εἰς τοσοῦτο τόλμης νῦν προήχθην, ὡς αὐθαιρέτως τῇδε τῇ ὑποσχέσει ἐπιχειρεῖν μείζονι ἢ κατ' ἐμέ, βούλεσθε. ἀμέλει αὐτὸς σύνοιδα τῷ βασιλεῖ προθύμως καὶ εὐσταθῶς τέως προῃρημένῳ, καὶ βεβαίως δὴ κατειληφὼς ἵνα προθυμῇ σοι τὸ δῶρον, ὃ δὴ σὺ μέλλεις παραχρῆμα λήψεσθαι ἐνθάδε ἀφιγμένος. εἰ μέντοι διαπλεῖς ὄντως τῇ Γερμανίᾳ ἐμφιλοχωρῶν, ὥστε δέδιας μὴ ἡ ἐνταῦθα δίαιτα οὐκ ἐπίσης εἶναί σοι δύνηται καταθύμιος, ἤδη μοι ὁ λόγος δυσεπικρίτως ἔχει. πρὸ πάντων γὰρ ἂν αἱρεσίμην ἐγὼ εἰ ὁμοία μοι σκέψις τε καὶ αἵρεσις ὑπέκειτο, χαρίζεσθαι τῷ θυμῷ μου, τοῖς εἰθισμένοις γ' ἐνασμενίζοντι καὶ ἀναπεπταμένως ἐκεῖθεν διακειμένῳ. ἴσως γοῦν τόδε αἰτεῖ πον ἔμοιγ' εἰκὸς, εἰ οὕτως σὺ τὸν θυμὸν διάκεισαι. εἰ δ' οὖν γνώμη ἰσορρόπως ἀμφοτέρωσε ἐπικλινὴς, διαταλαντεύεσθαί σε ποιεῖ, φέρε δὴ ὦ δαιμόνιε, ἐπίρρεψόν τι ταύτην ἐπὶ θάτερα, μᾶλλον μὲν οὖν ἐπὶ τάδε. οὐ γὰρ ἂν εἰσαῦθις ἀνεκτὸν εἴη τὴν βουλὴν σ' ὑπερτίθεσθαι, μεσεγγυηθέντος τοῦ γέρως σοι καὶ τὴν σὴν ἀποδημίαν περιμένοντος. χωρὶς εἰ μὴ ἐλάττω τὰ ὑπάρχοντα εἶναί μοι νομίζεις, ἢ ὥστε ἀξιόχρεων ἐγγύημα πιστώσασθαι. παῦσαι οὖν διαμελλητικῶς ἔχων ὠγαθέ, καὶ ἄρτι μὲν τὸ δεῖνα, νῦν τὸ δεῖνα προφασιζόμενος καὶ ὥσπερ ἂν εἴποι τις, πρὸς βασιλέα θρυπτόμενος οὐκ ἐν δέοντι. οὐ γάρ ἐστιν ὅστις τῶν δρώντων γε τῶν συνετῶν, οὐκ ἂν πολλὴν σου ἀπειροκαλίαν καταγνοίη, νῦν τὸ ἑρμαῖον ὀλιγώρως παρεῖναι δόξεις, ἔξον γ' ἀμέμπτως τοῦτ' ἀνελέσθαι. νῦν δ' αὖθις αὖ τὸ πολλοῖς δοκεῖν, ἢ τῶν παρ' ἡμῖν θεολογούντων φιλαπεχθημοσύνη μεταναστεύειν σε κωλύει, ἐμφιλοσοφοῦντα δήπου τῇ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἐπανορθώσει, ἄλογος οὗτος ὁ φόβος. αὐτίκα γέ τοι ἄδειαν σοι καὶ ἡσυχίαν ἀνενόχλητον, τὸ τῆς μεταπέμψεως ἀξίωμα παρέχοιτ' ἄν, ἀμέλει οὐδεὶς ἂν πολεμίως πράγματά σοι παρέχειν ὑπὸ τοῦ βασιλέως μεταπεμφθέντι καὶ ὑπερχαριζομένῳ. ἔπειτα ἡ ἐπιμονὴ σοι τὴν παρρησίαν τὴν σὴν ἱερωσύνη ἔντιμος τι αὐτὸ ἔδοσαν καὶ λαμπρὰν πρόσοδον νεμοῦσά σοι, ἀπαρτίζει τῆς τῶν διατριβῶν οὐκ ἔλαττον πόσι σταθμῶν. ὅθεν σοι ἀδεῶς καταφρονεῖν τῆς κακολογίας αὐτῶν ἐξέσται. ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ ἡ τῶν χαριεστέρων ἀνδρῶν σπουδὴ τῶν ἐπ' ἀξιώσει, νῦν μὲν εἰς τὰ σὰ συγγράμματα ἐπιρρεπὴς, ἐπιδημοῦντος ἤδη σου καὶ φιλοχωρεῖν δοκοῦντος ἐπιδιδοῦσα, οὐ τὴν τυχοῦσαν ῥοπὴν εἴη ἂν προστεθεικυῖα ἐφ' ᾧ τὴν τῶν σοι ἀπεχθημένων σύστασιν καταβαλεῖν. δήπουθεν ἐπειδὴ οὐκ ὀλίγοις τῶν συνετῶν καὶ χρηστῶν ἔδοξας οὔτοι οὐδὲν ὑγιὲς φρονεῖν, καὶ βασκαίνειν μᾶλλον τοῖς φιλοκαλοῦσι τῶν σοφῶν, τῆς καλλίστης τε καὶ ἐξεπαίνου καινοτομίας, ἢ ζῆλον ἴσον χρηστὸν καὶ ἐπιεικῆ διάκειν. τούτων οὕτως ἐχόντων, θαυμάζω σε πρότερον μὲν μεταναστάσθαι προθυμουμένου καὶ ἀφορμῆς δεομένου, νῦν δὲ ἀφορμὴν λαμπροτάτην εὑρημένου, εἶτά δὲ διαμέλλοντος. σὺ οὖν ἤδη διάγνωθι περὶ τῆς προκλήσεως, πότερον ἀποδέχεσθαι ταύτην ἢ διακρούεσθαί σοι βέλτιον. μεταγνοίη δ' ἂν ὁ βασιλεὺς νῦν ἀλαθὴς ἐπιφερόμενος. ἔρρωσο, ἐν Παρισίοις τῶν νονῶν Μαΐου τῇ ὑστεραίᾳ.

Budæus

Budæus Brixio.

τοῦ, ἐπί μοι πρὸς τὸν φιλίν, ἀπέδειξας τὰ περὶ τοῦ νικόλεω γεγραμμένα ἃ ἔπαιξας; περὶ ἐκεί-
νου φημὶ ὧν ἱκέτευες καὶ ἐπιβάλλεις ἡμᾶς πρὸς παίδων σχεδὸν καὶ πρὸς τῶν συνοικούντων, ἵνα τῷ
τῳ διαπεπεισμένῳ τὸ ὑπ' αὐτοῦ μνησθησόμενον. Quasi uero aut cura mea, aut precibus
aut autoritate uel impetrari possit, si egregiam & bonam amico communi operam
nauauero. uel hoc quis credat à te bona fide dictũ esse, qui te norit: qui quidẽ te τὰ πε-
ρὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἐν τῇ πόρτῃ probè tenere sciat: Qui deniq; ἐν τῷ πραγματεύεσθαι τὰ συμφέ-
ροντα sesquulyxem te esse meminerit. ἵνα δὲ ἴδω τὴν τούτου τοῦ ἔτους κατάστασιν, σὺ μὲν οἶσθα τὸν ἄν-
θρωπον, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους οἷς προσφέρεσθαι πολυπραγμόνως ἀνάγκη, ὃς αὖ τουτονὶ τὸν μύλωνα στρέ-
φειν ἐπιβάλλεται, ὁποῖοι τὸν τρόπον εἰσί. περὶ τῆς συντάξεώς φημι τῆς βασιλικῆς τῷ ἀνθρώπῳ ὀφειλομένης.
ἧς σὺ ἀξιοῖς τὸ αἴτημα τοῦ νικολάω δι' ἡμᾶς κατα πραχθῆναι. αἰτεῖται μέντοι τοῦ ἐξιόντος χρόνου εἰ μὴ τὸ ὅ-
λον, ἀλλάγε ἐπέτειον σύνταγμα τὸ ἐλάχιστον ἀπαιτήσασθαι, ἐπὶ τῷ διασκευάζεσθαι τὰ αὑτοῦ, καὶ αὐτόθεν
ἐξοικίζοντα, οἴκαδε μετανίστασθαι. καίτοι οὐκ ἀγνοῶν σύγ' εὖ οἶδ' ὅτι, τὸν τρόπον τὸν ἐκείνου οὕτως ὄντα ἀσυνάρμοστον,
καίπερ ἀργυρολογικώτατον, ὡς πάντας ἀτάκτως ἔχειν, καὶ ὥσπερ ἄνω κάτω τὰ κατὰ τὸν βίον φέρεσθαι
τοῖς ἐνταῦθα. De conditione quid censerem iterum ad eum scripsi, quando eum iam in
staturum sibi uideo, nec in posterum usqueadeo indulturum, quin sibi imperaturus
sit suscipere quæ è re sua futura uideantur, tametsi ὦ τῆς καινοτομίας, ἀνὴρ μὲν ἐλευθεριάσας
εἰ καί τις ἄλλος ἀεὶ πρὸ τοῦδε, πηλικοῦτος ὢν ἤδη ἐγκαταζεύγνυσθαι ἑαυτὸν ὑπομένει τῷδε τῷ μύλωνι τῷ ἀν-
δραποδώδους χαλεπωτέρῳ ὄντι, ὅπερ ὅμως ἡμεῖς μὲν καὶ αὐτοὶ ἐφθήκαμεν πεπειραμένοι, οὐχ ἑκόντες δέ, ἀλλὰ
θείᾳ τινὶ τύχῃ ἀνάσπαστοι οἴκοθεν γενόμενοι. οὐκ ἴσθ' ὅτι δήπου οὐκ ἀναιρεῖσθαι καὶ θαρρεῖν πλεονεξίᾳ δεῖναι.
φιλότιμος γ' ἔχουσι ἵνα δὲ ἤδη ἀπολογώμεθα, σὺ μὲν τὸν ἄνδρα ἔγνως οἷός τις καὶ ὅσος τυγχάνει ὤν.
ὃ δὴ Νικόλεως αὐτὸς λατρεύειν προθυμεῖται, καὶ συμπεριφέρεσθαι δὲ τῇδε κἀκεῖσε τῆς αὐλῆς πλανωμέ-
νης. ἐπίστασαι δὲ καὶ τὴν τοῦ βίου τοῦδε κατάστασιν, ὡς ἄρα δεινοί εἰσι τῶν ἀγχινόων τῶν ἀνδρῶν, καὶ δραστηρίως
ἀφιλεῖν τι καὶ κοσμεῖν. καὶ μὲν δὴ καὶ ἔγωγε τὸν Νικόλαον ἡγοῦμαι οὔπω πεφυκέναι ἀγχιστρόφως τις πο-
λυτρόπως, ὃς τὸν βίον τὸν πολιτικὸν καὶ τεταγμένον ὣ μέχρι τοῦδε συνείθισαι, εἰς τὸν ἐνθάδε ταραχώδη
καὶ ἀτακτότατον μεταρρυθμίζειν δύνασθαι. Exorandus fortasse aliquot mensibus Vertumnus
nobis erit, ἢν εὔστροφον τὸν ἄνδρα ἡμῖν ἀπεργάσηται. Quin & eum dextrum ac propitium no-
bis deum ὁ θεὸς πλεονεξία nobis statim reddiderit. Cuius illecebris & blandimentis ni-
hil non cedere solet, si minus apud cœlites, certè apud superos pariter & infimos σὺν
μὲν οὖν ἤδη ἔργον ἴσαι τοῦ προσφιλῶς πρὸς τὸν Νικόλεων διακειμένου, τό τι τὸ πρᾶγμα ἐκείνῳ συσκέψασθαι,
βουλεύω τι τινὰ εὔκαιρον αὐτῷ προχειρίσασθαι. οὐ γὰρ παιγνιῶδες τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἐπιμελοῦς σκέψεως ἢ βου-
λῆς δεόμενον, ἐπεὶ ἐὰν ἁμαρτὼν ἐν τούτῳ τύχῃ, οὐκ ἂν φθαίη μετανοῶν μᾶλλον, ἢ μετατιθέμενος εὖ τοῖς
κακῶς δεδογμένοις. Omnia aũt hominis causa cupiens, uelim ut consilium primo quoq;
tempore amicorum senatu indicto coactoq; expediat, res est enim præsentis consi-
lij, uerum huiuscemodi uelim consilium eum capere, rei ut & suæ familiari bene con
suluisse olim ipse gaudeat: & nos ei gratulemur. Rex intra biduum hanc urbem in-
gressurus est agmine composito. τὰ μέντοι τῆς ἐντεῦθεν κελεύσεως ἐν ἀβεβαίῳ κεῖται. ἐμὲ δὲ ἐκ τῶν ἐν
βουλομένων ἐξεργάσασθαι ἀνάγκη, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει πολυπλαδὲς ἐνδιαιτᾶσθαι. οὐδὲν γὰρ συνεσκευασμένος ἢ
μὴ οἴκοθεν τὴν πρὸς στρατοπεδείαν, καὶ ταῦτα χειμώνιον. Vale, Auenione pridie idus Se-
ptembres.

F I N I S.

Hactenus quæ Budæus suopte ingenio inuenit & elucubrauit: quæ sequuntur, ex Græcis autoribus ab ipso in Latinam linguam conuersa sunt.

ARISTOTELIS PHILOSOPHI NOBILISSIMI DE MVNDO LIBELLVS, GVLIELMO BVDAEO interprete.

G. BVDAEVS IACOBO TVSANO S.

ARistotelis librum de Mundo, nuper sermone Latino cùm scripsissem: huic Philonis librum eiusdem tituli agglutinandum censui, tanquam Herculi Theseum, aut profano Aristoteli potius Aristotelem initiatum: quando eodem in argumento, aut certè eiusdem tituli libro, eodem penè hic cum illo styli genere, suppari etiam usus acumine mihi scientiaq; uidebatur. Siquidem Philo (quisquis hic fuit qui librum de mundo scripsit: nam inclytum illum Philonem qui Platonẽ facundia æquauisse dicitur, nequaquam eum fuisse mihi persuadeo) differendo de mundo, deq; eius interitu aut æternitate constituendo, non tam Hebraicæ philosophiæ alumnus, mea quidẽ sententia, quàm Græcorum affectator esse uidetur, meditatus est. Scita enim amplexus est non tam scholæ circumcisæ congruentia: quàm religione oraculari solute ac libere. Et huius autem & illius librum è uulgatis tantum exemplaribus uerti: ut qui manu scriptum nullum unquam uiderim. id quod ueniæ emerendæ gratia testandum existimaui, si id in eam partem aliquatenus ualiturum est. Veritus sum enim ne si in mendis deplo ratioribus, aut si in loco uno aut altero mutilato sensus non cohæreat: iniqua conditione alienam culpam pręstare ideo mihi contingat. quod periclitari, ut aiunt, quàm extra telorum iactus conquiescere malui. In quo tamen instituto non minus inertiæ præsidium patrociniumq; parata sunt, quàm industriæ inconsultæ gestientiq;, dedecus & cõuicium. Verum hos libellos cùm edere mihi uisum esset: serotinam fortasse fœturam nec satis iam uiuidam, ne rationi quidem meæ institutoq; cõsentaneam: sed tamen edere eos ueterno excutiẽdo animiq; causa cùm statuissem: amicitiæ quæ tibi mecum intercedit ut dicarem, cupidè appositeq; feci, tuoq; sub nomine publicãdos tradidi: quippe quo omnium hominum ordinis nostri familiarissimè iam uti cœperim, in eo quidem negocio quod mihi adhuc reliquum est cum cultu literarum elegantium. Nullus certè usq; adeo mihi cõmentandi in eo genere usum, aliquot iam annorum inerti uacatione languentem & penè intermortuum, uiscendi, adhortandi, admonendi officio exuscitauit. Quocirca cui libentius Philologiæ (ut ita dicam) pristinæ nostræ delicias penitiores mihiq; sanctiores patefacerem, quales sunt illæ cunq;, hominem habui adhuc neminem, inspiciendas etiam ociose permitterem arbitrandasq; pro potestate. Idq; merito me fecisse confido, non doctrinæ modo tuæ merito, singularis & ingenuæ, mihiq; exploratæ: sed etiam acris, peruigilis, constantisq; studij: quod publicè fructuosum esse futurumq; sentio, mihi eo amplius priuatim iucundum & opportunum. Vale, Calend. April. M. quingen. uicesimosexto.

MIHI quidem ſæpe diuina quædam res Alexander, admirationeq; digna uiſa eſt Philoſophia; præcipuè uerò ea in parte, in qua ſola ipſa ſublimè ſeſe tollens ad contemplandas rerum naturas, magno illic ſtudio contendit exiſtentē in eis ueritatem pernoſcere. Et cùm cæteri quidem mortales altitudine ipſa rei atq; magnitudine deterriti, eo inſtituto abſceſſiſſent: dignū id incœptū eſſe duxit Philoſophia, quod intrepidè ipſa nec dubitanter aggrederetur: earum etiam rerum diſciplinam ſibi tum cognatiſſimam, tum maximè decoram arbitrata eſt. Siquidem cum per rerum naturam negatū hoc eſſet homini, cœleſtem ut in locum corpore ſe conferret, utq; uelut iè terra peregrè proficiſcens, locū illum oculis perluſtraret: id quod ſtolidi illi Aloidæ quondam facere inſtiterunt: eo factum eſt animus ut humanus huius uiæ ducem nactus intellectum, peregrinabundus illuc importaretur. Ex quo euenit, uiam cùm inueniſſet Philoſophia laſſitudinis uacuam atq; laboris, res ut inter ſe ſitu longiſſimè ſeiunctas una intelligentia complecteretur. facilè nimirū eas res noſcitans queiſcum ſibi naturalis intercedit neceſſitudo. Eadem etiam cum diuino animæ oculo diuinarum rerum naturā comprehendiſſet: hominib. ſubinde ea interpretari cœpit, quaſiq; antiſtitis officio perfungi. Id enim libens Philoſophia faciendum ſuſceperat, ut quas res cunq; pręcipuæ cōmendationis eſſe exiſtimaſſet, eas quoad eius fieri poſſet, inter homines erogaret: quibus utiq; ipſis abundè atq; prolixè conſultum ipſa cupiebat. Quapropter iſtos miſerari quiuis iure poſſit ut puſilli animi ſcriptores, res quaslibet uulgoq; expoſitas ſumma admiratione proſecutos, qui nobis unius loci naturā, aut urbis cuiuſdam formā ſitumq;, aut magnitudinem fluminis, aut deniq; amœni mōtis aſpectū deſcribere inſtituerunt: cùm interim magnificè de ſemetipſis ſentiant ob exilem quampiam naturæ perceptionem. Cuiuſmodi nonnulli magno illi quidem ſtudio fecerunt, accurata ut dictione deſcriberent, hic Oſſam montem, ille Nyſſam: alij Coryceum ſpecum, alij quiduis eorum quæ inter orbis particulas cenſentur. Id quod ideo euenit, quod illis maiora uidiſſe non contigit: mundū ſcilicet & præcipuas eius partes. Haudquaq; enim illi tantopere quælibet admirarentur, ſi hiſce contemplandis incubuiſſent legitima contentione: omnia uerò & parua & floccifacienda duxiſſent, dūtaxat præut extat horum excellentia. Proinde dicere ipſi aggrediamur de ijs omnib. uniuerſim collectis: quamq; fieri poteſt maximè theologica cōmentatione ediſſerere, quænam ſit cuiuſq; horum natura, ſitus, motus. Tibi uerò, utpote imperatorum præſtantiſſimo, hoc quoq; decorum conſentaneumq; eſſe arbitror, cùm maximarum rerum cōmentationem animo conſectari, tum uerò ex Philoſophiæ ſtudio nihil iam non grande animo agitare: optimates etiam uiros ijs rebus inuitare, quibus rebus ipſi ab eadem munificè prædito eſſe contigit. D

MVndus eſt compages è cœlo terraq; coagmentata: atq; ex ijs naturis, quæ intra ea continentur. Dicitur etiam aliter Mundus, ordo & digeſtio uniuerſorū, quę à deo, & per deum aſſeruatur. Huius ſitum medium immotum & ſtabilem Terra uitæ fœcunditate prædita, ſortita eſt: animantium quidem illa omnifariam diſtinctarum ſedes & parens. Huius uniuerſitatis ſuprema pars omnis, omnem in partem finita eſt & terminata. Cuius id quod in celſiſſimo loco ſitum eſt, Cœlum dicitur, dei domicilium. Hoc cum diuinis corporibus plenum ſit, quæ Sydera nos appellare ſolemus, motuq; ſempiterno agatur uno circumactu, orbisq; ductu eodem: perēni utiq; in æuum tenore rapta ſecum illa circumagit corpora ad numerum, in moremq; præſultoris. Vniuerſi autem mundi cœliq; globoſa (ut dictū eſt) forma compacti, iugiq; uertigine exagitati, duo eſſe puncta neceſſe eſt inter ſe è regione obuerſa, itidem atq; ſi globus in torno circumagatur: ſtabilia quidem illa, globumq; continentia: circa quæ mundus uniuerſus uertitur. Hos Vertices appellant aut Cardines. Per quos ſi lineam

A lineam rectam ab uno ad alterum porrectam intellexeris, quam nonnulli Axem uocitant: erit haec utiq; mundo linea dimetiens: ita ut terram in medio, ambos autem cardines habeat pro terminis. Qui quum ipsi fixi sint & immoti: alter eorum semper sublimis apparet super uerticem, ad tractum cœli Aquilonarem: ab Vrsa appellatus Arcticus. At infra terram alter semper conditus circa tractum Australem: Antarcticus dictus est, ut contrarius Arctico. Cœli porrò syderumq; substantiam appellamus ætherem: non quidem ideò quod ignita flagret ipsa, ut aliqui censuerunt, plurimum utique aberrantes circa potentiam illam maximè ab ignea natura abhorrentem: origine uerò huius uocabuli inde ducta, quod semper æther currat motu circumductili, cum sit illud elementum à quatuor illis diuersum: tum diuinum, tum interitus expers. Eorum uerò syderum quæ intus cohibentur, ea quæ errationis nescia sunt, cum cœlo circumferuntur: easdem utiq; sedes, positusq; eosdem tenentia. Quorum medius circulus (cui Signifero nomen est) duos per orbes transuersus cœlum cingit: qui à conuersionibus ipsi Solis, Tropici quasi conuersionales appellati sunt: in duodecim ille quidem regiones totidem signorum diuisus. At uerò quæ Erratica dicuntur, nec eadem ipsa celeritate cum prioribus moueri suapte natura comparata sunt, nec inter se inuicem: sed in alijs atq; alijs orbibus: ita ut orbium ipsorum partim propius terram accedant, partim sublimè ferantur. Et Statariorum quidem numerus iniri prorsus nequit ab hominibus: tametsi omnia eadem in superficie moueantur, quæ unica est totius cœli. At uerò Errabundorum numerus septenario collectus, in totidem orbibus situs est deinceps substitutis: ita ut subinde inferior superiore minor sit, septemq; orbes sese complectentes inuicem atq; coercentes, à globo deniq; syderum inerrantium comprehendantur. Huic porrò globo contiguam habet semper posituram, Phænontis simul & Saturni circus dictus. Cui proximus est Phaethontis: qui & Iouis appellatur. Post hunc sequitur Pyrois: Herculis idem Martisq; appellatus. Ab hoc rursus est Stilbon: qui sacer Mercurio esse creditur: à nonnullis etiam Apollini. Secundum quem Luciferi orbis est: quem Veneris nonnulli orbem,

B quidam Iunonis uocant. Ab eo est orbis Solis. Et deniq; lunæ nobis citimus, ad terram usq; fines suos proferens. Æther uerò cùm diuina contineat corpora: ratas etiam uices motuum complectitur. At uerò ætheriæ diuinæq; naturæ, quam certa lege constare demonstramus constitutisq; uicibus, mutabilitatis etiam immunem, atque in aliam aliamq; speciem conuersionis: confinis est natura patibilis prorsus & uertibilis, atq; (ut in uniuersum dicam) solubilis & obnoxia. Cuius etiam ipsius principia obtinet substantia tenuitate particularum prædita, flammulisq; ignita: quas ætherea natura magnitudine sua excitat, & motus celeritate. Iam uerò in natura ipsa ignita, eademq; incondita appellata atq; incomposita, tum fulgores emicant, & iacula trajciuntur flagrantia: tum trabeculæ, foueæ, & crinitæ fixæ uisuntur: & sæpe restinguuntur. Hanc naturam excipit Aer illi substratus: suopte ille quidem ingenio caligine & gelu permixtus, cæterum illustratus agitatione atq; succensus: unde calorem concipit & claritatem. In hoc autem ipso uim patibilem sortito, omnifariamq; in aliam aliamq; speciem commeare natura comparato: nubes concrescunt: imbres cum strepitu decidunt, niues, pruinæ, & grandines: flatus etiam uentorum tempestatumq; cientur: simul tonitrua & fulgetra existunt: fulmina inde casitant: sexcentæ denicq; ibidem conflictationes aeriæ opacitatis fiunt. Ab aeria porrò natura, Terra protinus & Mare situm habent fixum & affirmatum. Stirpibus illa quidem animantibusq; scatens: fontibus etiam & fluminibus, partim per ipsam lapsus suos implicantibus, partim aquas suas in mare eructantibus. Insuper ipsa distincta, simul innumerarum herbarum indidem enascentium uarietate, fructificantiumq; simul montium uerticibus, nemorum opacitatibus, urbiumq; frequentia, quas animantes sapientiæ participes, Homines scilicet, condiderunt: insuperq; insulis maritimis, atq; continentibus. Orbem uerò terrarum, hominum ferè sermo in insulas diuisit & continentes: scilicet ignorantium, uniuersam ipsam terram insulam esse unicam, Atlantici maris ambitu circundatam. Multam autem & alias longè quidem illas summotas, sed

tamen ueluti dirimente freto huic ipsi esse obuersas, non absimile ueri est, partim hac maiores, partim etiam minores: sed quarum nulla præter eam sub prospectum nostrum sita sit. Nam quod insulis nostris accidit, undiq; ut nostra maria eas alluat: idem orbi quoq; huic contigit, rationem insulæ ut obtineat Atlantico mari cinctæ. Complures item alij terrarum orbes eadem positura constantes, insulæ naturam habent in uniuerso mari sitæ: quod latissime patet. eorumq; nonnulli prægrandes, prægrandibus quoq; ipsis maribus circumfusis. Enimuero humoris uniuersi naturam finitimam merito esse censeas naturæ animabili & aeriæ: ita ut ipsa innatabunda existere terram faciat per quasdam saxosas eminentias, quas habitabiles uocamus. Postquam protinus in imis mundi partibus & summersis, atq; in medio maxime mundi, uniuersa iam terra stabiliter defixa compressaq; ita constitit, ut immota permaneat atq; illabefactabilis. Atq; hæc est mundi uniuersitas, quam Infernam appellamus. Quinq; igitur hæc elementa in regionibus totidem globose incubantia, mundum ipsum ita totum coagmentarunt, minor ut deinceps atq; minor regio à maiore cohibeatur: terra (uerbi gratia) ut ab aquæ globo, aqua ab aeris, hic ab ignis, ab ætheris deniq; globo ignis coerceatur: Cum interim supremam regionem, Deorum fecerint domicilium; infimam animalium in diem uicitantium. Huius porrò id quod liquore constat, flumina & scaturigines & maria uocare consueuimus: quod aridum est, Terram & Continentes insulasq; nominamus. Iam insularum nonnullæ grandes sunt, ueluti hæc cuncta habitabilis à nobis iam dicta est, aliæq; quas ingentia maria undis ambiunt circumfluis: aliæ minores, nobis notæ & intestinæ. Quarum rursus quædam memorabiles, ut Sicilia, Sardinia, Cyrnus, Creta, Eubœa, Cyprus, & Lesbos: quædam longe exiliores, tum Cyclades, tum Sporades, tum aliæ alijs nominibus nuncupatæ. Porrò autem pelagus quod extra orbem nobis habitatum fusum est, & Atlanticum dicitur & Oceanus: à quo ipsi circumluimur. Qui in faucibus ipse angustis, quæ uergunt ad Occidentē ueluti uia patefacta, qua parte Herculis columnæ uocitatæ sunt, eliso fluxu irrumpens, Mare interius efficit: ferme ut dicere eum possis in portum se recipere. Sensim deinde amplior infunditur: sinus interea ingentes complectens inter se contingentes: angustis etiam ceruicibus in fauces sese comprimens, uicissimq; latius expatians. Ac primum quidem insinuari dicitur dextrorsus ab Herculis columnis intro nauigantibus, circa utranq; Syrtim: alteram earum magnam, paruam alteram uocant. At uerò in alteram partem non iam itidem sinuosus inundans, efficit tria maria, Sardoum, Gallicum, & Hadriam. A quibus continuo Siculum sequitur, porrectum in obliquum. Quod & ipsum excipitur à Cretico. Cretico cōiuncta sunt parte altera Ægyptium, Pamphylium, Syrium: altera Ægæum & Myrtoum. At Pontus, uelut antedictis obiectus atq; ex aduerso protēsus: multis partibus constat. Pars eius in intima penetrans, Mæotis appellatur. Quæ autem ad Hellespontum uergit, in fauces contracta est, quam Propontidem uocant. Rursus ab ortu Solis in orbem terræ exundans Oceanus infert sese, uelut in medium procedens, Indico sinu Persicoq; perfosso: finitimum Mare rubrum intercipiens. Ad alterum autem cornu simul atq; oblonga ceruice angustaq; penetrauit: rursus amplificatus Hyrcaniæ fines Caspiæq; amplectitur. Mare uerò quod super Hyrcaniam est, uastum illum obtinet locum qui est super Mæotin paludem. Tum autem qua parte Scythas Celtasq; complectitur, sensim astringit orbem terrarum adusq; sinum Gallicum, supradictasq; columnas: extra quas Oceanus terram fluctibus suis oberrat. Quo ipso in mari insulæ duæ sitæ sunt quàmmaximæ, quas Britannicas appellant, Albium & Ierna: ijs etiam maiores, quas commemorauimus supra Celtas iacentes. Queis tamen ipsis magnitudine nec Taprobane cedit, nec ea cui Phebol nomen est. Illa super Indos posita, situ ad terrarum orbem inflexo: hæc ad Arabicum sinum. Sunt etiam non paucæ, sed exiguæ, circa Britannicas & Iberiam, quæ quasi corona cingunt hunc orbem hominum domicilium: quem superius insulam esse disseruimus. Huius orbis latitudo quà continens est amplissima, paulominus quadraginta millia stadiorum patet: ut quidem perhibuerunt autores rectæ & exquisitæ geographiæ: longitudo ad septuaginta

A ginta millia. Diuiditur porrò in Europam, Asiam, & Aphricam. Europa his finibus circumscribitur: Herculis cippis, Ponti recessu, Hyrcano mari: secundum quam angustiæ Isthmi similes ad Pontum usq; pertinent. Nonnulli tamen ab illo Isthmo Tanaim fluuium Europæ terminum esse dixerunt. Asia est quicquid terræ situm est ab Isthmo iam dicto, à Ponto Hyrcanoq; mari, ad Isthmum usq; alterum qui Arabicum sinum interiacet & Mare interius, illum quidem cohibitum ab eo mari, & ab Oceano, qui eum complectitur ambitu. Sunt qui fines Asiæ statuant, spacium quod à Tanai protēditur ad Nili usq; ostia. Aphrica ab Arabico Isthmo, ad columnas Herculis porrecta est: uel ut alij censuerunt, ab Nilo. Nam Ægypti quicquid Nili ostijs septum est, alij Aphricæ, alij attribuunt Asiæ. Insulasq; tribus Terræ partibus adiacentes, scriptorum partim ut exemptiles ab orbe terrarum recensuere: partim ut contributas ijs partibus, quibus earum quæq; uicinitate coniuncta est. Proinde terræ marisq; naturam ac situm huiuscemodi prodenda censuimus: quem habitatum orbem appellare consueuimus. Quas res autem tum in eo orbe, tum circa eum existere contingit, quibus ille rebus quodammodo afficiatur: earum ipsarum rerum ut quæq; maxime commemorandæ uidebuntur, dicere porrò aggrediamur, summam quandam colligentes eorum quæ sunt necessaria.

Duas igitur exhalationes ab eo sursum ferri nouimus in aera nobis impendentem: tenues illas quidem omnino, nec nobis conspicuas: nisi siquid est huiuscemodi ad tractus Orientales, & præter ea quæ ex amnibus & locis irriguis sublimia ferri uidentur. Earum autem exhalationum altera sicca est, in fumumq; conformata, è terra manans: altera humida, rosidæ expirationis plena, ab humida natura exhalata. Ex hac nebulæ, rores, & gelu omne genus, nubes, pluuiæ, niues & grandines oriuntur. A sicca autem illa, uenti & flatuum differentiæ exoriuntur, tonitrusq; & fulgura, turbines & fulmina, aliaq; his cognata.

Nebula est expiratio quædam rosida, aquæ nequaquam genitrix: ut aere crassior ipsa, sic nube rarior. Gignitur uel ex nubis primordijs rarescentibus: uel ex reliquijs B nubis. Huius aduersaria, ut est, ita esse dicitur Serenitas: nihil aliud ipsa existēs, quàm aer nubibus nebulaq; uacuus. Ros est humidum quid è serenitate concretum, minutimq; delabens. Glacies est aqua conferta, à serenitate compactilis. Pruina ros est concretus. drosopachne composito nomine dicta est, ros semiconcretus, quasi ros pruinosus. Nubes est crassamentum exhalationum conuolutum, uim habens aquæ gignendæ. Imber fit expressione nubis magnopere addensatæ: tot habens differentias, quotuplex est nubis compressio. quippe quæ remissa si fuerit, molles stirias dispergat: sin uehemens, pleniores. Hocq; appellamus pluuiam: imbris contorta stillicidia, cùm maiuscula ipsa, tum uerò iugi tenore casitantia. At uerò nix gignitur densitate nubium friatili: quæ simulac in aquam uerti cœptæ sunt, in minuta contunduntur: cum eo ut illa contusio speciem spumæ, exactumq; candorem: humoris autem qui inest concretio, quicq; nondum fusus est nec rarefactus, rigorem efficiat. Hæc impetu & confertim decidens, Niphetos appellatur. Quo genere uolutim contorto, libramentumq; ex compressu capiente ad celeriorem lapsum, fit quæ grando uocatur: cùm interea pro fragmentorum magnitudine quæ abrumpuntur, tum corpuscula maiora grandinis, tum delapsus uiolentiores fiant. Atq; hæc quæ hactenus dicta sunt, naturæ ui ab humida expiratione euenire comparatum est. A sicca uerò tum uentus oriri solet, cùm à frigore ita ut fluat illa truditur: nihil ut aliud uentus sit, nisi aer multus fluctuans & coactus: qui etiam spiritus appellatur: quum alioqui spiritus appelletur substantia animata & genitalis, in stirpibus atq; in animantib. existens, per omniaq; pertinens: de qua nunc differere nihil necesse fuit. Flatus uerò qui in aere spirant, uentos, auras: expirationes dicimus quæ ex humore prodeunt. Venti qui è terra uliginosa & humefacta prodeunt, Apogei, quasi terra oriundi: qui è sinibus prosiliunt, Encolpiæ, quasi sinuales uocantur. inter quos ipsos, eosq; qui è fluminibus erumpunt, ex aquisq; stagnantibus, intercedit nonnihil proportionis. Ecnephiæ appellantur, qui in fractura nubis, resoluendaq; eius crassitudine colliduntur

inter se:quasi quidam Nubigenæ.Exhydriæ quasi Aquatores dicuntur,qui cum plu c
uijs aquis grassantur,impetu & confertim effusis.Et ij quidem qui ab Oriēte,iugi tenore perflant,Euri & Vulturni:qui ab Vrsa,Boreæ & Aquilones uocantur. Zephyri & Fauonij,qui ab Occasu:qui à Meridie,Noti dicuntur & Austri. Vulturnorum porrò is Cæcias dictus est, qui nascitur ad ortum solstitialem: Subsolanus ad æquinoctialem:ad brumalem Vulturnus.At eorum qui ex obuersa parte prodeunt, quos Fauonios uocamus, Argestes & Corus ab Occasu solstitiali. qui etiam Olympias ab aliquibus dictus est,& ab alijs Iapyx.Fauonius ab æquinoctiali:Africus ab hyberno oritur.At uerò Aquilonum is qui Cæciæ coniunctus est, peculiariter appellatur Aquilo.Qui autem hunc à uertice statim excipit per Meridianum spirans: Septentrio dicitur.Thrascias deinceps à Coro spirat:quē nonnulli Cæciam appellauerunt.Rursus ex Austrijs is qui à uertice nobis condito sese infert ex aduerso Septentrionis, Auster nominis prærogatiua dicitur. Qui inter hunc & Vulturnum est, Euronotus est uocitatus:quasi dicas Vulturnauster. At qui spirat altrinsecus inter Aphricum & Austrum: hunc alij Libonotum, quasi Africaustrum: alij Libophœnicem uocant. Ventorum porrò quidam flatus rectos: quidam reflexos habent. Rectos habent ij qui lineis rectis semper grassari solent:Reflexos et refractos,ut is quem Cæciam nuncupant.Rursus quidam hyeme pollent,ut Austri:quidam æstate,ut Etesiæ qui dicuntur,id est anniuersarij, cinnum quendam conficientes Septentrionum atq; Subsolanorum. Ornithiæ, quasi Auiarij, uenti quidam dicti sunt ex Aquilonio genere, uerno tempore inualescētes.Cæterum è genere uiolentiorum flatuum,Catægis nomen est flatus ingruentis superne, repenteq; euerberantis. Thyella flatus est præualens, qui repente prosilit. Lælaps & Strobilus nuncupatur, qui inferne sursum uersus repente cōuoluitur. Anaphysema quasi efflatus terræ, dicitur uentus sublimem sese rapiens:cùm aut è specu altius depresso flatus emicuerit,aut è terra in hiatum discedente.Qui Turbo terrestris est tum,cùm multus ac contortus ferri cœptus est.Flatus uerò in nube implicitus & crassa & humida, continuatum nubis spissamentum uiolenta eruptione perfringens,mugitum edere cum ingenti fragore solet,qui Tonitru di- D
citur:modo haud absimili spiritus uehementer in aqua impulsi. Fulgetra est spiritus ignitus & coruscans,dum nubes dirumpitur.Quæ tonitru antecedere solet: cùm tamen post ipsum fiat.Siquidem quod oculis percipitur, ei quod auribus obiectum est anteuertere natura comparatum est: quippe illo è longinquo aspectabili: hoc tum demum exaudibili,quum auribus appulsum sit. Præsertim quando alterum omnium naturarum celeritate maxima præditum est,ignita scilicet natura:alterum minus uolucre,quod est naturæ spirabilis & aereæ,nō antequam aures pepulerit, ad auditum peruenit.At uerò quod fulserit, si ad terram usq; cursim illisum sit, Fulmen uocatur. Sin semiustum quidem,sed uniuersum tamen uiolentumq; incubuerit: Præster, hoc est accensus turbo, dicitur. Quod si prorsus ignis nihil interim conceperit, Typhon uocatur:qui est uertex procellosus & euerberans. Horum quicquid in terram impetu decubuerit:Sceptos,id est Fulmē,nominatur. Qui Psolois dicitur,cum fuliginem contraxit:Arges si raptim emicuerit:Helicias,si lineari specie conformatus est. Scepti dicuntur quæcunq; fulmina,in quiduis illisa sint. Ad summam,eorum quæ in aere apparent alia specie tenus existunt:alia etiam habent naturæ subsistentiam. Speciem tantum exhibent arcus cœlestes & Virgulæ, aliaq; huiuscemodi. Substantia etiam apparent fulgores cœlestes,& quos emicantes uocamus:& Crinitæ stellæ, & ijs similia. Arcus est species segmenti solaris uel lunaris, edita in nube humida & caua & perpetua:quam uelut in speculo intuemur, imagine relata in speciem circularis ambitus. Virga est arcus cœlestis exhibitio in directum conformata. Area est edita imago sydereæ claritatis undiq; illustrata: hactenus arcu differens, quod ille è regione Solis ac Lunæ uisendum se exhibet,quum area sydus totum ambitu cingere orbiculari soleat. Fulgor est ignis collectio qui in aere exarsit: per cœlum ille quidem aut iaculari specie transmeans,aut uno loco fixus. At Eiaculatio,ignis est enatus attritu,in aere pernici motu inuehens,ob eamq; pernicitatem oblongam formā simulans. Fulgor

A got fixus est extensio longè porrecta,& loco permanens:& tanquam profluuium syderis. Quod si in alteram partem dilatetur: Crinita stella uocatur. Sæpenumero autem euenit, ut fulgores tempore multo maneant: sæpe ut confestim extinguantur. Complures item & aliæ rerum formæ cernuntur in cœlo apparẽtium: ut quę Faces, quæ Trabeculæ, quæ Dolia, quæ Scrobes nuncupantur: omnia ab earum rerũ similitudine appellata, unde nomina mutuata sunt. Eaq́ꝫ partim in occidua mundi parte, partim in Oriente cernuntur: partim etiam ambiguo in utranq́ꝫ partẽ editu: raro uel Septẽtrionali, uel Austrino. Cæterum omnia incerta. Quippe nihil huiuscemodi hactenus proditum est memoriæ, ita fuisse constabilitum rato situ & constituto, ut semper conspicuum fuerit. Atq́ꝫ huiuscemodi sunt, quæ in natura animabili aeriaq́ꝫ fiũt. Iam uerò Terra continet etiam ipsa in se, ut aquæ, ita spiritus ignisq́ꝫ scaturigines: quarum quædam sub terra latent, oculis humanis subductæ: multæ spiracula habent emissariaq́ꝫ uaporis: ut Lipara, ut Ætna, ut Æoliæ insulæ. Quæ quidem sæpe & ipsæ fluminum more fluunt, ignitasq́ꝫ ferri glebas euomunt. Nonnullæ uerò huiusmodi scatebræ secundum fontes sitæ, aquas inde manantes calefaciunt, aliquæ inde ut tepentes, efferuefactæ aliæ, quædam modicè temperatæ ut emittantur. Multis etiam in locis Orbis exitus spirituum pari ratione patefacti sunt. Quorum partim fanatico furore afficiunt homines propius accedenteis: partim tabifica ui absumũt: partim fatidicos efficiunt, ut Delphici & Lebadici. sunt & qui prorsus enecent: ut in Phrygia. Frequenter fit etiam ut congenitus spiritus in terra conditus, cùm aberrãs insinuarit in abstrusos quosdam eius atq́ꝫ cæcos meatus: quasi sedib. suis erumpens, multis in locis uibrantem motum cieat. Est etiam, nec raro, cum flatus aduena, introrsus in terræ caua irrumpens, deinde exitu omni exclusus, intus sese uersando ingenti ui terrã quatiat, nequicq́ꝫ exitum inde quæritans. Ex quo fit naturæ facinus, quod uocamus Terræmotum. Terræmotuum autem ij qui ad angulos acutos in obliquum quatiũt: Epiclintæ appellant̃, quasi in transuersum se agẽtes. Sursum uerò deorsumq́ꝫ ad angulos rectos iactantes: Brastæ uocant̃, à similitudine aquæ efferuescẽtis. At qui labes terræ

B relinquunt in caua subsidentis, ab hiatu Chasmatię nominati sunt. Quem hiatũ ij qui ui eruptione facta patefaciunt: Rhectæ, id est effractores, dicti sunt. Iam borũ aliqui flatũ secũ erupturũ rapiunt: alij saxa: alij cœnũ. Sunt qui fontiũ scatebras edidere, quę antea non erant. Ostas, id est trusores, uocant: qui uno obnixu subuertũt quod impulerunt. Sunt etiã qui quassabundi atq́ꝫ utroq́ꝫ declinãtes uibrantesq́ꝫ, quod mouerint semper erigunt: ob id Palmatiæ, hoc est uibratores, dicti. efficiũtq́ꝫ terræmotũ tremoris non dissimilẽ. Appellantur etiã Myceticæ, terræmotus qui cum mugitu quatiunt: indito ob id nomine. quanq́ꝫ sæpe terræ mugitus absq́ꝫ terræ motu cõtigerit. id quod assolet, quum spiritus impar quatiendæ terræ fuerit, intusq́ꝫ cohibitus ac conuolutus arietarit impetu uehementi. Adde quod flatus qui terram subierint corroboratiores fiunt à liquoribus terrenis qui intus conditi sunt. Proportione his respondent ea quę in mari eueniunt. Nam & hiatus fiunt maris & recessus: undarumq́ꝫ excursiones interdum reciprocantes, interdum eluuie tetro non recurrente. id quod proditum est circa Buram Helicemq́ꝫ contigisse. Sæpenumero etiam in mari euaporationes ignis existunt, fontes exscaturiunt, ostia fluuiorum aperiuntur, arbores enascuntur, fluxiones & uortices existunt, instar eorum habentes quæ à flatib. designari dictũ est, nõ in medio mari modo, sed etiã in euripis & in fretis. Aiũt etiam multos æstus undarumq́ꝫ sublationes statis quibusdã temporib. cum Luna circũagi. Atq́ꝫ ut in uniuersum dicã; cùm elementa in aere, in terra, & in mari, cõmoda inter se tẽperatura mixta sint: nimirum affectionũ quoq́ꝫ similitudines ijsdem constant in ipsis: in singulis illæ quidẽ naturis ortus alternantes & interitus, uniuersitatem uerò asseruantes generationis immunem atq́ꝫ corruptionis. Tametsi extiterunt qui sese admirari addubitabundi dicerent: qui fieri tandem posset, si è principijs contrarijs mũdus cõstitit, siccis dico & humidis, frigidis & calidis, ut iãdiu nõ dissolutus fuerit atq́ꝫ interierit: Perinde quasi mirari quisq́ꝫ debeat, quonã pacto ciuitas incolumis perduret, quæ è gentib. contrarijs cõposita sit: egenis inquã & diuitibus, iuuenib. & senio cõfectis, infirmis & ualẽtibus prauis atq́ꝫ innocẽtibus. Ignorãtia est ista utiq́ꝫ hominũ, hoc esse in cõcordia ciuili nõ

uidentium longè admirabilissimum, quod ex multis ipsa unum efficit affectum, & è dissimilibus similem: omnis illa quidem naturæ susceptrix & fortunæ. Atque haud scio an etiam contrariorum appetens sit Natura: ex eisq; consona, non item è similibus conficiat. Sic certè ipsa marem cum fœmina coniunxit, non etiam cum suo horum utrunq; sexu. Quin primam etiam concordiam per contraria, non per similia deuinxit. Adde quod Ars naturæ æmulatrix hoc idem facit. Siquidem Pictura alborum nigrorumq; colorum, luteorumq; & rubrorum naturas inter se attemperans, effigies rerum efficit consonas exemplaribus. Musica acutis & grauibus sonis, longisq; & breuibus una permixtis in diuersis uocibus, unum ex illis concentum absolutum reddidit. Grammatica ex elementis uocalibus & mutis inuenta temperata, artem omnem literaturæ ex illis compositam reliquit. Hocq; nimirum illud est, quod apud Heraclitum legitur Scotinum ab obscuritate cognominatum. Crispa, inquit, & minimè crispa una uinxeris, consentiens & dissentiens, consonans & dissonans: unum etiam ex omnibus, omniaq; ex uno. Itaq; uniuersorum coagmentationem, cœli inquam & terræ & uniuersi mundi, unno quodam principiorum summe contrariorum commodè attemperato, Natura ipsa digessit, una eademq; concinna cohærentia. Quippe siccum humido, calidum frigido, graui leue mixtum, & rectum orbiculari: Terram etiam omnem, omne mare, ætherem, Solem, Lunam, & postremo totum cœlum: uis una per omnia pertinens, certo ordine descripsit, concinneq; digessit: è diuersis ipsa naturis atq; impermixtis, aere, terra, igne, & aqua, Mundum architectata. Quumq; eum etiam globosa superficie comprehendisset: naturas quàm maxime contrarias, ueluti edicta concordia & imperata, astrinxit ad consensum mutuumq; commercium: cuiusmodi rerum molitione uniuersitati ipsi salutem machinata est. Huius autem rei causa est concordia elementorum. Concordiæ porrò causa est æquabilitas, & quod alterum altero non plus pollet. ad æquilibrium enim adæquant grauia cum leuibus, calida cum ijs quæ ipsis opposita sunt: Natura utiq; nos docente in maioribus, æqualitatem tutricem esse concordiæ & seruatricem: Concordiam autem mundi esse salutem, rerum omnium parentis, ac longè omnibus præstantis pulchritudine. Nam quæ tandem natura præstabilior ipso? Quam enim dixeris cunq; eius utiq; ipsius mundi pars erit. Nam quicquid pulchritudine præditum est: id quasi gentile mundi habet cum eo nominis societatem. adeo quod rectè atq; ordine constitutum est, id à mundi nomine concinne digestum Græco sermone, consentaneaq; partium compositione speciosum esse significatur. Ecquidnam est autem singularum partium, quod cum eo æquiperari possit ordine quo cœlestis motus temperatus est & constitutus? Sole utiq; & luna, reliquis item syderibus intra spacia se mouentibus exquisitissime emodulata à seculo in seculum alterum. Age ecquę tandem uices tam ratæ esse possunt, quàm est exactè comparatus à Natura tempestatum anni tenor in orbem redeuntium: omnium ille quidem rerum fœcunditate præditus: æstates deinceps hyemesq; referens temporibus destinatis: Simul dies & noctes inoffensis uicibus alternantes: è quibus menses annusq; conficitur. Ac magnitudine quidem ambitum longè summum complexus, motu pernicissimo circumagitur: claritate syncerissima præditus: ui etiam potentiaq; fretus exorte ut senij sic interitus. Hic omnium animantium naturas tum aquatilium tum pedestrium, tum etiam in elemento spirabili uictitantium segregat: ijsq; spacia uitæ suis admetitur motibus. Ex hoc animam ducunt omnia: ab hoc animam habent animantia: ex hoc denique miracula rerum nouarum existunt, qua statis temporibus efficiuntur. Vis uentorum omniuaga in se ipsa conflictatur: Fulmina è cœlo cadunt: Pluuiæ procellosæ atq; stupendæ subitos fragores edunt. Vnde fit ut & ui humoris expressa, & ui ignea difflata constituatur uniuersi concordia. Iam uerò terra omni genere uestita stirpium fruticantium, riguisq; exuberans largè erumpentibus, trita uestigijs animantium quæ in ea passim circumferuntur: omnia tempestiuè proferens ex sese & uegetans, hospitaliq; sinu excipiens: cum innumeras ipsa rerum formas perferat, ab eisq; multipliciter afficiatur: nihilosecius tamen naturam asseruat indomitam senectute: quamlibet ipsa motibus contremefacta, undis superfluentibus proluta, incendijs

A cendijs denicp inflammata,modo hac,modo illa parte sui.Quin etiam illa ipsa omnia censeri merito possint incolumitatis eius causa commodè euenire,salutemcp illi sempiternam præstare.Siquidem ea motu quassata,continuo prosiliunt uenti qui intror sus insinuarant: uticp spiraculis terrarum discessibus patefactis, ut superius dictum est.Imbribus etiam tum expurgatur,cum omnia pestifera in ea abluuntur:Ad synceriorem cp constitutionem super subtercp tum reducitur, quum auris perspiratur. Et conflagrationes quidem quod concretius est terræ concoquunt: cōgelationes item quod inflammatum est, id attemperant ipsæ atcp remittunt. Ac singularum quidem rerum aliæ oriuntur, aliæ uegetantur, & aliæ occidunt: cùm interim ortus compescant grassanteis interitus,rursuscp interitus rerum leuent ortus exuberanteis. Vnica uerò ex omnibus conflata incolumitas permanet ipsa in æuum: quum inter se rebus ex aduerso obsistentibus,& cedentibus uicissim atcp præualentibus uniuersitas conseruetur in sempiternum,noxam nullam contrahens. Restat ut summatim de causa disseramus,quæ cunctarum ipsa rerum uim habet tutricem & continentem, quemadmodum cætera perstrinximus.Flagitij enim instar esset, cùm de mundo dicere instituerim,tractatu si minus exquisito fortasse, at certè qui sat esse possit ad formulam doctrinæ crassiorem:intactam præcipuam mundi partem,principemcp præterire.

Vetus igitur sermo est, à maioribuscp proditus inter omnes homines: uniuersa tum ex Deo,tum per Deum constituta fuisse atcp coagmentata: nullamcp naturam satis instructam ad salutem esse posse, quæ citra Dei præsidium suæ ipsa demum tutelæ permissa sit.Quocirca ueterum nonnulli eo uscp prouecti sunt,ut hæc omnia dictitarent deorum esse plena: hauriricp eorum spectra ab hominibus oculis & auribus reliquiscp sensibus: Sententiæ illi quidem fundamenta iacientes diuinæ fortasse potentiæ,non item diuinæ naturæ cōgruentis.Etenim cunctorum quæ rerum natura complectitur,cùm seruator est Deus: tum uerò quæcuncp in hoc mundo quoquo modo perficiuntur,eorum omnium idem genitor est:non sic tamen, ipse ut opificis in morem,animaliscp lassitudinem sentientis,labore affici possit.ut qui ea facultate utatur,

B quæ nulli cedat difficultati. cuius ipse ui facultatis omnia in potestate continet: nec minus etiam quæ longius ab ipso uidentur esse summota. Summam igitur & primam sedem mundi sortitus, ea de causa Hypatus, quasi supremus appellatus est: & (ut inquit Poeta) in summo culmine uniuersi cœli suum habet ipse domiciliū situm & collocatū. Maximè uerò uim eius sentit,numinecp eius ante omnia fruitur id corpus quod proxime eum situm est: tum quod secundum ab hoc situm habet: & unumquodcp deinceps, prout situm ordo ad nostrum uscp locum natura constitutus est.Quo fit ut & terra & terrena omnia, quàm longissimè ab diuinitatis adminiculatione abscedunt: tam infirmitate summa sint ipsa, concinnitatiscp sibi consentaneæ maximè expertia: atcp ideo multo tumultu exagitata. Atqui cum ita sit numen diuinum natura sua comparatum,quoquo ut uersus permeet: nimirum ea in quibus ipsi uersamur,ac nobis superiora,pro eo quantus est accessus ad Deum,uel abscessus ab eo, eius opitulationem quocp sentiunt. Proinde id præstabilius esse censemus, Deocp tum decentius tum magis consentaneum, ita de eo opinari, ut dicamus, Potestatem illam in cœlo sedes suas habentem, incolumitatis causam rebus uniuersis præstare,ijs quocp quæ longius ab ea remota sunt: Nec illis assentire, qui eam ipsam potestatem per omnia pertendentem, & uentitantem ad ea quæ nec adire ipsam honestum est, nec dictu speciosum, sua illic opera efficere contendunt, rescp terrenas administrare. Atqui ne ex hominum quidem principum dignitate esse dixeris, cuilibet operi incumbere:ut (uerbi gratia) exercitus ducis, aut urbis præfecti. atcp etiam domus primarij dispensatoris,si fasciculum sarcinarium componere,aut uiliorem aliquam operam obire usu uenerit ut necesse sit, cuiusmodi munere,magni Regis tempore,ne quoduis quidem mancipium eius facilè obiuisset. Quippe (ut proditur)uisenda quædā species Cambysis,Xerxis, & Darij regnantiū,in exquisitū maiestatis fastigium exornata erat compositacp magnificè, omnibuscp numeris ueneratio nis augusta.Et quidem (ut fama est)Susis ipse aut Ecbatanis sedibus collocatis,procul hominum conspectu regiam sanè admirandam obtinebat, ambitu septam auro

electro

electro eboreq; fulgenti.cui uestibula multa erant atriaq; continentia:multæ uerò ia nuæ,multorum stadiorum interstitijs ita dimensæ inter se atq; diremptæ, ut aditus æneis foribus murisq; magnis obstructi atq; muniti essent. Tum autem uiri principes & lectissimi in stationes digesti erant atq; decuriati rectè atq; ordine: pars munere sti pantium regem ipsum fungentes, eiq; famulantium: pars custodes circa septa regiæ appositi (Ianitores emissariosq; appellabant) cum interim Rex ipse, qui idem Dominus Deusq; uocitabatur,omnia & uideret & audiret. Ab his item erant alij uectigalium quæstores obuentionumq; constituti: alij duces tum bellici, tum uenatores: alij coactores munerarij: alij deniq; munerum reliquorum curatores, prout usus ratioq; administrandarum rerum ferebat. Tum autem uniuersum Asię imperium, Hellesponto quidem ab Occidentis partibus terminatum, India autem ab Orientis, regunt pro potestate Prætores, Præfecti & Reguli, serui regis ipsius qui magnus appel latur. Cursores etiam exploratoresq;, statores, & custodes stationarij: & deniq; speculariј excubitores. Quorum erat ipsorum is apparatus, ea descriptæ collocationis ratio:tam rato ordine uices munerum constitutæ: & præsertim eorum qui ignes ede re prænuncios, & tollere è speculis soliti sunt, deinceps in aliam illi quidē ex alia dan tes accipientesq; signum in orbem: abusq; finibus imperij adusq; Susa & Ecbatana, quicquid rerum nouarum quisquam in Asia moliretur aut inceptaret, Rex ut ipse uno die rescisceret. Atqui statuere nos oportet, magni ipsius Regis fastigium, prout quidem est Dei eminentia, qui pro potestate Mundum tanquam prouinciam obtinet, tam esse infimum, quàm esset summum hoc ipsum Regis fastigium, si cum animante quodam uilissimo atq; infirmissimo componeretur. Quapropter si è dignitate regis haudquaquam esset, Xerxem functione propria administrare omnia & absoluere, quæcunq; facta cuperet, ne ipsum quidem operibus faciendis instantem curatoris operum officio perfungi: longè id nimirum minus Deo conuenit. Quare augustius id decentiusq; existimandum est: Deum summo in loco ita esse collocatum, numinis ut tamen eius uis per uniuersum mundum pertinens, tum Solem Lunamq; moueat, tum cœlum omne circumagat: simulq; causam præbeat eorum quæ in terra sunt salutis atq; incolumitatis. Neq; uerò illi ipsi itidem ut principibus mortalium, opus est aut artificiosa molitione, aut alieno ministerio: Quando ij propria infirmitate prædιti, operarum decurias rebus conficiendis, & numerosas manus adhibent: Illud autem diuinitati maximè consentaneum, ut formas rerum omnium citra difficultatem simpliciq; motu absoluat: non secus atq; illi machinatores solent, qui instrumento uno demittendo multos & uarios effectus edunt: aut ut illi præstigiatores faciunt, quos Neurospastas ob id appellant, quod imaguncuIas animatas esse fidiculis ducti tandis ementiuntur. Qui cùm funiculum ipsi aut neruum adduxerũt: cieri ceruicem & manum quasi animantis simulachri, humerumq; itidem & oculum faciunt, interdum etiam omnia mẽbra: idq; quadam cum uenustate atq; æquabilitate motus. Hoc igitur modo natura diuina ab uno eodemq; simplici motu primo, uim suam immittit in ea quæ sunt primo continentia, ab illisq; subinde in ea quæ longius atq; longius absunt, quoad permeauerit per uniuersa. Quippe alterum ab altero motum, rursus ipsum quoq; aliud mouet cum mundo: quum unumquodq; interim agat conuenienter constitutioni suæ, nec tamen eadem sit uia omnibus, sed diuersa, nonnullis etiam contraria: tametsi primus illis uelut ad concentum atq; æquabilitatem auspicatus, natura sit comparatus ad unum motum: Similiter atq; si quis ex eodem uase simul iaciat globum, tesseram, turbinē, & columellam. nempe unumquodq; eorum accõmodatè suæ formæ mouebitur. Aut si quis animal unũ aquatile, aliudq; terrestre, & aliud uolucre è sinu suo emittat. planũ est enim quod natatile eo prosiliens enatauerit, ubi ei cõmodũ est uictitare: terrestre ad suas sedes pascuaq; sua erepserit: at aeriũ è terra sublime raptũ euolauerit: una utiq; eademq; prima causa propriã eorũ unicuiq; aptitudinem reddente. Eademq; ratio est in mundo. Siquidem ab una cœli uniuersi cõuersione quæ die noctuq; finitur, aliæ atq; aliæ permeationes fiũt: Quumq; uno omnia coerceantur globo, pars tamen celerius, pars mouetur tardius: nimirum interuallorũ longitudine & singulorum opificio eam differentiam efficiente. Et Luna quidem mẽse suum

A suum peragit orbem, augescens uicissim, imminutaq; & tabescens. Sol anni spacio suum orbem metitur: & qui eum æquant cursu Lucifer & Mercurius. Pyrois spacio altero tanto maiore. Iouis stella spacio Pyroentis sexcuplici. Vltima, Saturni quæ dicitur, tempore sesquiplo maiore quàm quantum est id, quo circumagitur illa quæ infra ipsam est proxime. Qui uerò ex omnibus concentus existit consonantibus in cœlo chorumq; conficientibus: ut ex uno ille quidem oritur, ita in unum desinit. Vniuersumq; ipsum cõmodius Cosmon nominaueris, id est compagem rerum compositam, concinnoq; ordine digestam: quàm Acosmiam, id est congeriem confusam & inconditam. Quemadmodum porrò fit in choro, ut auspicanti Præsuli aut Præcentori accinat omnis chorus è uiris interdũ fœminisq; compositus, qui diuersis ipsi uocibus, grauibus scilicet & acutis, concentum attemperant: eandem ipsi rationem statuimus & in Deo, qui uniuersum mundum moderatur & regit. Et sydera enim semper, & uniuersum ipsum cœlum eos ad numeros mouetur, quos Deus sursum quasi auspicando præcinendoq; emodulatur: quem à similitudine sanè congrua Coryphæum mundi rectè appellaueris, quasi præsultorem ipsum huiusq; chori magistrũ. Geminis autem itineribus Sol ingreditur, lumine suo cuncta quoquouersus collustrans: Diem noctemq; altero itinere distterminans, ortu suo scilicet & occasu: Altero quatuor anni tempora secũ ductitans, ultro citroq; per cœlum perreptando, nunc Aquilonius ipse, nunc Austrinus. Quid dicam pluuias tempestiuè existentes, uentos & rores, omneisq; permotiones quę in aere eueniunt à principe rerum causa atq; primordiali? Adde fluminum lapsus, maris æstus intumescentis, enascentium arborum incremẽta, frugum maturitates, fœturas animalium: deniq; uegetationes rerum omnium, adolescentium primum, deinde tabescentium: eodem accedentibus causis (ut dictum est) à constitutionibus singulis rerũ atq; opificijs. Itaq; ille omnium princeps parensq;, animi tantum sensu spectabilis, simulac signum naturis dedit inter cœlum terramq; uehentibus: earum unaquæq; in orbibus suis iugi motu cietur atq; intra suos limites, alternis condita atq; apparens: sexcentas illa formas eodem à principio exhibens, uicissimq; subducens. Quod uerò in hisce rebus agitur, magnopere simile est ijs quæ belli tempore inter homines factitantur. Nanq; statim ut classicum

B exaudiri in exercitu cœptum est: alios ipse uideas scuta sibi aptantes: loricam alios induentes: alios ocreas uel galeam sumere uel balteo se cingere festinanteis. Rursus uideas qui frenatos equos admittant: alios qui currus conscendant: qui deniq; tesseram per explicatam aciem prodant. Tum manipuli ductor, ad manipulum: Centurio excurrit ad centuriam. Postremo equites ad cornu: uelites ad stationem quisque suam festinant. Cùm interim sub uno ductore omnia moueantur: qui imperia & ipse significanda accepit ab eo apud quem summa est imperij. Eodem nos & ipsos modo censere conuenit de Vniuerso. Quum enim ab una ui impultrice cieantur omnia: fit utiq; quod cuiq; commodum est & conueniens. Nec uerò si ea uis ipsa nec cerni ab hominibus, nec apparere potest: quoquo pacto id obstat aut illi ad ea quæ diximus agenda, aut nobis ad fidem hisce rebus accommodandam. Nam & anima ipsa qua uiuimus, qua urbes, qua domos habitamus: cùm haudquaq; sub aspectum nostrum sita sit, operibus tamen ipsis uidetur. Omnisq; uitæ cultus nitorq; ut ab ea inuentus est & descriptus, ita ex ea tenorem suum seruat: Terræ cultura & consitio, artium excogitationes, usus legum, reip. rectè atq; ordine constitutæ ratio, administrationes ciuiles, bellum extra fines patriæ, & rursus pax in ea. Proinde hæc etiam de Deo sentienda nobis sunt: illo quidem si uim spectes, ualentissimo: si decorem, formosissimo: si uitam, immortali: deniq; si uirtutem, præstantissimo. Quapropter cum sit inconspicabilis naturæ omni interiturę: ipsis nihilosecius ipse cernitur ab operibus. Atq; ea quidẽ quæ in aere fiunt quoquo modo affecto, quæ in terra, quæ in aqua: ea certe Dei opera esse merito dixerimus: Dei inquam opera cum imperio summo Mundum ac pro potestate obtinentis. Ex quo Deo, ut inquit Empedocles physicus,

> Omnia quotquot erunt, quot sunt præsentia, quotq;
> Orta fuere antehac, stirpes hominesq; feræq;:
> Inde etiam uolucres, piscesq; humoris alumni.

Enimuero

Enimuero non tam absurda quàm pusilla comparatio (ut opinor) fuerit: si Mundum cum illis lapidibus componamus, qui in operibus fornicatis, forficis in modum dispansi conformatis structura sese intersecante, umbilici uocantur. Etenim hi lapides in medio collocati, qua parte scilicet utroque uersus structura arcuata pandatur, quasique oneri cedit: in cohærentia continent atque in constructione ordinata totā formam operis, immobilemque asseruant. Fama est etiam Phidiam illum statuarium, quum Mineruam illam quæ est in Arce coagmētaret, in medio eius scuto faciem suam expressisse, oculosque fallēti artificio ita deuinxisse simulachro, eximere inde ut ipsam siquis cuperet, minimè posset: aliter quidem certè quàm ut ipsum solueret simulachrum, opusque eiusmodi compactile confunderet. Hanc eandem igitur rationem Deus habet in mundo: utpote qui uniuersorum coagmentationem cohærentem cohibeat & coarcter, incolumitatemque Vniuersitatis conseruet: nisi quatenus non medio ille loco, in Terra scilicet, ubi turbida regio est: sed in excelso situs est, purus ipse in puro loco. Quem locum tum Vranon ab origine uocis dicimus, quasi terminum extimum supremorum corporum: tum etiam Olympum, ut usquequaque lucidum, ab omni caligine secretum motuque omni incondito, cuiusmodi sunt qui apud nos uenti siūt & tempestates. Id quod his uerbis significat Homerus.

Esse solum diuis subnixum semper Olympum
Fama est, haud uentis tremefactum, haud imbribus udum
Ac procul à niuibus subductum: nubibus illinc
Splendida summotis candensque expanditur æthra.

Huius autem rei elogium est mortalium consensus, regionem mundi summam non dubiè Deo tribuentium. Quā ob causam ipsi manus tollimus sursum inter uota concipienda. Qua ratione nec malè illud quoque ab eodem poeta pronunciatum,

Cœlum sorte tulit simul æthera Iuppiter altum.

Quin etiam quæ maximè eximia sunt inter res sensu perceptas, eundem illa locū obtinent: ut sydera, ut Sol & Luna. Vnde fit ut cœlestia concinno ordine digesta suas ipsa uices conseruent perennes & constitutas, nullique obnoxias mutationi: Longè illa secus atque terrena: quæ ita natura cōparata sunt, ipsa in alias ut ex aliis affectiones transeant, fierique identidem altera atque altera non respuant. Certè contigisse aliquando constat, ut terræmotus uiolentia terra ipsa multis in locis discesserit, indeque hiatus extiterint: ut imbres ui maiore ruentes, diluuium in terram intulerint: ut excursiones undarum recessusque tum Continentes mari obruerint sæpenumero, tum rursus maris alueos adiecerint Continentibus: ut uis flatuum & uerticum oppida funditus disturbarit. denique ut incendia atque inflammationes aliquæ superne delapsantes, partes orbis exusserit uersas ad Orientem: ut Phaetontis tempore contigisse dicitur: quædam etiam ut è terra erumpentes ueluti expirabundæ idem fecerint: ut quum crateres Ætnæ abrupta terra patefacti, conflagrationem emiserunt instar torrentis per terram grassabundam. Quo tempore qui è mortalium genere pietate erant imbuti, hi à numine diuino eximio honore ingentique affecti sunt. Siquidem iuuenes & robore ualentes, cum parentes suos ætate iam confectos humeris sustulissent, igneo flumine iamiam opprimendi, in eo erant ipsi ut interirent: cùm ecce flumen ipsum ita se scidit, ut huc & illuc diuersi fluctus digrederentur, iuuenesque intactos cum senib. transmitterent. Vt uerò summatim iam loquamur: quod in naui gubernator est, quod in curru agitator, quod in choro præcentor: quod denique lex in ciuitate, & dux in exercitu: hoc Deus est in mūdo. Nisi si hactenus interest, quod labor & motus multiplex illos exercet, & curæ angunt uariæ, cùm huic illaborata succedant omnia, omnis molestiæ expertia, citraque corporis infirmitatem: quippe cui in loco stabili immotoque collocato, omnia mouere & circumagere pro arbitratu liceat quo libitum est cunque, & quo modo libitum est, idque diuersis in formis simul atque naturis. Id autem ratione similiter facit illa atque lex ciuilis: quæ immobilis ipsa existens in utentium animis, regit omnia ad remp. pertinentia. Et ciues quidem quasi eius asseclæ in medium prodeunt: qui autem Principes uocantur, ad prætorium se conferunt: Legislatores ad propria tribunalia: Senatores denique, & qui Concionatores dicuntur, ad consessus sibi cōtributos

butos conueniunt. Rursus is in Prytaneum it, cui scilicet id datum est, in eo ut publico uictu epuletur: alter rapitur ad iudicium, causam ut ibi dicat: in carcerē alius compingitur, ut supplicio afficiatur illic. Tum uerò epulones in ciuitate celebres ad epulas legitimasq; conueniunt. Iam uerò aguntur dies festi, iam ludicra solennia: iam anniuersaria sacrificia fiunt diuis, heroesq; ritu suo coluntur: postremo inferiæ mortuis inferuntur. Sic alia ab aliis facta uno uel imperio, uel legis una autoritate, asseruant eum qui obtemperat.

Sic urbs simul plena est uaporibus sacris,
Resonatq; cantibus piis ac luctibus.

Hoc idem de urbe quoq; maiore, de hoc inquam mūdo, existimare debemus. Deus enim nobis lex est: in omnem illa quidem partem ad æquilibrium uergens: nullam correctionem admittens, nullam uarietatem, quippe quæ potior sit illis legibus & stabilior, quæ in tabulis perscriptæ sunt. Eius enim auspiciis perenniter & compositè præeuntis, uniuersus hic cœli ordo regitur atq; administratur, numeros omnes concinnitatis habēs: in omneis ipse naturas partitus pro uniuersitate feminum, in ea quę hærent solo, atq; in animantia: quæ etiam suis ipsa generibus formisq; distincta sunt. Nam & uites fiunt & palmæ, & perseæ, ficiq; dulces, & oliuæ: ut inquit Poeta: Tum quæ fructus expertes, alios usus præstant, platani, pinus, buxi, alni, populus etiam nigra, & cupressus odorata: Tum quæ autumni tempore fructum suauem fundunt, sed conditu difficilem, piri, punicæ, mali. At uerò animantium aliæ feræ sunt, & aliæ cicures: tum in aere, tum humi, tum in aqua uictitantes. oriunturq; & inualescunt, & deinde intereunt, legibus obtemperantes diuinis atq; cedentes. Omne enim reptile (ut inquit Heraclitus) terram depascitur atq; possidet. Vnus porrò Deus cùm sit, pluribus nominibus appellatus est: ab iis utiq; suis omnib. effectibus denominatus, quorum specimen edere ipse solet. Atq; eum quidem tum Zena tum Dia uocāt, inter se compositis utentes nominibus, atq; è regione collocatis: tanquam duabus his uocibus significare uelint, per quem uiuimus. Is Crono, id est Saturno, & chrono, id est tempore ortus esse dicitur: nimirum ab æuo sempiterno ad alterum æuum pertinens. Vocatur & Fulgurator, & Altitonans, & Ætherius, & Fulminator, & Pluuius: à pluuiis utiq; & fulminibus, aliisq; operibus, è quib. uocabula ipsa deducta sunt. Quin & Frugipotens & custos urbium uocitatur, & Natalitius, & Septitius, Cortalis, Gentilitius & Patrius: uidelicet à cōmunione quæ diuino ipsi numini iis cum rebus intercedit. Ad hæc Sodalitius & amicitiæ pręses, tum Hospitalis, Castrensis, Trophęalis, Expiator, Sanguinarius, & Supplex & Placabilis, ut Poetæ loquuntur: deniq; Seruator dicitur & Assertor: & ut semel omnia complectar, Cœlestis & Terrenus: ab omni natura sortitus nomen adeptus, utpote qui omnium rerum autor sit. Quamobrem quæ de ipso in Orphicis carminibus dicta sunt: haudquaq; perperam dicta sunt. Equidem necessitatem ipsam etiam nihil aliud quàm Deum dici censuerim & intelligi: Cui Anance ex eo nomen est, quod natura quædam sit immobilis. Eundemq; Imarmenen, id est fatum, dictum à serie rerum conserta, inoffensoq; tenore procedente. Quod alio nomine Pepromenen ideò appellauerunt, quòd ab eo omnia terminata sunt, ac nihil in rerum natura infinitum est. Quin & Mœran, id est sortem, appellatū eundem Deum à partitione rerū dixerim: Et Nemesin, quasi potestatem diuinam, eius quod uisum est cuiq; distributricem: Adrastian etiam, quasi causam quandam natura cōparatam, quam fallere nemo queat aut uitare Æsan deniq; dictum, quasi semper existentem. Iam quod de Parcis & de fuso proditum est earum, eòdem id etiam quodāmodo pertinet. Siquidem tres Parcas prisci tria in tempora partiti sunt: filumq; fusi partim iam peractum, partim futurum, partim iam intorqueri dixerunt: earum unam statuentes in eo quod iam profligatum est: quam Atropon ideo nuncuparūt, quoniam ea quæ iam præteriere retrorsus agi nequeunt. At Lachesis functio futuris destinata est. omnium enim quæ secundum naturam sunt, sors sua quodq; manet. Præsentibus autem rebus aut instantibus Clothus opera attributa est: quæ netu unicuiq; conficit quod suum est. Hocq; fabulamentum rectè atq; ordine compositum est. Proinde hæc omnia non aliud quicquam quàm Deum esse, planū est: ut eximius Plato censuit. Enim

uerò Deus (ut est uetusto uerbo proditum) principium & finem & media rerum omnium tenens, rectaq; linea incedens, operatur ille quidem secundum naturam: è uestigio comitem habens Iustitiæ præsidem, quam Dicen nominauerunt, diuinæ legis uindicem, simul ut quicquam sanctionū eius prętermissum est. Cuius ut sit particeps numinis iam inde oportet ab initio, qui ad uitam beatam euasurus est atq; felicem. C

FINIS.

PHILONIS IVDAEI LIBER DE MVNDO, GVLIELMO BVDAEO INTERPRETE.

NIHIL in rerum natura proditum est Deo ęquiperandum. Vnus est enim ipse princeps, Dux & Rex: cui pro imperio regere uniuersa, administrareq; ius est. Nam illud Homericū, Non bona multiplici dominatu condita Res est Publica: Rex unus, dominator & unicus esto. non de ciuitatibus magis & hominibus: quàm de mundo deq; deo dictū, par est ut intelligamus. Vnius enim mundi fictorem esse unum, dominumq; unum necesse est. Hoc igitur confesso ac posito, deinceps nobis attexenda, quæ ei sunt consentanea: quæ cuiusmodi sint ipsa, hinc iam cōsideremus. Vnus ipse deus cùm sit, duas habet supremas potestates, per quas mundus ille coagmentatus est intelligibilis atq; incorporeus. Qui huius mundi conspicui exemplar est primigenium, formis ille quidem cæcis conditisq; constitutus, ut hic qui oculis cernitur. Quo euenit ut nonnulli mortales mundi utriusq; naturam ad stuporem usq; suspicientes, non totos illos solum uelut deos, sed etiam eorum partes pulcherrimas consecrarint, Solem inquam & Lunam, uniuersumq; cœlum: quæ nihil illi ueriti sunt, quominus deos appellarent. Quorum animi sensa Moses perspiciens: Domine, inquit, deorum rex: significare ille quidem uolens præstantiam principis præ subditis. Ille etiam Iudæorum gentis autor antiquissimus, Chaldæorum gente oriundus fuit, Astronomo parente, eorumq; uno qui artium mathematicarum studio incubuerunt, quiq; deos esse stellas arbitrati sunt ut uniuersum cœlum mundumq;: eorum ui quod rectè, quodq; secus contingit, euenire ipsi censentes: utpote qui nullam esse causam extra ea existimarēt quæ sensu percipi possunt. At hoc quidnam esse fœdius, Quidnam conuincere & demonstrare potest luculentius ignauiam degeneris animi: per scientiam multorum, & secundorum, & geniorum, ad inscitiam tendentis unius, uetustissimi, ingeniti, omniumq; fictoris, atq; eam ob rem optimi, propterq; alias sexcentas, quæ magnitudine sua excedunt humanæ ratiocinationis modum. Quem Chaldæus ille mente conceptum, cum ut deum suspicere cœpisset, religioniq; habere: solum quidem ipse patrium uertere instituit, genusq; suum ac larem paternum pro derelicto habere. Probè enim nouerat quod sibi illic manenti fallacis opinionis occursus, quæ deorum multitudinem astruit, notionem incommodam attulissent ad unius dei inuentionem, qui solus est æternus, aliorum omnium parens, intelligibilium iuxta sensibiliumq;. Sin inde migrare instituisset, emigraturā quoque ab se intelligebat rationis imposturam. Hac ille ratione uanitatē opinionis uer- D

A tit in ueritatem, cum eo quoque quòd oracula cœlitus ipsi edita denuo desiderium in ipso exuscitarunt, quo suapte sponte flagrabat, cognoscendi id quod esse dicit. Quibus ille oraculis deductus, in unius uestigationem ibat studio quàm accuratissimo. Neque uero eius contentionis quicquam ipse ante remisit, quàm mente ipse concepit speciem clariorē: non illam quidem naturæ eius & essentiæ (Etenim hoc maius est, quàm ut id assequi quisquam possit) sed substantiæ atque prouidentiæ. Quamobrem princeps ille credidisse deo dicitur: quando princeps ipse stabilem & exquisitam opinionem habuit, supremam unam esse causam, mundi eorumque quæ in mundo sunt prouidentem. Quum enim rerum substantiam confusam & permixtam, ex incondita illa congerie in ordinem, atque ex indiscreta confusione in discrimen redigere uolens Mundi fictor, digerere eam atque ordine constituere cœpisset: Terram quidē & Aquam in medio fibris suis cōstabiliuit: Aeris uero Ignisque stirpes sublimes è media regione sustulit: ætherium locum in ambitu communiens, limitemque eorum faciens quæ intus sunt, & tanquam præsidium. Quare Vranos, id est cœlum, ab horo, id est termino, nomen deductum uideri potest. Atque hæ quidem ueluti propagines quædam integræ sunt, uiuiradicesque uniuersi. Prægrandis uero stipes atque fœcundissimus est hic mundus: Cuius uelut soboles adfruticās, germina illa sunt à nobis supradicta. Vbinam igitur radices egerit, & quænam sit eius Basis cōsiderandum: super qua basi statuæ in modum affirmatus est mundus. Est autem simile ueri corpus nullum erraticum extra esse relictum, quum deus Vniuersi materiam opificio concinnatam ordine digesserit: consentaneumque fuit maximo opifici omnium operum maximū omnibus numeris absolutum fingere, Atqui absolutissimum esse non potuit ut non absolutis quoque partibus compleretur. Quocirca si ita hic mundus cōpactus est, ut uniuersæ materiæ nihil ne tantulum quidem extra relinqueretur: necesse utique uel inane extra uel nihil esse. Quod si inane: quo tandem modo plenum mundum & densum, omniumque rerum grauissimum, libratum esse in inani compertum est, solidoque nullo nixum? Certe uiso iudicatū simile id uideri possit, quærente semper cogitatione sedimentum aliquod corporeum: cuiusmodi cum omne quod mouetur habere rationi est consonum: tum mundum præcipue, quid corpus omnium corporum maximū est: quippe quod aliorum corporum congeriem in sinu suo tanquā proprias partes gerit. Quare sicui effugere propositum est identidē recursanteis huius quæstionis difficultates: ne uereatur ille dicere & asserere, nihil ita ualidum esse, dumtaxat eorū quæ in materia sita sunt, ut mundum gestare queat: Esse uero ille dicat sempiterni dei legem æternam, fulturā firmissimam uniuersorum & certissimum. Hæc lex à medijs ad extrema, & à summis ad media protensa, inuictum naturæ curriculum quasi Circense peragit, coagmentans omnes mundi partes & astringens. Etenim uinculū infractum uniuersi eam fecit ipse parēs qui genuit. Proinde consentaneum est dicere, nec terrā omnem dissolutum iri ab aqua quam intra sinus ipsa suos concepit, nec ab aere ignem extinctum iri, nec uero aerem ab igne cōflagraturū: utique lege diuina pro cōfinio aere collocato. Hac igitur ratione stirps illa fertilissima suis cū radicibus condita, actis ipsis radicibus affirmata est. At uero singularum stirpiū partim trāsitu mouētur, partim citra transitionem condita sunt, ut eodem in loco mansitantia. Et quæ transitiuo quidem motu utuntur, quę nos animātia dicimus, ea amplioribus uniuersi partibus accessionis uice cesserūt: Terræ quidē terrestria, Aquæ natalitia, Aeri uolucria, denique cœlo stellæ. Enimuero in terra, in aqua, in aere, fictor ipse duplicia finxit genera, ut in aere uolatilia, aliasque potestates sensu quidem illas nusquam nulloque pacto comprehensas. Animarum illic conuentus est corpore uacuarū, ordinibus nō ijsdem descriptarum. Quippe alias earū corpora subire mortalia, rursusque statis quibusdam temporum circuitibus inde decedere ferunt: alias cōstitutionem diuiniorē sortitas ab omni terrestri situ cogitatione abhorrere. At quæ sint earum purissimæ, eas uero opinio ēst excelsissimo in loco apud ætherem ipsum stationē habere. Quas qui in Grçcia philosophari instituerunt, Heroas appellauere: At Moses apposito nomine usus, Nuncios appellauit, Legatione utique functitanteis atque internuncias: subditis quidem bonorum à principe manantium indices: Principi uero ipsi regique, ope

B

rarum commode sibi ab illis nauatarum. Illas porrò corporibus concretas, perinde in corpus ut in flumen delapsas, interdum fluctuantis aquæ uortice rapi & absorberi: interdum impetum illum eluctatas indeq; existentes, retro deinde subuolare, unde erant profectæ. Atq; hæ quidem eorum animæ sunt, qui philosophiæ olim studio constanter indulserunt: à principio quidem illæ ad finem commētata de uita eam ob rem cum corpore defungenda, uitam ut adipiscantur incorpoream interitusq; nesciam, apud eum qui interitus ipse nescius est & ingenitus. At uerò illę demersæ, eorum sunt hominum, qui sapientiæ rationem nullam habentes, semetipsos fluxis rebus fortuitisq; dediderunt. Quarum rerum nihil est quod ad mentem pertineat aut animam, omnia uerò ad emortuum illum nostrum referantur, qui cum coalescimus: corpus inquam: ad eaq; insuper quæ inanimatiora sunt ipso: ad gloriam inquam, ad opes, ad magistratus atq; honores: Quæq; alia ipsi opinione fallaci circumuenti imaginantur & pingunt: quibus haud unquam contigit ipsis ea cernere quę ad normam ueritatis pulchra sunt & honesta. Animas igitur & Lares, siue Genios & Nuncios (sic Dæmonas & Angelos appellant) nomine differentes, cæterū unum tute idemq; subiectum esse animaduertens, grauissimum onus deposueris, quam superstitionem uocamus. Quemadmodum enim bonos genios malosq; uulgus appellat, & animas itidem bonas malasq;: sic angelorum quoq; alios uaticinio & prædictione dignos, quosdam uelut Legatos hominum ad deum, deiq; rursus ad homines, sacrosanctos tu quidem excubitores existimans propter hanc ipsam innocētem honestissimamq; muneris functionem: alios rursus eorum profanos iudicans uaticinioq; indignos: nō sane perperam ipse iudicaueris. Huic meæ sententiæ hymnorum autor ille astipulatur dicens: Emisit in eos iram excandescentiæ suæ per nuncios prauos.

Porrò autem in aqua Mundi opifex tum animantia finxit natatilia, tum ea quæ Zoophyta quasi plantanima uocant, ab natura inter animal plantamq; ambigua: In terra uerò animātes finxit terrestres cum stirpibus. Verum stirpes in caput mersas fecit, earumq; capita in imo terræ defixit. At animantium brutarum capita ab humo retracta, in ceruicesq; oblongas protenta, ita cum ceruicibus ipsis compegit, ut pedes anteriores scansionis uicem obtineant. Præstanti uerò atq; eximia constitutione homo ab eo donatus est. Siquidem cùm aliorū animalium facies ita circumegisset, deorsum ut uergentes in humum procumberent, uersa ille uice humanam faciem rectam uoluit esse, ut cœlum suspiceret: stirps ille quidem existens non terrena sed cœlestis, ut est uetusto dicto proditum. Enimuero cæteri naturæ ætheriæ partem mētem esse nostram dictitantes, cognationem homini cum ęthere copulauerunt. Magnus uerò Moses formam rationalis animæ nulli eorum quæ genita sunt similiter nuncupauit, ut qui animam esse numinis imaginem Deiq; illius dixerit, qui oculorum ipse obtutum nullum admittit: signum Dei probum quo imago expressa est, ex eo ille quidem esse ratus, quod eius signi forma est atq; nota, sempiterna ratio. Inspirauit (inquit) deus in faciem eius spirationem uitæ. Atqui eum qui admittit, ad exemplar affingi necesse est emittentis. Quo fit ut hominem factum ad imaginem Dei aiant: nō etiam ad alicuius eorum quæ genita sunt. Age iam hunc denuo sermonem explanationis gratia ita exordiamur, ut corpora quædam habitum, quædam naturam induisse, quædam animam dicamus, quædam deniq; animam rationalem. Lapidum igitur & lignorum quæ abstracta sunt à coalitu, uinculum ualidissimum Deus fecit habitum: qui spiritus est conuersa reflectens in seipsum. Incipiēs enim à medijs in extrema tenditur: cumq; supremā attigerit superficiem, reflectitur rursus, quoad eodem loci peruenerit, unde primū profectus erat. Atq; hic est circularis cursus habitus. Naturam autem Deus ijs attribuit quæ radicibus hærent: eamq; attribuit cum è plurimis facultatibus attemperatam, tum uerò altrice ui & genitrice. Animam etiam fictor ipse tribus rebus finxit à natura differentem, sensu, uiso (sic phantasiam uocant) impetu. Etenim cùm stirpes earum rerum exortes sint, unumquodq; animans frequenter ijs afficitur. Sensus porrò (ut nomen ipsum indicat Græcum) illatio quædam est in mentem eorum quæ apparent & uidentur. At uisum impressio est in anima. Simul enim sensus aduentitium quippiam sigillatim importauerit, uisum continuo annuli modo aut

A aut ſigni notam ſuam imprimit:impreſſamq; effigiem aſſeruat penes ſeſe,quoad uſq; obliuio memoriæ aduerſaria, formam ipſam uel exoletam reddat interlinendo, uel prorſus euanidam. Ipſum etiam uiſum quod imaginem inſculpſit,interdum animam propriè,interdum alio quodam modo afficit: Quæ animæ affectio Impetus appellatur uel animi appetitio: Horme Græcè dicitur. Quam qui finire uolunt, primum animi motum eſſe dicunt. His tot rebus animalia præſtant ijs quæ radicibus hærēt. Age uerò uideamus quínam præſtat homo cæteris animantibus:nimirum eximio munere,quam mentem appellamus: qua mente omnium ipſe naturas comprehendere ſolet tum corporum tum rerum. Quemadmodum enim in corpore uiſus eſt longè omnium princeps (id quod in uniuerſo natura luminis obtinuit) ita eorum quæ in nobis ſunt animus imprimis bonitate cēſetur. quippe qui animæ ſit oculus proprijs ille quidem ſplendorib. circunfuſus queis multa caligo altaq; diſcutitur, quam rerū ignorantia offudit. Hæc animæ forma elementis non ijſdē ficta eſt, è quibus cætera quoq; perfecta ſunt: puriorem uerò potioremq; ſortita eſt ipſa materiam: ex qua ſcilicet naturæ diuinæ procreatæ ſunt. Quamobrem ſolus ipſe in nobis animus interitus immunitate merito donatus eſſe uiſus eſt: Quippe quem ſolum parens eius & ſator libertate dignatus ſit, neceſſitatisq; uinculis remiſſis liberum eſſe nexuq; ſolutum ſiuerit: donato illi pignore tum decentiſſimo tum maximè accōmodato, Liberi ſcilicet arbitrij ea ſorte quam ille admittere poterat & capere. Siquidem alia animalia, quorum in animis non eſt animus in libertatem aſſertus, & uehiculis illa quidem iuncta & frenis cohibita ad obſequium hominibus mancipata ſunt ut ſeruitia dominis. Homo uerò ſenſum mentis ſortitus arbitrij ſui prærogatiua ac ſua ſponte præditum, actionibusq; fungens à propoſito proprio manantibus: non immerito malè audit ob ea quæ ſciēs prudensq; ſecus agit: ut bene uiceuerſa ob ea quæ rectè atq; ordine facit. Nam qui uoluntarium motū diuinitus accepit, eoq; nomine aſſimilis Deo factus eſt, è grauis ipſe & perquam moleſtæ dominæ iure ac mancipio uindicatus in libertatem: huic nimirum par eſt uitio ut uertatur cum aſſertorem ſuū nō colit & obſeruat: dignumq; eum

B quiuis merito iudicarit, qui in fraudem incidat, quæ aduerſus ingratos libertos prodita eſt, ſummoto omnium deprecatore. Eaq; de cauſa corpus humanum arrecta facie conſormatum, oculos attollit in cœlum & intendit, quæ pars luciditſſima eſt Vniuerſi: ut eo quod oculis perceptum eſt atq; animaduerſum, id quoq; non dubiè comprehendatur quod oculis ſubductum eſt. Quandoquidem autem fieri nequit ut mentis humanæ ſequacitas erga id quod eſt, niſi ab ijs demum uideatur qui ad illud ipſi feruntur(Siquidem quo quiſq; modo afficiatur, ipſe imprimis nouit qui afficitur) icciro euidens ſimulachrum oculi inaſpectabilis oculum corporis Deus finxit, qui poteſt æthera contueri. Nanq; oculi cùm è materia interitura compacti, eo uſq; ſurſum tollantur, ut à ſitu terreno ad cœleſtem locum excurſent tanto interſtitio à nobis abſcedentem, eiuſq; fines attingant: cuius tandem eſſe modi oculorum animæ curſum exiſtimare debemus, qui præ ingenti ipſi deſiderio perſpicuè cernendi illud unum, quaſi alites facti, non ad æthera modo ſummum contendunt, ſed uel infra ſe utcunq; relinquentes uniuerſi mundi extrema, ad illud ingenitum pernici curſu feruntur? Itaq; cum ſuper præcipuis Mundi ſtirpibus commentari inſtiterimus, uideamus nūc quonam modo Deus omniſaria ſapientia cumulatus, ſuas etiam hominis(qui minor eſt mundus) arbores molitus eſt. Iam primum igitur in corpore noſtro tanquam in agro quodam ſoli fœcundi, ſic ipſe ſenſus noſtros finxit quaſi quædam humoris conceptacula: deinde uelut plantas ſingulas manſuetas & fructuoſas ſingulis impoſuit: auditum in auribus, uiſum in oculis, olfactum in naribus, aliosq; itidem ſenſus in locis cognatis atq; accommodatis. Cuius rei teſtem laudare diuinū illum uirum promptum eſt, qui in Pſalmis ita inquit: Num qui aurem ſerit non audit? qui oculum fingit non inſpicit? Quin & cunctas partes ad crura uſq; manuſq; pertinenteis aliasq; partes corporis, generoſas eſſe contigit propagines atq; uiuiradices. Quibus ex ipſis præſtantiores ille atq; perfectiores Principatui affibratas adnexuit: qui medius eſt ipſe, longeq; fructuoliſſimus omnium. Hæ autem ſunt intelligentia, comprehenſio, conijciendi rectitudo, cōmentationes, memoriæ, habitus, affectiones, artium genera

multiplicia, certitudo scientiarum, apprehēsio speculaminū uniuersæ uirtutis, quam delere obliuio nō potest. Horū omnium nullum alius nemo potest intus instar plantæ pangere aut serere: unus uerò omnium simul artifex ingenitus: qui nō solum olim hæc finxit plantaria, sed quotidie etiam fingit simul ut singuli oriuntur homines. His consentanea sunt ea quę de Paradisi consitione monumentis literarum prodita sunt. Conditus est, inquit ille, paradisus in Edem ad ortum Solis: collocauitq; ibi Deus hominem ab se fictum. Quod si uites olearumq; & malorum & punicarum stirpes, atq; alias huiusmodi illic fuisse exaudias: multa hæc sit utiq; deplorataq; stultitia. Ne quis uerò arbitraretur fictorem ipsum cuiuspiam eorum quæ fingebantur usum desiderare: Moses necessario exclamauit. Dominus seculorum regnator & in secula porroq;. Deus enim & pater & opifex curatorq; reuera est rerum omnium quę in cœloq; quęq; in orbe terrarum sunt. Porrò autem futura umbra posteri temporis occuluntur: breui interdum, interdum longinquo interuallo. At opifex temporis Deus: ut qui parēs sit eius patris: siquidem mundus parens est temporis: cuius motum Deus temporis ortum esse statuit. Ita nihil apud Deum futurum est: utpote qui temporum fines redegerit in suam potestatē. Neq; uerò ipse tempus est, sed primigenia forma temporis atq; exemplar. At in æterno nihil nec præterijt nec uenturum est: extitit uerò tantum atq; in natura rerum est. Verum cum his de rebus satis explicatum sit: uidendum iam de mundi conditione immuni ab interitu. Qua de re tres opiniones apud studiosos philosophiæ extiterunt: alijs perpetuum esse mundum statuentibus, ortusq; exortem & obitus: alijs contra genitum esse opinantibus atq; interiturū. Fuerunt etiam qui utrorumq; opinionem ita exciperent, ut ab his natalem mundi, æternitatem ab illis mutuarentur: indeq; ueluti cinnum temperatū ex utroq; scitumq; mixtum relinquerēt: genitum esse mundum, non item occasurum. Et Democritus quidem Epicurusq; ac pleraq; Stoicorum multitudo geniturā mundi interitumq; prodiderunt: tametsi non similiter. Eorum enim partim complureis mundos deliniantes, ipsorum ortum attribuunt corpusculis indiuiduis inuicem offensantibus in occursuq; implicitis: Interitū autem tum statuunt, cum mundi cōcreti & sic enati, collisi inter se fuerint occursu & conflictati. At Stoici mundum unum ponentes, ortus eius autorem faciunt deū atq; causam: non item interitus. cæterū uim quandam in rebus existentē interitus causam esse uolunt, ab ijs rebus oriundam quæ labori non cedunt, longinquis temporum circuitibus omnia ad se colligentem: ex qua rursus instauratiuum mundi natalem cōsistere artificis prouidentia. Aristoteles perpetuum mundum ingenitumq; esse cēsuit: nefariæq; impietatis eos esse insimulandos existimat, qui his contraria disseruere, ut qui tantum opus dei nihilo præstare censuerint operib. manufactis. Opinio est autē, à Platone in Timæo, mūdum esse genitum planè significari. Sunt rursus qui captiose disputent mundum Platonis opinione ita esse genitū: non ut ortus ille quidem auspicatum acceperit: quatenus uerò ita est coagmentatus, ut non aliam utiq; compagem accepturus fuerit si contigisset eum nasci, genitū esse dictū. aut quia in ortu & cōmutatione partes eius uideantur. Cæterum satius & uerius est priori sententiæ assentiri. Idq; non ideo tantum quod in toto illo opere parentem, fabrum, opificem, diuinū illum fictorem: hūc autem mundum concinnū, affabrefactum & oriundum uocat, ab exemplari primigenio intelligibili sensibilem effigiem, omnia quæ in illo sunt intellectu percepta, in seipso sensu comprehensa continentem, absolutissimum ad mētis perfectionem, simulachrum expressum ad sensum: Sed etiam quod Aristot. hoc de Platone testificatur: qui cùm esset philosophię reuerentia imbutus, nequaq; cōmisisset ut uanitatis crimine se obstringeret. Huius uerò decreti Platonici parentē nōnulli Hesiodū poetam esse putant: ab eoq; arbitrantur genitum mundum esse dictū, nec tandem occasurum. Et genitum quidem dictum ob id putant quod ita scripserit.

Principium rerum genitum chaos, edita tellus:
Qui situs est cunctis certissimus, aptus in æuum.

Non occasurum uerò iccirco quoniam dissolutionem eius & corruptionem non indicauit. Cæterum Chaos Aristoteles locum ideo esse censuit: quia locum in rerū naturam prius editum esse quàm corpus necesse est. Mundum igitur genitum esse apud Hesio-

A Hesiodum clarissimè patefactum est. Multis autem ætatibus antè Moses apud Iudæos legum conditor, dixit in sacris scriptis genitum esse mundum, interitusq; immunem. Sunt enim quinq; numero libri, quorum primũ Genesim nominauit: quem ita exorsus est. In principio creauit deus cœlum & terram.

Verum eam disputationem quæ mundum ortus & interitus exortem astruit, satius est ut loco primo cõmemoremus, consentaneo ipsi exordio utentes & cohærenti. Omnibus igitur quæ corruptionem admittunt, duas internicionis causas imminere suppositum est: alteram intestinam, extrinsecus alteram aduenientem. Etenim ferrum, æs, alias eiusmodi naturas compertũ habemus sua ipsas sponte exolescere, cùm scilicet ærugo gliscens exest ipsa instar morbi serpentis: ab externis autẽ causis, cùm uel ædes uel urbem flagrantem dissolui contingit ignis incubitu uiolento: Sicut animantibus quoq; mors aduenit: morbis quidem è semetipsis: extrinsecus autem cùm aut iugulantur, aut lapidatione obruuntur, aut exuruntur, aut suspendio intereũt fœdo genere mortis. Quamobrem si mundus necessitati interitus non exemptus est: aut ab aliqua externa ui interibit, aut ab aliqua intus existente. At utrunq; eiusmodi est, causam ut cõminisci eius nequeas. Siquidem extra mundum nihil est: cùm omnia ad complementum eius in unum coierint. Sic enim euenit ut unus esset & totus, nec senectutem sentiens. Vnus & totus, propter causam iam dictam: Nec senectutẽ nec morbum sentiẽns, iccirco quod ea corpora quæ morbis & senio corripiuntur, caloribus & frigorib. alijsq; noxis euertunt quæ extrinsecus uehementer incũbunt. Atqui nullius earum incubitum mundus sentit foras se proripientis mundumq; ambientis: cùm nulla pars mundi ab eius compage desciscat, integraq; intus omnia cohibeãtur. Quod si est aliquid foris: prorsus id aut inane sit necesse est: aut natura quædam quæ affici non possit, quæq; nec actũ nec passionem admittat. Nec uerò ab ulla causarum dissoluetur, quas intra se continet: alioqui pars maior esset & ualidior toto: quod est absurdissimum. Nanq; mundus cum ui insuperabili præditus sit, ducit secum omnes partes, à nullaq; ducitur. Et hęc ratio prima. Deinde cum duę sint causæ internicionis

B rerum, una intestina, altera extraria: quæcunq; unam earum ferre possunt, ea alteram etiam admittere prorsus apta sunt. Cuius rei argumentum esse potest huiuscemodi. Bos enim equus, homo, & alia eiusdem modi: quoniam natura ita comparata sunt ut ferro interimantur, morbo item ipsa consequens est ut pereant. Quandoquidẽ igitur nulla ab causa extraria mundum peremptum iri demõstratum est, cùm nihil foris sit reliquum: nec ab ulla quidem utiq; re interna perimetur. Obstat enim antecedens demonstratio, qua collectum est nobis, id demum esse obnoxium alterutri causæ interitus, quod naturæ constitutione capax est alterius. Accedunt etiam argumenta eiusmodi è Timæo Platonis, ut ægrotationis mũdum corruptionisq; expertem credere debeamus. Principiorum quatuor unumquodq; totum coagmentatio mundi cõcepit: quippe quę ex igne omni, omni aqua, omni aere. & deniq; omni terra ita sit coagmentata à conditore: nulla ut pars ullius, nulla uis extra relicta sit ab illo. Id quod eo consilio agere instituit. Primum, ut animal illud totum quàm maximè perfectum perfectis è partibus esset: Deinde ut unũ esset: nullis scilicet reliquis superantibusq; principijs è quibus aliud tale nasci posset. Deniq; ut senectutis & morbi expers esset. Probe enim ille intelligebat, quæcunq; corpore calido & frigido sunt, quæcũq; uires habent ualidas: ea omnia extrinsecus circumfusa, & intempestiuè incumbentia atq; incidentia, & lædere solere, & morbis senectute ingenerandis ad tabem perducere. Eam ob causam eoq; consilio deus totum è totis consummatũ fabricatus est mundũ, simul senectutis simul morbi immunem. Hoc igitur ex Platone elogium de indissolubili compage mundi mutuandum uisum est.

At uerò ingenitum quoq; mundum esse à ueritate naturali defendere quis possit. nam ut geniti comes est dissolutio, sic ingeniti perpetuitas: nec ab re trimetrum illud compositum est:

Queiscunq; nasci contigit: mori quoq;.
Hoc enim modo continet dissolutionis consequentiam.

Alterum est item argumentũ, quo id astrui potest. Quicquid cõcretũ perimitur,

id in ea ipsa soluitur è quibus compositum est. Vnde fit, nihil ut aliud sit dissolutio, quàm regressus in id cuiusq; quod secundum naturam erat. Quare in contrarium id quoq; ualet, ut concretio uiolenta sit rerum coagmentatio in aliquid coeuntiū quod præter naturam est propriam. Idq; sanè uidetur esse uerissimum. Siquidem quatuor ab elementis, quę toto sunt uniuersi, cœlo, terra, aere, & igne particulas homines mutuati, tum demum hac temperatura constituuntur. Quæ uerò mixtura concreuerit, naturali ea situ fraudata esse contingit, quippe ut superno situ calor, sic inferno natura terrena fraudatur: quę cum ipsa libramento prędita sit, tamen subleuata supernum locum arripit. Namq; quod in homine in primis terrenum est, id sibi caput obtinet. Atqui deterrimus est nexus, quem uiolentia astringit. qui ut uiolentus est ipse, ita tenorem asseruare diuturnum non potest. citius enim rumpitur: utiq; rebus sic uinctis renitentibus, contumaciterq; reluctantibus præ desiderio quo affectæ sunt ad motum naturæ suæ congruum: quem ad ipsum cùm propensæ ipsæ ferrentur, migrare inde coactæ sunt. Atq; ut est scriptum apud poetam autorem tragœdiæ,

Terris profecta rursus in terras eunt:
Quæ germinant ab ætheris celso situ,
Rursum poli petunt situm soluta: Nec
Quicquam perijt: ut editum semel fuit.

Diremptum uerò aliud ab alio, demum formam peculiarem accipit. Estq; lex illa intereuntibus rebus omnibus sanctioq; perscripta. Vt enim cùm unumquodq; in rerum naturam primum extitit, quæ in eius concretione coierunt, ab ordine illa quidem naturæ suæ accommodato ad habitum transeunt inordinatum: id quod tum deniq; fit quum in loca discedunt contraria, ita ut modo quodam peregrè esse more hospitum diuersariq; uideantur: Ita quum diducuntur interitu, ad propriam ea naturæ suæ sortem reuerti constitutum est. At mundus huiuscemodi conditionis indigestæ expers est: Id quod hac ratione si placet in promptu est ut cognoscamus. Esto igitur mundum interire ut contigerit: nimirum partes eius in loca naturę cuiq; dissentanea digestas esse, necesse erit tute actutum ut fateare: idq; ita futurum existimare non degeneris est intellectus. Optimum porrò situm continuamq; digestionem & cohærentem partes mundi sortitæ sunt: id adeo ut unaquæq; pars loco suo ut patria acquiescens mutationem in melius non exposcat. Quam ob causam medius exactè locus attributus est terræ, super qua terrena cūcta sunt collocata: adeo si quippiā terrenum sursum eiaculeris, id continuo terram uersus feretur. Hocq; argumētum est eum esse situm è natura terrenorum. Etenim ubi quid nulla ui delatum subsistit & quiescit: ibi locum proprium idipsum utiq; sortitum est. Iam uerò aqua secundo loco à terra affusa est in terram: aer & ignis è medio sublimia abierunt. Et aer quidem, aquæ ignisq; confinem locum sortitus est: ignis autem locum excelsissimum. Quo euenit, ut si succensam facem deorsum in terram demiseris, nihilosecius flamma reluctans sursum illico resiliat: nimirum seipsam arrigens ad naturalem ignis motum. Quapropter si internicionis causam motio præter naturam in alijs animātibus affert: in mundo autem singulæ partes naturæ suæ congruēter ordineq; descriptæ sunt, regionesq; sibi familiares sortitæ: profectò corruptionis immunis merito mundus dictitabitur.

Iam cuiuis id manifestum, quod unaquæq; natura eorum asseruationi studet atq; incolumitati, quorum ipsa natura est, atq; si fieri posset, immortalitatem ascitam ijs cuperet: ut arborea natura arbores seruatas cupit, & natura animalis unumquodq; animans. In singulis uerò sempiternam efficere stabilitatem non ualet repugnante necessitate: paruaq; iuxta magnaq; senectutis immunia conseruare. Siquidem uel penuria uel flamma uel rigor uel aliud quippiam (qualia coire sexcenta in rerum necem solent) decumbentia, discutiunt ac dissoluunt ac deniq; abrumpunt uinculum quod concreta coercet ac cohibet. Quare mundi etiam naturam necesse est incolumitatem uniuersi uelle & concupere: Nisi uerò ipsa naturis deterior est singularum mundi partium: & ut fugax & stationis suæ ordinisue desertrix, pro sanitate morbum, pro incolumitate plena & absoluta machinari internicionem conatur, Imò uerò ut uerbis utar Poetæ,

Et

A Et facie & ceruice alias supereminet omneis
Conspicua in primis: sint pulchræ quamlibet illæ.

Atqui si hoc uerum est, corruptionem mundus haudquaquam admissurus est. Quid ita? Nempe quod cohibitrix ipsius natura multifariam inuicta est ui roboris indomiti: omnibus ipsa præualens uiolentijs, quæ noxā allaturę fuerant ei interiturę. Quam ob causam Plato: Nihil, inquit, accedere undecunq; illi potest. Sibimet enim ipse tanquam alimentum naturam suam præbet: omniaq; cùm in seipso tum uerò à seipso & facit & patitur, arte præstantissima conditus. Ipsum adeò sufficientem sibi suppeditantemq; omnia coagmentator eius molitus est, talem utiq; præstantiorem esse ratus quàm si aliquo deficeretur.

Est autem & illa argumentatio huic demonstrationi aptissima, ob quam me non latet gloriari quàmplurimos seseq; ea uenditare tanquam numeris omnibus exquisita irrefutabiliq; in primis: argumētariq; illos hunc in modum percontabūdos. Nam qua tandem de causa, inquiunt, Deus mundum disturbandum statuerit? nempe aut nullum postea mundum, aut ut alterum ab integro moliatur. At illud prius alienum à deo est: ut cui conueniat inconditum rerum statum digerere in ordinem: nec uice uersa res ordine concinneq; constructas, ad congeriem indiscretam inconditamq; reducere. Deinde si ita fecerit, iam erit ipse obnoxius pœnitentiæ: & pœnitentia morbus est animæ atq; ægrotatio. Certè quidem aut mundum ordiri prorsus non oportebat: aut quando censebat dignum se opus esse, in absoluto quoq; opere acquiescere. Alterum illud longiusculam disceptationem exposcit. Etenim si alterum mūdum deus pro hoc qui nunc est, constructurus est, qui construetur, aut deterior aut præstantior aut huic similis erit. At horum quod elegeris cunq;, non carebit reprehensione. Quippe si deterior mundus futurus: & deterior quoq; opifex eius. At Dei opificia omni reprehensione & Momo quoq; maiora, & simul emendationem respuentia: ut quæ ad numeros omnes artificij ac scientiæ confecta sint & exacta. Siquidem deo decorum atq; congruū cùm informia conformare, tum rebus deformissimis formas uisendas decorasq; accōmodare. Sin erit ille mundus futurus huic similis: nimirum Deus opifex eius nihilo iam præstiterit pueris infantulis, qui circa littora interdum ludibundi arenam cumulant altiusculę, subindeq; manib. nōnihil arenæ subducentes, cumulos hoc pacto excitatos disturbāt. Longè enim satius esset, nihil nec adimentem nec addentē nec in melius peiúsue cōmutantem, eum qui nunc creatus est, eodem in statu semel esse sinere: quàm alterū similem hoc euerso adstruere. Quod si præstantiorem mundū facturus est: continuo fuerit etiam præstantior opifex. ex quo sequetur illud, ut cum priorem cōficeret, & artificio ipse & ingenio imperfectior fuerit: id quod uel suspicari nefas. Adde quod quēadmodū conuenit nos mortaleis opera quoq; mortalia facere: ita dei immortalis opificia erunt utiq; interitus expertia. Et rationi congruit opera fabrefacta naturæ opificum similitudinem referre.

B

Ad hoc uerò probandum Boethus demonstrationib. usus est quàm appositissimis, quas dicendas iam habemus. Neq; uerò mundus (inquit ille) genitus est atq; interiturus: & non ex eo quod non est fiet aliquid: id quod Stoicis absurdissimum uidetur. Quid igitur tandem? dicat aliquis. quia scilicet nullam quisquam cōminisci causam queat tabificam, nec internam nec externam, quę mundum peremptura sit. nam extra mundum nihil est, nisi sicubi forsan uacuum, cùm elemēta prorsus in eum resoluantur ex suo concremento: Intus autem nulla talis est ægrotatio quæ dissolutionis causam afferre tantæ coagmentationi possit. Quod si citra causam ullā mundus perimi potest: liquebit iam, ex eo quod in rerū natura nequaq̄ est, corruptionis causam enasci: id quod ne concipi quidem cogitatione potest. Et corruptionis quidem modos treis aiunt esse in uniuersum. unum per diuisionem: alterum per peremptionem qualitatis res obtinentis: alium per confusionem. Quæ igitur è diremptis rebus constant, ut sunt greges, armenta, exercitus, chori, aut rursus quæ corpore coagmentato coacta sunt: ea diductione soluuntur atq; diuisione. Peremptiuus autem qualitatis modus est cum ita fit habitus immutatio, ut ne diuersa quidē forma faciē quādam præbeat. Per confusionē fit corruptio, ut in medicamēto quod tetrapharmacū dicit.

In

In quo uires eorum quæ collata sunt exolescentes in unius facultatis genituram emo riuntur. Agedum quonam istorum modorum conuenit ut mundum interire existimemus? Vtrum eo quem fieri per diuisionem docuimus? At mundus nec ex diductis est conditus, ita ut partes eius dissipandæ sint: nec è corporibus compactis, ita ut dissoluendæ: nec ut nostra corpora itidem unitus est, quippe quæ natura sua fluxa po tentiæ cedunt rerum innumerarum, unde noxa ipsa afficiūtur: at mundi robur indomitum, præ multa abundantia omnib. rebus præualēs. Num igitur potissimū integra qualitatis peremptione corruptum iri mundum dicemus? Tamen eum modū interitus concipere nemo potest: quippe cùm eorū sententia qui contraria de mundi interitu sentiunt, mansura sit qualitas ipsa coagmenti, in minorem substantiam cōtracta, in conflagratione mundi. Age uerò, superiorib. modis interire mundus non potest: confusionis modo potest. Absit ut hoc posse interire censeamus. Alioqui reuoluemur eodem, ut admittendum nobis sit interitum mundi perinde futurum atque si nihil in rerum natura sit. Quo tandem isthuc modo? Quia si unaquæque partium mundi uicissim interiret, alia mutari in aliam potuisset: cùm uerò omnia simul interire, uniuersaque dicunt, necesse est in intellectum id admittere quod fieri nō potest. Est uerò ope ræprecium quærere qua ratione altera erit generatio mundi, cum omnia in ignem re soluta fuerint. Siquidem exhausta ab igne rerum natura, necesse erit ignem quoque extingui alimento defectum. Qui si permanet: incolumis esset utique ratio seminalis coagmentationis mūdi. igne uerò resoluto, illico unà cum eo illa quoque ratio cōsequēs est ut perimatur. Atqui nefariū est geminatæque impietatis, non tantū mūdum capitis crimine arcessere, sed etiam (si dijs placet) natalem eius instauratitium tollere. Quasi uerò inertia Deus & incondita rerum nece, omnibusque perperam factis gaudeat.

Proinde hanc disputationem in hunc modum exquisitius explicādam habemus. Ignis genus est triplex: carbo, flāma, & splēdor. Carbo ignis est in terreno. hocque modo spiritualis habitudinis tanquam in specu latet ignis & quasi locū insidet, usquequaque intentus & ad extrema usque pertinens. Flāma est id quod ab alimento sublime tollitur. Splendor est qui à flamma emittitur, oculis subseruiens & prælucens ad res spectabiles apprehendendas. Medium autem locum carbonis & splendoris flāma obtinet: utpote quæ & extincta desinat in carbonem, & excitata lumen habeat, quod ui ustiua cum deficitur fulget. Quocirca si resolutum iri mundum deflagratione censuerimus, haudquaquam carbo fiet: quippe in quo terreni permultum reliquum esset, ubi ignem comprehensum esse contingit. At placet cæterorum corporum nullum iam tum in rerum esse natura: terramque, aquam, aerem, in ignem merum resolui. Nec uerò flammam mansurā esse placet: ut quę sit ignei alimēti elatio in sublime. Ita cum relictum nihil fuerit, utique ipsa tabescens protinus extinguetur. Quibus etiam ipsis hoc consequens est, ut ne splendor quidem inde existat, qui suapte ipse natura solus subsistere nequit: à prioribusque illis manat, flāma scilicet & carbone: ab hoc quidem ille minor, à flamma uero multus. At illa à conflagratione mundi non futura sunt, ut probatum est: ita ne splendor quidem erit postea. Quo fit omnino, ratio ut iniri non possit mundi denuo nascituri, cum seminalis nulla ratio confoueatur intus. Atque ex ijs planum factum est ingenitum mundum permanere & incorruptum.

Quin absque bis etiam sic explicatis foret: & hoc argumēto quis uti posset ad huius ipsius rei fidem, idoneo quidem ipso, & utique huiuscemodi quod omneis in eam opinionem adduceret, duntaxat qui esse ipsi pertinaces præter modū non obstinassent. Eorum igitur quæ coniugatim contraria sunt inter se, ut hoc sit, illud non sit, omnino fieri nequit. Nam si album sit, & nigrum esse necesse est: & magno existente paruum erit: & impari par: & dulci amarum: & denique die existente nox erit: & quęcunque sunt alia huiuscemodi. Atqui si mundi inflammationem fore dederimus, inde futurum sequetur quod fieri per rerum naturam nequit, eritque coniugatorum alterutrū cum alterum iam non sit. Id quod licebit hoc pacto ut cognoscamus. Omnibus in ignem re solutis, leue quidē & rarū erūt & calidū, cùm ignis sint propria: graue uero non erit, non densum, non frigidum: quæ tamen è regione sunt illorum. Quo modo autem potius inhibere quis possit mundi prorsus non futuri consequentiam, quæ in mundi

A di deflagratione ſane implicita eſt,ſi quidem ea detur:quàm ſi ea quæ natura una eſſe comparata ſunt,hoc ille pacto demonſtrarir è ſua coniugatione dirimi? At hoc poſito coniugationis diremptio eouſq; progreditur, ut his æternum eſſe non negent,illis eſſe omnino negent.

Iam uero quod ſequitur,nō longe à propoſito quaſiq; ſcopulo abſcedere uidetur eorum qui uerum ueſtigare inſtituerunt. Mundus ſi interitus eſt aut à cauſa quadam interibit:aut diuinitus. At uero aliunde diſſolutionem nullo modo admittit: quippe qui nihil non contineat ipſe & cohibeat.& quod continetur,debilius eſt utiq; continente,cum ab eo coerceatur ut præualente. A deo porro deſtrui mūdum dicere, ſceleratum eſt in primis & nefariū. Si quidē deū non ordinis diſſoluti,non inconditæ rerū rationis,nō internicionis autorē:ſed ordinis potius,& cōpoſitæ rationis,deniq; uitæ atq; omnis boni cauſam eſſe,apud eos in cōfeſſo eſt qui uere de reb. opinati ſunt.

At uero eorum qui ſempiternum mundum eſſe cenſuerunt: ſunt qui argumentationi ambitioſæ artificioſæq; indulgentes, inſuper etiam hac diſputatione utūtur ad aſtruendā opinionem ſuā. Quatuor eſſe modos internicionis rerū ſumma diuiſione cōuenit:additionē,adēptionē,tranſpoſitionē,mutationē. Binarius igitur acceſſione unitatis in ternariū interit cū iā binarius nō ſit: At quaternarius unitatis deceſſiōe, in ternariū. Trāſpoſitione aūt interit Z elementum in H,cum lineæ quidē obliquę & parallelæ ſubrectæ ad rectos angulos fuerint:linea aūt ad utrāq; protēra & pertinēs, in trāſuerſum deflexa:ipſas ad rectos angulos attigerit & copularit. Immutatione fit corruptio,cū uinū in acetū uertitur. Nullus aūt modorū qui enumerati ſunt mūdū attingit prorſus. Nam quid hic comminiſci,quiſquā eorū poſſit? additū iri quippiā mūdo ad eius demolitionē? quonam tandē id modo,ſi nihil eſt extra mundū ꝙ nō idem pars ſit mundi totius? Quicquid enim, id eſt, cohiberur ab eo & edomatur. Quid igitur ablatum iri? Primum ſi id fateare:quicquid erit quod auferetur,id denuo mundus erit hoc mundo minor. Deinde nō eſt infre rationem qua corpus aliquod ab uniuerſi coaleſcentia diremptum,uſq; diſpergi poſſit. Age nunquid partes mundi tranſ-

B ponendas comminiſcemur ad mundi corruptionem? Atqui in ſimili permanebunt locos uon permutantes. Neq; enim unquam futurum eſt ut omnis terra inuehatur aqua,nec ut aqua aere,& hic igne: Sed quæ in terra naturę grauis ſunt aquaq; medium locum obtinebūt:ita ut terra fundamēti uice fulciat,illiq; aqua innatet; at aer ignisq; quæ natura leui ſunt,ſuperiorem locum teneant.

Neq; uero exiſtimandum eſt eo modo interiturum mundum, alius ut ex alio fiat. Nanq; elementorum immutatio æque pollet per omnia,& quod æque pollet, id firmitudinis indeclinabilis cauſa eſt atq; illabefactabilis permāſionis,cum nullo exhuberantiore inferius ſit. Quam ob cauſam refundendarum uirium rependendarumq; uiciſſitudo regulis illa quidem adæquata proportionis:artifex eſt ſanitatis atq; incolumitatis in æuum pertinacis. Vnde fit demonſtrabile mundum eſſe ſempiternum.

Porro autem Theophraſtus eos qui ortum mundo interitumq; obijciunt, quatuor rebus falſos eſſe exiſtimauit:terræ inæquabilitate:maris receſſu:ſingularum partium uniuerſi diſſolutione: terreſtrium deniq; internicione generatim per animantiā graſſante. Primum ſic aſtruitur. Niſi terra principium ortus cepiſſet, nulla pars eius altius inſurgens conſpiceretur:complanati uero montes omnes fuiſſent,colleſq; ad æquilibrium redacti cum planicie camporum. Siquidem tot imbribus quotannis ab æuo labētibus,locorū in altum editorum alia torrentibus abrupta fuiſſent (ut ſimile ueri eſt) alia ſuopte nutu ſubſidentia peſſum iuiſſent,omniaq; iam uſq;quaq; perplanata diffunderentur. Nūc uero crebræ ſalebrę,permultorumq; montiū iuga in altum exurgētia,indicia ſunt terræ minime ab æterno editæ. Alioquin iam olim (ut dictum eſt) in tempore infinito imbrium ui terra à fronte (ut dicitur) ad calcē,ad uiæ uehicularis æquabilitatem complanata uideretur. Et eſt ea uis aquæ præſertim ſuperne caſitantis,ut quædam ui extrudat,quædam continenti ſtillicidio caua reddat:ſolū etiam ut prædurum ac glareoſum foſſorum more ſubigat.

Quin & mare ipſum (inquiunt) imminutum eſt. Indices ſunt inſulæ celeberrimæ Rhodos & Delos. Quæ cū olim mari ſummerſæ & obrutæ non cernerentur,tēporis

inter-

interuallo existere sensim cœperunt & conspici, utiq; mari sensim itidem subsidente, ut quidem uetustis proditū est historijs, quæ de ipsis conscriptæ sunt. Ingentes etiam sinus maris altissimosq; exaruisse aiunt, continentiq; accessisse: simul tractus adiacentes in apertum protulisse: partibus illos quidem luculentis nec sterilibus, ut apparuit cùm seminari cœpti essent arbustisq; conseri. His etiam accedunt indicia maris è prisca proluuie retroacti: id quod scrupi & conchulæ marinæ in sicco destitutæ ostendunt: aliaq; eiusdem modi quæ mari æstuante expui solita sunt. Quod si mare imminuitur, minuetur & terra: longisq; annorum circuitibus prorsus utrunq; elementum resoluetur: & uniuersus uerò aer exhaurietur, ad imminutionem sensim uergens: omniaq; è suo concremento in unam naturam ignis liquescent. Ad tertij autem capitis structuram hoc argumento utuntur. Id, inquiunt, omnino periturum est cuius partes obuiæ & expositæ interitui. At mundi partes tales sunt: igitur mundus huiusce modi. Nunc agitandum quod huc digrediendo reieceramus. Quænam igitur terræ pars (ut ab eodem auspicemur) uel maior uel minor tempore non dissoluetur? Quid lapides firmissimi? nónne tumore putrifico affecti putrescunt tandem: atq; ab habitus infirmitate (qui tenor est spiritualis, uinculumq; fracturæ non immune, tametsi ęgre est solutile) fragiles & fluxi in tenuem primùm puluerem soluti, deinde consumpti, tum demum prorsus euanidi abeūt? Aqua uerò quid ipsa? nónne si immota manserit, nec flatu diuentiletur: quiete enecatur? certè quidem mutari eam cōstat graueolentiaq; infici, more animantium quæ anima priuatæ sunt. Enimuero aeris corruptiones nulli non apparent manifesto. & ægrotare enim aer & tabescere, & modo quodam emori è sua naturali constitutione potest. Quod si animi intentionem ad indagandam rerum ueritatem potius, quàm ad nominum appellationumq; decorū contuleris, quidnam aliud dixeris pestem esse quàm aeris mortem? qui noxam qua afficitur in omnium necem effundit, quibus quidem ipsis participibus animæ esse contingit. Iam de igne quid opus est uerbosius disputare? qui simul alimento defectus est, tabescit & extinguitur. Quare si unam quanq; mundi partium suum manet exitium, nimirum mundus ipse qui ex ijs compositus est, exitij non erit expers.

Quartam illi eandemq; ultimam rationem exquisitius hunc in modum prosequuntur. Si mundus (aiunt ipsi) sempiternus esset, essent etiam animalia sempiterna: eoq; magis genus hominum tale esset, quo reliquis est præstantius. At sero genitos homines apparebit ijs qui rerum naturas instituerint perscrutari. Est enim uerisimile atq; adeo necessarium, simul cum hominibus in naturam rerum editis, artes quoque extitisse ut æquales hominibus. nec id modo eam ob rem quod naturæ rationali ea sunt accommodata quæ artificio constant: sed etiam quod si absq; ijs artibus esset, uita non procederet. Id ex fabulis uidere possumus, si singulatū tempora recenseamus, quas dijs Poetæ singulis affictas decantauerunt. Cęterum nisi homo æternus sit, nullum aliud animal æternum erit. ita ne loca quidem æterna erunt quæ ipsa excipiunt animalia, terra, aqua, & aer. Ex quo sequitur ut sit manifestum, mundum esse exitio obnoxium. Hic enimuero cum istis hominibus qui uerba fundunt commētitia, necesse est pedem ipsi ut conferamus: ne quis eorum quos deficit rerum prudentia maior, ab ipsis adducatur quoquo modo in errorem. Protinus autem nobis ab refutatione ordiendum est, quando captionum artifices ipsi auspicantur ab impostura. Si mundus (inquiunt) æternus esset, nullas iam in terra oportebat extare inæquabilitates. Quid istuc tandem obsecro? Erunt enim qui in medium prodeuntes dicere non uereantur, montium naturam nihil quicquam ab arborum differre. Nam ut illæ temporum uicibus amittunt folia, alternisq; repubescunt: eodem etiam modo montium partes quædam abrumpuntur, & quædam uicissim adnascuntur: tametsi nō nisi longinquitate temporis agnatio hæc innotescit: iccirco quod arbores natura celeriore præditæ, incrementum suum cito capiunt, mōtes uerò tardiore: unde fit ut enatæ eorum partes uix sensu hominum percipiantur ac nisi longo tempore. Atqui enascentium montium rationem planè ignorare isti mihi uidentur: alioqui pudor eos, ut opinor, uetuisset tale quicquam proloqui. Quare eos docere nequaquam grauabimur. Est autem quod dicturi sumus nec nouum nec nostrum, sed antiquorum inuentum, hominum

A hominum sane sapientum, qui nihil non ipsi disputatum reliquerũt, eorum quidem certe quæ ad scientiam necessaria esse censentur. Quum igitur natura ignita in terra condita sursum uersus rapitur ignis ui naturali, ad proprium locum tendit: ac si quantulum sit cumq; spiraculum nacta, sublime rapit secum multum terrenæ naturæ, & quantum potest plurimum: simul ac uerò terra ipsa eruperit, fertur compendiosa uia. Ea porrò terrena natura ignem subsequi erumpentem coacta, ad altitudinem multã assurgẽs, in arctum contrahitur ac tandem in uerticem desinit mucronatum, igneam naturam imitando. Siquidem tunc necesse est ut leuissima natura & grauissima, quæ sunt aduersariæ, inter se conflictentur: cum utraq; in locum suum suopte nutu urgeatur, contraq; alterius uiolentiam altrinsecus distrahatur. Proinde natura ignea terram sublimem secum rapiens deorsum uergere cogitur terreno degrauante: Terra uerò in infimum libramento suo depressa, contraq; ab igne suspensa, qui suamet ipse spõte sublime attollitur: uix tandem ipsa à præualente potẽtia atq; subleuatrice euicta, sursum in sedes ignis protruditur atq; ibi consistit. Quid igitur mirum est, montes aquis imbrium torrentibus non absumi: cum uis ipsos continens, à qua etiam erigũtur, quàm firmissime in eis atq; ualidissime implicita sit? Soluto enim uinculo quo cohibẽtur, dissolui eos consentaneum esset in aquasq; dissipari: nunc uerò ignis ui astricti pertinacius resistunt aquarũ delapsibus. Atq; hæc sunt quæ dicenda habuimus, eo pertinentia ut doceremus inæquabilitatem terræ argumentum non esse fide dignum ortus & interitus mundi. Ad id porro quod argumentantur de minutione maris, hoc modo responderi conuenienter potest. Non ipsos tantummodo mari emergẽtes insulas oportere considerare: cæterum aliquæ ne continentis partes undis olim abrũptæ mariq; adobrutæ, denuo redditæ sint continenti: id uerò ipsos perpendere oportere. Studio enim naturæ indagandæ, quam physiologiam uocant, aduersa est contẽtio: cum id studium antiquissimam curam habeat ueritatis inuestigandę. Quid quod uice uersa ingenti contentione studij eius inquiritur, quot quantæq; partes non oræ tantum maritimæ sed etiam mediterraneæ, excurrente mari haustæ sint? Nam quod

B terra mari admisso mersa, nauibus nunc onerarijs nauigatur & prægrandibus, historia testis est Siculi freti cantatissima, nemini non doctorum cognita. Olim Italia Siciliam continenti adiungebat: cum uerò utrinq; ingens mare uiolentis flatibus aduersisq; incurrisset, confinis angustia terræ interrupta, mari summersa est: secundũ quam angustiam urbs Rhegium condita ab euentu interrupti soli appellata est: cõtraq; hominum expectationem contigit, ut duo quidem maria terræ prius angustia dirẽpta, eo casu coniungerentur, in unumq; confluerent: terra uerò ut ante unita, confini postea freto diduceretur: quod fretum tunc interfusum, effecit ut quæ olim erat continens, nunc insula Sicilia sit uiolentia casus edita. Fama est & alias urbes mari superfuso absorptas postea non extitisse. Namq; circa Peloponnesum aiunt tres urbes uehementi maris impetu esse mersas, Ægiram, Buram, Helicen in edito loco sitam. Certe quidem Aplantis insula, Asia simul Aphricaq; maior, ut autor est in Timęo Plato, diem unum noctemq; factis terræmotibus inusitatis & portentosis cum diluuijs deorsum sidens, repente absorpta est à mari atq; condita: mari eo casu ibi facto nequaquam nauigabili atq; uoraginoso. Quocirca ad mundi interitum asserẽdum nihil contulit commentitia maris imminutio. Etenim si aliunde mare recedit, alio etiã immeando terras mergit. Quamobrem istos oportebat non alterum tantum contẽplatione prosequenteis sed utrunq;, ita demum de ea re statuere: non aliter atq; in ciuilibus controuersiis factitatur: quibus in ipsis legitimus iudex non ante qua de re agitur sententiam profert, quàm ipsos ambigentes uicissim audierit.

Iam uerò tertium illud argumentum à sese refellitur, ut absurda perconctatione deductum statim prima argumentatione effata. Neq; enim id protinus interiturum est, cuius partes omnes intereunt: Id uerò demum omnino interibit, cuius partes omnes unà & uniuersæ in eodem atq; eodem tempore intereunt. Neq; uerò non is uiuere potest cuius summus digitus abscissus est, cui tamen si ipsi communis usus omnis partium membrorumq; auferatur: illico interibit. Eodemq; modo si cuncta simul ele

menta sub unumquodq; tempus exolescerent: nimirum fateri necessariũ foret mundum corruptionis esse capacem. Sin elementa singula priuatim in naturam mutantur uicini elementi: immortalitate prædita esse elementa ex eo magis declaratur quàm esse interitura. Porrò autem illa summa est stultitia, genus humanum ab artibus æstimare. cuius argumenti absurditatem siquis probandam esse sequendamq; censuerit: recentem ille planè mundum hoc argumẽto demonstrauerit: utpote uix ante annos mille conditũ: siquidem omnes artium inuentores quos memoria prodente accepimus, eum numerum annorum non excesserunt. Quod si artes æquales esse generi humano dicendum est: consulta iam nobis naturali historia opus erit: nec enim citra animaduersionem supinaq; fiducia nobis id dicendum est. Historia porrò quænam est illa? Terrestrium interitus non uniuersorum unaq; omnium, sed plurimorum, causis duabus maximis imputantur: ignis scilicet & aquæ inusitatæ abundantiæ, & quam nemo exprimere queat sermone. Vtramq; enim illam uim in terris decumbere alternis aiunt, longissimis annorum circuitibus. Interdumq; deflagratio grassatur, cùm flumen ignis ætherij supernè effusum multisq; in locis & uarijs sparsum, tractus ingentes orbis terrarum permetitur. Interdum proluuies euagatur, uniuersam aquarum naturam detractam secum inuehens: quum interim amnes atque torrentes expatientur, non alueos tantum supergressi, sed etiam ultra constitutum modum incrementi exundantes. Proinde his duobus modis alijsq; innumeris sed minoribus, quum genus hominum perire contigit, artes quoq; perire necesse est: quippe artem sine artifice subsistentem haudquaquam uidere est. Cùm uerò in medium morbi grassati iam languescere cœperint & cedere: simulq; hominum genus repubescere & tanquam fruticari ex humanis reliquijs quæ superstites sæuientibus malis degrauantibusq; fuerunt: ibi tum rursus artes excitari incipiunt: non quòd non & antè illæ quidem natæ fuerint: sed quòd circuncisa artificum multitudine raræ esse cœperant. Hæc ferè habebamus quæ à maioribus accepta, de mundo diceremus pro ingenij facultate.

F I N I S.

GVLIELMI

A GVLIELMI BVDAEI, REGII SECRETARII, AC ELECTI PARISIENSIS, AD IVLIVM SECVNdum Pontificem Maximum, in librum Plutarchi, de Tranquillitate animi Præfatio.

QVVM dudum ad te legatus, beatiſſime pater, Iuli Secunde, Pōtifex Maxime, cū alijs clariſſimis uiris à Chriſtianiſſimo rege miſſus eſſem, emetiendaq; nobis eſſent itinera longa ac impeditiſſima, librorum quēdam faſciculum inter ſarcinas noſtras inculcaueram, qui nobis tot dierum tædia leuare aliquantulum poſſent, quaſiq; animo noſtro uiatici loco eſſe. Hunc tertio aut quarto quàm uiam iniuimus die, exoleſcente ſenſim domeſticarum rerum memoria, liberioreq; iam & feriato ab extrarijs curis animo reſoluere tum demum ac recenſere cœpimus. In ijs uolumen quoddam Græcum PLVTARCHI CHAERONENSIS, Traiani olim principis præceptoris ſeſe obtulit quod de Euthymia illa à philoſophis celebrata inſcribitur, quæ, ut Latinorum doctiſſimis placuit, ſecura ac tranquilla animi conſtantia dicitur. Huiuſmodi inſcriptionis illecebra captus, confeſtim librum auidiſſimè legi. Cuius explicatio quum expectatione mea non ferè minor eſſet, nec plus mihi liber fronte promittere, quàm receſſu pręſtare uideretur, primum idoneum ducebam, in quo traducendo ingenioli noſtri uires alere poſſemus, induſtriamq; noſtram quum per ocium licuiſſet exercere, dixiſſem experiri, ſed non nunc primum ſpecimen noſtri hoc in genere facimus. Quum uerò hoc animo aliquādiu agitaſſem, in mentem mihi uenit, non ultra cunctandum eſſe, ſed quo ocio, quoq; negocio primo quoq; die hoc mihi aggrediendū eſſe, ut librum tumultuario ſtylo conuerſum ſub nomine tuo ederem, ſimul quandoquidem cum eximijs uariorum ordinum uiris legatus ego à ſecretis regis renunciatus eram (atq; adeo non ut unuſquiuis ex numeroſa illa decuria, ſed ut certus quidam, ut ſpero, nōnulliusq; commendationis, ne quid inſolentius dicam) ut regis, primariorumq; aulicorum expectationi gratum aliquid facerem, qui ad exhibendæ tibi obedientiæ munus, ſpectatiſſimos uiros collegatos meos delegiſſe, atq; futuros tibi ex ſentētia animi uidebantur, ſimul quoniam ad ſacroſanctam iſtam tuam amplitudinem uenire ab obſeruantiſſimo, eodēq; maximo eius filio iuſſi eramus, ut emerendæ paternę indulgentiæ, quantum ad me pertineret, hoc ueluti thuſculo nomini tuæ ſanctitatis oblato, facilius litaremus. Pręclarè uerò mecum actum iri arbitrabar, quòd hoc facultatulæ noſtræ documentum nominis iſtius uelamento quodam quaſi amuleto ab omni aut carie uetuſtatis, aut etiam liuore atq; obtrectatione tutū poſteritatis memoriæ cōmendaretur. Munus autē eſt, ſi ad amplitudinem aut tuam, aut Pontificiam ſpectes, prorſus indignum quod in cōſpectum tuum ueniat: ſin ad noſtram tenuitatem, non modò ad humanitatis cōditionem deſcenderis (quod te hauddubie facturū feſtiuus ille ingenij tui candor ſpōdet) digniſſima, niſi nimium mihi mea placent, inſcriptione, quæ maieſtati iſti dicetur. Eſt enim beatitudo duntaxat ſublunaris, & quam mortalium capere conditio poteſt, compoſitus & ſedatus animus, omni perturbatione uacans, uirtutis fiducia ſubnixus, conſcientia ſua fretus, imminentium omnium ſecurus, ut quem nihil peruellere quicquā, nedum offenſare poſſit & lædere, id quod omnino liber noſter effecturum ſe pollicetur. Porrò in iſta auguſtiſſima amplitudine hanc eſſe beatitudinem ſitam, cùm conſenſus mortalium admittit, qui non alio eam nomine uocandam eſſe cenſeant, tum uerò æſtimatione ipſarum rerum facilè colligi poteſt. Siquidem quum huiuſmodi beatitudinem eſſe ex ſummorū uirorum ſententia dixerimus, quonam alio potius in ſtatu, quàm in hoc imò uerò in quonam præterea eſſe dicemus? Qua enim iam uoluptate immodica, aut inofficioſa, titillari poteſt omnium hæc uirtutum choro apta atque conſerta dignatio? Qua ægritudine animi, aut quo mœrore contrahi, omnibus felicitatis numeris cumulata mortalitatis conditio? Quid timere denique iſta deo æqua poteſtas? Cuius ueſtigijs reges ſupra etiam humanum faſtigium eminentes maieſtatis ſplendore pręſtricti, nec ob-

tutum eius ferentes, summissis Christo fascibus, æquo animo aduoluuntur? Postremo quid ultrà potest quàm cœlestia cupere, qui nihil iam supra se dignum uideat, in quo animi sui affectum explere queat? Hanc igitur industriæ nostræ fœturã uere nouo excusam plausibilissimo nomini tuo dicamus, opus si ex autoris ipsius maiestate expenderis, argumentiq; grauitate, dignum certè quod Iulianas glandes, Pontificio rumq; insignium decus gestet: Sin ex nostra facultate styloq; metiaris, ne cariossimo quidem bibliothecæ tuæ forulo dignum: Verum condonabis nonnihil incommodi tati rei. Fortasse enim liber tersior limatiorq; exiret, si in officina illa domestica & stataria, instrumentoq; iusto, non uiatorio excuderetur. Quod enim succisiui tempo ris requieti iustæ subducere, quod uespertina antelucanaq; lucubratione compararere mansignatim potuimus, hoc totum in hoc opere instituendo, excudendo, limãdo consumpsimus. Vale columen Christiani nominis, hocq; munusculum nostrum ea benignitate prosequere, qua legationis nostræ aduentum excepisti. Romæ Calendis Maij. M. D. V.

PLVTARCHI CHAERONEI DE TRANQVILLITATE ET SECVRITATE ANIMI LIBER,

GVLIELMO BVDAEO Parisiensi, Regio Secretario, interprete.

PLVTARCHVS PACCIO S. D.

SERIVS tuam epistolam accepi, in qua me hortabaris, ut quippiam ad te & de animi tranquillitate scriberem, & de his quæ in Timæo accuratiore indigere tibi enarratione uidentur. Equidem quum Eroti amico nostro nauigandum actutum Romam esset, literis raptim à Fũdano optimo uiro acceptis, nec ideo spatiũ haberem meo modo incumbẽdi ad ea quæ optabas, nec rursus sustinerem uacuis omnino manibus hominem à nobis amissum esse uideri, delecta quædam de tranquillitate animi ex commentarijs confectis olim nobis decerpsimus. Nec uerò, ut opinor, in huiusmodi cõmentatione dicendi lautitias, exquisitũq; anxiè sermonis leporẽ consectaris, tantũq; rationẽ habes doctrinæ cuiusdam ad instituendã uitam adminiculatricis. Atq; bene quidem actum esse puto, quòd quum necessitudinum tibi iura, eaq; non uulgaria, cum principibus intercedant, forensiq; gloria nemini cedas in iudicijs agentium, non ideo ut tragicus ille Merops ad suspicientis, beantisq; te coronę plausum futiliter obstupescis. Sępe quoq; te audire meministi, nec articularium morbum calceo quamuis precioso leuari, nec anulo reduuiam, ut nec capitis dolorem sedari diademate. Quis enim tandẽ pecuniarũ usus ad uitandã animi ægritudinem, aut ad uitã placidè ac securè transigendã? quis aut gloriæ, aut inter aulicos eminentiæ, nisi quibus hæc habere cõtigit, ipsi sciti ijs opus esset quæ habuerint, uti norint, rursusq; quũ carue rint, eorũ desideriũ ferre? Hoc aũt quid est aliud, q̃ ratio assueta & præmeditata, pati bilem animæ partem, rationisq; expertem, erũpentem identidẽ reprehendere confe stim, nec ultra expatiari, & ab instantibus affectibus transuersam ferri sinere? Proinde quemadmodum Xenophon iubebat secũdis maximè rebus homines deorũ meminisse, eosq; tum enixius uenerari, uidelicet ut quum res tulisset, maiore eos fiducia quicquid ipsis opus esset, poscerent conciliatos tam & propitios, aut alter cõmenta tiones eas, quæ sedandis perturbationibus appositissimæ sunt, præsumptas recondi tasq; esse oportet, duntaxat apud mentis compotes, ut multò antè præparatæ longè sint

A sint utilissimæ. Vt enim truculenti canes, & ad omnẽ uociferationem cõsternabiles, ab una tamen uoce solita & nota sibi demulcentur, sic animæ efferatos affectus non parui est negocij componere ac permulcere, nisi commentationes solitæ ac familiares præsto sint & ad manum, quæ turbulentos eos & percitos, protinus consopiant. Cæterum qui ita censent ad uitam per tranquillitatẽ agendam nõ multa agere oportere, nec priuatim, nec publicè, hi primò magno nobis parabilem animi tranquillitatem faciunt, utpote inertia segnitiaq; uenalem, & tanquam ægrotum sic unũquenq; hortantur uersu illo tragico:

Mane misselle tuis in lectis immotus.

Siquidem quum noxium est medicamentum corpori sepulta illa segnities, tum nihilo melior animæ medicus est ægritudinis & turbulentiæ torpor & mollitia, socordiaq; amicorum, necessariorũ, patriæq; desertrix. Deinde etiam falsum est, homines minimè actuosos tranquillè uitam ducere, alioqui tranquilliorem mulierum uitam, quàm uirorum esse oportuerit: nempe quę domi plerũq; excubare sessitantes soleãt, sellularijs in officijs occupatæ. Nunc uerò quum Aquilo ad tenellas uirgines perrũpere non possit, ut Hesiodus inquit, animi tamen ægritudines, perturbationes, malæ mentis habitudines ex zelotypia, superstitione, ambitioneq;, & inani gloria, quarum rerum numerum nemo inire potest, gynæceum etiam irrepũt. Laertes uerò annis uiginti in agro secũ, ut dicitur, uiuens unica tantũ cum anu, inter cibos ei potusq; ancillante, patriam & domum, atq; adeo regiam fugitabat, & nihilo secius tamen mœrorem uultuosamq; desidiam contubernales habebat. Quid quòd hoc ipsum nihil agere nonnullos sæpe ab recta animi constitutione deturbauit? ut ecce apud Homerũ:

Assidet hic pedibus pernix Ioue natus Achilles
Nauibus, indulgens iræ, fugitansq; tenaci
Proposito pugnam, procerum populiq; coronæ
Concilia auersans, hominum illustrantia nomen,
Corde liquescit iners, rursusq; subinde requirit
B Prælia, seq; ciet sæui in certamina Martis.

Propterea ipse marcescere se ocio ægrè ferens, stomachanter inquit:

Pondus iners terræ sedeo custodia classis.

Itaq; ut Epicurus quidem, ille uoluptatis assertor, autor est ijs, qui aut ambitiosi natura, aut sunt auidi gloriæ, ut se ocio dedant, sed ut ad gerendam Rempublicam natura duce accedant: quippe homines ad agendum natos haudquaquam æquo animo inturbidoq; laturos, se ea re orbatos esse, quam imprimis eõ cupierint. Quãquam ille ineptus, qui ad Rempublicam adsciscat eos, qui sibi ab ea temperare nequeãt, & non eos potius, qui gerẽdæ Reipublicæ facultatem habeant. Neq; uerò multitudine paucitateq; negociorũ securitatẽ animi anxietatemq; metiri cõuenit. Honesta enim omittere nõ minus quàm turpia agere molestũ est, ut prædiximus, & turbulentum. Qui autem unam sibi agendam uitam, & omni anxietate uacuã præciderunt, ut agricolarum nõnulli, aut cœlibũ, aut regum, hos scitè Menander his ferè uerbis tota errare uia, ut dicitur, admonet. Opinor ego locupletes homines? ò Phania, quibus necesse nõ est uersuram fœnerato facere, nec noctu ingemiscere, nec sursum deorsum uertentes, hei mihi, dictitare, suauioremq; quendam somnũ molliorẽq; dormire. Vt uerò is accedens locupletes itidẽ atq; inopes affici animaduertit: Nimirum, inquit, cognatum quiddam sunt atq; congenitum, uita & mœstitia, Voluptuariæ enim uitæ comes ea est, per inopiã traductæ consenescit. Enimuero quemadmodum meticulosi, & inter nauigandum nauseantes, in prægrande subinde nauigiũ ex nauicula trãsiliunt, atq; illinc rursus in triremẽ, melius iam iamq; sibi fore sperantes, quoad sese tandem nihil promouere, &, ut ita dixerim, actum agere senserint, ut qui bilem quoquo secum gentium ignauiamq; circũferant: sic uitæ genus aliud atq; aliud identidem capessere, à molestijs perturbationibusq; animum eximere nequit. Cuiusmodi sunt imperitia rerũ, incõsiderata temeritas, nec scire, nec posse rectè pro re nata præsentibus uti. Hæc opulẽtos iuxtà inopesq; exercẽt, hæc & maritos & cœlibes mœrore afficiunt. Nõ aliã ob causam salutẽ multã foro quidã dicẽtes, uitam rursus umbratilẽ non

 per-

perferũt. Propter hæc eadẽ in aulas sese regũ nonnullos omni ope insinuantes, incepti rursus piget. Implacidissima res est ægrotãtes, ut inquit Ion: nã uxor fastidio est, medicũ incusant, lectulo succẽsent, deniq; amicus inuisens molestus est, abiẽsq; rursus offendit. Postmodũ uerò remittẽte morbo, tẽperamentoq; reddito sensim uenit sanitas, iucũda iam omnia faciẽs & placida, adeo qui oua pridie, amylũ, & primariũ panem fastidiose expuerat, cibariũ postridie panem auidissimè cũ nasturtio comest. Tantũ est in ratiocinatione momentũ, ad unũquodq; uitæ institutũ immutabũdum, ea uis ad uitã feliciter traducendã. Alexãder quum audiret Anaxarchũ mundos esse infinitos disserentẽ, illacrymasse dicit̃, percõtãtibusq; amicis, ecquid lacrymis dignũ ei cõtigisset? An indignũ est, inquit, nos flere, si quũ infiniti mũdi esse dicant̃, hauddũ unius domini facti simus? Crates contrà manticam sordidumq; palliolum gestans, per lusus & risum uitam quasi dies festos adusq; extremum egit. Atqui Agamemnoni graue erat quòd multis imperitaret.

Noueris Atriden Agamemnona, quem super omneis
Iuppiter exercet, penitusq; laboribus angit.

Diogenes quum inter uenales de lapide addiceret̃, auctionantẽq; præconẽ cauillabat̃ humi iacens, assurgereq; illo iubẽte nolebat: Quid tandẽ, inquiẽs, si piscẽ addiceres? Iã uerò Socrates e uinculis philosophabat̃, inter sectatores suos disserẽs: Ecce tibi alia ex parte Phaeton in cœlũ scãdens, lacrymabũdè expostulãs, q; nemo patris ei currus equosq; aurigãdos præbet. Porrò quemadmodũ calceus ad uari pedis figurã obtorqueri etiã solet, pes uerò nõ itẽ ad obtorti calcei, hũc in modũ mentis habitudines quãlibet oblatã uiuẽdi rationẽ similem sibi reddiderint atq; consentaneã. Nec uerò ijs qui optimã uitã elegerũt, suauẽ quoq; uitã cõsuetudo efficit, ut quidã uoluerũt, sed prudẽtia potius uitã optimã eandẽ, suauissimãq; facit. Agedũ igitur scaturientem in nobis fontẽ animi securitatis defecatissimũ atq; expurgatissimũ facere aggrediamur, ut quæ nobis extraria aduẽtitiaq; impẽdent, accõmodata quadrãtiaq; ingenti æquitate animi ferẽdo faciamus. Siquidẽ rebus ipsis malè cedẽtib. iracũdè succẽsere non cõuenit, utpote ad quas ira nostra prorsus nihil pertineat. Cui uerò id contigit, si malè cedẽtia arte emẽdauerit, is sanè cõmendabiliter egerit. Proinde Plato humanã uitam cũ alea cõparabat, in qua optimus quisq; iactus aleatori maximè expetendus est, sed utcũq; tamẽ ceciderit, adhibenda artificiosa cura est, ut eo quod casus tulerit q; rectissime utatur. Quorũ tamen ipsorũ alterũ in nobis situ non esse, aleæ uidelicet iactum, alterũ situm esse, si sapientes sumus, id quod sors attulerit æquo ut animo excipiamus, & unicuiq; locũ distribuamus, quò magis commodet id quod bene ceciderit, quoq; minus incõmodet id quod retrouersum cesserit. Verũ inertes homines degẽdæq; uitæ ignari, instar morbosi corporis hominũ, qui nec æstum ferũt, nec rigorẽ, ut in rebus secũdis exporrecta frõte perfusi, seruare modũ nequeũt, ita in aduersis obducta atq; caperata fœdissimè cõtrahũtur. Cõturbãtur igitur ab utrisq;, uel in utrisq; potius à se, nihiloq; secius in ijs quæ bona esse credũtur. Theodorus ille cognomẽto Atheus dictitare solebat, uerba se auditorib. dextera porrigere manu, sed illos sinistra accipere. Indocti autem fortunã sæpenumero dexterã se eis applicãtem, ad læuã indecore uertẽtes sese statuũt. Prudẽtes melius, qui ueluti apes ex thymo aridissima, asperrimiq; succi herba, mel rem suauissimã cõficiunt, sic ex rebus ipsi incommodissimis sæpe quippiã conducibile sibi accõmodatumq; eliciunt. Id quod maximè meditandũ est, ac multa animi exercitatiõe laborandũ. Vt enim qui in proteruã canem lapidẽ librans, quũ ab illa aberrãs nouercã non destinatò percussisset: ne hoc quidẽ, inquit, modo malè: sic & fortunã retrorsum q; uolumus cedentẽ emendare, aliorsumq; uertere licet. Exilij causa solũ uertit Diogenes, ne sic quidẽ malè: philosophiæ enim ansam illud ei præbuit exiliũ. Zenoni Citieo unica nauis reliqua erat, hãc ut audisset ipsam cũ uectoribus, cũ mercibus, cũ puluisculo, ut dicitur, perijsse: pręclarè, inquit, mecũ fortuna agis, quæ me ad palliũ illud absoletũ atq; ad porticũ impellis philosophicam. Quid igitur tandem nobis obstat, quò minus illos imiremur? A magistratu quopiam excidisti, ruri uitam ages. Circa tua priuatim negocia satagens, in principis amicitiam insinuare te magno ambitu cõtendens repulsam tulisti, tuto nul

loq;

A loc undecunq; tibi exhibito negocio uiues. Rursus negocijs multis curisq; implicaris, ne aqua quidem calida usq; adeo mollia mēbra fouet, quod ait Pindarus, ut honores & gloria cū potestate iuncta suauem laborē faciūt & facilè exudabilem. At enim quædā te angit offensio ex delatione, aut inuidia, aut atroci ignominia: secundus hic flatus est, ad Musas & in Academiam ferēs, id quod Platoni accidit, quū in Dionysij amicitia quasi sæua tēpestate deprehēsus esset. Proinde non minimū momentum ad animi tranquillitatē facit, diligēter insignes & famigeratos homines animaduertere, si quid fortè simile aliquando ijsdem ex causis perpessi sunt. Orbitas, exēpli gratia mœstitiam tibi afferr, respice Romanorū reges, quorum ne unus quidem moriēs filio regnū reliquit. Inopiā æquo ferre animo nequis, quisnam igitur aut Bœotiorum esse mallès, q; Epaminondas, aut Romanorū, quàm Fabricius? Sed demus uxorē tuam adulteratam esse, ností ne illud Agidis epigramma apud Delphos? Audistin' Alcibiadem uxorem eius Timæam cōstuprasse, puerumq; ipsum quem pepererat Alcibiadem uocitare solitam ad ancillas insusurrantē? Hoc tamē Agidi non obstitit quò minus clarissimus uir maximusq; euaderet, nō magis q; Stilponi filia impudica, quò minus hilarissimè uiueret omnium seculi sui philosophorum. Quod ei opprobrium quum Metrocles obijceret: Hoccine igitur, inquit, peccatum meum est, an filiæ? Filiæ, inquit, peccatum est, sed tuum infortunium. Qui fieri, inquit, potest? nonne peccata etiā lapsus sunt? Prorsus, inquit ille. At lapsus non eorū quorū lapsus sunt, aberramenta quoq; sunt? Certè, inquit: quid aberramēta? non eorum quorū aberramēta etiā infortunia? Huiusmodi ille sermone placido, & è philosophica placabilitate Cynici ille hominis maledicta inania, & irrita oblatramēta esse docuit. Age iā plerosq; non modò amicorum ac propinquorum uitia, sed etiam, si dijs placet, inimicorum exacuunt. Cōuicia enim, iræ, inuidiæ, improbitates, infestissimæq; riualitates eorum sunt maximè tabes, in quib. ipsa insunt, cōturbant tamē & irritāt imperitos nō aliter atq; uicinorū iracundiæ, aut familiarū morositates, aut seruitiorū praua quædam ingenia, quib. tu ipsis permoueri solitus uidere mihi. Vt illi apd' Sophoclē medici amaram

B bilem amaro quoq; medicamēto eluunt, sic tu haud è dignitate tua morbis illorum, prauisq; animi affectionib. obsæuire, parilíq; mētis acerbitate respōdere. Quas uerò res agis, nec simplicib. eæ, nec frugi moribus quasi organis appositissimis, sed asperis bona ex parte cōtortisq; mouent. Porrò hæc corrigere cū maius est, q; ut pręstare possis, tum uerò ne alioqui quidē facile. Quòd si istis, ut ita dicā, natis utens nō aliter atq; medici dentarijs, scalpellis, ancteribusq; utunt (ita uocant fibulas quasdā, quib. uulnera cōmissa coalescunt:) Si igit ijs utens mansuetudinē, moderationemq; præ te ubiq; pro re nata tuleris, profectò nō magis aliena petulātia atq; improbitate offendêre, quàm tuæ ipsius affectionis conscientia lætabere. Nam eos ita agere non ab re arbitraberis, non magis quâm canes cùm oblatrant, indignè natura sua facere. Alioqui si huic imbecillitati atq; pusillanimitati indulgens, alienis te etiam malis degrauari contempseris, fallent te miserum, atque indies ægrescentem molesta multa ueluti in locum quendam depressum subsidentemq; influentia. Quid quòd nonnulli philosopborum miserationem improbauerunt, qua ad aspectum calamitosorū hominum afficimur, boni uiri contendentes esse, opitulari propinquis afflictis & iacentibus, non etiam condolescere, aut pari animi remissione fortunæ concedere? Iam quod maius esse nemo inficias ibit, nec si nosmetipsos peccasse quid senserimus ac prauo ingenio esse, propterea nos animo cōcidere ac mente ægrescere sinunt: citra enim tristitiam hæc emendanda esse. Quæ cùm ita sint, uide etiam atq; etiā ne per absurdum sit, permittere nobis usquequaq; indignari atq; succensere, si nō nemo eorum, queis cum cōmercij quid habemus, parū blandè aut etiā inclementiusculè nobiscum fortè agit. Equidē uereor, Pacci amicissime, ne nos amor nostri fallat, nec tā infensum in oblocutorum proteruiam animum, q; nimium de nosmetipsis merentē præferamus. Etenim uehemētius ad res quasdam quodā cum stupore affici, præterq; dignitatē expetere eas & cōsectari, aut rursus auersari & ab eis abhorrere, nimirū simultates hæc inter homines offensionesq; affetūt, quū alij alijs acceptū ferāt, aut hęc sibi intercepta esse, aut q; in illa incurrerint. Quòd si quis pro rerū euētis uersatilē pręS

bere quoquo se uersum seruata moderatione assueuerit, dextera ille sane facilitate cū hominib. uersari passim didicerit. Age uerò intermissum illū nobis sermonē de rebus ipsis resumamus. Quomodo enim febrientib. amara omnia atq; uesca statim gustata uidentur, quoadusq; alios uiderint eadē illa, quę morosè ipsi expuerint, nulla prorsus sumentes ingrati saporis significationē, quo loco demū non in cibū iam aut potū, sed in sese potius culpā, in morbumq; reijciunt: Sic nos si quæ non sine querulo mœrore transigimus, ijsdē alios defungi magna animi æquitate, atq; adeo hilari uultu uiderimus, nimirū rebus succēsere ipsis tantopere desinemus. Verūenimuero ut animi constantiā in rebus aduersis retineamus, operæpreciū est non transmittere illa cōniuentibus, ut aiūt, oculis, quæ præclarè aliquādo nobis, atq; ex animi sentētia cesserint, concinnaq; mixtura cum deterrimo quoq; euentu secūdiores cōpensare. Nūc uerò quū oculos pœnitentiū rerū aspectu præstrictos, ad floridos herbaceosq; colores auertere recreandi causa soleamus, cōtrà mentē nostrā ad mœstifica intēdimus, uimq; ei afferentes cogimus ad pœnitendarū maximè rerū recordationē incūbere, eamq; à prædicabilib. prę̄seq; ferēdis inuitā, propè dixerim, renitētemq; cōuellimus. Atqui subit nūc mihi appositissimè huc transferri posse id quod in hominē olim curiosum dictū est, aliena ad se nihil pertinētia perscrutantē: Quid, malū, homo maleuolentissime, aliena uitia miluinis oculis cernis, tua uerò trāsmittis noctuinis & cōniuētibus? Quid mala tua, uir beate, tam accuratè perspicis, præsentariaq; semper & recētia iugi recordatione facis, à pręsentib. aūt bonis auersam mentē habes? Et quemadmodū cucurbitulæ medicinales deterrimū sanguinē ex carne eliciunt, sic tu pessima quæq; tuorum in te congeris ipsum, nihilo illo Chio negociatore melior, qui quū uinum multū, primæq; bonitatis uenderet, ipse sibi acidū in uappamq; deprauatū conquirebat. Cuius seruus quū ab eo forte aufugisset, sciscitareturq; ab illo quispiam, qua causa impulsus dominū reliquisset, quia quū in manibus, inquit, ei bona essent, mala tamen cōquirebat. Huius similes multi suauissima potulenta transmittētes ad aspera prauaq; se conferunt. Non sic Aristippus idoneus ipse quasi in libra ad propendentē malorū lācem non uergere, sed ad leuiorē sublimē sese tollere. Hic quū prædium amœnissimū perdidisset, percontatus est ab uno eorū qui sese ei maximè condolescere simulabāt, fortunæq; succensere, Nōnne unicum, inquit, tibi prædiolum esse nosti, mihi uerò agros reliquos tres esse? certè, inquit ille. Quin igitur, inquit, tibi potius cōdolescimus? Furori enim simile est perditis indolescere rebus, nō illętari uerò incolumibus. Vtq; pusilli pueruli quū quis eis unum ex multis ludicrū inuolauerit, reliqua omnia disijcientes lacrymātur & eiulant, ad hunc modum à fortuna una nos in particula conturbatos, reliquas omnes res nobis inutiles facere lamentantes & queribundos. Atenim quid habemus? dicet aliquis. Imò uerò quid nō habemus? hic gloriam, ille domum, hic uxorem ex sententia, ille amicum fidelem. Antipater Tarsensis quū moriens bona quæ in uita habuerat in digitos mitteret, ne prosperam quidem Athenas nauigationem ex Cilicia omisit. Neq; uerò cōmunia hæc & translatitia prætereunda sunt, ratioq; horum utcunq; habenda, quòd uiuimus, quòd ualemus, quòd solem conspicimus, quòd nec bellum est, nec seditio, quòd terra arabilem se præbet, & mare nullo propè negocio cuiuis nauigabile. Postremo quòd loqui, quòd tacere liberum est, & negociari, & ociari. Enimuerò harum rerum præsentia tranquilli animi materiā pinguiorem nobis dederit, si earundem absentiæ, desiderijq; imaginē animo nostro affixerimus, subinde nos ipsi admonentes, quàm sit ægrotantib. exoptata sanitas, paxq; bello implicitis, & in uotis peregrino sit & ignobili, gloriam nomenq; tali tantaq; in ciuitate adipisci. Rursus quàm acerbū sit iam quæsitis excidere. Nec enim, ut opinor, horū & huiusmodi magnum tum quicq; ac optabile erit, quum deperditū fuerit, incolume nihil erit: quippe nihil eo magis censetur quod esse desierit, nec possidenda hæc nobis ut præclara, nec tanta anxietate seruanda sunt, excubantib. assiduè, ne ijs tanq; dignis, uisendisq; rebus spoliemur, habita autem & salua negligenda & quasi translatitia paruipendenda. Hæc enim utēda, fruendaq; cum gaudio uel eò maximè sunt, quò iacturam eorum, si sors ita tulerit, placabilius moderatiusq; feramus. At uerò multi poemata, ut Archesilaus aiebat, aliena, imagines, & statuas operæprecium

esse

A esse putant exquisitè & ad manus singuli uicissim accedētes, accurataq; mentis atq; oculorum intentione contueri, suam ipsi uitam negligentes, quanquam considerationes permultas, animaduersionesq; habentē, easq; nō iniucundissimas extrorsum spectantes, alienas sortes suspicientes, adulterorū similes, qui suas uxores fastidiētes, alienis inhiant, toto quidem illi cœlo, ut est in prouerbio, aberrātes. Permagni enim refert ad constantem illum animi statum se in primis ipsum, suaq; unius atq; peculiaria ęstimare: sin minus, ad inferiores certè perpendendos intentionē auertere: non ut uulgus hominum in diuersissimā partē ad admirandos eos, quos summa ad fastigia rerū extollat, quoties uoluit fortuna iocari. Exēpli gratia, uincti & nexi solutos beatos esse autumāt, hi uerò liberos, liberi rursus eos qui ciuitatis ius habeāt, hi item diuites, atq; hi præsides, præsides itidē reges, postremo reges deos, quos etiā ipsos regni pœnitet, nisi fulminis, propemodū dixerim, fulgurisq; potentes sint. Ita fit ut quum superiorū esse pares non possint, intra suam, quod aiunt, classem haud unquā acquiescant. Non mihi curæ sunt opes Gygis illius prædiuitis, inquit ille Thasius, necdū me magna eorū admiratio cepit, neq; deorū mirificis operibus æmulor, neq; itē magnificè inhio tyrannidi: lōgè enim longè hæc ab oculis meis absunt. Hæc ille Thasius. Ecce. tibi cōtrà alius quidam Chius, atq; item alius Galates, aut Bithynus, nō contentus ipse, ꝙ aut gloriam, aut magistratū inter ciues adeptus sit, sed etiam (si dijs placet) lacrymabundè expostular nisi senatoria gestet. Hoc etiā ut dederis, nisi præturā gerat, atq; ut hoc indulseris, nisi & cōsulatum. Deniq; cōsulatū addideris, pœnitenda omnia uidebuntur, nisi renūciatus quoq; prior sit. At hoc quęso quid est aliud, quàm ingratitudinis causas in fortunā colligentem sese excruciare, atq; ipsum sibi perpetuò pœnas pendere? Compos uerò mētis homo, non si unus aut alter mortaliū, qui sexcenties centena millia solis spectatores alumniq; terræ sumus, nominis eū gloria pręstat, aut etiam diuitiarū affluentia, lamentabundus protinus & abiectus cōpressis, ut inquiunt, manibus sedet, imò uerò quū bene præclareq; actū esse secū præ infinita ærumnosorum hominū multitudine uideat, sortē suā uitāq; quoties in publicū prodierit, amplectitur. Porrò apud Olympia uictori nemini esse licuit unquam, ut non cum primo quoq; prodeunte cōmitteretur, nullo arbitrio permisso deligendi secum congressuri: in uita uerò nostra rerū conditio facultatē unicuiq; pręstat, se sortemq; suam cum multis multorūq; contendenti, celsum erectūq; animi esse, magisq; adeò uisendum alijs & admirabilē se præbere, quàm ipsum alios admirantē, nisi tamen tanta sit pręditus improbitate, ut Briarei æmulum se, aut Herculis facere non uereatur. Itaq; quum primariū quendam uirum lectica uehentē mirabundus suspicies, demissis cōtinuò oculis lecticarios etiā despicito. Rursus quū Xerxem illū rate nauibus apta Hellespontū trajcientē mirabere ut beatū, respice & illos territantibus flagris maris emissarium per Athon effodienteis, atq; item alios naso, auribusq; demutilitatis excarnificatos ob ratem illam æstu quatiente solutam, simul arbitrare eos te tuāq; conditionem ingenti cōmendatione prosequenteis. Socrates quū amicorū quidam dixisset, Magno omnia ueneunt in urbe, mina enim Chium uinum, purpura tribus minis constat, mellis autem hemina quinq; drachmis, manu eum prehēdens, in penūq; farinariā ducens, obolo, inquit, semisextarius uenit, uilis igitur annona. Inde in oleariam traducēs, duobus, inquit, æreis sextarius, nō magno igitur omnia in urbe. Simili modo & nos si quē audierimus dictitantem, tenuem ac pudendā fortunā nostram esse, quòd nec consulatū geremus, nec aliū magistratū, dicere illi possumus, pręclarā splendidāq; nostrā conditionē esse, nec eā stipē ostiatim petimus, nec inter phalāgarios, uectiariosq; subeūdis ac moliēdis onerib. fatigamur, nec assētatorū more supparasitari potētibus cogimur. Tametsi (quādoquidē eò iam amētiæ uentū est, ut ex aliorū magis nostra cuiusq; uita, ꝙ ex sese ipsa pēdeat, naturaq; nostra in degenerē quandā, inuidāq; affectationē deprauata, nō tā proprijs lętari soler, ꝙ alienis bonis angi) si nō modò tu uisenda illa & famigerata in illis inspexeris, quos tu perquā beatos, atq; in gremio Iouis, ꝗd aiūt, esse putas, sed tāquā reducto ac retracto uelo speciosissimo, trāsmissa gloria illorū & externa specie, penitus introspexeris, ꝓfectò intestina multa, peracerba, ꝓmolestaq; deprehēdes. Pittacus ille, quē & sapiētia, & fortitudine, & iusti-

iuſtitia præditũ fuiſſe conſtans admodũ fama eſt, quum conuiuas quoſdam hoſpites ſuos acciperet, ſuperueniẽs mulier menſam euertiſſe iracundè dicitur. Quo facto cũ cõturbatos hoſpites animaduertiſſet: Vnuſquiſq; ueſtrum, inquit, malo quopiã affectus eſt, mecũ uerò ne hoc quidẽ rerum ſtatu nunquã non præclarè agitur. Hic in foro beatus eſſe exiſtimatus, quũ primum limen domus contigit, iam non dico miſer, ſed miſeria eſſe uidet, uxor ibi omnia obtinet, omnia imperioſiſsimè arbitra, ibi ſemper & paſsim cum ea pugnandũ eſt. Permulta uobis dolẽt, mihi omnino nihil dolet. Huiuſmodi cõplura tum gloriç, tũ opibus, tũ regno etiã herẽt, ſed uidelicet multitudini pullatæ prſus inanimaduerſa, obtẽdi enim ille faſtus, poſt quẽ ea omnia latẽt.

Felix Atride Graiûm decus, undiq; cedunt
Fata beate tibi dum ſors extollit alumnum.

Extraria iſta beatitudo circunfuſis armis, equis, et exercitu, age audi uiciſsim penitiſſimam uocem malè affectæ mentis ad iſtam gloriæ inſolentiam reclamantis:

Iupiter implicuit grauibus me ſortibus ingens.

Et, ó felices ac beatos, qui pcul omni diſcrimine ignobiles, inglorij, hac uita defuncti ſunt. His alijsq; huiuſcemodi cõmentationibus exhaurire ſenſim licet querelosã illam animi iniquitatẽ & fortunæ cõuiciatricem, abijcientemq; ſeſe præ aliorũ admiratione animũ, & ſe ſuaq; prementẽ erigere. Enimuero cõſtantem illum tranquillumq; ſtatũ animi mirum in modũ frãgit, altioribus ſpiritibus ad aſſequendũ quippiã quàm pro uiribus niti, quaſiq; grandioribus uelis proportione uehi: quippe immodica nobis atq; immenſa affulgente utcunq; ſpe temere pollicentes, deinde nõ reſpondente ſucceſſu fortunam ſtatim iniquitatis geniumq; noſtrum poſtulamus, quũ temeritatis potius noſmetipſos damnare deberemus. Ceu uerò fortunç ſuccẽſendũ ſit, quòd uel aratro ſagittã eiaculari nequeas, aut boue incitato uenari lepuſculũ, quaſiq; iniquus quiſpiam deus ijs aduerſet, qui euerriculis ceruos irrito conatu uenantur, & nõ ueſania potius atq; improbitate ſua impoſsibilia etiã perficere aggrediat. Huius uerò erroris cauſa eſt perditus amor ſui. Homines enim nimiũ de ſe meriti dũ primas ubiq; partes ſibi magna cõtentione tribuũt, peruicacia prouecti nihil intentatũ relinquũt: nec enim illis ſatis eſt, locupletibus ſimul & facundis & cõuiuis feſtiuiſsimis iucundiſsimiſq; eſſe, adhęc regũ amicis, & in magiſtratu eſſe, niſi & canes & equos primæ bonitatis habuerint, atq; adeo, ſi dijs placet, coturnices et gallinaceos, alioqui animo eſſe cõpoſito nequeãt. Dionyſius ſenior nõ ſatis habuit, ſe maximũ ſui tẽporis tyrannorum eſſe, ſed indignũ eſſe ratus q; Philoxeno poeta in poetica, Platoni aũt eſſet in diſſerẽdi facultate ſecũdus, præ impotẽti ira percitus, illũ quidẽ in Latumias demiſit, hũc uerò in Aeginã uenũdatũ ablegauit. Nõ ſic Alexãder, cui quũ Briſon, qui cũ in curriculo de pernicitate certabat, cõſulta tarditate blãdiẽs uiſus eſſet de ſuo iure deceſsiſſe, uehemẽter indignatũ eſſe fert. Scitè igi Homerus quũ de Achille dixiſſet:

Qualis erat Danaûm Martis certamine nemo,

Subdidit & illud:

Egerit aſt alius cauſas præſtantius illo.

Megabyſus Perſes quum in officinã Apellis aliquãdo cõſcendiſſet, loquitari neſcio quid de arte pictoria cœpit. Huius ineptias nõ ferẽs Apelles: Priuſquã, inquit, ſermone te proderes, nonnullã de te opinionem præbuiſti, auro ſcilicet ipſo cum purpura ſilentiũ honeſtantibus, nunc uerò officinarij etiamnũ pueri, qui pigmẽta mihi terũt, tua iſta blacteramenta rident. Sunt qui Stoicos ludificari nos putẽt, quum ſapiẽtem illum ſuũ, quem ipſi ſibi fingũt, nõ modò prudentẽ eſſe, & iuſtum, & fortẽ conſtituunt, ſed & oratorẽ, & imperatorẽ, & poetam, & regem deniq; uocant, atq; ijdem illi omnia hæc ſibi nomina nihilominus aſciſcere nõ erubeſcant, & ſi ſibi tandem deſperanda eſſe ſenſerint, continuò ægreferãt: quod quàm ſit rationi conſentaneũ, ipſi uiderint, quũ deos quoq; nouerint ipſos aliũ alio nomine cõtentos acquieſcere, ut hic Emyalius cognomẽto dicatur, quòd bellico furori præſit, ille Mantous, quòd uaticinijs, alius Cerdous, quòd lucris. Vnde Iupiter apud Homerũ Veneri rebus bellicis interdicit, ut nihil ad eã pertinẽtibus: nuptiarias aũt & geniales curare eã iubet. Adde quòd quędã natura diſsident, eorũ quæ nobis exoptanda uident; ut uerbi gratia,

qui

A qui dicendi studium aut disciplinarum artium capessit, hunc ociosum esse oportet, omniq; negocio uacantem. Ciuiles rursus magistratus & regum amicitiæ negotia facessere solent, crebraq; auocamenta afferre. Vini & carniũ plenior usus corpus quidem ualidum athleticaq; firmitate facit, animum uerò imbecillum & fragilem. Postremò immodica in re aut agenda diligentia, aut seruanda anxietas, diuitijs cogendis cumulandisq; conuenit. Contemptus contrà & despicientia magnum auspicandæ philosophiæ instrumentum est, & philosophandi propè dixerim tyrociniũ. Itaq; non omnium sunt omnia, uerùm elogio Pythico obtemperantem sese nosse statim oportet, ita naturam consulere, eaq; autore unum quiddam potius capessere, quàm ad aliud aliudq; institutũ uitæ transeuntem naturæ ipsi uim afferre. Curribus equus, aratro bos congruit, acceleranti naui adnare aptus delphin, uenando autem apro canis ferox accõmodatus. Quòd si quis ideo angitur, quòd leo strenuus idem ac catellus blandulus in uiduæ gremio alitus esse nõ potest, is ingenti nimirũ stoliditate præditus est. Atqui hoc nihilo melior est ille, qui simul Empedoclis modo, aut Platonis, aut Democriti de mũdo scribere uult, entiumq; naturã peruestigare, simul cum prædiuite uetula concumbere, ut Euphorion, aut eorum similis esse, qui cum Alexãdro ad multam noctem comessari solebãt, ut Medus ille, idem indignũ esse censens atq; uix ferendũ, nisi & propter immensas opes insignis nõ minus Ismenia sit, & propter uirtutem nõ minus Epaminonda. Cursores porrò suis præmijs acquiescentes, luctatores facilè suas sibi coronas habere patiunt. Spartam sortitus es, inquit Solon, hãc legibus, institutisq; ornato. Minimè uerò, inquit idem, diuitias uobiscũ uirtute permutauerimus, cùm hæc propria res ac stabilis sit, diuitię uerò precariæ, & ad aliũ atq; alium subinde trãseuntes. Strato Physicus cùm audisset Menedemũ plures multò discipulos, q̃ se habere: Ecquid, inquit, magnopere mirandũ est, si plures sunt qui lauari, q̃ qui ungi uolunt? Aristoteles ad Antipatrũ scribens: Alexãdro, inquit, prædicabile id ac præ se ferendũ est, non modò q; quamplurimis gentibus imperitet, sed etiã quòd rectam de diuinis præter alios opinionem habere possit. Proinde qui hoc mo

B do lætabilia sua ipsorũ prædicandaq; dixerint, nec usqueadeò nihili facienda, hi pro culdubio admirandis alienis haudquaquam intabescent. Nunc uerò cùm nemo nostrum uitem ficus ferre dignum censeat, nec oleam uuas, nos tamen ipsi criminamur assiduè, ingrataq; inexplebilitate premimus, nosq; adeò nostri pœnitet, nisi primas partes inter diuites simul & disertos, domi & militiæ, inter philosophos & milites, deniq; inter assentatores, & eos q fidẽti ingenuaq; simplicitate ueraces esse noscunt, postremò inter præparcos profusosq; feramus. Tametsi naturã cernimus mirè nos cõdocefacientẽ. Vt enim fera animalia alijs alia uictitare natura comparatũ est, nec om̃ia aut seminib. lectis ali, aut esu carniũ, aut effossis radicib. uoluit, sed alia alios esitare cibos: similiter eadẽ ipsa natura uaria uiuendi instituta humano generi dedit, armentario, aratori, aucupi, piscatori. Oportet igit unũquẽq; nostrũ qđ appositissimũ sibi esse intellexit, id sumere, totoq; opere incumbentẽ ad illud, de possessione eorũ decedere, quæ ad alios pertinere senserit: alioqui ridiculus erit Hesiodus cùm dicit:

Æmulus est figulus figulo, atq; fabro æmulus artis Protinus est consors.

Siquidem nõ iam artis aut instituti consortio ducunt̃ ad ęmulationem homines, sed & diuites disertorũ, & nobiles diuitum, et causidici captiosorũ, atq; adeò histrionum plausibiliter in theatris fabulas peragentiũ, aut saltatorum, aut deniq; seruorũ in aulis regum successus, liberi homines atq; ingenui antiquis familijs orti, ad stuporẽ usque admirantes, dum sua omnia pœnitenda ducunt, conturbant ipsi sese, nec mediocri animi ægritudine conficiunt. Quòd autẽ unusquisq; securitatis, anxietatisq; conditoria ac conceptacula quasiq; scaturigines in suopte animo habeat, & omnino bonorum malorũq; Homerica illa dolia, non quidẽ, ut aiebat ille, in Iouis limine deposita, sed intus in anima sita, hominũ sanè discrimina declarãt, quos affectionib. animi uariè moderari uidemus. Etenim insipientes bona quoq; præsentia transmittunt, pereuntiaq; negligunt, usqueadeò ad futurũ uergunt intentissimæ semper eorũ curæ. Prudentes cõtrà acri recordatione in rem præsentẽ reducentes, uel ea quæ iam non sunt instare etiã atq; adesse faciunt. Quippe id qđ adest, quodq; pręsens est momẽto

tantum

tantum temporis contingendum se præbens, secundum hoc sensum effugiens, nec nostrum ulla esse, nec nostra interesse insipientibus uidetur. Atque ut funarius ille in Plutonis æde pictus quicquid funis ex sparto intorsit, asellum propter se astantem exedere rorum ignauiter finit: haud secus ingrata ac torpens multorum obliuio, prætereuntia cõmodum bona excipiens, præclarè res omneis gestas, egregia facinora, suauissima ocia, amœnos hilaresque conuictus, denique omnem uitæ partem genio & uoluptati datam obliterans atque exolescaciens, non finit eorum uitam unam atque eandem esse ex præteritis præsentibusque rebus aptam atque consertã, hesternamque uitam à præsenti, præsentemque rursus à crastina discriminãs, facta omnia infecta exolescente eorum memoria reddit. Porrò qui in philosophorũ scholis augmenta corporum sustulerunt, uidelicet perpeti exhaustu uanescente substantia, uerbo quidẽ ij faciunt unumquenque nostrum alium atque alium à seipso. At qui præterita non continent tanquam perfluente memoria, nec identitatem repetunt, hi iam non uerbo, sed re ipsa sese faciunt in dies inopiores, inaniores, ex crastino pendentes, quasi uerò nihil iam ad eos annotina, nuperrima, hesterna pertineãt, atque etiam quasi ipsis prorsus ea non obtigerint. Itaque constans animi status hoc modo interpellatur. Age uerò quemadmodum muscæ in tersissimis speculis arreptãtes delabuntur, asperis uerò hærent ærenulosisque locis facillime: sic homines ex iucũdissimis placidissimisque rebus decidentes tristissimarum rerum recordationẽ tenaciter apprehendunt: imò uerò quemadmodum apud Olynthios locum quendã esse aiunt, quod ex re sumpto nomine Cantharoletron dicitur, in quem congesti scarabei foras erepere nequeunt, sed diu multumque intus uolutati, orbesque nequicquã ducentes intereunt ad extremum, sic homines in malorum memoriam reuoluti eniti posthac non possunt, nec respirare. Proinde ut pictores fuscos in tabulis colores omninoque subducendos oculis, prænitentibus alijs & uisendis coloribus inducere, atque interlinere solent, sic homines in suo sibi animo tristia quæque maximè silendaque euenta, memorãdis alijs, & prædicabilibus premere oportet, & tanquã obruere. Nam deleri omnino preterita non possunt, nec item in posterum præstari prorsus, duntaxat ab homine. Tam est enim uaria, multiplex, reciprocabilis mũdi huius harmonia quàm lyræ est, aut arcus, nec in humanis quicquam est quod purum, syncerum, simplexque sit. Verùm ut musica sonis acutis & grauibus constat, & grãmatica literis, uocalibus & mutis, at musicus grammaticusque est non qui horum alterutris illorũque offenditur, sed qui utrisque uti miscereque accommodatissimè nouit: haud aliter sapienter is demum instituisse uitam uidetur, qui diuersissimos rerum euentus, mutuoque sibi obuersarios miscere scitè didicit secũdos cum aduersis cõpensando: nam ut seorsum bona, mala, ponantur, humanæ uitæ commoditas non admittit, sed temperamentũ quoddam ex utrisque conflari conuenit, si rectè de ijs statuere uolumus. Non est igitur consentaneum alteris eorum ingemiscere, & tanquam oneri iniquo succumbere animo concidentes, sed deterrimi cuiusque euentus uim atque impressionem meliorũ rerum recordatione retundere, omninoque commodis incommoda ueluti inuolucro quodam uelantes, totius uitæ tenorem ex prosperis, aduersisque rebus concretum, ac coagmentatũ, quasi concentum quendam efficere harmonica ratione temperatum. Nec uerò, ut Menander putauit, homini statim nato præstò Genius est aliquis auspicandæ bene uitæ initiator, rectèque degendæ magister, sed ut Empedocles potius, bini nos Genij, bifariæ sortes, quibus ille multa nomina uariaque indidit, in lucem protinus editos accipiunt, iam inde auctoratos sibi datosque pari propè dixerim mancipij iure. Harum omniũ affectionum impendentia semina aiebat genituram nostram suscipere, ideoque ductum uitæ nostræ non libratum & æquabilem, sed salebrosum potius atque asperum esse: proinde sapienti meliora in uotis esse, deteriora uerò etiam in expectatione, utrorũque autem temperamento ipsum uti sapientem neutram in partem nimiũ. Nec enim is solum suauiter ad crastinum diem accedit, quod Epicurus ait, qui peruẽturus ad eum nec'ne sit fusque deque facit, sed & opes, & gloria, & potentia, & dominium eos maximè exhilarant & perfundunt lætitia, qui obuersarias uitæ conditiones, atque è regione positas, si res ita tulerit, æqui boni facturi sunt. Quippe uehemens cuiusque rei appetitio comitem formidinem

A dinem habet illius amittendæ, quæ hebetem ipsa lætitiam atq; identidem interpellabilem facit, perinde atq; flammam flatu uiolentiore inhibitam. Quem uerò ratio docuit, præfidenter & intrepidè ita fortunam alloqui:

Si dederis, perlætus ero: repetiueris, æquus:

hunc nimirum sese fretum præsentarijs rebus suauissimè frui oportet, nec succurrente iacturæ cogitatione metu subinde uellicari. Anaxagoras accepto de filij morte nuncio: ego, inquit, quum genui interiturũ sciui, & ei expectationi sustuli. Hæc Anaxagoræ affectio tam nobis imitanda est, quàm est admirabilis. Vnicuiq; certè infortunio subtestari illico licet: sciebã precarias me opes, nec trabali clauo fixas, ut aiunt, possidere, omninoq; utendas accepisse. Haud ignarus eram, qui mihi potentiam dedissent, eosdem adimere quoq; posse. Noueram uxorem probam esse, sed mulierem quoq;. Deniq; non me latebat amicum hominem esse, animal natura facilè deprauabili, ut Plato dictitabat. Profectò qui affectuum suorum rationem hoc modo comparauerit, illaq; sibi subsidia rationis præstruxerit, si quid ei prçter uotum aut retrorsum fortè cesserit, nec tamen improuisum, quum uulgaria illa nunquam admiserit, haud unquam existimassem, in magna spe eram, hoc nũquam futurum arbitratus sum, tum uerò subsilientis micãtisq; cordis inæquabilitatem absterserit, confestimq; ex turbulento & percito compositum constansq; sibi reddiderit. Carneades aduersorum casuum prosperis maximè in rebus admonere solebat, quòd omne improuisum cum ægritudine animi totum, & quodam quasi deliquio excipi natum esset. Iam primum Macedonia quota tãdem pars est imperij Romani? At Perses quum illam amisisset, non modò fœdis lamentis fortunam ipse suam prosecutus est, sed plerisq; etiam miserabilis in primis atq; infortunatissimus hominum uidebatur. Ecce tibi eadem ex parte Æmilius, prouincia deuicto illo decedens, terræ ac maris imperio successori cedens, coronis & plausu excipiebatur, quum omnes eum inter sacrificia laudibus in cœlum ferrent, idq; haud immerito, atq; adeo meritissimo: quippe hic precarium se imperium accepisse meminerat, ille contrà nec opinato impræceptoq; sibi casu à regni fastigio deturbatus erat. Enimuero Homerus luculento admodum exemplo do-

B cuisse mihi uidetur quàm uulnificentiora sint ea quæ improuiso inopinatoq; feriunt. Vlysses peregrè reuersus repentinæ morti canis sui illacrymauit: uxori suæ flenti assidens non illacrymauit. Siquidem iam inde aduentans præsumpta lacrymantis uxoris imagine, erupturum haud dubiè in re præsenti affectum ociosè mancipauerat sibi, offirmatoq; prius animo in potestatem redegerat: canis uerò nec opinato interitu perturbatus est, quum spacium in re improuisa non haberet affectus uim inhibendi. Vt in summa dicam, rerum contra uotum cedentium partim natura ægrè grauateq; feruntur, partim deprauata opinione grauari corruptaq; consuetudine didicimus, quæ ipsa maxima pars est. Aduersus illa precium est operæ promptum & ad manus Menãdri illud habere: Nihil admodum atrox passus es, nisi id tu tibi fingis. nam quid id tua refert, si nec carnem perstringit, nec ad animam penetrat? uerbi causa, ignobilitas patris, stuprum matris, primi subsellij adempta dignatio, prærepta palmæ iniuria, quid ad te hæc attinent? Siquidem his quoq; prçsentib. nihil te uetat corpore atq; anima rectè atq; adeo rectissimè affectum esse. Aduersus hæc quæ natura ipsa offensionis aliquid habent, morbos puta & ærumnas, & mortes necessariorum, opponendum est illud: Hei mihi: sed quid hei mihi? nihil enim non humanum passi sumus. Etenim nullus magis sermo nec celerius reprehendit patibilem animæ partem, quum transuersa trahitur ab affectibus, &, ut ita dicam, rationis frena momordit, quàm qui cõmunis nos, naturalisq; necessitatis admonet, cui necessitati coalitus homo, atq; implicitus est corporis concretione, quem unum nexum in sese obluctanti fortunæ prçbet, cætera omnia tutus, quæ præcipua ipsa sunt & maxima. Demetrius quum Megarensium urbem cepisset, à Stilpone percontatus esse dicitur, ecquid suarum rerum direptum fuisset? Ad quem ille, neminem, inquit, auferentem mea uidi, nam quum fortuna cætera omnia diripere, populariq; sibi permiserit, adhuc tamen huiusmodi quippiam in nobis habemus ipsi quale nec ferre Achiui, nec agere possint. Non igitur æquum est, obterere usq; eò naturam atq; abijcere, tanquam nihil fortitudinis, nihil to-

lerantiæ habentem, neutiquam fortunæ uiolentiæ parem. Sed quum probè norimus id quod in homine fortunæ obnoxium est, contemnendam, & exiguā nostri partem esse futilem & ad primam quamq; impressionem cedentem, mollitie propemodum friabili, potioris uerò partis imperium nos tenere, in qua ipsa maxima quæq; bona quasi illabefactabili loco sita, uera quoq; gloria, disciplinæ, & studia ad uirtutem pertinentia essentiam suam habent nulla ui exemptibilem, nunquam interituram: Hæc inquam nos scientes, inuictos animi, præfidentes nobis, futurorum securos esse decet, idq; ad fortunam dicere quod Socrates ad Anytum & Melitū criminatores suos simulans se dicere, reuera dicebat ad iudices: Anytus & Melitus interficere me possunt, incommodo aut detrimento afficere non possunt. Vt enim fortuna morbis uarijs obruere, opes interuertere, ad tyrannum aut populum criminari potuerit, nō potuit certè malum, aut socordem, aut demissum, degeneremq; animi, aut etiam maleuolum facere, duntaxat uirum bonum, uirilitate ac magnitudine animi præditum, & ut semel dicam, non potuit rectam animi constitutionem adimere, quæ multò plus certè homini confert ad uitam transigendam, quàm ars gubernatoria ad emetienda maria. Neq; enim gubernator, quantumuis peritus, æstuantem undam componere, nec impetum sæuientis flatus retundere quoquo modo potest, non magis quàm portum ubiuis nancisci, quoties ei ex alto reuehi libitum sit. Sed ne illud quidem ars ei præstiterit, ut tempestate deprehensus constanter ac intrepidè necessitate defungatur, hactenusq; ipsa iuuat, ut tantisper dum locum arti esse non desperat, expansa uela deducens utcunq; cum tempestate decidat, ab hoc iam ignauus compressis manibus sedet, atq; interim dum malus existit uentorum ui demersus, uibrāti pauore contremiscit. At in homine prudente compositus animus cum corpori serenitatē affert, continentia uidelicet & uictu laboreq; temperatis morborum causas materiamq; abstergentibus, tum si quod extrinsecus forte argumentum perturbationis existat, in quod animus hominis quasi in saxosum uadum incurrerit, expedita, inquit Asclepiades, suspensaq; antenna transilit. Quòd si quid atrocius ingruerit, maiusq; q; ut præstari ab homine, aut etiam perferri potuerit, non longè est portus, enareq; est è corpore, perinde atq; è lembo solutili, uectoremq; iam non capiente. Stulti uerò non tam uitæ desiderio quàm mortis terrore tanquam de corpore penduli consertis cancellatim manibus hærent, non aliter atq; Vlysses è caprifico pepēdit, quum sub se fremen tem charybdim perhorresceret, quem Homerus scribit deprehensum in freto Siculo eò redactum esse, ut nec consistere posset præ uiolentia protrudentis eum flatus, nec rursus enauigare, eodem inhibente, quasiq; lupum auribus teneret, ut est in prouerbio, nec prehensam arborem tenere ultrà præ lassescentia reiq; natæ incōmoditate, nec item posset dimittere præ territantis monstri pauore. Enimuero si quis naturam animæ nostræ, uel quoquo modo subodoratus sit, secumq; reputauerit transitum ex hac uitæ conditione ad aliam, meliorem fieri per mortem, aut certè non deteriorem, profectò is non modicum iam uiaticum habet, quo se ad securitatem animi ac tranquillitatem conferat, mortis scilicet contemptum. Etenim cui licet tum præualente uirtute, quæ propria & peculiaris est hominis, suauiter uiuere, tum alienis ab homine rebus & præter naturam inditis, præpotentibus, propriasq; res ipsas obruentibus, demum præfidenter animum despondere, ut secum ipse dicat: abire sanè abire mihi licebit primo quoq; tempore, atq; bona dei uenia quum ipse uoluero: ecquādo huic obsecro, aut molestum quid, aut inextricabile, aut turbulentū deniq; accidere posse arbitremur? Quisquis uerò ille est qui celebratum illud protulit: Anteuerti tibi fortuna, teq; occupaui, atq; omnes tuos aditus quamlibet arctos intercepi, is nimirum nō pessulis, non clauibus, non structuris animasse sese erexisseq; uidetur, sed decretis potius philosophicis, elogijsq; sapientum, quę tamen ipsa in medio posita sunt, obuiaq; omnibus, atq; adeo in manibus, duntaxat sumere uolentibus. Neq; uerò deroganda ijs fides est, quæ posteritatis memoriæ consecrata sunt, neq; eorum quicquam desperandum ueluti inimitabile, sed quàm mirari ea & suspicere decet, & quodam quasi afflatu numinis eorum obstupescere, tam sese oportet ad æmulationem comparantem ita specimen sui facere, ut rudimēto in paruis posito, maiora deinceps maioraq; audendo

A audendo proficiatur in summum. Verum summopere uidendum, ne harum rerum meditationes ex animo excutiamus, néue sæpe hæc animo agitare grauemur, totoq; ut dicitur pectore cogitare. Neq; hoc magnopere negociū facesset, siquidem ut molestiam nobis affert, socordiq; imbuit atq; inexercita mollitie suauitas quædam animi, quæ in prona quaq; re maximè, nulliusq; negocij uersata, ex ingratis infestiusq; rebus referre pedem, & ad suauissimas quasq; conuerti, praua quadam indulgentia permittere sibi didicit: ita si quis morbi, laborum, exilij imagines agitādas animo affingere assuescat, & adunum quodq; singillatim perpēdendum excutere diligenter ratiocinationis suæ uires imperauerit sibi, hic hic proculdubio deprehendet quę molesta, atrocia, horrenda uidentur, uana reuera atq; aspernabilia magna ex parte existere, atq; ut semel dicam, plura fronte minitari quàm recessu efficere. Atenim multitudo Menandrium illud perhorrescit: Non est qui uiuus gloriari possit: hoc ego nō patiar: nempe ignorantes quantum ad uitandam tristitiam conferat meditari & assuescere inconuenientibus atq; etiam ferocientibus oculis fortunam obtueri, nec cogitationibus indulgere tenellis, ac uersatilibus delicijs & umbratili uitæ coalitis, ad omnem spei fulgorē præstrictis, nulli non rei cedentibus. Tametsi Menandro ita respon deri potest: Non est omnino dicere, uiuus hoc non patiar. ne sit sanè: at est dicere, uiuus hoc non faciam, non mentiar, non ueteratoria uersutia circunscribendis hominibus utar, non interuertam, non insidiosè captabo. Hoc enim quum in nobis sit positum, maximum iam est adminiculum erigentibus sese ad animi securitatem, quo modo uiceuersa facinorosa consciētia instar est in anima ulceris in corpore, utpote quæ pœnitentiam relinquat lancinantem iugiter, peruellentemq; animam. Nam quum alias omneis tristitias tollere ratio solita sit, solam hæc eadem pœnitentiam facit sua sponte incitabilem præ pudore, quasiq; mordicus impetentem sese atq; excarnificantem. Quemadmodum porrò qui rigente febre perfrigescunt, aut æstuante exurūtur, acrius infestiusq; afficiuntur, quàm qui æstu rigoréue exterius hęc eadem patiuntur, sic obtusiores tristitias habent fortuita & temeraria, utpote aduentitias. Atqui illud,

B Nemo mihi alius propter me inculpandus est, quod sceleribus perpetratis succlamari flebiliter solet, graue suapte natura uulnus grauius etiam facit, atq; altius adigit. Ita nec ædificiorum elegantia, nec auri pondus, nec generis nobilitas, nec imperij magnitudo, nec deniq; facundiæ lepos, dicendiq; acrimonia, tantā uitæ serenitatem afferunt, tamq; placidam tranquillitatem, quantam affert animus ab negociorum anxietate feriatus, procul prauis consilijs secum, ut dicitur, uiuens, qui uitæ fontem (ingenium & mores intelligi uolo, à quibus cōmendabiles actiones manant) inturbidum, ac defecatum habens, actiones omneis suas hilaris, uelutiq; aspirante numine celsus semper erectusq; profert, quarū perenni reminiscentia pascitur suauiore ac certiore Pindarica illa spe, senectutis, ut ipse inquit, altrice. Nec uerò, ut Carneades dictitare solebat, odorata fruteta, quamuis accisis stirpibus, aut etiam conuulsis exhausta, suaueolentiam tamē ad multum tempus referunt, in animo uerò sapientis actiones honestæ gratam quandam recordationem, semperq; recentem nō relinquunt. Qua ipsa recordatione lætitia illa intestina ueluti perenni riuo persusa uiret semper, & tāquam fruticatur, pudendo eorum errore, qui subinde lamentabundi uitam istam criminantur, malorum conciliabulum dictitantes esse, quoddamq; quasi exulantium conuenticulum, in quod tanquam solum uertentes animas superne ablegatas esse. Equidem Diogenis illud dictum memorabile esse censeo, qui quū Lacedæmone peregrinum quendam conspicaretur ambitiosissimè se ad diem festum componentem. Quid, inquit, uiro bono nónne dies omnis festus est? Nempe si sapimus, etiam festiuissimus. Est enim mundus fanum quoddam sanctissimū, & maximè deo dignum, in hoc homo fanum nascendo admittitur, non quidem spectatum simulacra fabrefacta, ac sensus expertia, sed solem, lunam, sydera, à quibus uitæ motusq; principia manant, quæ prouidentia nobis uisenda præbuit, ut sensibilia sanè sint intelligibilium simulacra atq; imitamenta, ut Plato inquit. Adde flumina nouam semper aquam euehentia, ter ramq; tum stirpium, tum animalium generi pabula proferentem. Huius celebritatis ac spectaculi initiatam uerissimè, atq; auspicatum uitam nostram, securitatis animi

perfusisq; gaudij plenam esse oportet, nec expectanda nobis saturnalia, bacchanalia, quinquatria, quod plerique faciunt, qui hos aliosq; dies festos aduentantes magna expectatione, ineuntesq; denique lætitia gestiente, iocosq; excipiunt, ut in quibus licentiore laxamento uenali sese risu oblectent, mercedes histrionibus & saltatoribus animi causa pensitantes. Quid uerò indignius, quàm quòd per huiusmodi ludos in pertinacissimum silentium compositi, atque hoc maximè agentes, ut dicitur, considemus (nemo enim aut lamentatur initiando, aut flet Pythia spectando, non magis quàm si esuriat super Saturnalia) eas autem celebritates quarũ deus autor nobis ipse, & propè dixerim præsultor est, per lamenta, acerbitates animi, ærumnosamq; uitam transigentes fœdamus plerunque atque funestamus. Indignissimum certè illud quòd quum organis in concentum pulsatis, inflatis, tactis oblectemur, atque auiculis itidem concinentibus, ad hæc animalia lusitantia, tripudiantia, libentes spectemus, rursus ululatu, fremitu toruo, trucique eorundem aspectu offendamur, nihilominus nostram ipsorum uitam tristem, tetricam, uultuosam, infestissimis affectibus, negocijs, curisq; inexplicabilibus obrutam, omninoq; intemperijs actam cernentes, non modò laxamentum quoddam nobis respirãdiq; spacium implorare nequeamus, sed neque alios ad id nos hortanteis audiamus. Quorum si monitis feriatis, ut aiunt, auribus, & ut inquit Comicus, perpurgatis daremus operam, simul præsentibus pro re nata citra ullius reprehensionem uteremur, simul præteritorum grata recordatione acquiesceremus, postremoq; ad futura intrepidè ac præfidenter certa atque alacri prælucente spe nobis accederemus.

F I N I S.

GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS,

REGII SECRETARII, IN LIBROS PLVTARCHI De fortuna Romanorum, & Alexandri Magni, Præfatio, ad clarissimum, eruditissimumq; uirum, Petrum Cothardum, primum Parlamenti Præsidem.

QVum in animo mihi esset, Petre Cotharde, aliquod tibi documentum ingenioli nostri dare, quumq; toto, ut dicitur, pectore cogitarem, cuius tandem generis id tibi gratissimum foret, inter euoluenda Plutarchi Chæronensis scripta, incidi in libros ipsius duos, quos De fortuna Romanorum, & Alexandri Magni composuit. In his quum animaduertissem eum fortunam ac uirtutem ueluti in certamen committere, interse contendentes utrius earum priores partes in tantis amplificandis imperijs fuerint, in mentem mihi uenit, si hoc opusculum Latinum fecissem, id nimirum appositissimè me tibi dicaturum. Siquidem non facilè dici potest, uirtus an fortuna, utra maior in te fuerit. Nam si mihi per pudorẽ liceat (imò uerò si per te, cui omnium minimè assentationem placere intellexi) merita tua percensere, nullus, sat scio, erit ab liuore modò liber, quin tecum etiam fortunam malignè egisse putet, si tamen præclarius cum ullo agere potuit. Sed rursus eadem mihi uidetur æquissima in te fuisse, ut cui contigerit principem augustissimi ordinis esse, ex quo ueluti uno suggestu tot tantaq; animi ornamenta satis elucescere poterant, illudq; amœnissimũ, quod habere te dicunt in numerato ingenium, exaudibilissimè sese ac testatissimè promere: quanquam in nonnullos alios nostri quoque ordinis, illos etiamnum ad unguem factos homines haud iniquior hæc ipsa fortuna fuerit, quibus quum ipsis tibiq; fortè, ut fit, obuiam in publico factus sum, aues mihi albas uidere, ut dicitur, uideor, ita mihi in diem illum totum bene augurari soleo. Quippe in hac temporum iniquitate, quum integri homines & priscæ dignationis uiri in publicum prodeant, haud dubie maiore admiratione ab omnibus suspiciuntur: si quidem quò rarior uirtus, eò plausi-

A plausibilior. Hanc igitur nostri ingenioli fœturam, tumultuario sane incubatu excussam, ut tibi iamdudum debitam, nuncupamus. Verumenimuero antequam hoc spectaculum cōmittimus, duo mihi præfanda sunt. Prius te monendum habeo, ne tantam tibi expectationem huius spectaculi facias, quasi in scena Roscius, ut aiunt, futurus sit. Vide, obsecro te, ne si actor inscite quid enunciauerit, continuò morosè fabulam ipsam exigas. Putato te autorem ipsum, id est Plutarchum, audire, erratum suppliciter deprecātem, si quid insulse elocutus sub alieno cœlo fuerit. Tametsi apud te in eo etiam iure ueniam petere possum, qui quum me scires non exotica eruditione, non Transalpina imbutum, sed hac modo Cisalpina, & propè dixerim, adulterina leuiter illutum (Cisalpinam dico, imò uerò Cispontanam) non indignum tamen censueris, qui inter hoc scriptorum uulgus nomen darem. Fidem enim mihi interdum fecisti, haud inuita me prorsus Minerua genus hoc scribendi capessisse. Alterum enim nunc eruditiunculæ nostræ specimen edimus. Illud alterum à te impetrandum nobis est, ne priusquam totū opus perlegeris, aliquid de eo statuas. Hoc ideo autem dico: quidam istius ordinis uir in primis doctus ac perpolitus, sed censorij supercilij, cui libellum hunc nostrum percensendum miseram, ut eo familiarissimè utor, quum ad eum postridie uenissem: Vereor, inquit, ô noster, ne tuum opusculum lectorem malè lecturientē inueniat. Cur? inquā: Quia quū uēdibiliora, inquit, sua scripta reliqui plerunq; facere soliti sint blandis lenociniosisq; principijs, tu contrà subobscuro tetroq; principio lectorem de industria, propè dixerim, deterres: nisi fortasse, inquit, sepiam imitatus es: illa enim in liquida aqua deprehensa ut piscatorem effugiat, atramentum effundere sibi solet, quò magis intra turbidam atramq; undam fallat. Ita tu uide, inquit, ne quod non satis intellexeris, uerborum sententiarumq; ambage innolueris, ut lectori iudicium eripias. Quid, malum, inquam, facerem? interpretem me meministin' esse nō enarratorem? Sed uereor, ait, ne ut semel de principio sibi lectores persuaserint, de toto perinde opere statuant. Quasi uerò, inquam, horū iudicium flocci faciam, qui à prima charta oscitabūdi extremā transultare solent, sicq; de unoquoq; B scribente iudicare. Tibi enim illisq; paucis scribimus, pulsu dignoscere cautis quid solidum crepet, quorū prorsus à uulgo abhorret iudicium. Cæteris displiceam licet, dum ijs perpaucis approbantibus ratio mihi iudicij mei constet, in quos literarum spes ueluti inclinata recumbit. Te igitur Petre candidissime, imò uerò lectores omneis rogo, ut si in libelli nostri fronte tanquam in luto hæserint, ut certè ipsi hæsitauimus, fortasse exemplaris uitio, quod uix unum nacti sumus, ne ideò minus alacriter ad penetralia pergant. His etenim Plutarchus non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem cogitat, ut speciosa dehinc miracula prōmat. Vale felicissime. Parisiis, XV. Calendas Septembris, M. D. III.

GVLIELMI BVDAEI AD
lectorem tetrastichon.

Fortunæ elogium blandus mihi perlege lector,
Pollice sic presso fauerit ipsa tibi.
Mox quoq; propensus uirtutem audire memento,
Sic tibi uirtutis detur amore capi.

PLVTARCHI CHAE- RONEI PHILOSOPHI CLARIS- SIMI, DE FORTVNA ROMANORVM, LIBER, GVLIELMO BVDAEO Parisiensi, Regio Secretario interprete.

CVM multa sæpe ingẽtiaq; certamina Virtus & Fortuna inter se decertauerunt, tum uerò hoc in præsentia decreturæ sunt, de Romanorum utiq; imperio ueluti iudicio contendentes, utrius tandem hoc facinus, utra hanc genuit tãtam potentiam, haud immerito. Locuples enim hoc erit ei testimonium secundum quam iudicatum fuerit, uel nõ leue potius erit aduersus crimina refutamentum. Etenim malè audit uirtus, ut bonum sed dispendiosum, fortuna uerò ut instabile quid, tametsi bonum, illam nullo se operæpretio afflictare, hanc nullo trabali, ut dicitur, clauo beneficia sua figere. Proinde quis neget utri earum addicta Roma fuerit, aut commodissimam uirtutem, quæ bona in bonos tanta contulit, aut fidelissimam felicitatem, tanto iam tempore dona sua incolumia asseruantem. Ion igitur poeta in ijs quæ prosa oratione scripsit, fortunam inquit, & sapientiam res diuersissimas simillimarũ rerum effectrices esse, utranq; enim uiros augere, ornare, in gloriam euehere, in opes, in imperia. Quid uerbis opus percensendis omnibus? ipsam omnia nobis edentem, conferentemq; naturam quidem fortunam esse autumant, quidam uerò sapientiam. Itaq; speciosam huiusmodi disceptatio, mirificamq; dignationem urbi Romæ comparabit, ut cuius gratia in quæstionem ueniat, terra, mare, cœlum, astra, utrum à fortuna sint, an potius a prouidentia condita. Equidem (quanquam ferè uirtus & fortuna inter se pugnare dissidereq; solent) de tanti nimirum imperij potentiæq; coagmento fœdere eas icto conspirasse, ex compositoq; coeunteis, humanarum rerum pulcherrimam consummasse, sartamq; adeò & tectam reddidisse, non ab re mihi persuasisse uideor. Et quemadmodum Plato ex igne inquit, & terra, ut necessarijs & primis, uniuersum procreatum mundum, ut uisibilis tractabilisq; esset, hac utiq; libramentum firmamentumq; conferente, illo colorem, formam, & motum, at medias naturas aquam & aerem, extremorum dissimilitudinem mitigantes, accommodantesq; coagmentasse per se ipsas, commiscuisseq; materiam, hunc in modum existimo tempus quod Romanum nactum est oriens imperium, benignitate deûm fortunam uirtutemq; commiscuisse & coniugasse, ut sumpta accommodata utriusq; ui augustum prorsus beneficumq; sacellum humano generi absolueret, firmamentumq; adeò stabile, & sempiternam elementum, quod aberrantibus fluctuabundisq; humanis rebus ancoræ instar esset, ut inquit Democritus. Rursus quemadmodum Physici dicunt, mundum non fuisse mundum, nec potuisse corpora in unum coeuntia communem ex omnibus speciem edidisse, sed eorum partim minutis huc temere, & illud iactatis & dilapsantibus, & complexus fugientibus, partim crassioribus compactioribusq; acria inter se certamina, turbidosq; motus concientibus, iactationem magnopere, & ueluti æstum extitisse, corruptionibusq; & erroribus, & tanquam naufragijs permixta omnia fuisse, antequam terra ex concretis inter se corporibus iustam magnitudinem indepta, suopte ipsa libramento fixa cæteris quoq; naturis fixam sedem præbuit: ad hunc propè modum maximis inter homines potentatibus & imperijs, prout fortuna tulisset agitatis, interq; se offensantibus, quòd uidelicet nulli præualerent, omnes autem adniterentur, incredibilis internicio, errorq; & omnium immutatio fuit. Quoad inualescente, augescenteq; urbe Roma, partimq; sui sibi cœli gentes populosq;, partim genere abhorrentes, transmarinosq; regum principatus accõmodante, sedem tandem eam

maxima

A maxima quæq; habuerunt præsidiumq́;, & tanquam pacis mũdum imperijq́; orbem nullo errore uersatilem, omnimoda quidem ijs uirtute ingenita, qui huiusmodi rerũ competentiam præmoliti sunt, multa uerò fortuna conspirante, ut hinc iam licebit procedente oratione demonstrare. Enimuero nunc mihi uideor uelut ab edita specula Fortunam Virtutemq́; despicere, ad huius cõmissum certaminis ingredenteis, sed Virtutis quidem mitis incessus, & aspectus æquabilis, adhibetq́; ad contennonem uerecundam quandam ambitionem in uultu eminentem, sed longè relinquitur præproperante Fortuna. Deducunt autem eam & cateruatim stipant Arma cruenta uiri gestantes Marte perempti, aduersis ijdem uulnerib. obsiti, sanguine stillantes sudore mixto, semifractis innitentes spolijs. Agedum percontemur, si placet, qui tãdem hi sint. Fabricios esse aiunt, & Camillos, & Lucios, & Cincinnatos, & Fabios Maximos, Claudios Marcellos, & Scipiones. Video & C. Marium Fortunæ infensum. Mutius etiamnum Scæuola ustulatam manum ostentat uociferans: Num hanc quoq; Fortunæ dabis? Marcus quoq; Horatius, uir ille strenuus propter ripam Tiberis Tyrrhenis telis obrutus, claudicante crure exultans, uelut ex imo uertice succlamat: an ego Fortuitu etiam mutilatus sum? Huiusmodi habitu comitatus Virtutis ad cõmittendum certamen incedit. At uerò Fortunæ pernix quidem motus, & confidentiores spiritus, spesq́; ferociens. Relicta autem Virtute longè anteueniens presto est, nec solitis tamen ipsa pennis sublimis, aut summos in ungues arrecta uolubili pilæ insistens lubrica ancepsq́; accedit, subindeq́; acerba discedit, sed ut Spartiatæ Venerem aiunt Eurotam trajcientem, speculo, mũdo, cestoq́; positis, hastam scutumq́; sumere, Lycurgo sese comentem, sic Fortuna destitutis Persis & Assyrijs Macedoniam celeris peruolitauit, excollatoq́; protinus Alexandro Ægyptum & Syriam regna circunferens peragrauit, identidemq́; conuersa Carthaginenses succollauit. Postremo in palatium se conferens, traiecto Tiberi, positis (ut credere par est) aris, exutis talaribus, abiecta instabili uestigiaq́; fallente pila, ita Romam ingressa est, ut constanter permansura, talisq́; nunc sese ad iudicium sistit, nõ incomperta, ut inquit Pin-

B darus, nec geminum temonem uersans, sed Iustitiæ Suadæq́; soror, Prouidentiæq́; filia quomodo generis eius ductũ explicuit Alcman, inter manus gestans decantatissimum illud Copiæ cornu, non Pomorum exuberantium assiduè plenum, uerum quę fert cunq; omnis terra omneq́; mare, ad hæc quæ amnes, portus, metallorumq́; uenę, largiter copioseq́; fundẽs. Clari egregijq́; uiri nõ pauci cum illa uisuntur. Numa Pompilius ex Sabinis, & Priscus ex Tarquinijs, quos aduenas peregrinosq́; reges in Romuli solio constituit. Paulus Æmilius à Perse & Macedonib. illibatum & integrum exercitum reportans incruenta uictoria triumphans fortunam in cœlum laudib. effert. Effertq́; & Cæcilius Metellus Macedonicus senex, succollantib. elatus quatuor filijs consularibus, duobusq́; item cõsularib. generis, nepotibusq́; ornatissimis uiris, clarissimis rebus domi militiæq́; gestis: Æmilius Scaurus ex obscura uita, obscuriore genere ortus, nouus homo, &, ut dicitur, terrę filius, ab ipsa sublatus magni princeps consessus eligitur. At uerò Cornelium Syllam ex Nicopolis meretriculæ sinu assumptum sustollens ipsa super Cimbricos etiam Marij triumphos septemq́; consulatus, imperijs dictaturisq́; affecit. Is se suasq́; res gestas omneis fortunæ uẽdicans cum Sophoclis Oedipo uociferat: Fortuna ego me parente prognatũ feto. Et Romana quidem lingua felix uocitabatur, Græcis uerò hunc in modum scripsit: Lucius Cornelius Sylla uenustus: hoc enim modo apud nos Chæroneæ trophæa & Mithridatica inscripta sunt, nec ab re: quippe plurimum ueneris habet non nox, ut Menander tradidit, sed fortuna potius. Nónne igitur siquis in auspicanda hac concertatione à fortuna steterit, possit Romanos testes ipsos citare ueluti fortunæ plus quàm uirtuti tribuentes? Nempe uirtutis apud eos Numantius Scipio templum sero multisq́; pòst annis sacrauit: post quod Marius uirtutis & honoris, ab hoc Mentis Æmilius Scaurus, sub Cimbrici belli tempora natus. Hi quum iam oratorum rhetorumq́; argutiæ in urbem irrepsissent, huiusmodi nomina rerum honoribus prosecuti sunt. Sapientiæ uerò ad memoriam nostram nulladum ædes sacrata est, non magis quàm prudentiæ, aut magnanimitatis, aut tolerãtiæ, aut cõtinentiæ. At fortunæ delubra eximia, &

antiqua,& propè dixerim cum primis urbis fundamentis coniecta sunt. Primus fortunę delubrum Ancus Martius substruxit,nepos idem Romuli,rexq; ab eo quartus. Is fortunã uirili nomine dicauit,propterea fortasse quòd in uictoria fortiter obtinenda priores sunt etiam fortunæ partes. Muliebris uerò Fortunæ templum ante Camillum extructum est,quum Marcum Coriolanum infesto Volscorũ exercitu in urbem uadentem mulieres retro blanditiæ in Volscos auerterunt.Hę mulieres cum matre uxoreq; eius legatione suscepta exorauere peruicereq; tandẽ ut patriæ parceret, Barbarorumq; illinc exercitum abduceret.Quo tempore fortunæ fert simulacrum hanc quum sacraretur,uocem edidisse:Sanctè me legibusq; patrijs fœminæ consecratote. Furius porrò Camillus quum Celticum ignem restinxit, Romamq; oppensam auri æquilibro à libræ lance decussit,nec prudentiæ,nec fortitudinis ędem,sed Aij tãtum Locutij in uia noua extruxit,quo in loco ante bellum Gallicum uocem à Marco Decio auditã noctu illac transeunte inquiunt,bellum illud instare denũciantem.Quam uerò ad Tiberim fortem Fortunam uocãt,quod est ualidam, strenuam, & bellacem, perinde atq; omnem in ea egregiè uincendi uim ponentes,in hortis extruxerũt à Cęsare populo legatis, utiq; illum existimantes fortunæ quoq; benignitate maximum euasisse, quod ipse testatus est. Nam Caium Cæsarem dicere uererer in tantum ab ea fastigium euectum,nisi hoc ipse profiteretur.Qui ubi Pompeius à Brundusio soluit, pridie Nonas Ianuarias sole in bruma existente,mare quidem in nullo negocio traiecit,fortuna dubio procul hyemem inhibẽte. Assecutus autem Pompeium copijs ingentibus instructum,tum maritimis,tum terrestribus,in statiuisq; tum agentem,ipse contrà paruis transportatis copijs, reliquijs quæ sub Antonio Sabinoq; erant subsequi cunctantibus,sustinuit nauiculam clàm ingressus, in seruiq; adeò habitum compositus,ut nauicularium gubernatoremq; falleret,ipse sese fluctibus cõmittere. Porrò quum ad fluminis ostium gubernatorem obluctantibus undis citatoq; æstu erumpendi spem abiecisse cerneret,tum demum retecto uultu sese prodens : Age uir, inquit,generose,aude,nihil quicquam timeas,fortunæ tantum uela uentisq; permitte. Deniq; quum Cæsarem uehas,Cæsarisq; fortunam,aude fidentissimè cum eo nauigare,peregre ire,militare,exercitum agere. Profectò fortunæ unius fuit trãquillitatem mari,calorem hyemi,segnibus pernicitatem,ignauis strenuitatem imperare,quodq; fide maius est,fugam Pompeio,Ptolemæo hospitis necem, uidelicet fortuna pręstante,ut & Põpeius interiret,nec Cæsar scelere obstringeretur.Quid? filius eius qui primus Augustus dictus est, nónne nepotem in militiam mittẽs à dijs fortitudinem quidem Scipionis ut illi darent optauit, Pompeij autem beneuolentiam, suamq; ipsius fortunam? nempe sibi adscribens ut ingenti operi fortunam artificem, quippe quæ ipsum Ciceroni,Lepido,Pansæ,Hircio,Antonio & Marco commendans,rebus illorum gestis, manibus, & uictorijs in insolitam amplitudinem sustollens, hosq; uicissim premens,uni ei gradum reliquit ad tantum scandenti fastigium. Illi nanq; Cicero res urbicas,Lepidus bellicas administrabãt,Pansa uincebat,Hircius cadebat. Denique Antonius illiã senatu bonisq; desciscebat. Nã Cleopatrã quoq; Cęsaris ego fortunæ assignauerim,ad quem uelut scopulum illius ille,& tandem absorptus est,ut unus superesset Cæsar. Memoriæ proditum est,quum mutua consuetudine familiarissimè uterentur,sæpenumero sese ludo illis oblectantibus aut pilę,aut tesserarum,aut altilium etiam certamine coturnicum,aut gallinaceorum,nunquam non uictum Antonium abire,reprehensumq; eum ingenuè sæpe ab uno amicorum, qui uaticinandi peritia sese apud eum uenditabat,ijsq; ferè uerbis admonitum:Quid tibi cum hoc iuuene? facesse ab eo primo quoq; tempore.Clarior es rerum gestarum gloria, ætate senior es,pluribus imperas, operam in bellis nauasti, rei militaris usu præstas: uerum tuus,inquit,genius genium huius ueretur, tuaq; fortuna, alioqui per se ampla, illius fortunæ assentatur. Quod nisi longissimè hinc abeas, haud dubiè te deserto ad eum iam iamq; transibit. Hos habuit fortuna testes,quos ad hoc iudicium citaret. Veniamus nunc ad ipsarum rerum testimonia, quæ disquisitio nobis à primordijs urbis repetenda est. Iam inde igitur quis neget ad Romuli geniturã, salutem, educationẽ, & auctum, præstantissimarum quidem ueluti fundamenta uirtutum iacta, uerum à

fortuna

A fortuna substructa? Principio enim quod ad genituram partumq; ipsorum urbis conditorum pertinet, mirificæ cuiusdam felicitatis fuisse uidetur, utpote quorum mater ex diuino compressu peperisse dicitur: & ut Herculem genitum longissima nocte inquiunt, die contrà quàm per naturam licet, inhibito, remoratoq; sole, haud aliter sub conceptũ proseminationemq; Romuli memoriæ proditum est, solem deliquium passum iusto eius cum luna coitu. Similiter atq; Mars Deus Syluiaq; mortalis id horæ coierant. Quod idem quoq; ipsi Romulo contigit quum è uita migrauit. Aiunt enim Nonis eum Capratinis sub solis deliquium nõ comparuisse, quam diem ad hoc tempus celebrem solennemq; habent. Verumenimuero genitos eos tyranno interimere uolente fortunæ beneficio suscepit non barbarus, non trux facinoris minister, sed clemẽtia quidam & humanitate prêditus, ita ut ne interficeret. Fluminis ripa, qua alluuies expatiari solebat, herbido prato uestita erat, hanc obumbrabant arbusta humilia, ibi ille infantes exponit propter caprificum, quam ruminalem uocant. Lupa tum forte orba, lacte exuberans, distentisq; supra modũ grauata uberibus, leuari onere cupiens, infantibus amplexabunda incubans sugendas papillas præbuit. Auis autem sacra, quem Picum Martium uocant, ad eos uentitans, leniterq; eis insidens, eorum oscula unguiculis deducens, in ea turundam indebat consueti sibi cibi. Propterea ruminalem caprificum nuncuparunt, priscis utiq; Latinis rumam papillam uocitantibus, quam lupa ingeniculans infantibus summiserat. Ex eo factum, ut loci illius accolæ diu infantes nullos omnino exponerent, sed omnes quotquot geniti essent tollerent, in Romuliq; honorem & imitationem educarent. Profectò quòd tamdiu fefellerunt apud Gabios educati & instituti, ut à nullo non ignoraretur Syluiæ filios Numitorisq; nepotes esse, uaframentum id fortunæ cõmentumq; uidetur, nimirum id agentis, ne ante edita facinora generis modò inuidia interirẽt, sed ut rebus potius egregijs gestis hominib. innotescerent, uirtutisq; exemplis editis documenta sui prima darent. Hic mihi in mentem uenit dictum quoddam Themistoclis, magni prudentisq; imperatoris. Quum enim Athenis iuniores quidem eo imperatores prospe

B re rebus gestis Themistocli sese præferẽdos censerent, ita respõdit Themistocles, ut diceret posterum olim diem festo cum die contendisse, obstrepentem illum solicitumq; esse dicentem, se uerò pridie apparata fruenda per ocium præbere. At illum respondisse, uera prorsus posterum diem dicere, sed si non fuissem, inquit, ubinam terrarum esses? Sic absq; me foret ille inquit, Medis aduentantibus quisnam uestri nunc usus esset? Hoc itidem mihi uidere fortunam uideor ad uirtutem Romuli dicere, splendida quidem & ampla tua gesta, documentumq; dedisti diuino te ortam sanguine genereq; esse, sed cernis tamen quàm longè tibi prêstem: nisi enim ego tum beneuola officiosaq; affuissem, aut si deseruissem prodidissemq; paruulos, tu quo tandem modo, aut unde effulgeres? Nisi fera tum, inquã, fœmina occurrisset, lactis exuberantia præturgida, magisq; quem aleret quàm quo aleretur ipsa quæritans, sed aut natura efferata, aut fame stimulante, uide ne hæc insignia quæ nunc sunt fana, regiæ, theatra, ambulationes, fora, basilicę, gurgustia pastorum esse oportuerit armentariorumq; stabula, Albano uiro Tyrrhenoue aut Latino seruientium. Proinde cum omnibus in rebus potissima principiũ pars est, tum maximè in condẽdis urbibus, quòd hæc urbs ipsa fortunæ haud dubie debet, quæ eius conditorem seruauit. Virtus Romulum magnũ fecit: at fortuna quoad fieret seruauit. Age uerò Numæ regnũ quod diuturnum fuit, quanta omniũ cõsensu felicitas traduxit? Nam Ægeriam nympham Dryadum unam, scitam quandam deam, uiri huius amore captam sui illi indulsisse consuetudinem instituentem informantemq; ueluti adolescẽtem rempublicam, fortasse fabulosum sit: siquidem qui dearum alij connubia assecuti traduntur, dijsq; chari alioqui fuisse, Pelei, Anchisæ, Æmathiones, haud omnibus usq; quaq; uoto compe tentibus mœstitia nulla ad extremum beatitudinem interpellante uixerunt. At uerò Numa secundam planè fortunam contubernalem habuisse uidetur, disceptandisq; in rebus assessitantem, imperijq; adeò sociam, quippe quæ ciuitatem Romanam in fi nitimorũ infestissimis odijs, ueluti turbidissimis æstuarijs undabundoq; mari agitatã excipiẽs, intestinis tot insuper malis discordijsq; languentẽ, furores omnes aduersos

odiaq;

odiaq; tanquam flatus restinxit. Et ut alcyonum nidulamenta mare benignè suscipiens cõnutricanti tranquillitate hyeme seruat incolumia, haud aliam fortuna tranquillitatem rebus inducens obtendensq;, nullo prorsus morbo, periculo, tumultúue insignem, recens instituto populo, & adhuc (ut ita dixerim) uibranti, spacium altius dedit radices agendi, inualescentemq; indies ciuitatem institutis legibusq; firmandi ociosè nulloq; negocio. Porrò quemadmodum onerariam actuariámue nauem non sine plagis multis cõtingit multaq; ui fabricari compingiq;, malleis, clauis, coagmentis, ferris & bipẽnibus, cessare autem absolutam ad certum quoddam tempus necesse est, quoad tenaces nexus clauiq; consuetudine fiant, alioqui si mollibus adhuc fluidisq; cõmissuris deducatur, continuò mare transmissuram laxatis hiulcisq; compagibus: sic qui primus Romam rex condidit, ex agrestium pastorumq; turba uelut ex roboribus ualidis eam coagmentans, labores haud spernendos protulit, non minimis in bellis periculisq; conflictatus necessitate coactus in ortu statim urbis lacessentes hostes arcere. At qui secundum hunc regnum suscepit, firmando irroborandoq; urbis augmento benignitate fortunæ laxamentum adeptus est. Quòd si tum Porsena quidam infesto mœnia exercitu Tyrrhenoq; uallo tum etiam fluida tremebundaq; cinxisset, aut Bellonæ instinctu percitus aliquis Marsicæ defectionis princeps, aut Lucanus quispiam turbulẽtus homo rerumq; nouarum studiosus, aut urbi infensus, aut pacis aduersus consilijs, qualis postea Mulius aut Sylla ille ferox, aut postremo Telesinus, unico ueluti ex composito signo dato tota armata Italia philosophũ Numam inter sacrificia suppliciaq; deorum classicis undiq; oppressisset bellicum occinentibus, profectò haudquaquam paria tantis rerum fluctibus ac procellis rudimenta urbis fuissent, nec in tantum clarissimorum hominum coaluissent multitudinem. Nunc autem mihi uidentur id temporis quietæ res apparatus & uiaticum ad sequentia bella fuisse, populusq; Romanus athletæ modo à multis sub Romulo certaminibus initis, tribus & quadraginta annis per ocium se exercens, uires futuris hostibus pares collegisse: nihil enim aduersi infestam Romam habuisse tempore illo dicitur, non famẽ, non pestem, non soli sterilitatem, non aut æstatis deniq;, aut hyemis intemperiem, facilè cerneres non humano tempora illa consilio, sed diuina quadam procurari fortuna. Clausæ igitur ea tempestate Iani portæ, quas belli fortunam uocant, utpote quæ belli tempore reserabantur, pacis uerò occludebantur. At uerò mortuo Numa apertæ sunt Albano cõmisso bello. Rursusq; alijs sexcentis super alia bellis continenter excipientibus per annos quadringentos & octoginta, pace clausæ sunt post Carthaginense bellum composita Caio Attilio Titoq; Consulibus. A quo iterum anno exeratę sunt continentib. ad Actiacam usq; Cęsaris uictoriam bellis. Tum demum Romana arma haud ita multo tempore cessauere: etenim Cantabrorum, Galatarumq; tumultus in Germanos grassantium, pacem illam disturbarunt. Hactenus testimonia prosperæ Numę fortunæ memoriæ sunt prodita. Enimuero qui deinceps reges ab hoc fuere, fortunam mirificè coluerunt, ut urbis Romæ caput, ut urbis altricem, ut deniq; urbis columen, ut Pindarus inquit. Hoc autem sic æstimare licet. Fanum est magno Romę honori habitum, quod uirtutis ipsi uocant, sero multisq; pòst seculis à Marco Marcello extructum, eo qui Syracusas cepit. Est & alterum eius quam ipsi mentem uocant, sed & hoc Scaurus consecrauit Æmilius, circiter Cimbrica tempora natus, quum iam Græcorum logi & argutiolæ scitaq; disserendi genera in urbem immigrassent. Sapientiæ uerò fanum ad hoc æui nullum habent, non magis quàm temperantiæ, aut tolerantiæ, aut magnanimitatis. Fortunæ permulta habẽt rum antiqua, tum eximia, in omnibus propè insignib. urbis locis regionibusq; dicata. Et uirilis quidem fortunæ templũ ab Anco Martio quarto eorũ rege extructum, quòd plusculam sibi fortunam ad indipiscendam uictoriam affuisse q̃ fortitudinem crediderat, ideo sic uocatũ. At muliebris fortunæ à mulieribus, quæ Coriolanũ auerterunt exercitum in urbem hostiliter agentem, consecratum nullus non nouit. Quid quòd Seruius Tullius, qui regum omnium maximè popularis fuit, iusq; ciuile maximè tutatus est, à quo suffragiorum militiæq; iura diligenter constituta sunt, quiq; Censor primus fuit, idem uitæ & temperantiæ obseruator, fortissimus idem & uir prudentptuden-

A prudentissimus, sese tamen ipse fortunæ uendicabat, suiq́; regni opes acceptas illi ferebat, uulgo ut prædicaret consuetudinem sibi cum fortuna intercedere, quam per fenestram quandam delabi ad se in cubiculum aiebat, quam nunc Fenestellam portam uocant. Extruxit igitur in Capitolio Fortunæ fanum primigeniæ dictæ, nec non obsequentis fortunæ, quasi dicas indulgentis, aut ut nonnulli interpretantur, clementis. Sed Romanis hactenus nominibus usi iam hinc Græce huiusmodi consecrationum numina percensere conabimur. Iam primum igitur Idiæ, id est priuatæ fortunæ delubrum in palatio situm est. Est & Ixeutriæ, id est uiscatricis, tametsi id nominis ridiculum est, sed non ab re tamen translatione id dante, ac si dicas, tenaciter attrahentis quicquid illi hæsisset. Ad fontem muscosum Partheni, id est uirginis fortunæ fanum est. In magno angiportu fortunæ Euelpidis. Est & ad Veneris, masculæ fortunæ ædicula, ad hæc sexcenta alia honorifica fortunæ cognomenta, quorum Seruius bonam partem sacrauit, nimirum animaduertens, in administrandis rebus humanis maximum, uel potius unicum fortunam momentum esse, quod ipse uel omnium maxime expertus esset, quippe ex hostili captiuoq́; genere ad regium fastigium euectus. Nam Coriolanorum oppido ab Romanis ui capto, Ocrisia uirgo captiua, cuius nec uultum obscurare, nec mores fortuna potuit, Tanaquili dono data Tarquinij regis uxori seruiuit. Hæc ex asseclа quodam (quos clientes Romani uocant) Seruilium genuit: quanquam sunt qui id negent, uirginemq́; affirment Ocrisiam primitias assumere ex regia mensa, libamentaq́; solitam, ad focumq́; ferre, olim quum pro more id faciens in ignem libamenta porriceret, prolificum uiri genitale ex fauilla surrectum sensisse, hocq́; illam stupore attonitam Tanaquili uni detulisse, illam autem (ut erat perspicaci solertiq́; ingenio) in honore puellā habuisse non secus ac nympham, ut quæ huiusmodi uisum non sine Deûm numine accidisse existimaret. Laris quidam autumant hunc amorem fuisse, nonnulli Vulcani. Edito porrò Seruio, quum adhuc infantulus esset, affulgere è capite eius splendor non absimilis fulgetræ uisus est. Antias aliter tradit. Seruio enim ait Getaniam uxorem fuisse. Qua morte

B sublata quum ex mœrore ægritudineq́; animi in somnum, ut fit, delapsus esset, uisam faciem eius matri comitibusq́;, quæ tum aderant, igne obsplenduisse, quod uisum fidem fecisse, ex igne eum genitum, omneq́; haud dubium fuisse ad nec opinatum illi regnū, quod Tanaquilis opera post Tarquinij mortem adeptus est, tametsi omnium minime regum ad regnum appositus, aut regni auidus fuit. Quippe qui deponendi regni, ni uxor obstitisset, consilia agitauerat. Moriens enim illa creditur ad iusiurandum eum adegisse, se in imperio permansurum, quæq́; ad triumphum Romanorum moribus obtinendum pertinerent, eorum nihil non admissurum. Proinde Seruij regnum usquequaq; fortunæ delegandum est, ut quod insperatò nactus, inuitus quoq; retinuerit. Verum ne uideamur in prisca secula uelut in loca cæca ex illustribus perspicuisq́; pedem referre, age relictis regibus ad notiora iam gesta nobilioraq́; bella, orationem traducamus. Quibus fiduciam ipsis fortitudinemq́; affuisse quis tandem non fateatur cum uirtutis adiutrice? ut inquit Timotheus. Sed tam facilè rerum successus affluens, undeq́;, ut ita dicam, impetus in tantas opes amplitudinemq́; euehentis, non manibus hominum, non ui humana hoc esse comparatum imperium clamitat, sed deorum ductu potius auspicijsq́;, urgentisq́; adeò fortunę uelis. Trophęa alia super alia eriguntur, triumphi triūphos excipiunt, arma sanguine calentia nouo subinde sanguine abluuntur, uictorias numerant non cadauerum spoliorúmue aceruis, sed subactis regnis, populisq́; in seruitutem redactis, insulis cōtinentibusq́; classibus suis patefactis: ea est Romanorum imperij magnitudo. Vna pugna Philippus Macedoniam perdidit, una clade accepta Antiochus Asia cessit, uno prælio uicti Carthaginenses Libyem amiserunt. Deniq; uir unus unius exercitus impetu imperio Armeniam adiecit, Pontum, Euxinon, Syriam, Arabiam, Albanos, Iberas, & omnino quæ cis Hyrcanos Caucasumq́; sunt. Ter illū uictorē uidit Oceanus terras ambiēs. Numidas in Libya ad littora usq; meridiana repulit. Hispaniā Atlantico tenus subegit cum Sertorio desciscētem. Albanorū reges insectans intra Caspiū pelagus cōpulit. Bella hæc omnia egregiè profligauit publicæ fortunæ ope adiutus, ab ea uerò destitutus

sua

sua tandem ipsius forte cecidit. Enimuero magnus ille Romanorum genius non ut Macedonum ad dieculam aspirans, aut breuiculo tempore florens, nec terrestris modò ut Lacedæmoniorum, aut maritimus ut Atheniensium, non sero excitus ut Persarum, aut confestim elanguescens ut Colophoniorum, sed iam inde à primo urbis ortu compubescens, coalescens, Rempublicam contrectans, uno deinde tenore terra, mari, in pace, in bello, in Græcos, in Barbaros fideliter permanẽs. Is Annibalem Pœnum, torrentis instar per Italiam effusum, intestinis inibi simultatibus ciuilibusq; discordijs exhausit, nullo Carthagine supplemento pecuniáue missis. Is Cimbrorum, Teutonumq; exercitus magna diremit locorum temporumq; intercapedine, unus ut par esset Marius uicissim cum utrisq; confligens, neu, semel irruentia trecenta millia inuictorum armis hominum Italiam obruerent. Nõ aliam ob causam Antiochus belligerante Philippo distinebatur, uicissimq; Philippus periclitãte Antiocho antè iam fractus ocio senescebat. Mithridates, Marsico flagrante bello Italia, Sarmaticis distringebatur Basternicisq; bellis. Deniq; Tigranẽ suspicio Mithridatici belli tempore inuidiaq; inhibebant, quoad illo demum uicto sese simul ut perditum iret, intulit. Age uerò in maximis Reipublicæ calamitatibus fortuna nónne afflictam ciuitatem erexit? Castrametantibus ob Capitolium Gallis, arcemq; obsidentibus, exitiosa citat populis contagia morbi, ijdem euadere noctu aggressi quum mortales omnes latuissent, fortuna tamen mire exaudibiles temerariosq; casus fecerunt. De qua aggressione non absurdum fortsitan fuerit pluscculis differere. Ab insigni illa Romanorum ad Alliam clade pars Romam cursu quàm poterant concitatissimo contendentes terrore omnia tumultuq; complent. Ad quorum trepidos nuncios maxima pars populi quà cuiq; proximum fuit, dilapsi, paucis in Capitolium confugiẽtibus, quæq; tolerandæ obsidioni erant illuc raptim comportantibus, pars à prælio effusa statim fuga Veios conuenientes dictatorem Furium Camillum creant. Hunc prosperis olim rebus populus elatus damnatum peculatus urbe eiecerat, tum autẽ aduersis perculsus afflictusq; casibus suppliciter ab exilio reuocabat, ultro imperium deferens iudicio non obnoxium. Verum ne temporum iniquitate magis ille quàm è legum præscripto magistratum accepisse uideretur, neu tãquam complorata Republica palantis conuenæq; exercitus armis ad imperium raptus, oportere occurrebat castrensem imperij delationem senatus autoritate affirmari, qui in Capitolio obsidebatur. Caius igitur Pontius erat uir impiger, hic mandata ad senatum quum se perlaturum recepisset, ingens adijt periculum, eunti fallendum per medios hostes erat, quum excubijs ualloq; circundata arx undiq; esset. Is ut ad amnem peruenit, suberibus latis incubans, corpus uectabuli leuitati credens, secundo se flumini permisit, à quo clemẽter placideq; deuectus, alteram ad ripam nullo negocio peruenit. Vnde digressus per hostium rarissima uadebat, ex ignium ipsa raritate silentioq; captans. Ad collis inde prærupta quum uenisset, qua molliorem cunq; ascensum compererat arrepẽs, quaq; aspera supinitas enitendi præbebat adminicula, ad hæc in salebrarum anfractus sese insinuans, omni ope, omnibusq;, ut aiunt, ungulis connixus ad summũ tandem euasit: ibi à uigilibus admissus, mandata obsessis exposuit, acceptoq; decreto rursus quà uenerat ad Camillum regressus est. Cæterum postridie luce orta Barbarus quidam locum temere oculis, ut fit, lustrans, cum summa pedum uestigia fallentisq; se pedis lapsus, tum in obtrito flaccescenteq; gramine qua terrena loca erant obliquos corporis tractus & surreptantis uestigia animaduertens, popularib. suis detulit. Hi uiam interpretati se ab hostibus edoctos, tentandæ rei consilium capiunt, noctuq; qua infrequentissima interdiu obseruauerant scandentes, canes etiam excubitores uigilumq; comites, nedum uigiles ipsos somno sopitos latuerunt. Nec ideo tamen Romana fortuna uocis indiga fuit, quæ tantum malum prodere indicareq; posset. Anseres Iunoni sacri ad deæ templum alebantur. Hoc animal cum natura facile consternabile est, & ad omnem strepitum solicitum, tum id temporis premente cibariorum inopia neglectum, tenuis à fame somni erat, proinde illico senserunt hostes iugum superasse, turbidoq; admodum id clamore prodidere aduolitantes. Armorum deinde splendore consternati, clangore uehementi Romanos, & ad omnia collis loca pertingente

A tingente exciuere, qui re, ut erat, animaduersa hostes celerrime deturbatos in præceps impulerunt. Miratur se nunc etiam fortuna cõmemorandis his casibus. Canis in crucem sublatus, anser in eleganti grabatulo gesta oriolóue quamdecentissime sedens. Mirificas hæc species fortunæ opes ostentat, ad resq; omnes explicandis atq; unde minime putares solertissimam facultatem, quippe quę absoluendis suis cœptis mentem quidem amentibus & rationis expertibus suggerat, animos autem & fiduciam exanimatis & excordibus. Nam quis tandem non stupeat, reiq; adeò miraculo in torporem mentis abeat, qui temporis illius mœstitiam, sequentiumq; seculorum felicitatem attentius reputauerit? Qui sursum uersus intuens, nobilitatem & precia donariorum, artium specimina, ambitiosissimas urbium liberalitates, coronas regũ, deniq; quæ fert cunq; terra, mare, insulæ, & continentes, postremo quæ amnes, quæ stirpes, quæ campestria collina & metalla: qui omnium, inquam, horum primitias de corè inter se certantes, specieq; locum illum uenustateq; honestantes pro rei dignitate æstimauerit, ut hæc parum abfuerit nihil quicquam ut essent, nusquam ut uiserentur, utq; quum horrendaq; tetraq; caligine barbarisq; gladijs & sanguinarijs animis omnia tenerentur, abiecta rationisq; expertia ac secordia altilia ansam urbi salutis præbuerint? Vt deniq; & magnos illos ciuitatis principes optimosq; bello uiros Mallios, Posthumios, Papyrios nobilium posteritati familiarum proautores, anseres tantum non perditos excitarint, ut patriam patriumq; Deum tuerentur. Quod si id uerum est, quod Polybius in secundo historiarum tradit, quas de Gallis scripsit, qui urbem tum ceperunt, Gallos accepto nuncio uri se domestico bello, finitimis Barbaris per occasionem ac solitudinem fines eorum ingressis, omniaq; armis obtinentibus, facta cum Camillo pace digressos, ne tum quidem in disceptationem uenit Romanis fortunam salutis causam attulisse, quippe distinentem hostes, aut etiam Romam nec opinato modo conuellentem. Tametsi quod satis dignum operæprecium circa hæc diutius immorari, quæ nihil certi satis exploratiue habent? Nam prisca Romanorum gesta corrupta, ut Polybius tradit, confusisq; commentarijs multa rerum

B obscuritate inuoluta sunt. Sequentis æui clariora illustrioraq; acta benignitatem fortunæ manifestius cernendam præbent. Nam Alexandri mortem huic quoq; ipsi adscripserim, uiri cum felicibus cœptis, tum clarissimis facinoribus, tum inaudita spirituum ferocia, ab exortu ad occasum emicantis astri cuiusdam modo, iamiamq; in Italiam armorum fulgetras eiaculaturi, ut erat illi expeditionis prætextus Alexander Molossus à Brutijs Lucanisq; ad Pandesiam obtruncatus. Quanquam reuera in omnes æquè ferebatur homines, cum gloriæ indipiscendæ ampliandiq; imperij cupidine, tum uerò æmulatione Herculis Liberiq; patris expeditionum terminos superandi. Romanam uerò potentiam audiebat, bellicumq; robur Italiam ingressuro exacuti mucronis instar opposita: etenim celebre eorum nomen ad eum peruenerat, eximiaq; fama ueluti pugilum bellis innumeris exercitorum. Et profectò haud incruento Marte decerni potuisset, ut arbitror, si inuictis ad id temporis armis, tam celsi iugiq; impatientes spiritus inter se conflixissent. Multitudine enim erant ad centum & triginta millia bellicosi omnes & strenui, equestri ijdem pedestriq; certamine perinde rem gerere assueti.

F I N I S.

T PLV-

PLVTARCHI CHAEɾONEI, DE ALEXANDRI FORɾTVNA VEL VIRTVTE, LIBER PRIOR,

Interprete Gulielmo Budæo.

HÆC uerò fortunæ oratio est, proprium suumq́ unius opus censentis Alexandrum regem esse: refellenda uerò ex parte philosophiæ, imò Alexandri potius frementis stomachantisq́, si gratuitum adeptus fortuitumq́ imperium uidebitur, quod sanguine multo uulneribusq́, alijs super alia acceptis cumulans noctes complureis insomnes belligeransq́ dies traduxit Marte cruentos, cum inuictis bello imperijs innumerisq́ gentibus, amnes idem incommeabiles, editissimasq́ rupes consilio, tolerantia, fortitudine, & moderatione superās. Equidem eum existimo egregijs ipsius gestis sese inscribentem fortunam hunc in modum alloqui: Apage te à me fortuna, desine quæso meæ obtrectare uirtuti, noli mihi conuulsam adimere gloriam. Tuum erat facinus Darius, quem ex seruo & astande Persarum regni compotem fecisti. Tuus etiam Sardanapalus, cui regni insignia purpuram carminanti detulisti. Ego uerò per Arbela ad usq́ Susa peruasi obuia quæq́ subigens, Cilicia mihi Ægyptum latè patentem aperuit, Ciliciamq́ Granicus, quem, ut scis, ipsam per Mithridatis Spithridatisq́ corpora traieci. Mirari tete per me tibi licet in incruentis integrisq́ regibus, nempe illi fortunati erant Ochi, Artaxerxæ, quos in lucem statim editos in Cyri solio statuisti. At meum quidem corpus non paucissima uestigia fert obluctantis fortunæ, non à me stantis. Iam primum in Illyrijs caput mihi saxum, pistillum uerò collum contudit: ad Granicum caput barbaricus ensis discidit, ut ad Issum femur: apud Mecadartas sagitta suræ osse diffisso defunctus sum. Reliqua iam Indorum uulnera, tum humero sagittæ ictu traiecto, tum in Gandridis crure, adhæc apud Malloras sagitta arcu missa accepto in pectus uulnere ferro penitissimè immerso, postremo pistillo in ceruicem adacto quum fractæ sunt admotæ mœnibus scalæ, ibi unum fortuna me deprehensum intercipit, non claris ipsa tantū illud facinus, sed Barbaris ignobilibus condonans. Quòd nisi Ptolemæus cetram mihi sedulus præcēdisset, Limnæusq́ mille pro me telis exceptis rutabundus cecidisset, deniq́ ni Macedones ira animiq́ impotentia instincti mœnia subruissent, Barbarus ille certè ignobilisq́ uicus monumētum Alexandri fuisset. Ipsa uerò expeditio mea quid aliud quàm procellæ, squalores, fluminum uoragines, præcipitia auibus inaccessa, belluarum insitatæ species, feri uictus, præfectorum mutationes, subindeq́ proditiones? Nam quod ad præcedentia pertinet, uniuersa Græcia post Philippica demum bella ueluti ab animi deliquio palpitabunda subsultabat. Thebæ abiectis armis Chæronicum puluerem suo cursu excitauerant Athenæ iunctas manus suppliciter protendebant. Macedonia malè cogitans ad rebellionem spectabat Æropiq́ filios. Irruperant Illyrij, Scythæ occasioni imminebant, si fortè finitimi res nouas molirentur. Persicum aurum per populares ubiq́ homines affluens Peloponēsum solicitabat. Ad hæc exhaustis Philippi thesauris fœnus etiam accesserat ducentorum, ut Onesicritus inquit, talentorum. In tanta ille rerum omnium inopia, tam turbulentis rebus commodum adolescens, uixdum adeò puerili ætate exacta, Babylonem ausus est Susaq́ illa sperare. Babylonem Susaq́ dico? imò uerò gentium omnium imperium spondere ipse sibi, triginta peditum millium, quatuor equitum numero fretus. Tot enim erant, si Aristobolo credimus: Sin Ptolemæo regi, triginta millia peditum, quinq́ equitum: Si uerò Aneraximeni, ad tria & quadraginta peditum, quinq́ equitum & quingentos. Egregium uerò permagnumq́ ei fortuna uiaticum in hanc expeditionem septua-

A septuaginta præerogauit talenta, ut Aristobolus prodidit, ut Duris tradidit, triginta dierum commeatus. At enim inconsultus temerariusq; Alexander tam spernendo apparatu in tantas opes profectus? Minimè. Quis enim maioribus unquam pulchrioribusq; rerum opportunitatibus fretus ad res gerẽdas profectus est? animi magnitudine, rerum intelligentia, moderatione, fortitudine, quibus eum rebus philosophia ad hanc obeundam expeditionem instruxerat. Profectò ab Aristotele præceptore plusculum quàm à Philippo patre habens potiendarum rerum instrumentum in Persas transiit. Verumenimuero scribentibus Alexandrum dictitare solitum, Iliadem & Odysseam usq; se quaq; secutas uiatici sibi instar fuisse, Homero hoc tribuentes credimus. Si quis uerò dixerit, Iliadem, & Odysseam pro laborum solamento fuisse amœnoq; o io, uiaticum autem ei fuisse reuera elogia philosophiæ commentariosq; sapientum de animi fiducia, fortitudine, moderatione, animiq; magnitudine editos, aspernamur continuò: nimirum quòd ipse nihil aut de argumentis colligendis, aut de effandis scripserit sententijs, quos syllogismos queq; axiomata uocant, quòd nec in Lyceo Peripateticorum more ambulauerit, nec in Academia questiones disceptauerit: his enim rebus philosophiam finiunt, qui in edissertandis eam rebus, non in gerendis esse putant. Quasi uerò Pythagoras & Socrates aliquid in uita scriptitarint, aut Archesilaus & Carneades philosophorum longè nobilissimi, tametsi nullis illi profligandis huiuscemodi distringebantur bellis, non barbaris regibus ueluti cicurandis, non urbibus Græcis inter feras gentes condendis, non leges fœderumq; iura docendis illegibus inhumanisq; gentibus, in ocio illi uitam traducentes, scribendi tamen parteis sophistis reliquerunt. Vnde porrò tandem philosophari crediti sunt? ex dictis? uitæ institutis? an uerò ex preceptis? Agedum ex ijsdem Alexandrum quoq; spectemus, ex ijs sanè quæ dictitauit, actitauit, docuit, philosophus inuenietur. Iam primum id quod maximè mirum est, si tibi ita uidetur, æstimemus. Alexandri discipulos cum Platonis Socratisq; contendamus. Hi igitur dociles

B homines linguæ quoq; commercio opportunos docebant, si nihil aliud, certè Græcæ linguæ gnaros, & ne sic quidem tamen multis persuaserunt: nam Critiæ, & Alcibiadæ, & Clitophontes philosophiæ præscripta quasi frenos respuentes, quà eos impetus tulit aliò se proripuere. Alexandri uerò disciplinam si attendas, Hyrcanos connubia docuit, ut agriculturam Arachosios. Sogdianos parentes alere perpulit, nec in posterum interimere, Persas matres reuereri, earumq; connubijs abstinere. Admirabilem philosophiam, propter quam Indi Græcos deos colunt, Scythæ mortuos iam sepeliunt, non colunt. Et Carneadis eloquentiam miramur, quòd Clitomachũ, Hasdrubalem prius dictum, genere Carthaginensem, ad Græcorum se instituta formare perpulerit. Zenonis obstupescimus affectus, quòd Diogenem Babylonium ad philosophandum pellicere potuerit. Alexandro Asiam perdomitãte Homerus passim legebatur. Persarum, Susianorum, ac Gedrosiorum pueri Euripidis atq; Sophoclis tragœdias canebant. Socrates peregrinos Athenis deos inducens delatorum crimina uitare non potuit: propter Alexandrum Bactra & Caucasus Græcorum deos adorauere. Deniq; Plato unicam Reipublicæ formam præscribens, nulli ut ea uteretur persuadere potuit, ut supra modum seuera. Alexander oppidis supra septuaginta inter barbaras gentes conditis, disseminatis per Asiam Grecorum uitibus, immitem tandem efferatamq; uitam ut exuerent peruicit. Postremo Platonis quidem leges unus & alter forsitan legimus, Alexandri uerò hominum millia permulta usi sunt & utunt. Proinde beatiores mihi uidentur multò qui ab Alexandro subacti sunt, quàm qui eum effugerunt. Quippe hos nullus perditissimè uitam agentes arcuit, illos ad feliciorem uitam uel inuitos uictor traduxit. Itaq; ut Themistocles dixisse fertur, quum extorris patria ingentibus affectus est à Persarum rege donis, urbes idem stipendiarias treis adeptus in frumentum, singulas in uinum & in pulmentaria: sed ut dixisse fertur: O pueri pueri perieramus nisi perijssemus, hoc itidem mihi uidetur, iustiusq; adeò dici posse de ijs qui ab Alexandro in ditionem redacti sunt: haudquaquã mansuescerent, nisi prius uincerentur: haudquaquam Alexandriam Ægyptus habuisset,

nec Mesopotamia Seleuciam, nec Sogdiana prophthasiam, nec Bucephaliam India, nec accolam Græcam Caucasus urbem. Quibus urbibus pristina exoleta feritate deterrimi quiq; mores in meliores usu transierunt. Quòd si philosophi in eo sibi maximè placent, quod asperos sæuosq; hominum mores mitiores dexterioresq; reddere se autument, permulta uerò populorum millia ad humanitatem Alexāder commutasse, efferataq;, ut ita dicam, interpolasse ingenia reperitur, certè philosophum eum censeri existimariq; par est. Porrò quam in primis admirantur Zenonis rempublicam, qui ipse Stoicæ sectæ fundamenta iecit, hæc in unam illam summam colligitur, ne oppidatim aut per singulos discriminatim populos habitemus, suis quiq; legibus institutisq; dirempti, sed ut omnes existimemus homines populares nostros municipesq; esse, una ut sit uita perinde ut mundus unus, ueluti unius armenti compascuo in agro compascentis. Hoc Zeno scriptum reliquit, quasi insomnium quoddam aut simulacrum philosophicæ ciuilitatis legúmue æquabilitatis effingēs. At uerò Alexander quod uerbis traditum acceperat, re ipsa præstitit. Non enim quemadmodum Aristoteles ei autor fuerat, ut Græcis se ducem, Barbaris dominū præberet, utiq; illos ut amicos & necessarios honori haberet, cum his uerò ut cum belluis, atq; adeo stirpibus ageret, ita sese comparans, exilijs, quę plerunq; bellorum semina sunt, discordijsq; infidis imperium suum fœdauit. Verum quum se diuinitus missum communem uniuersorum disceptatorem existimaret, constituendisq; mundi rebus arbitrum, quos uerbis inter se conciliare non poterat, armorum ui subigens, in unum omnia componens, perinde atq; propinatitio poculo uitas, mores, connubia, uiuendi instituta miscens, patriam quidem omnes orbem terrarum existimare uoluit, cognatos uerò uiros bonos, alienigenasq; prauos: adhæc Gręcos & Barbaros non chlamydem, non peltam, non acynacem, nō candyn (apud Persas regium capitis gestamen est) dirimere, sed Græcos uirtute potius, Barbaros uitio internosci. Deniq; uestes, mensas, matrimonia, uiuendi modum communia existimare, sanguine utiq; inter se liberorumq; pignoribus uincta. Demaratus, ut aiunt, Corinthius hospes amicusq; Philippi, quum Alexandrum Susis uidisset, gaudio perfusus & illacrymans, ingentis dixit gaudij exortes fuisse Græcos, qui antea obierant, quādoquidem Alexandrum non uidissent in Darij solio sedentem. Equidem quod ad me attinet, quibus id Græcis cernere licuit, eos non magnopere beatos censuerim duntaxat propter hoc spectaculum, utpote quod fortunæ fuerit, uulgariumq; regum, illa uerò uisenda augustaq; sponsalia auidè mihi spectaturus fuisse uideor, quum sub uno auro insigni tentorio coactis in eosdem penates, eandemq; mensam centum Persidibus sponsis, totidemq; Macedonibus & Græcis, coronatus ipse, primus hymenæum orsus, & tanquam Philothesium canticum accinens, maximis potentissimisq; populis in amicitiam coeuntibus, unius ipse sponsus, omnium uerò auspex idem & conciliator, hos cum illis legitimo coniugio uinciebat: præcupidè enim dixissem, I nunc barbare stolideq; Xerxes, multis te nequicquam laboribus iungendo Hellesponto angito, hoc potius pacto mentis reges compotes Asiam Europæ iungunt, non lignis, non ratibus, non inanimis affectuumq; expertibus uinculis, sed amore legitimo, castis coniugijs, liberorum pignoribus gentes inter se uincientes. Cæterum Alexāder Persarum cultu inspecto Medicam quidem uestem admittere noluit, Persicam uerò sumpsit illa longè uiliorem: ex barbarico enim ornatu insolentissima quęq;, & propè dixerim, tragica respuens, ut tyaram, ut candyn, ut subligacula, miscellaneum quoddam gestamen ex Persico Macedonicoq; habitu instituit, ut autor est Eratosthenes, diuersis quidem ut philosophus utens, ut communis autem imperatorq; rexq; clementia prędítus, honore uesti habito, eorum, quos armis obtinuerat animos sibi cōcilians, quo magis in fide permanerent, Macedones ut sibi imperantes amore non ut hostes odio prosequentes. Contrà uero insulsi rebusq; secundis insolescentis animi erat, puram quidem chlamydem admirari, purpura uero intextam tunicam grauari. Aut rursus illa aspernari, hæc uero suspicere, pueri more infantuli mordicus amictum retentantem, quo ipsum patrius mos ueluti nutrix induit. Belluas captantes homines cer-

uorum

A uorum sibi tergora obuoluunt, plumatisq; tunicis amiciuntur qui ad aucupia exeunt, taurorum conspectum uitant qui puniceas uestes gestant, ut elephãtorum qui candidas, nimirum quòd ijs coloribus irritentur & efferentur belluæ. At si magnus ille rex gentes indomitas ferarum in modum mansuefaciens uernaculis eas uestibus assuetisq; uiuendi institutis demulsit, placidioresq; reddidit, cum animi eorum iniquitatem ad obsequium reuocans, tum uerò ægritudinem leniens, uitio etiamnum, si dijs placet, uertunt, nedum sapientiam admirantur, quòd leuiculo momento in quemlibet habitum se formando uniuersæ Asiæ moderatus est, ueluti populariter obsequenti, corpora quidem armis subigens, animos uero cultus genere pelliciens. Quid, malum, Aristippum Socraticum laudibus efferent, quòd sordido amictu Milesiaq; uicissim chlamyde utens in utroq; tamen decentiam seruabat, Alexandro crimini dabunt, quòd patria ueste honori habita, non etiam eorum aspernatus est quos ditionis suæ fecerat? quanquam ingentium rerum cœpta moliens in huiusmodi sese habitum componebat: haudquaquam enim Asiam latrocinij modo persultans lacerare passim diuexareq; instituit, perinde atq; prædam spoliaq; insperatæ felicitatis futuram, quomodo postea Anibal Italiam, & antea Treres Ioniam, & Scythę Mediam inuaserant: uerum uni omnino uerbo omnia quæ ubiq; terrarũ sunt audientia, unum unicæ Reipublicæ populum cunctos homines efficere uolens, ita se comparabat. Proinde ni Deus ille, qui Alexandri huc animam demiserat, eam præpropere reuocasset, haud scio an lex una cunctos homines regeret, unumq; ius ueluti commune lumen ad uniuersos pertineret, nunc uerò terra qua parte cunq; Alexandrum non uidit, perpetuis propè dixerim tenebris damnata est. Primum igitur expeditionis eius consilium philosophum fuisse uirum eum declarat. Quippe qui non sibi delicias, non opes conquisiuerit, sed uniuerso mortalium generi concordiam, sed pacem, sed inter se commercium efficere cogitarit. Videamus iam uoces eius, quandoquidem regum principumq; mores maximè ex mente uocibus depromuntur. Antigonus senex sophista quodam ei commentariolum de iustitia inscriptum porrigente: Stolidus es, inquit, qui quum me uideas alienas urbes uexantem, nihilominus apud me sermonem de iustitia habeas. Dionysius tyrannus censere se dictitabat, ut pueros talis, sic uiros iureiurando fallendos. In Sardanapali inscriptum monumento hoc uisitur: Hæc habui quæ uoraui, quæq; per iniuriam abstuli. Quis istis dicterijs tum uoluptariam uitam neget, tum impietatem, tum iniuriam, uiolentissimamq; improbitatem promi? Ab Alexandri dictis regia modò insignia, & ab Ammone ortum, natalesq; tolle, iam Socratis, aut Platonis, aut Pythagoræ uidebuntur. Sed nunc non illas expendimus uerborum insolentias, quas simulacris eius poetæ statuisq; asculpere solent, non ad ipsius modestiam respicientes, sed opes potius & potentiam attendentes, cuiusmodi illud est:

Æreus in cœlum suspectans fare quid aiat:
Iuppiter, asserui terram mihi, tu assere cœlum. Et rursus:
Alexander ego Ioue natus. Hæc igitur poetæ, ut diximus, fortunæ ipsius blandientes affingere soliti sunt. At uerò usurpatorum ab ipso reuera dictorum pue rilia primum percensenda sunt. Hic igitur quum pedum pernicitate æquales omnes facilè præstaret, amicis ut ad Olympia se conferret flagitantibus sciscitatus est, num reges Olympiæ certarent. Quibus id negantibus: Iniquum, inquit, certamen esse oportet, in quo uictori quidem priuato esse licet, regi uerò uicto. Quũ pater eius Philippus apud Triballos femore lancea traiecto, periculo defunctus, mœrore tamen angeretur claudicantis cruris deformitate: Sustine, inquit ille, pater, ne uereare in publicum te agere, quò magis uirtutis ingrediendo memineris. Hæc & huiusmodi alia nónne animi dicta sunt philosophiæ preceptis imbuti, qui honesti splendore captus flocci iam faciat corporis detrimenta? Aut nõ tandem potest aliusmodi esse, qui suis ipse uulneribus insultet? qui in nulla non corporis parte uictoriæ monumenta gestet, urbium expugnatarum, dedentium se suaq; regum, non erubescens ipse, non cicatrices tegens, sed tanquam uirtutis expressa simulacra, strenuitatisq; documenta

circumferens? At si quando Homeri carminum perpensio, aut in ludis literarijs, aut super conuiuium fieret, alio aliud, ut fit, præponente, hoc ipse ut omnium præstantissimum probabat: C

Regnatorq; bonus simul atq; acerrimus hasta.

Videlicet interpretatus, quam laudem Homerus aliquot antea seculis de Agamemnone temere scripsisset, legem hanc sibi latam esse, adeò dicere solitum ferũt eodem uersu Homerum Agamemnonis uirtutem commendasse, Alexandri uerò uaticinatum esse. Proinde quum traiecto Hellesponto iam Troiam conspicatus heroica gesta cogitabundus recoleret, ad eumq; indigena quidam uenisset, pollicens se si uellet, Paridis ei lyram daturum: Minime, inquit, illa mihi opus est, quandoquidem Achillis lyram habeo, ad quam ille recreabatur. Hæc uirorum, inquit, fortium laudes canebat, illa uerò Paridis mollem quandam & effœminatam harmoniam amatorijs modis psallebat. Philosophi porrò animi est, sapientiæ amore capi, sapientesq; uiros in primis suspicere. Hoc in Alexandro autem ut in regum fuit nemine. Et quonam modo apud Aristotelem se habuerit, satis, ut arbitror, dictum est. Quòd uerò harmonicum Anaxarchum inter paucos amicorum honorificè habuerit, quòd Heleo Pyrrhoni primum sibi obuio millia decem aureorum dederit, quòd Xenocrati Platonis familiari quinquaginta dono talenta miserit, deniq; quòd Onesicritum Diogenis Cynici discipulum gubernatorum præfectura ornauerit, à plerisq; traditum. Iam uerò cum Diogene ipso ad Corinthum agente collocutus, adeò uitam eius obstupuit, animiq; eius dignitatem admiratus est, ut sæpe quum in mentionem eius incideret, diceret: Nisi Alexander essem, Diogenes forsan essem: id est, literarum studijs me addicerem, nisi reapse philosopharer. Non dicit, nisi rex essem, Diogenes forsan fuissem, nec nisi diues, nec nisi Argeades: non enim fortunam sapientiæ præferebat, nec purpuram & diadema manticæ & sordido amiculo. Sed nisi Alexander essem, haud scio an Diogenes fuissem, id est, si mihi in animo non esset Græca barbaricis confundere, totamq; continentem peragrando ad humaniorem uictum perducere, adhæc terræ Oceaniq; finibus repertis, Oceano Macedoniam admouere, in omneq; genus hominum disseminare Græciam, iuraq; & pacem transfundere, nequaquam certè insigni deliciarum affluentia sessitarem, sed æmularer, ut opinor, Diogenis inopiam. Nunc mihi bona tua uenia, Diogenes, liceat exequi id quod in animo habeo. Ad Herculis imitationem me contuli, ad æmulandum Perseum me comparaui, uolo Liberi patris, mei progenitoris, generisq; mei proautoris uestigia persequi, uolo rursus in India uictores Græcos festiuis choris saltabundos cernere, uolo Caucasi ulteriores aecolas, montanos ferosq; homines, Bacchanaliorum admonere. Iam uerò uiri quidam illic perhibentur esse solidiori cuidam, atq; adeo nudæ assueti philosophiæ, sancti homines, suis legibus uiuentes, deo prorsus addicti, supra Diogenem etiam frugi, adhæc manticæ non egentes, ut qui in diem horamq; uiuant, terra ipsis assiduè cibaria recentia suppeditante, potumq; fluminibus: cubile uerò illis strata passim arborum folia herbaq; solum scatens. Per me illi Diogenem noscent, Diogenesq; illos. Percutere habeo Barbaris numum Græcæ ciuilitatis nota signandum. Age iam in gestis eius fortunæ'ne temeritas, & imperiosa quædam uis impotentiaq; bellica eminet, an strenua potius uirilitas, iustitia, moderatio, clementia, adhæc in gerendis rebus decentia ingenijq; acrimonia uigilanti solertiq; consilio omnia transigentis? Profectò in actibus eius uirtutum discrimina neutiquam adnotare licet, ut hoc fortitudinis fuisse dicas, illud humanitatis, & aliud continentiæ, sed unumquodque eius facinus ex uniuersis concretum uirtutibus uidetur, ut uerissimè de eo Stoicum illud dici decretum possit: Quicquid sapiens agit, id omne ex uirtute agere, ut in omni actu certæ cuiusdam uirtutis primæ esse partes uideantur, aduocet autem & alias illa eundem in finem contendenteis. Proinde in Alexandro cernere est humanitatem belligerantissimam, mitem fortitudinem, frugi liberalitatem, iracundiam exorabilem, amorem modestum, animi remissionem non uacantem, lassescentiam haud irrecreabilem. Ecquis tandem bellis præter eum dies festos inseruit? ecquis inter la- D

sciuas

A ſciuas comeſſationes expeditiones ſumpſit? ecquis inter res gerendas urbesq́ adeò obſidendas bacchabundis choris nuptijsq́ & hymenæis indulſit? ecquis deniq́ inimicis laceſſentibus infeſtior, aut miſeris clementior, aut indigis benignior? Hic mihi ſuccurrit ut referrem illud de Poro rege memoriæ proditum, qui quum ad Alexandrum uinctus adductus eſſet, percontante Alexandro, quonam modo de ſe uictorem ſtatuere cenſeret: Regio, inquit, modo. Rurſus percontante Alexandro, ecquo alio modo? Prorſus, inquit, nullo: in illo enim omnia inſunt. Haud ſecus nunc mihi ſubit, ſingulis Alexandri geſtis ſucclamare philoſophicè: in hoc enim omnia. Rhoxanes amore captus, Oxyatræ filiæ, quum inter bello captas ſaltaret, non illi uim attulit; ſed in uxorem accepit, haud dubiè philoſophicè. Darium conſpicatus iaculis multis confoſſum, non continuò ſacra dijs fecit, tanquam diuturno profligato bello, aut pæana cecinit. Quid igitur? nempe adempta ſibi chlamyde defunctum Darium texit, uidelicet fortunæ regiæ genituram occulens philoſophicè. Matris olim arcanam epiſtolam legens, quum Hephæſtion fortè, ut fit, aſſidens ingenua ſimplicitate adlegeret, hoc animaduerſo ipſum quidem non inhibuit, admoto uerò ori eius anulo quaſi obſtricta amici fide ſilenda obſignauit: id quoq́ philoſophicè. Nam ſi hæc philoſophicè facta non ſunt, quæ tandem alia ſunt? Agedum contendamus nunc cum huius aliorum facinora, qui ſine controuerſia philoſophi ipſi habiti ſunt. Socrates Alcibiadem eodem ſecum lecto cubitantem illibatum abire perpeſſus eſt. Alexander Philoxeno maritimæ oræ prę fecto ſcribenti ad eum, puerum in Ionia eſſe inuſitata formæ uenuſtate, flore ætatis præſtantiſſimo, ſciſcitanteq́ per literas, nunquid uellet ad ſe mitti, acerbiſſimè reſcripſit: O perditiſſime hominum, ecquid unquam huiuſmodi in me noſti, qui mihi hiſce lenocinieris uoluptarijs obſequijs? Xenocratem ſuſpicimus omnes, quòd Alexandro talenta ei quinquaginta dono mittente, ipſe illa non attigit, dediſſe uerò non? quid ni? non perinde quæſo aſpernari pecunias arbitramur eum qui largitur, atq́ eum qui non admittit? Illorum memoriam colimus, qui contemnendæ mortis nobis elogia reliquerunt. Hoc quoties autem

B Alexander telis impetitus, in territantem mortem obnixus uſurpauit? tametſi recta quidem iudicia omnibus ineſſe remur, natura ſuapte ſponte ducem nobis ſeſe ad honeſtum capeſſendum offerente. Atqui philoſophi uel eo præcipuè uulgo longè præſtant, quòd ualida ſolidaq́ iudicia habeãt ad adeunda diſcrimina: quippe qui huiuſmodi quædam anticipata in animis habeant, quale illud Homeri:

> Augurium felix patriam tutarier unum.

Aut illud Demoſthenis: Finis etenim uitæ mors eſt omnibus, uel ſi ſe quis in conclaue penitus abſtruſerit. Atqui uiros bonos egregijs ſemper cœptis incumbere bonam ſibi ſpem proponentes decet, quicquid uerò Deus dederit id generoſè ferre. Sed hi tum franguntur animorum habitus, quum horrenda inſtare cernuntur, iudiciaq́ elidunt aduentantia pericula. Pauor enim non modò memoriam, ut Thucydides inquit, excutit, ſed quoduis etiam conſtitutum, quemuis conatum, quemuis mentis impetum.

FINIS.

PLVTARCHI CHAERONEI, DE ALEXANDRI FORTVNA ET VIRTVTE, LIBER POSTERIOR, Interprete Gulielmo Budæo.

C

EXcidit heri nobis, ut opinor, dicere, artificijs multis Alexandri seculum clarisq; felix ingenijs fuisse: quanquam id non tam Alexandri, quàm fortunæ illorum habẽdum est, ut quibus testem contigerit arbitrumq; nancisci, cum acri ad æstimanda artium specimina iudicio, tum uerò suppeditantibus opibus ad maxima quæq; operæprecia autoribus ipsis persoluenda. Proinde quum aliquot pòst annis Archestratus uenustus admodum poeta, in multa inopia nominisq; obscuritate senesceret, ad eum quidam dixisse fertur: At si Alexandri contemporaneus fuisses, in singulos ille tibi uersus Cyprum aut Phœnicem daret. Equidem existimo, qui tum fuerũt artifices, eorum præstantissimum quenq; non tam sub Alexandri tempora, quàm propter Alexandrum fuisse. Vt enim fruges aeris temperie liquidioreq; cœlo exuberant, haud secius bonæ artes eximiaq; ingenia benignitate, honorificentia, humanitateq; regia euocantur, contraq; inuidia, sordibus, morositate eorum qui rerum potiuntur restinguuntur & languescunt. Dionysius, ut fertur, tyrãnus quum quendam citharœdum primi nominis audiret, talentum ei se daturum spopondit: postero uerò die hesternam sponsionem reposcenti: Heri, inquit, oblectatus à te tantisper dum canebas, te quoq; uicissim iniecta spe oblectare uolui, proinde congruum operæprecium recepisti hilarans idem, & mox redhilaratus. Alexander Pheræorum tyrannus (sic enim solum appellandus est, ne cognomentum suggilletur) tragœdum quendam quum spectaret, supra modum in misericordiam uersus est, ita afficiente eum aurium uoluptate. Prosiliens igitur ex theatro accelerato gradu abibat, indignum esse fremens, si qui tot ciues excarnificatus sit, is Hecubæ Polyxenæq; casibus illacrymasse uidebitur. Nec multũ abfuit, quin tragœdum malè mulctaret, uidelicet quòd animum eius tanquam ferrum mollierat. Archelaus quum uideretur malignè munera dare, non semel hoc cauillo à Timotheo cantore taxatus est: Scilicet tu terrigenæ pecuniæ faues. Cui Archelaus non inconcinnissimè: At tu te aues. Scytharum rex Antæas Ismeniam tibicinem bello captum iussit super cœnam canere. Omnibus autem admirantibus & præ uoluptate plaudentibus, iureiurando affirmauit, sua uius se interdum equum hinnientem audisse, usq; adeo aures habebat à Musis abhorrentes, animamq; in præsepijs, imò uerò audiendis asinis quàm equis appositiorem. Quod igitur artium augmentum apud huiusmodi reges? Quis artibus honor, aut Musis haberi potest? Quanquam ne apud illos quidem ius suum obtineant, qui artium peritiam se tenere profitentur, utpote qui æmulatione & odio iustos euertant artifices. Qualis rursum Dionysius, qui Philoxenum poetam in latumias demisit, quòd tragœdiam eius emendare iussus, ab exordio totam ad umbilicum una litura circumduxit. Erat autem in huiuscemodi rebus Philippus quoq; seipso minor, & iuniori similior, ut qui hæc serò doceri occœpisset. Vnde disceptante eo cum quodam fidicine de pulsandarum fidium ratione, quum sibi probè hominem refellere uideretur, renidens, ut inquiunt, ille: Dij melius, ô rex, ait, nec usq; adeo miser sis, ut hæc me melius scias. At uerò Alexander probè sciens quarum se rerum spectatorem atq; auscultatorem præbere oportet, quarumq; item certatorem, suaptęq; manu actorem, meditabatur assiduè strenuus armis euadere, & ut inquit Æschylus, grauis armiluctator, formidolosus hostibus. Hanc auitam artẽ habens, & per manus ab Æacidis & Hercule traditã, cæteras etiamnũ artes honori habendas censebat, non æmulandas

D

quoq;

A quoque, & ut nobilitatem amplectebatur uenustatemque artificum, ita earum oblectamento haud temere sese ad imitationem conferebat. Æquales eius fuerunt tragœdi quidem Thessalus & Athenodorus. Hi quum inter se de arte contendentes in certamen aliquando uenissent, choragorum quidem uice Cypri regib. fungentibus, iudicum uerò præfectorum nobilissimis, uictorque ad extremum Athenodorus euasisset: Parte, inquit, emptum regni uellem, ne Thessalum uictum uiderem: nec quicquam ultrà uerborum cum iudicibus fecit, aut ullo prorsus modo iudiciū improbauit: nimirum dignum esse ratus, cæteris se omnibus antecellere, iuri uerò concedere. At comœdi fuerunt Lycon & Scalpheus. Huic quum in comœdia quadam flagitatorium uersum inseruisset, arridens decem talenta dedit. Citharœdi fuerūt cùm alij, tum Aristonicus, qui quum in pugna suppetias cuidam ferret, egregiè pugnās cecidit. Huic Alexander statuam Pythijs æream ponendam curauit, citharam tenentem hastamque protentam, non hoc modò uiro illi tribuens, sed & musicam quoque hoc honore prosequēs, quæ uiros faceret, quæque instinctu lymphatico impetuque impleret eos qui in ea ritè educati essent. Nam & ipse olim Antigenide tibicine Harmation nomon modulante, usque adeo mente captus, modulamenti incitatu exarsit, ut concussis armis prorsipiens sese, manus in astantes intenderet, testimonium Spartiatis præbens illud canere solitis: Vrget enim in ferrum scitè fidibus canere. Erāt etiam æquales eius Apelles pictor & Lysippus statuarius. Horum ille fulminiferū pinxit eousque expressè ac concinnè, uulgo ut dicerent, duorum Alexandrorum illum quidem Philippi nulla ui superabilem, hunc uerò Apellis nulla arte imitabilē. At uerò Lysippus quum primum Alexandrum finxisset supina cœlum facie suspectantem, quomodo Alexander ipse suspicere solitus erat, afflexa leuiter ceruice, adscripsit quidam haud illepide.

Æreus in cœlum suspectans fare quid aiat:
Iuppiter, asserui terram mihi, tu assere cœlum.

Quam ob causam Alexāder Lysippum unum statuas sibi fingere uoluit: solus enim uidebatur affectus eius ære exprimere, Alexandrique uirtutem cum lineamentis referre. B Cæteri uerò resupinitatem ceruicis, oculorū festiuitatem, blandamque alacritatem imitari studentes, uirilem leoninumque aspectum retinere nequiuerunt. Inter aliorum artificum turbam Stasicrates architectus erat: Hic nihil lenocinij, nihil lepôris, nihil festiui assequi in facie cupiens, ad magnificentissimū opus se comparabat, dignumque quod Alexandri unius opibus faciendum susciperetur. Quodam igitur tempore ad eum insinuatus improbauit imagines eius pictas, statuasque tum fusiles, tum sculptas, opera esse dictitans inertium ignauorumque artificū. Ego enimuero, ô rex, inquit, corporis tui simulacrum condere deponereque constitui in uiua, ac nunquam interitura materia, & cum perpetuis radicibus fibrata, tum uerò mole, librametoque nulla ui agitabilibus. Thracius enim Athos quà eminentissimus conspicuusque maximè est, latitudines altitudinesque habet proportione inter se accōmodatas, mēbraque & artus, & eorum interstitia corporis speciem præbentia: hic si afformetur elaboreturque Alexandri effigies & esse & uocitari potest, ut mare quidem imis sedimētis attingat, at uerò manibus, sinistra quidem amplum admodum oppidum amplexabūda gestet, dextra uerò perennem fluuium ex ampulla libans effundat in mare. Aurum uerò, inquit, æs, ebur, ligna, pigmenta, sigilla minuta & uenalia abijciamus, quæ aut furto intercidere, aut igni liquescere possunt. His Alexander auditis, excelsos artificis spiritus fiduciamque admiratus collaudauit. Cæterum, ô Stasicrates, inquit, Athon quiescere sinito, etenim abundè est petulantiæ, regis unius eum esse monumentum, me uerò Caucasus ostendet, & Emoda, & Tanais, & Caspium pelagus. Hæc operum certè meorum simulacra erunt. Sed per deos immortaleis, éstne aliquis, qui si huiusmodi opus absolutum cernat, existimet eius formam, habitum, & speciem fortuitu & temere factā? nullus certè, ut arbitror: quid fulminiferum? quid quem cuspide nitentē uocant? quid (malum) statuæ amplitudo sine arte à fortuna absolui non poterit, aurum, æs, ebur, multā & preciosam materiā suppeditante affatim, largeque suggerēte, uir uerò amplus, imò uerò hominū amplissimus sine uirtute à fortuna effici poterit, arma, stipendia, urbes, equosque cōparante? ceu uerò imperito hæc duci uires, aut ornatū offerant,

&

& non inertiæ potius socordiæq; documentum magno quoq; suo periculo præbeat. Præclare enim Antisthenes hostibus optanda omnia à dijs esse bona dicebat, præter fortitudinem: etenim illa tandem armis præstantium fore, non illa possidētium. Quapropter naturam inquiunt ceruo animali ignauissimo cornua magnitudine uisenda asperitateq; ingenerasse, nimirū specimē dantē, qui audere ipsi fiduciaq; imperare sibi nequeunt, nullum ijs armorum apparatū belliq; instrumētum usui esse. Hoc sæpe modo fortuna socordibus stolidisq; opes & imperia asciscens, quibus ipsi demū degeneres arguūtur, astruit honestatq; uirtutem, utpote in qua una sita sint amplitudo decorq; uiri. Enimuero, ut inquit Epicharmus, mens cernit, mēs audit, reliqua autem surda cæcaq; sunt, & rationis indiga. Atqui sensus facultates quasdam peculiares habere uidentur, mens uerò quòd prosit, quòd ornet, quòd deniq; uincat, quòd præstet quòd imperet, reliqua uerò surda, cæca, inanima redundent & morentur, deformentq; se absque uirtute possidentes, sic reapse deprehēdere licet. Siquidem ijsdem opibus, eodem imperio freta Semiramis fœmina classes instruebat, phalangas armabat, Babylones condebat, rubrum deniq; mare nauigio perlustrabat. Æthiopiæ atq; Arabiæ subigendis populis: Sardanapalusq; uir quidem natus: domi purpuram carminabat, inter pallacarum turbam supinus in humerosq; iacens. Cui lapideam ponentes statuam, secum ipsam saltantem barbarico ritu, argutulisq; digitis supra caput ueluti concrepitantem, adscripserunt: Ede, bibe, ueneri indulge, nam cætera prorsus nihil omnia. Crates auream Phrynes meretriculæ effigiem Delphis positam quū uidisset, exclamauit: Græcorum id petulantiæ trophæū erectum esse. At qui Sardanapali aut uitam, aut monumentum (nihil enim, ut arbitror, differunt) uiderit, hoc fortunæ bonorum trophæum sanè esse dixerit. Quid igitur tandem? sinemus fortunam post Sardanapalum extremis etiā, quod aiunt, digitis Alexandrū attingere? aut amplitudinem eius sibi & potentiā uendicare? Ecquid autem ab illa præcipuum suprà quàm cęteri assolent reges, accepit, armorum, equorum, telorum, pecuniarum, militum? Quin igitur istis fortuna, si potest, magnum Aridæum facit? quin magnū Amasin, aut Ochon, aut Oarsin, aut Tigranem Armenium, aut Bithynium Nicomedem? quorum ille candidam fasciam, insigne regni, ad Pōpeij pedes abijciens, fœdissimè regnum deposuit ueluti in prædam concedens. Nicomedes uerò raso capite pileum assumens, Romanorum sese libertum pronunciauit. Proinde rectius fortunam diximus humiles, meticulosos, animiq; demissos facere. Quemadmodum porrò prauitatem non rectè infortunio dederis, ita fortitudinem & prudentiam non sine iniuria accepta felicitati tuleris, tametsi Alexādri imperio pręcipue fortuna censet, quippe quæ illustris in illo, inuicta, celsa animi innocentia prædita clementiaq; fuerit. At uerò occumbente eo, Leosthenes dicebat, hanc immensam potentiam errabūdam, & huc illuc incurrētem Cyclopi similem fuisse, qui post exoculationem manus quoquo uersus intentabat, nunquā non aberrantes à destinato proposito. Haud absimili, inquit, uertigine sub imperatoris desiderio ferebatur hallucinabunda imperij magnitudo, irritis ubiq; conatibus se fatigans. Rursus quemadmodum emortua corpora ab anima deserta non iam concrescunt coalescunt'ue, sed desinunt dissoluunturq; à sese, uanescuntq; & exolescunt: hunc in modum imperium amisso Alexandro moribundum palpitabat, motabatur, languebat, Perdiccis, Seleucis, Meleagris, & Antigonis inter se dissidentibus, tanquam spiritibus adhuc calentibus pulsibusq; micantibus, ad extremum marcescens, & iam tabidum ut obortis undique scatuit lumbricis, degeneribus regibus fractisq; animi ducibus. Enimuerò ipse Hephæstionem aliquando castigans, ut fertur, cum Cratero simultates exercentem: Quæ tandem, ait, tuæ sunt opes, aut quod tuum facinus, si quis tuum tibi Alexādrum demat? Hoc itidem nunc ego ad illius æui fortunam dicere non dubitarim: Ecqua tua amplitudo, ecqua tua gloria? Nunc ubi tua autem potentia, nunc ubi inuicta uirtus, si quis tibi Alexandrum dempserit? Si quis, inquam, dempserit in armis peritiam, in opibus liberalitatem, in magnificentia mōderationem, in certaminis discrimine fiduciam, in uictoria clementiam? Age fac, si potes, alium magnū ducem, ut opibus liberaliter nō utatur, ut non ante acies suas progressus discrimina subeat, ut amicos honori

non

A non habeat, ut nō in captos misericordem se præbeat, ut in fruendis uoluptatibus sibi temperare nequeat, ut in occasiones bene gerendæ rei nō immineat, ut à uictoria exorabilis nō sit, postremò ut inceptorū compos clementē se non præstet. Iam uerò quis magnus in potētatu cū stultitia & flagitijs? Tolle uirtutē fortunati hominis, iam usquequaq; paruus erit, in cōferendis beneficijs ob sordidam parsimoniā, in exudandis laborib. ob mollitiē, apud deos ob superstitionē, erga bonos ob inuidiā, inter uiros ob socordiā, inter mulieres ob affectus uoluptarios. Et ut ignari artifices simulacra parua prægrandib. sedimentis fulcientes ipsorum breuitatē arguunt: haud aliter fortuna cùm exiguū hominis animum cōspicuis effert rebus & molem habentibus, conspectiorē eum, & propè dixerim traductiorem per ora hominū facit leuitate errabundum & fluitantem. Idcirco nō in habendis rebus, sed in utendis potius magnitudo sita est, quandoquidē regni paterni infantes etiānum pueri hæredes esse solent, ut uerbi causa Charillus ille, quem unà cum crepundijs Lycurgus in Phidition delatum loco sui Spartæ regem renunciauit. Non enim protinus magnus erat infans, sed qui infanti potius paternum regnum cùm interuertere posset, integra tutelari fide restituit. Aridæū uerò quis magnū facere posset, quem nihilo ab infante differentē pur puta modò infantiliter inuolutū Meleager in Alexandri solio constituit? Quanq; ô bene factum, ut pauculos intra dies appareret, quo tandē modo uirtute regnant homines, & quo forte fortuna. Pro imperio enim certanti ueluti histrionē ipse submisit, imò uerò diadema orbis terrarum tanquam per scenam traduxit.

Fœmina onus tulerit scapulis, si sustulerit uir.

E contrario uerò dixerit aliquis, assumere potentatū, & tanquam in humeros tollere opes & imperia, & mulieris fuerit & pueri fortasse. Siquidem Oarsæ & Dario Bagoas eunuchus Persarū regnum humeris sublatum imposuit, at magnum iam assumptum imperium ueluti contento corpore ferre uersaretur sine magno negotio, nec oneri succumbentē contundi contorqueri'ue pondere, moleq; rerum, uiri id est profectò, uirtute & solertia celsisq; animis præditi. Quæ quidem omnia in Alexandro

B fuerunt, cui etiam, si dijs placet, temulentiam nonnulli obijciunt. Fuit enim in rebus gerendis cùm magnus in primis, tum uerò sobrius & uigilans, non temulentus, non imperij licentia bacchabundus, cuius qui minimam partem nacti sunt, temperare sibi nequiuerūt. Leuissimus enim quisq; cùm aut re numaria antecelluerit alios, aut in ciuileis quoquo modo honores incurrerit, inopinata statim felicitate lasciuire solet. Ecce tibi Clitus ad Amorgum tribus, aut ad summū quatuor depressis Græcorū nauibus, uocitari se Neptunum passus, tridentemq; gestans. Parte alia Demetrius (cui quotam ipsi partem fortuna ex Alexādri opibus duobus, ut dicitur, digitulis primoribus carpēs attribuerat?) Iouem se uocari æquis sustinuit auribus, nec iam ad eum legati mittebantur ab urbibus, sed theori, id est, oracula sciscitaturi, responsaq; eius oracula dicebantur. Iam uerò Lysimachus, qui loca ad Thraciam uergentia, quasi regni extrema obtinebat, eousq; insolentiæ, ferociæq; euasit, ut diceret: Nunc demum Byzantij ad me ueniunt, cùm lancea cœlum attigi. Ibi Pasiades Byzantius, qui tum forte aderat, Approperemus, inquit, ne lanceæ iste mucrone medium cœlum pertundat. Tametsi quid in istis magnopere reprehendi potest, quibus licebat ipsis propter Alexandrum animi esse elatissimos, cùm iam Clearchus, Heracliæ tyrannus, gestauerit fulmen, unumq; liberorum tonitrum appellitarit? Quid quòd Dionysius Apollinis se filium nominauit in epigrammate scribens?

Doride de nympha Phœbi complexibus ortus.

Quid quòd pater eius mille, atque adeò decem millibus ciuium interfectis, prodito per inuidiā hostibus fratre, matre quoq; anicula, non expectato, ut paucis è uita diebus cederet, truculentè præfocata, ad hæc in tragœdia scribens: Etenim tyrannis est genitrix iniuriæ: Filiarum tamen unam Virtutem, Temperantiam alteram, & aliam Iustitiam nominauit. Sunt qui se Euergetas uocitarint, id est, beneficos. Sunt qui Callinicos, id est, egregiè uictores. Nonnulli Soteras, id est, seruatores. Quidā Megalos, id est, magnos. Atq; eorum nuptias alias super alias admissariorū more inter mulierum greges propalam pernoctantium, puerorumq; stupra quis est qui scribendo

assequi

assequi possit? adhæc aleam interdiu, cantus in theatris, noctem cœnas, diemque prandia deficientem? Contrà uerò Alexander prandio quum primum diluculasset, accumbebat, cœnæ uerò iam appetente nocte. Bibebat inter sacrificandum, alea ludebat cum Medio febricitans. Ludebat iter faciens simul & sagittare discens, & è curru desilire. Rhoxanes amore captus eam unam uxorem soli sibi duxit, Darij uerò Statiram imperio rebusque ita exposcentibus. Erat enim operæprecium hoc pacto genera inter se uinciri. Cæteras omneis Persides tantò modestia præstitit, quantò fortitudine Persas. Inuitam nullam uidit: quas uidit autem, magis etiam aspernatus est, quàm quas non uidit. Mireque quum cæteris omnibus blãdus esset, solis uenustis superbum se præbebat. Nam de Darij uxore, elegãti in primis forma, nullum unquam uerbum commendanda eius uenustate emisit, defunctæ uerò regiè usqueadeo iusta fecit miseri corditerque fleuit, ut fidem eius integritas non faceret præ tanta humanitate, summaque probitas iniuriæ arcesseretur. Siquidem Darius primum admodum commotus est potentiæ eius ætatisque licentia, erat enim tum eorum unus, qui rerum potiri Alexandrum fortunæ beneficio rebantur: simulac autem accuratè omnia perscrutatus, id quod erat comperit: Non usqueadeo igitur, inquit, res Persarum comploratæ sunt, nec prorsus ignauos nos imbellesque dixerit, qui ab huiusmodi hoste superatos audierit. Equidem quod ad me attinet, prosperum rerum euentum, in summamque belli uictoriam à dijs opto, ut beneficentia quoque Alexandrum superem: ambitiosa enim quædam me cepit æmulatio, clementiorem eo uideri. Sin de me actum est, Iupiter auite Persarum, uosque dij regij oro obtestorque, nullus in Cyri solio præter unum Alexandrum sedeat. Ita asciscebatur Alexander testibus ipsis dijs: usqueadeo omnia uirtus uincit. Adscribe si placet, Arbela fortunæ, & Ciliciam, & cætera imponentis manus bellique opera. Fortuna sanè Tyron ipsi exciderit, fortuna Ægyptum ei aperuerit, per fortunam Alicarnassus ceciderit, & Miletus capta sit. Fac fortunæ beneficio Euphratem deseruisse Mazæum, Babyloniamque planitiem cæsorum corporibus stratam, num etiam à fortuna temperans, aut beneuolente fortuna continens fuit? Aut num fortuna præsidio quodam munito animum eius securum præstare potuit, ut ne à uoluptatibus lancinaretur, neu libidinibus sauciaretur? Atqui hæc & huiusmodi erant, quibus Darium uicit, cætera armorum equorumque strages erant, prælia, cædes, fugæque hominum. Ingenti uerò, & haud dubiè decretoria clade uictus est Darius, quum Alexandrum uoluptatibus, laboribus, beneficijs inuictum admiratus, uirtuti eius, animi magnitudini, fortitudini, iustitiæque ueluti fasces summisit. Enimuero peltis, sarissis, in bellico impetu, in conserenda manu, in armorum dimicatione inuicti erant Tarrias Dinomenis, Antigenes Pellenæus, Philotas Parmenionis. At aduersus libidines, mulieres, aurum & argentum nihilo meliores bello captis. Nam Tarrias quidem quo tempore Alexander Macedonas obæratos liberauit, fœneratorib. ære alieno pro omnibus dissoluto, allegato ex composito creditore falso professus se debere, fraudisque tandem compertus, sese propè perdidit, nisi Alexander re cognita hoc eum crimine liberasset, simul etiam permisso ut argentum auferret, utique postque recordatus est, Philippo quondam ad Perinthum pugnante, sagitta in oculo ictum, non antequam hostes fusos fugatosque cerneret, eximendum telum præbuisse. Antigenes uerò inter causarios, qui in Macedoniam remittebantur, fallere sperãs, quum in turba profiteretur, manifestus simulatæ ualetudinis, fuit integris ipse uiribus, uir cùm bello strenuus, tum corpore cicatricibus obsito. Quam ob causam stomachante Alexandro, causamque percontante, Telesippes se amore deperire fassus est, à qua quum diuelli perpeti nõ potuisset, abeuntem ad mare prosequi constituisse. Rursus cuius esset muliercula Alexandro rogitante, & quicum de ea agendum esset, quum ille ingenuam esse dixisset: Quin igitur, inquit, donis illam & promissis ut resistat per pellimus? usqueadeo nulli non amanti indulgẽtior quàm sibi ipse fuit. Iam uerò Philotas, Parmenionis filius, nescio quomodo & ipse incontinentia lapsus est. Antigona in captiuorum turba ad Damascum captorũ Pellæa quædam muliercula erat specie commendabilis, eadem olim ab Autophradate capta quum in Samothraciam nauigaret. Huius amore uecors Philotas, uir alioqui ferreus, ita tũ mollis fluxusque fuit, ut

A ut præ uoluptate compos mentis non esset, atq; adeo incautus silenda pleraq; mulier culæ effutiret. Quid enim, inquit, Philippus ille nisi Parmenio? quid hic Alexander nisi Philotas? ubi porrò Ammon, ubi Dracones, si nolimus ipsi? Huiusmodi mulier sermones ad quandam familiarium detulit, illa rursus ad Craterum, subindeq; Craterus Antigonam clàm captiuam ad Alexandrũ admisit, qui Philotæ quidem manum neutiquam adiecit, opera uerò mulierculæ totum eum clàm excussit, plusq; septem annis nusquam suspicionem prodidit, non in uino temulentus, non ob iram iracundus, deniq; non ad amicum, qui nihil non credere Hephæstioni solitus esset, nullorumq; non consiliorum conscium eum facere. Quippe ferũt olim matris eum epistolam resignantem lectitantemq; secum mussitabundè, quũ admoto sensim capite Hephæstion adlegeret, inhibere eũ non sustinuisse, exempto uerò è digito anulo, signaculum ori eius appressisse. Vocem certè obtuderim, si omnia percẽseam, quibus ipse optimè imperium administrasse, maximeq; è dignitate regia probatur. Vt enim magnus propter fortunã fuerit, maior certè uel ob idipsum, quòd fortuna rectè usus est: quoq; magis fortunã eius extuleris, uirtutem eò magis cõmendaris, nempe propter quam dignus fortuna fuit. Age iam incremẽta eius primordia, imperijq; auspicatum repetamus, uideamusq; quod tandem in ipsis fortunæ facinus fuerit, propter quod Alexandrum fortunæ beneficio magnum euasisse contendant. Prò dij immortales, quin igitur eum integrum, incruentum, sarctum, ut dicitur, & tectũ, nullis deniq; copijs adhinniẽs modò equus in Cyri solium erexit, ut Darium olim Hystaspæ filium? aut quin id ei mulier eblandiebatur à uiro, ut Atossa quondam Xerxi à Dario eblan dita est, ita ut ad uestibulum ei diadema accederet ultro? Aut ut Parysatis Diabagoe, qui posito habitu tabellarij regiam arrectamq; citarim sumpsit? Huic enim repentè, nec opinatum orbis sorte imperium obtigit, haud secus atq; Athenis Thesmothetæ & Archontes sortito creari solent. Vis igitur doceam, quonam pacto homines prop ter fortunam imperant? Deficiente olim Argius Heraclidarũ familia, ex qua regem creati mos illis antiquus erat, sciscitantibusq; illis deus respondit, aquilã ostensuram,

B paucisq; diebus aquila superne deuolans super Ægonis domo sedit, sic rex creatus est Ægon. Rursus in Papho rege ob flagitia ab Alexãdro eiecto, quum rex alter non repetiretur, quòd Cinyradarum gens funditus deleta existimaretur, unũ tandem tra dunt inuẽtum inopem, ultimiq; nominis hominem in hortulo quodam neglectum, uixq; se ex eo tolerantem. Ad hunc qui missi erant quum uenissent, aquã elicibus de ducentem offenderunt. Terrore uerò perculsus est, militibus manum in eum iniicien tibus, præireq; porrò iubentibus, quoad ad Alexandrum deductus, obsoleta plagula amictus, rex est pronũciatus, assumptaq; purpura unus eorum esse cœpit qui regis sodales uocitabantur. Erat tum ei nomen Alynomo. Sic reges efficiũt fortunæ beneficia, ad noua honorum insignia promouentia nec opinãtes, celeriterq; transscribentia nihil minus quàm id sperantes. Alexandro uerò quid supra dignationem? quid citra sudorem, quid incruẽta uictoria? quid citra pulueris, ut dicitur, tactum? postremo quid illaboratum obtigit? Amnes sanguine mixtos bibebat, quos cæsorum corporibus iunctos traijciebat: herbam fame enectus edebat, quam primam offendisset: obrutas altis niuibus gentes adijt, urbes sub terram mersas excidit, pugnantia maria nauigauit, arida Gedrosiorum, Arachosiorumq; littora permensus, in mari prius etiam quàm in terra stirpes uidit. Quòd si ut hominem ita fortunam affari liceat, ita sanè dixerim: Nuncubi tu, aut ecquando Alexandri rebus gestis aditum præbuisti? ecquod tandem saxum incruento per te Marte cepit? ecquam ei urbem prẽsidio uacuam obiecisti? ecquam inermem phalangem? ecquis aut rex ignauus, aut imperator socors, aut dormitabundus custos inuentus? ecquis amnis facilè cõmeabilis? ecqua mediocris hyems? ecqua æstas non infesta? Apagesis hinc fortuna, facesse ad Antiochũ Seleuci, facesse ad Artaxerxem Cyri fratrem, proripe te ad Ptolemẽũm Philadelphum: illos enim superstites etiam patres reges appellitarunt, prælijs illi uincebant illamen tabilibus, festos illi dies per pompas & spectacula ad extremum uitæ agebãt: deniq; illorum quisq; per summã felicitatem in regno consenuit. En tibi Alexandri corpus, si nihil aliud, certè ab imis unguibus ad uerticem saucium, accisum, contusum, ab ho

stibus deniq; cæsum, & iaculo, & gladio, & torti libramine saxi. Propter amnem Granicum ense diffecta galea capillo tenus. Ad Gazam sagitta humero saucius. In Maragandis sagittæ ictu sura, ita ut à tibiæ radio fractum os dissiliret. In Hyrcania oblæso lapide collo, quo ictu tenebris ob oculos offusis ad dies multos cęcitatē timuit. Propter Assacanos talo Indico telo icto, quo tēpore ad assentatores renidens dixisse fertur: hic quidem sanguis meus non saniosum quid, quale ex deorum uulneribus effluere creditur. Ad Issum ense femore traiecto à Dario, ut Chares inquit, manus cū eo conferente. Ipse uerò Alexander magna cū fide ad Antipatrum scribens: Contigit, inquit, mihi pugione sauciari in femur adacto, sed unde nulla pernicies aut illico, aut postea secuta sit. Apud Mallos tripedanea sagitta ictus, spiculo per loricā & pectus ad ceruicem pertingēte, ut autor est Aristobulus. Traiecto Tanai Scythas in fugam uersos, equo etiā ad centum & quinquaginta stadia insectatus est, infesto alui proflu uio remorante. Euge fortuna, quæ Alexandrum Magnum facis, nouisq; subinde macte esse incrementis iubes, undiq; corpus eius lancinans, omnem corporis partē uulneribus patefaciens, non ut Minerua quondam pro Menelao stās, tela in firmissima quæq; armorum ueluti manu dirigens, obiectisq; lorica fascia & balteo tenorem ictus frangens, summum tantum corpus scarificans, eliciendo in speciem cruore, sed nuda potius telis uitalia præbens, uulnera per media ossa infligens, deprehenso undique corpore uisum insuper ingressumq; obsidens, insequentem interpellans, uineentem distringens, spes deniq; eius ludificans. Profectò nullus mihi regnum infestiore fortuna usus esse uidetur, etsi in multos ingruit aspera ac inuidens. Siquidem quum alios fulminis instar abscidisset, & ad internicionem perdidisset, aduersus hūc unum pertinax & inexpiabile odiū, ineluctabileq; exercere obstinauerat, ut aduersus Herculem antea. Quos enim Typhonas ei prodigiososq; gigātas nō allegauit cum ipso dimicaturos? Quos hostes aūt aduersus eum nō muniuit armorū apparatu, animorū altitudine, præcipitiorum salebris, inusitata beluarū feritate? An nisi celsi essent eius animi, maioreq; uirtute subnixi, q̃ ui forti n e præsidio fretus esse, ex eaq; pendere uideretur, posset non de statu deijci? non tantæ rerū moli succumbere, toties instruēda acie, toties armandis copijs, tot obsidendis urbibus, tot insectandis hostibus, deniq; toties desciscentibus populis, & mox susceptū regem auersantibus? postremo populis contempto rectore, equorū more lasciuiētibus, regibusq; improbissimè ferocientibus, emorsis, ut dicitur, frenis, Bactra, Maracanda, Sogdianos gentes insidas hydrę instar excidens assiduè subolescentis alijs atq; alijs bellis? Dicā aliquid absurdum fortasse, sed dicam tamen, idq; uerum. Non pridem Alexander hac opinione propter fortunam excidit, ut crederetur Ammonis filius esse? Quis enim dijs genitus periculosa æquè & molesta, & operosa exantlauit certamina, preter Iouis Herculē? tametsi illi quidem uir improbus leones prehendere, apros insectari, aues absterrere imperitabat, uidelicet his eum distinens, ne maioribus perlustrando orbe uacaret, aut ulciscendis Antæis, aut Busiridibus ab hominum cædibus inhibendis. Alexandro uerò uirtus diuinū, & è dignitate regia certamē imperabat, cuius erat finis non aurū illud, quod mille camelis circumferebatur, nō delicię Medicę, aut mensæ, aut mulieres, nō Calydonium uinū, aut Hyrcani pisces, sed ut ijidem institutis uniuersos institutos homines, uni quoq; imperio audientes, uniq; uiuendi rationi assuetos redderet. Hunc quum à teneris, ut aiunt, unguiculis insitū amorem coalitumq; haberet, uenientibus olim à Persarū rege legatis ad Philippum (& ierat tū peregre Philippus) festiuè eos Alexāder, admodūq; hospitaliter excipiēs, nihil quicquā puerile ab eis percontatus est, qualia multa solēt alij, ut de aureo arbusto, aut de pēsilibus hortis, aut quibus rex utitur insignibus, sed totus in ea uersus, quib. imperia cēteri maximè solēt, rogitabat quātæ Persarum copiæ, quo in loco rex acie instructa dimicaret, quale illud Vlyssis.

Arma ubi sunt illi Mauortia, & unde caballi?

Quæ uiarum compendia sursum uersus à mari tendentibus, ita ut stupescentes peregrini dicerent: Puer hic rex magnus, noster uerò opulentus. Quum autē mortuo Philippo in animo haberet Hellespontū traijcere, totusq; in spem apparatumq; gerendarum rerum uersus copias Asiæ admouere gestiret, ecce ubi fortuna distinere eum, auertereq;

A auerteret adeò insistit, & retrorsus inhibere, exhibitisq; identidem negotijs moras undiq; nectere. Iam primum finitimis Barbarorū solicitatis, Illyrica Triballicaq; bella commenta est, quibus à superioribus bellis ad Scythiam usq; & Histrum reuulsus, longè lateq; procurrens, omnibus periculis, ingentibusq; dimicationibus perdomitis, porrò denuò profectus ad transitum festinabat, quam illa rursus ei Thebas ob pedes incussit, Græciæq; bellum pro offensaculo obiecit, acerba illi tristissimiq; exitus necessitate imposita, cum quibus ei gētibus generis cognationisq; necessitudo intercederet, eas cæde, ferro, igneq; propulsandi. Inde iam transiit, ut Philarchus autor est, sumptis triginta dierum commeatibus, ut Aristobolus, septuaginta talētis. Quo tempore quum domesticas possessiones regiosq; redditus maxima ex parte inter amicos distribueret, Perdiccas unus offerente eo, nihil quicquam accipere uoluit, percontatusq; ab eo: tibi uerò Alexander ecquid ipse recepisti? quū ille spes se sibi relinquere diceret: Et nos igitur, & inquit, harum participes erimus. Indignum enim est tua potius accipere, quàm quæ Darij sunt sperare. Sed quæ tandem spes erant, quibus ille fretus in Asiā exercitū transmittere constituit? Nempe nō opes erant amplissimis urbium mœnibus metiendæ, non classes per medios montes uelificantes, flagra, nō compedes, barbarica cruciamenta maris. Quid igitur? Nimirū quod ad externa pertinet, oppidò quā generosus in paucis armis ambitiosissimusq; conatus, æqualiū æmulatio, certamenq; sese contendentis cū gloria & uirtute sodalium. Ipse uerò in sese ingētes spes habebat, pietatē in deos, fidem erga amicos, frugalitatē, continentiā, beneficentiā, aduersus mortem intrepidā expectationem, robur animi, humanitatē, appellandi dexteritatē, ingenij candorē, in explicandis consilijs constantiā, in gerendis rebus celeritatē, & in primis adipiscendæ gloriæ propositū, quod luculenta exēpla per decus absoluere solet. Quocirca nec concinnè Homerus, nec ut par erat, qui Agamemnonis speciē tribus ex imaginibus aptā coalitamq; similitudine illa finxit.

> Assimilis caput atq; oculos patri altitonanti,
> Balteus est Martis, Neptunum pectus adæquat.

B Etenim Alexandri ingenium, si quidem ex multis ab ipso creante deo aptum et consertum uirtutibus est, nonne Cyri spiritus, Agesilai temperantiam, Themistoclis solertiam, Philippi experientiam, Brasidæ fiduciam, Periclis dicendi uim, administrandæq; Reipublicæ scientiam habere iure dixerimus? Quanquam si uetustiores repetamus, Agamemnone temperantior erat: quippe ille captiuam iustæ uxori prætulit, hic à captis abstinere sibi imperare sustinuit, antequam iustè nuptæ fuerunt. Animi uerò magnitudine uel magnum Achillem præstitit: quippe parua pecunia Hectoris defunctum uēdidit, hic uerò grandi ære Dariū funerauit. Rursus ille munera ab amicis, iræq; ponendæ pretium accepit, hic hostes armis uictos etiamnum opibus cumulauit. Nam Diomedem quidem pietate antecelluit: etenim ille cū dijs pugnare confidentissimè sustinuit, hic autem omnia deorum cœpta per decus euadere semper arbitratus est. Postremo charior necessarijs Vlysse quoq; fuit: siquidē illius mater mortem mœrore obijt: huius uerò hostis mater præ desiderio eius commori obstinauit. Ad summam, si & Solon è fortuna in administranda domi Republica uersatus est, et Miltiades foris, militiæq; rem gessit, si deniq; Aristides innocens fortunæ benignitate fuit, nullum iam protinus uirtutis opus erit, hocq; nominis uerbiq; inane quiddā uitæ nequicquam gloriam meretur, nimirum id sophistis commentis, legumq; latoribus. Sin horum unusquisq; omniumq; similium egens aut diues, debilis aut ualidus, deformis aut pulcher, longæuus aut breuis æui pro fortunæ ipsius uarietate esse solet, at magnum Imperatorem, aut magnum legumlatorem, aut deniq; magnum in magistratibus, & publicè fungendis officijs sese quisq; uirtute ratioueq; præstat, agedum Alexandrum consideremus uniuersorum contentione. Iam primum igitur Solon Athenis tabulas nouas instituit, quam Sisachthiam nuncupauit, quasi dicas, oneris excussum. Alexander pro ijs qui uersuram fecerant, fœneratoribus dissoluit. Pericles Græcis tributorum collatione exhaustis, extructis passim fanis arcem Athenarum adorauit. Alexander Barbarorum opes raptas in Græciam importandas curauit, templaq; dijs extruēda locari decem talentorum millibus iussit. Brasidan in Græ-

cia famigeratum fecit auditum ad Methonem eum ferociter percursasse, disiecto circa maritimam oram hostium exercitu. Alexãdri uerò atrocem illum saltum, & auditu incredibilem, & uisu horrendum, præcipiti saltu sese è muro librantis in hostes, hastis, spiculis, ensibus, protinus illum excepturos, cui æquius quàm fulmineo igni assimilare possumus erumpenti è nube, & à turbine rapto: cuiusmodi quondã uisa ignitis armis offulgentia, deorsum ferri uidentur. Cæterum illi stupore primum perculsi, qua cuiq; proximum fuit trepidi refugerunt. Deinde quum hominem unum animaduertissent multos ferociter impetentem, restitere. Ibi uerò fortuna magna egregiaq; beneuolentiæ exempla in Alexãdrum edidit. Quippe ipsum ignobili in uico deprehensum, murisq; interceptum inclusit. Hos uerò qui suppetias ei ferre properabant, ob idq; in muros iam scandenteis, suffractis cõtritisq; scalis deturbatos pessundedit. Ex ijs autem qui tres omnino mœnibus arrepentes, indeq; sese librantes Alexandrũ seduli circunsteterant, unum cõfestim abripuit, nulloq; dum tentato certamine, è medio sustulit. Crebris alter sagittis confixus hoc modò à morte aberat, quòd & uisus & sensus compos erat. At uerò foris irritæ Macedonum uociferationes nequicq; mœnia offensantium, quum in promptu nec machina, nec tormentum ullum esset: quinimo opitulandi studio ensibus mœnia tundentiũ, inermiq; adeò manu cementa perrumpere, tantumq; non mordicus conuellere adluctantium. Ibi ille uerò rex fortunatus, ille fortunæ assiduæ custodia, & propè dixerim satellitio tutus, feræ tũ bestiæ modo indagine cinctus, proditus, auxilij inops, non de Susis aut Babylone, non de Bactris expugnandis, dignis satis operæprecijs dimicabat. Nam ingentia claraq; certamina ut successum non habeant, dedecoris certè nullam notam inurunt. Verum infesta usq; adeo fortuna fuit & Barbarorum fautrix, contraq; Alexandrum perosa, ut nomen etiam eius, quantum in ipsa fuit, deleuerit, totq; rerum gestarum gloriam desormarit, nedum corpus uitamq; peremerit. Haud enim pœnitẽda fortuna fuisset, si propter Euphratis ripas, aut ad Hydaspem mortẽ ipse oppetijsset, nec pudendus exitus, si ad manus cum Dario ueniens Persarum impetu opprimeretur, equis, ensibus, copidibus (falcati gladij genus est) confertim pro rege pugnantium, aut si Babylonis muros superare nixus, ab ingenti spe deuolueretur. Sic Pelopida, sic Epaminondas, quorum certè interitus uirtuti decus potius, quàm aduersæ fortunæ testimonium attulerunt. Huius uerò fortunę, de qua nunc agimus, cuiusmodi tandem prę illis exemplum fuit: in extrema barbarie intra ignobilis oppiduli mœnia orbis terrarum dominum intercipientis occulentisq;, pudendisq; eundem armis temereq; inuento missili pulsatum diu & impetitum, ad extremum conficientis. Etenim discissa copide galea uulnus etiam in capite accepit, excussa arcu sagitta perfracto thorace papillarib. ossibus adacta est, hastili prælongo eminente, & uulnus aggrauante, cuspidis uerò ferro quadrantali latitudine, trientali siciliquo minus longitudine. Porrò (quod summum aduersorum est) quum rectà & contemptim grassantem in se quẽdam ense territabundum exceptum ipse pugione confodisset, trepidus interim quidam pistillum ex pistrino raptum in ceruicem illi inflixit: Quo ictu tenebris ob oculos offusis, sensibus quoq; conturbatus est. Ipsa uerò uirtus præsto tum illi affuit, quæ cum fiduciam ei, tum uerò robur, acreq; opitulandi studium circumsistentib. eum accẽdit. Lemnæi enim & Ptolemæi, & Lennati, & qui mœnia cunq; aut superauerant aut perruperãt, circunstantes eum ueluti uirtutis munimentum erant, charitate, amoreq; regis corpora, facies, animas discrimini obijcientes. Haud enim pro seruandis bonis regibus fortunæ fauore cæteri discrimina subeunt, aut etiam mortem oppetunt, sed uirtutis amore potius, haud secus atq; apes regi sese suo philtrorũ ui comites addere, eumq; stipare cernimus. Quotus enim quisq; qui huius rei spectator sui ipse securus fuisset, non hoc dixisset, ingens se fortunæ certamen cum uirtute spectare, in quo barbariæ partes indignissime per fortunam præualerẽt, Græciæ uerò supra uires per uirtutem obsisterent: Quòd si illi ad extremum superiores euaserint, fortunæ nimirũ, inuidiq; genij, Nemesisq; opus id fore. Sin hi tandem præualuerint, uirtutem, fortitudinem, charitatem, fidemq;, palmam reportaturas, ut quæ solæ Alexandri fuerint. Quippe reliqua, potentiam & apparatum, classes & equitatũ, & omnino exercitus medio fortuna

A tum a muro intersepserat. Cæterum Barbaros in fugā uersos Macedones, subindeq; occidione occisos, urbis etiam excidio sepelierunt, Alexandri uerò nullus iam usus erat, ut qui raptim exportatus, telum, atq; adeo bellum in præcordijs haberet, uincliq; & claui instar erat sagitta thorace cum corpore traiecto. Telum autem ex uulnere conuellere conantes ferrum non sequebatur, penitus enim insederat in pectoris solidissimis, quæ cordi prætenduntur. Sed rursus arundinem quatenus extabat excindere cunctabantur, ueriti ne penitus os discuneatum intolerabileis cruciatus cieret, ac sanguinis multa uis intus erumperet. Quam cunctationem Alexander quum uideret, ipse primum conatus quā è thorace prominebat arundinem execare, deficiente deinde manu, ex uulnerisq; tumore torpido pondere grauescente, medicos iussit intrepidos id agere, animum integris saucius ipse addens, imò uerò circunsistentium partim grauiter increpitans fienteis & præter modum cōdolenteis, partim desertores appellans opem ei afferre non sustinenteis, interim ipse ad amicos inclamitans: Quid, malum, tantopere pro me meticulosi estis? Fidem ergo non facio, mortem me non timere, si quidem mihi timetis.

FINIS.

GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS, REGII SECRETARII, IN LIBROS PLVTARCHI de placitis Philosophorum naturalibus, ad clarissimum uirum Germanum Ganeium Parlamentarem Consiliarium, Beluacensis ecclesiæ Decanum, Præfatio.

B PLEROSQVE seculi nostri scriptores uidemus, Germane Ganei, lucubrationum suarum præfationes duabus in rebus consumere, in emerenda eorum quibus eas dicant gratia, aucupandaq; apud lectorum uulgus inani fama: illos quidem perfricta, quod aiunt, fronte supra humanum fastigium efferendo, apud hos uerò uendibiliora sua scripta uerborum lenocinijs faciendo. Ego uerò quum ab hoc more nostrates ferè homines usq; adeo abhorrere uideam (de elegantibus & omnis gnaris humanitatis loquor) ut etiam ultro oderint huiusmodi prostituta ingenia, nedum ut impudenteis putidasq; adeò laudationes auribus deuorare possint: tum uerò quòd si cuiusquam, certè minimè meum est, potentibus per ambitionem industriam uēditare meam: prorsus aliter me comparaui. Nec enim ingenium tuum, nec mores, nec famæ integritatē (quæ in primis prædicari solent) attingam, genus, necessitudines, opes nihilo magis, omnino in adsentationis opinionem incurrere nolo. Tametsi quum uir Parlamentarius sis, unusq; ex augustissima illa decuria, nec unus adeò nescio quis, sed certæ cuiusdam notæ, qua m ne si sciam quidem dicere ausim. Quum igitur in amplissimi ordinis oculis iam diu uitam agas, in quo quidem germanus tuus unus est è quatuor tanquam ordinis uisendi consessus insignibus, urbisq; adeò huius, uel regni potius decoribus, quali dignatione sis in obscuro esse nō potest, sicut ferè umbratilis hominum uita innotescere in publicum nequit. Commendabilius fortasse plausibiliusq; laudandi genus apud omneis ordines sit, si commemorem, quàm literarum amans fautorq; sis, quàm eruditissimorum uirorum studiosus, queis cum conuiuere soles, ut de literatissimo quoq; optimè meritus. Verum hæc omnia ne perstringere quidē nunc rei dignitate uacat. Quod autem ad me attinet, ita omneis existimare uelim, hanc me accepisse prouinciam, non mihi sumpsisse. Nam quum superiore anno Lascaris Rhyndascenus, uir natione Græcus, sed Græcorum Latinissimus, naturalia Plutarchi decreta Latinè interpretanda te poscente recepisset, idq; per ocium ei facere non licuisset, quòd iam annum eum inter aulicos agentem desideramus, tu alte

ro abhinc mense quum ex secessu in urbem rediissem, cōtinuò huius inceptionus in humeros profectò impares ei inclinasti, usque eò beluo librorum es, quod de Catone Cicero dixit. Habes igitur uicarium & tanquam succidaneum Plutarchi interpretamentum, quod quū iam sesquimensem à me crebris nuncijs efflagitas circa alia nonnihil occupato, quod & si in nonū saltem mensem premendum fuit, si per te mihi intra ueniæ spem licuisset esse cauto, non recuso tamen quin tibi editum specimen putes facultatulæ industriæque nostræ sub iudiciorumque aleam, si ita res feret, cadat. Candidos tantum lectores huius nostræ lucubratiunculæ admonitos peruelim, ut si qua in eo errata offenderint (ut certè non pauca offendēt) ea si haud ita inexpiabilia sint, tibi imputent, mihi uerò tua in culpa ignoscāt, ut qui hoc mihi extruderis, uel potius expresseris, mordicus, propè dixerim, retentanti. Nam stylum nostrum, sat scio, duriorem uisum iri, sed non ijs adeò fortasse qui Græcè quoque legerint. Huic enim scribendi generi contracto, presso, & conciso, non facile addi fusæ fluentisque orationis nitor perspicuitasque potest. Adde rerum obscuritatē, uerborumque interdum insolentiam. Vnum affirmare possum, opus me breue aggressum, sed quod pluris quàm pro chartarum numero æstimandum sit. Laborandum enim mihi fuit, ne aut ineptè fidus interpres essem, aut quum ad uerbū omnia uertere nollem, ne quædam etiam ad sensum non uerterem: interdumque uerba clausulasque appendere magis quàm adnumerare conati sumus, contraque nonnunquam supernumerarijs, ut ita dixerim, uerbis Græcarum dictionum pondera rependere. Quæ omnia si in ullo unquam scribendi genere, in hoc sanè facienda fuerunt, ut in quo certè Latinitas Græcæ non respondet opulentiæ. Colligenda uerò corrogandaque ex non paucis autoribus, ijsque classiarijs, Latina uerba fuerunt, non facile cuilibet obuia, ne si Græcis uterer, etsi iam in triuijs tritis (ut ferè iam in naturalibus Latina uerba obsoleuerunt) hospitari in urbe nostra perigrinarique uiderer, perinde atque inter patrium peregrinumque cultum delectum habere non didicissem. Qui conatus an euaserint, uiderint illi quibus utriusque linguæ facultas comparata est. Quanquam qui Latinè sciūt, de toto propemodum opere iudicare possunt, non modò de structura, quid cui consentaneum dissentaneum'ue sit, quid cohærens aut pugnans. Tametsi in huiusmodi offensaculis si unū forsan aut alterum reperietur, causari possem, id quod tu probè nosti, in emendando exemplari Græco exudandam mihi laboris partem non contemnendam fuisse. Quippe quod unicum in hac librorum inopia nactus sum, literis iam exolescentibus. Vtcunque, confido probè te atque etiam candidè de toto opere arbitraturum, si præsertim non sine Theseo, ut aiunt, tuo legeris, id est, si Ioānem Guacierium adhibueris, uirum cùm humaniorum disciplinarum peritum, tum uerò Theologorum decus. Cæterum lectores rursus, si qui morosiores sunt, exoratos uelim, ne merx hæc nostra propterea eis sordeat, quòd Cisalpina est, atque adeo domestica, non importata, non aduētitia, non, ut inquit Plautus, exotica. Nos enim uerbis tropisque utimur, ut intra parietes, non modò intra pomœria natis. Proinde ne mihi dicant, unde tibi frōtem interpretandique fiduciam, qui nunquam à patrio solo abnoctaueris, nunquam, ut dici solet, unguem latum à matre discesseris? Nam si mihi per conditionem institutumque uitæ inter doctos uersari meo modo licuisset, profectò excultiorem interpretem tersioremque habuisses. Verum ne in hac quidem rerum incommoditate literas despondimus. Sed iam uereor ne tantuli operis exordium proportione maiusculum sit. Vale, Parisiis, Calendis Ianuarijs, M. D. II.

GVLIELMI BVDAEI AD GERMANUM Ganeium Hexastichon.

Accipe primitias nostræ Germane Mineruæ,
Nare sed infesta ne precor ipse legas.
Egerit egregie mecum fortuna, cauere
Si potui culpam, gloria nulla licet.
Gloria quæretur forsan, limatior olim
Si stylus euadet, Parca nec inuideat.

PLV-

PLVTARCHI CHAERONEI, DE PLACITIS DECRETIS'QVE PHILOSOPHORVM NATVRALIBVS,

Liber Primus, Gulielmo Budæo Parisiensi, Regio Secretario, interprete.

TRadituri naturæ enarrationem, necessarium duximus, in principio statim tractationem philosophiæ in parteis distribuere, ut noscamus & quid sit philosophia, & quota pars eius naturæ explicatio. Stoici igitur quidem dicunt Sapientiam diuinarum humanarumq; rerum scientiã esse: Philosophiam uerò accommodatæ uitæ artis meditationem. Hanc autem unam esse & eãdem summam uirtutem. Virtutes porrò generalissimas treis, naturalem, moralem, rationalem. Ex quo & tripartitã philosophiam. Eius enim partem unam naturalem, aliam moralem, & rationalem aliam. Et naturalis quidem est, inquiunt, quum aut de mundo, aut de ijs quę in mundo sunt, quærimus. Moralis in humanæ degendæ uitæ ratione occupata est. Rationalis in disserendi ratione, quam ipsam & dialecticam, id est sermocinatricem uocant. Aristoteles autem & Theophrastus, & ferè Peripatetici hoc modo philosophiam partiti sunt. Necesse est, inquiunt, consummatũ uirum & eorum quæ sunt contemplatorem esse, & eorum quæ decent actorem. Hoc aũt sic intelligere licet. Si uerbi gratia quæratur, animans nec'ne sit sol: esse enim uidetur. Qui hoc igitur quærit, is cõtemplator est: quippe qui nihil aliud quàm id quod est, quærit. Si item quæratur, mundus'ne infinitus sit, & si quid est præter mundũ. Hæc nanq; omnia in cõtemplatione sunt. Rursum quæritur, quomodo instituenda uita, aut liberi, aut gerẽdus magistratus, aut sanciẽdæ leges. Hæc igitur omnia agẽdi gratia quærũtur, huiusq; modi uir actuosus est.

Quid sit natura. I

QVoniam igitur proposita nobis est rerum naturalium consideratio, necessariũ esse duximus explanare, quid sit natura. Etenim absurdum sit, eum qui de natura disserere conetur, huius ipsius ignorare naturæ potentiam. Est igitur natura, ut Aristoteli placuit, principium motus atq; quietis duntaxat in quo primigeniè inest, non etiam per accidens. Siquidem quæ uidentur omnia, quæ quidem neq; à fortuna, neq; à necessitate, neq; à diuino numine, aut huiusmodi causam habent, naturalia dicũtur, suamq; ipsorum naturam habent, ueluti terra, ignis, aqua, aer, stirpes, animalia. Hæc præterea quæ fieri uidemus, imbres, grandines, fulmina, turbines, uenti. Hæc enim principium quoddam habent, utpote quæ ante prima secula non fuerint, sed suũ ortum habeant. Hæc igitur ueluti animantes, stirpes, generationis principium habent, in eisq; natura principium in primis est, atq; adeo motus nedum quietis: nam quæcunq; motus principium habent, eadem interitum quoq; capere possunt. Meritò itaque natura motionis principium est atq; quietis.

In quo differunt principium & elementum. II

ARistoteles igitur & Plato differre putant principium, & elementũ. Thales uerò Milesius idem esse arbitratur principium & elementũ. Verum hæc magnopere differunt inuicem. Siquidem elementa composita sunt, principia autem nec remur esse composita, nec confectum quiddam. Verbi gratia, elementa uocamus terram, aquã, aerem, ignem. Principia uerò propterea uocamus, quòd nihil se prius habeant ex quo procreata sint, alioqui principia non essent, uerum illud potius ex quo genita essent. Terra autẽ & aqua priora quædam sunt, ex quibus procreata sunt: hyle nimirum illa, id est sylua rudis & informis, speciesq; ipsa, quam uocamus Entelechiã, id est actum quendam continuum & perpetem, nec non priuatio. Lapsus igitur Thales, principium dicens idem atq; elementum esse.

De principijs.

VErum enim uero Thales ille Milesius principiũ rerum aquam existimauit esse. Is autem uidetur philosophiæ princeps fuisse, à quo quidẽ Ionica secta appellata est. Fuerũt enim plurimæ deinceps philosophiæ successiones. Hic diu in Ægypto philosophatus, iam senior Miletũ se cõtulit. Isq; ex aqua omnia sensit esse, & in aquã uicissim redire. Adducitur autẽ huiusmodi coniectura: primo, quòd animantiũ omnium principium genitura sit, eadem humida, ex quo simile esse ueri, ex humore omnia principium ducere. Deinde, quòd stirpes omnes humido alantur, & ad frugẽ euadant, humoris autem expertia actutũ arescant. Postremo, quòd ipse solis ignis syderumq; aquarum expiramentis alatur, quinimo & mundus ipse. Qua de causa Homerum eandem mundi procreationem posuisse uult:

Oceanus, de quo primum sunt omnia nata.

Anaximãder Milesius omnium quæ sunt principium naturæ infinitatem esse putat: ex hac enim omnia esse, & in hac omnia tabescere: propterea & infinitos gigni mundos, & eos rursum cadere in id unde orti sint. Nam cur, inquit, infinitum est? nempe ut ne quo deficiatur procreatio, quæ omnia cõstituit, à quaq; omnia subsistentiã habent. Fallitur autẽ ut qui non addat quid infinitas sit, num aer sit, an terra, an aqua, an alia quædã corpora. Fallitur igitur quũ materiã putet, efficientẽ uerò causam tollat. Infinitas autẽ nihil aliud quàm materia est. Atqui materia efficientia esse non potest, nisi efficiẽs subsit. Anaximenes autem Milesius principium rerum aerem esse dixit, ex eo enim omnia cõstare, in eumq; tandem resolui. Veluti anima, inquit, nostra aer quum sit nos continet & tuetur, & mundum uniuersum spiritus & aer complectitur & continet. Dicuntur uerò spiritus & aer mutuo cognomento. Hallucinatus autem est & hic, utpote qui ex simplici & uniformi aere & spiritu constare animalia opinatus sit. Non enim unicum rerum esse principium potest materia ex qua cũcta substantiam ceperint. Sed efficientẽ quoq; causam subdere necesse est: quemadmodum in faciendo poculo nõ sat est argentum, nisi efficiens quoq; ipsum adsit, id est uascularius, similiter atq; in ligno & ære, & alia id genus materia. Anaxagoras Clazomenius principia rerum particulas inter se similes quas similaritates uocare possumus, arbitratus est. Inexplicatissimũ enim ei uidebatur, quonam modo ex eo quod nusquam esset, posset quid oriri: aut rursum in id quod nullibi esset, interire quid. Proinde cibum, inquit, sumimus simplicem & uniformem ueluti cereale munus, aquamq; bibimus. Hoc autem cibo alitur capillus, uena, arteria, nerui, ossa, & cæteræ item partes. Quę quũ ita sint, necesse habemus fateri in illo inesse cibo quæ usquã sunt omia, ex ijsq; augeri omnia, atq; in huiuscemodi esse alimẽto procreaticulas sanguinis partes, neruorumq; item, ossiumq;, aliarumq; partium quas cogitatione percipere possumus. Quòd igitur similes ijs quæ procreantur essent in alimẽto partes, propterea homœomerias, id est similaritates uocauit, quos principia rerum esse censuit. Atq; has quidem inter se similes particulas materiam: causam uerò efficientẽ, mentem omnia ordinatè digerentẽ. Sic autẽ exorditur: Vna, inquit, omnes res erãt, mens uerò distraxit illas, decenterq; composuit. Itaq; probãdus hic uel eò maximè, quòd materiæ opificem adiunxit. Archelaus Apollodori filius Atheniensis aerem infinitum, & quæ circa eum essent spissitudinem ac raritatem: horum alterum ignem esse, alterum aquam. Hi omnes prædicti deinceps sibi succedentes Ionicam (quæ dicitur) sectam à Thalete impleuere. Rursus ab alterius auspicatu philosophiæ Pythagoras Mnesarchi Samius, qui primus philosophiam hoc nomine appellauit, principia rerum numeros esse censuit, & eorum symmetrias, id est accommodatas proportiones, quas & harmonias, id est concentus cohærentiasq; uocat, ex ijsq; composita elementa, quæ geometrica uocantur. Idem rursus unitatem infinibilemq; binarium inter principia ponit. Spectant autem principia eius alterum in efficientem formalem'que causam, quæ mens & idem deus, alterum in patibilem materialem'que, qui mundus est uisibilis. Esse autem autumat numeri naturam denarium: ad decem enim omnes numerare tum Græcos, tum Barbaros: ad quæ quum peruenerint rursus ad unitatem redire. Cæterum denarij uim in quaternario sitam esse. Huius autem

A causam ex eo intelligi posse. Siquis ab uno profectus, numerali deinceps adiectione ad quatuor progrediatur, expleturum eum denarium. Quòd si quaternarium huiusmodi adiectione excedat, ultra denarium quoq; excursurum. Si quis, uerbi gratia, unū ponat, & huic duo addat, & deinde tria, & ijs deniq; quatuor, hactenus denarium expleuerit. Quapropter numerus singulatim quidem collectus in decem erit, ex ui autem sua spectatus, in quatuor. Vnde Pythagoræi quasi sanctissimum quaternarius iusiurandum esset, ita aiebant: Iuro per omnipotentem animæ, qui tetrada nostrę perpetuos fonteis naturę infudit habentem. Nostra, inquiunt, anima ex tetrade constat. Siquidem esse mentem, scientiam, opinionem, sensum. Ex quibus ars omnis & scientia, nosq; ipsi rationis compotes sumus. Mens quidem igitur monas est, id est unitas: hæc enim singulariter spectatur. Velut cum permulti sint homines, si bi partim, id est uiritim considerentur, sensu perspici comprehendiq; non possunt, utpote infiniti. Verum hoc ipsum solum intelligimus hominem unum, cuius nullus similis, non secus ac equum unum solum intelligimus. Quòd si partim, id est non uniuersim considerentur, infiniti sunt. Hæ enim species generaq; omnia singulariter perspiciuntur, ideoq; in unoquoq; eorum huiusmodi definitionem reddunt. Animal, inquiunt, rationis particeps, aut animal hinnibile. Proinde mens idcirco monas est, qua hoc intelligimus. At dyas, id est binarius, scientia est, infinibilis: meritò. Omnis enim demōstratio, omnisq; scientiæ fiducia, omnisq; insuper ratiocinatio ex quibusdam concessis id quod controuersum est colligit, facileq; demonstrat, quorum comprehensio scientia est. Propterea fuerit quidem fortasse dyas. Trias uerò, id est ternio, opinio est ex perceptione, nec immeritò: quippe multorum est opinio: at ternio multitudo, ut O terq; quaterq; beati. Ideoq; non admittit Pythagoras ternarium. Heraclitus atq; Hippasus Metapontinus uniuersæ naturæ principium ignem dixerunt. Ex igne enim omnia nasci, & in ignem omnia desinere, quo extincto, in hanc mundi formam omnia digesta esse. Nam primum crassissimum quodq; compactili in se nixu in terræ formam coactum, qua deinde ab igne soluta naturæ ui aquam confectam, deniq;

B aquæ suffitu aerem procreatum, rursusq; mundum atq; omnia corpora in uniuersi olim conflagratione solutum iri. Principium igitur ignis, quandoquidem ex hoc omnia. Finis etiamnum ignis, quoniam in ipsum intereunt omnia. Epicurus Neoclis filius Atheniensis Democriti uestigia philosophando persecutus, principia rerum corpora dixit mente percepta, solida, non creata, sempiterna, quæ nec corrumpi possent, nec contundi, nec informari ex parte, aut quouis modo immutari. Esse autem illa mente percepta, mouerìq; illa in inani, perq; inane, esseq; ipsum inane infinitum, ut corpora quoq; infinita. Cæterum tria ijs accidere, formam, magnitudinem, pondus: quãquam Democritus tantum illis dabat magnitudinem & formam. Epicurus nanq; tertium addidit pondus. Necesse enim, inquit, moueri corpora ponderis pulsu, alioqui moueri non posse. Esse autem huiusmodi corporum, quas Atomos uocãt, comprehendibiles formas, non infinitas, neq; hamatas esse, nec uncinatas, nec anulatas, nam id genus formas facilè contusiles, atomos autem infrangibiles, impatibiles, suas uerò habere formas mēte perceptibiles. Deniq; atomos, id est indiuidua corpuscula, non quia minutissimæ sint, sed quia indiuisibiles, quippe impatibiles inanisq; expertes. Itaq; qui indiuiduum dicit, continuò infractumq; quoq; dicit, impatibile, inanis expers. Empedocles Metaonis Agrigentinus elementa quidem quatuor esse dixit, duas uerò principales potentias, amicitiam & dissidium: harum illam esse coniunctiuam, hoc dissociatiuum. Sic enim inquit:

> Quattuor imprimis cunctarum semina rerum,
> Iuppiter ætheteus, Pluto inferus, almaq; Iuno,
> Nestis quæ lacrymis hominum riuos alit hudis.

Iouem autem intelligit feruorem & ęthera. Almam uerò Iunonem aera, Plutonemq; terram. Nestim deniq; humanosq; riuos, tanquam genituram & aquam. Socrates Sophronisci Atheniensis, Platoq; Aristonis item Atheniensis (eædem enim de uniuerso utriusq; sententiæ) principia tria posuerunt, Deum, materiam, ideam. Est autem Deus mens. Materia uerò, quod primum generationi subiacet & corruptioni. Idea autem

autem ſubſtantia ſine corpore in diuinis ſenſis animi ui uſq; Dei. At Deus mēs mundi. Ariſtoteles Nicomachi Stagirites principia quidem Entelecbiam, ſiue ſpeciem, id eſt continuatam quandam motionem & perennem, materiam, & priuationem. Elementa autem quatuor, quintū uerò corpus quoddam immutabile. Zeno Mnaſſei filius Citienſis principia quidem Deum & materiam, quorum illum agendi cauſam eſſe, hanc patiendi. Elementa autem quatuor. Horum autem ſecta Italica dicta eſt, nimirum propter Pythagoram qui in Italia philoſophiam profeſſus eſt: migrauerat enim patria Samo, Polycratis tyrannidi infenſus. C

Quomodo coagmentatus mundus. IIII

MVndus autem coagmentatus eſt circumflexa forma, hoc propè modo configuratus. Quum indiuidua corpuſcula temerario fortuitoq; motu aſſiduè celeriterq; mouerētur, corpora in unum multa glomerata ſunt, uaria tum magnitudine, tum forma. His unum in locum coactis, quæcunq; maiuſcula grauiuſculaq; erant, penitus ſubſederunt. Quæ autem minuta, rotunda, leuia, lubrica, hęc in concurſu corporum elidebantur, ſurſumq; uerſus ferebantur. Simulac autem impulſiua illa ui & ſubuehente defecta ipſa non iam ſublimè efferebantur, nec deorſum ferri poterant, ad loca appellebantur eorum capacia, hi autem erant in ambitu: poſtea huiuſmodi corporum coagmentum undiq; circumflectebatur, in qua circumflexione complexa inter ſe corpuſcula cœlum procreauere. Eadem natura ui uaria, ut prædictum eſt, indiuidua ſublimè deducta ſyderales naturas confecere. At multitudine exhalatorum corporum impulſus aer eliſusq; eſt: qui rurſus agitatu in ſpiritū uerſus, rapta ſecum uerſabat ſydera, quæ eorum uertigo adhuc ſublimis aſſeruata eſt. Ex conſidentibus porrò indiuiduis concreta eſt terra, ex euectis autem cœlum, ignis, aer, genita. Reſidua uerò in terra materia multa, eaq; uentorum impulſu ſtellarumq; auris addēſata, quacunq; rarius concreuerat terra, natura humoris expreſſa eſt. Quæ fluxa quum eſſet, facile concaua in loca ſeq; concipere arcereq; nata, delapſa eſt, aut ſuapte etiam ipſa ſponte ſubſiſtens, alueos ſibi depreſſioribus in locis cauauit. Præcipuæ igitur mundi partes hunc in modum genitæ ſunt. D

An unum uniuerſum. V

ENimuero Stoici unicum eſſe mundum cenſuerunt, quem & uniuerſum eſſe dixerunt, & quicquid corpore conſtaret. Empedocles mundum unum quidem, uerum mundum nō eſſe uniuerſum: eſſe autem perparuam naturæ uniuerſæ partem, reliquam uerò & magnam partem uacantem eſſe materiam. At Plato ex tribus, ut uidetur, unum eſſe mundum conijcit, & uniuerſum unum, quòd uideri conſummatus non poſſit, niſi omnia comprehēdat: quòd niſi unus ſit, exemplaris, id eſt Dei ſimilis eſſe non poſſit: quòd deniq; ſiquid extra eū eſt, perpetuò incolume eſſe nequeat. Ad Platonem igitur reſponderi poteſt, mundum conſummatum non eſſe, nec enim omnia continet, alioqui homo quoq; conſummatus eſſet, ſed nō omnia continet. Exemplaria autem multa eſſe, quemadmodum in ſtatuis, ædificijs, picturis: nam quomodo perfectus, ſiquid extra ipſum circumuerſari poteſt? Iam uerò immortalis non eſt, nec eſſe quidem poteſt, quippe qui natiuus ſit. Metrodorus abſurdum eſſe ait, in latifundijs unicam ſpicam naſci, unumq; in infinito mundum. Quòd autem innumeri ſint, ex hoc liquere, quòd innumerabiles ſint eorum cauſæ, ſi enim quibuſdam ſuis finib. finitus eſt mundus, cauſæ autem infinitæ ex quibus conſtat, neceſſe eſt infinitos eſſe: ubi enim ſunt cauſæ, inibi effectus quoq;: atqui cauſæ, indiuidua aut elementa.

Vnde notionem Dei homines habuerint. VI

SToici numinis eſſentiam hoc modo definiunt, ignitū ſpiritum intelligentiæ participem, formam nullam habentē, in quam uerò cunq; uelit ſe uertentē, omniaq; aſſimulantem. Habuerunt autem notionem eius à decentia primū ſumptam eorum quæ uiſuntur. Nihil enim pulchri temerè nec fortuitò fit. Fit autem adhibita arte quadam concinnatrice. Pulchrum uerò eſſe mūdum ex forma, colore, amplitudine, ſtellarumq; mundum ambientium uarietate patet. Globoſus etiam, quę in primis forma cenſetur: hæc enim ſuarū ipſa partiū ſimilis eſt. Rotūdus autem quū ſit, partes etiamnū rotundas habet. Propterea inquit Plato, Mens quæ in homine anguſtiſſima pars

eſt

A est, in capite constituta est. Mundi quoq; color honestus est, ceruleo enim coloratus est, qui purpureo fuscior, splendenti qualitate nitet, qua maximè gratia intẽsissimi ui coloris immensam adeò aeris uastitatem perrumpens, ex tanto interuallo conspicitur. Pulcher etiamnum mundus ex amplitudine. Omnium enim rerum ambitus summus & obtentus in suo quisq; genere pulcherrimus est, ut in animante, ut in arbore. Absoluunt & cœli decorem ea quæ in eo cõspicua sunt. Obliquus enim circulus uarijs distinctus est simulacris, in eo cancer est, post quem leo, postq; hũc uirgo, ab hac chelæ, id est forcipata brachia scorpionis, post quas scorpius ipse, sagittarius & capricornus, à capricorno aquarius, stellatiq; duo pisces, ad hæc aries, & taurus, geminiq;. Innumerabilia id genus alia Deus idem per cœli conuexitates sparsit. Vnde inquit Euripides: Stellantem cœli splendorem chronon, honestè distinctum opus fabri periti. Profectò notitiam Dei hinc magnopere cepimus: perpetuo enim tenore sol, luna, reliquaq; sydera sub terras mersa, uno existunt denuo colore, æqua præterea magnitudine, ex ĳsdemq; locis, eodemq; prorsus tempore. Proinde qui nobis cultum deorum tradidere, tres omnino ad hoc formas instituerunt. Primam à natura ductam, secundam à fabulis, tertiam legum autoritate testatam. Naturalis à philosophis docetur, Fabularis à poetis, Legalis ab unaquaq; ciuitate constitui ferè solet. Porrò hæc omnis institutio septem in parteis tribuitur. Prima ab his quæ supra uisuntur ducitur. Dei enim notionem ex apparentibus primum habuere stellis, quum ab his miræ rerum congruentiæ causas existere uiderent, uelutí ratas diei noctisq; uices, hyemisq; & æstatis, ortusq; & occasus. Ad hæc eorum quæ ex terra animarentur, in frugésue enascerentur. Idcirco cœlum omnium horum patrem arbitrati sunt, terram uero matrem. Et aerem quidem propterea patrem, quòd aquarum lapsus seminis uicem præbeat, terramq; matrem, quòd matris uice has excipiat, & deinde pariat. Cæterum stellas illi quum uiderent perenni cursu irrequietas, solemq; & lunam luminis nobis autores esse, ab eo quod theasthæ, id est spectare dicũt, & thein, id est currere, theos (un

B de nos deos) appellauerũt. Altero tertioq; loco deos in cõmodos, incõmodosq; partiti sunt, & cõmodantes quidem, Iouem, Iunonem, Mercurium, Cererem: incommodantes autem pœnas ultrices, Furias, Martem, quorum uiolenta noxiaq; numina uotis redimunt, à seq; depellunt. Quartí quintiq; ordinis deos, cùm gerẽdis rebus, tum uerò animi perturbationibus præfecerũt. His Amorem, Venerem, Cupidinem: illis Spem, Iustitiam, Æquitatem. Sextum sibi locum uendicant fictitia poetarum numina. Hesiodus enim natiuis dĳs parentem cõstituere uolens, huiusmodi ei genitores induxit, Cœonq;, Creonq;, Hyperiona, Iapetonq;. Propterea hoc genus deorum fabulare uocatur. Septimæ, postremæq; notæ ac dignationis sunt, qui humano more geniti propter suam in homines beneficentiam diuinos honores meruerunt. Cuiusmodi Hercules, Dioscoridæ seu Tindaridæ, Liber pater. humana autem species hos esse deos propterea perhibent, quòd omnium quæ sunt, numen haud dubiè præpotentissimum est, homo autem animantium omnium honestissima est natura, quippe uirtute multifariam ornatus in mentis suæ constitutione, quę pręstantissima pars est. Hac de causa eos qui inter homines optimè uitam egerunt, præstabilissima eodem modo parte honestatos esse animaduerterunt.

Quis Deus. VII

Verumenimuero nonnulli philosophorum, quemadmodũ Diagoras Milesius, Theodorus Cyrenensis, Euemerus Tegeates, deos prorsus nullos esse censuerunt. Euemerum autem Callimachus Cyrenensis in iambis suis taxat hũc in modum scribens: In suburbanum delubrum conferti ite, in quo iampridem æreum qui finxit Iouẽ, insolens senex, improba uolumina scribat. Hæc pro ea opinione dicta sint, quæ negat esse deos. Verũ Euripides tragicus hoc quidẽ apertè in mediũ afferre noluit, uidelicet uerens Areopagi iudicium. Significat autem hunc in modum, Sysiphon enim huius autorem opinionis induxit, huiusmodiq; sententiæ eius astipulatur ipse. Fuit enim tempus, inquit, quum soluta erat mortalium uita, & belluina, uiolentiaq; administra. Postea, inquit, exlex uita inductis antiquata est legibus. Pòst ubi, inquit, manifestaria arcere delicta lex poterat, clàm uerò delinquebant multi,

tum quidam peritus uir mendaci adorsus oratione ueritatem restringere, & suadere mortalibus, quòd Deus esset insenescibili perennans uita, qui hæc & audit, & uidet menteq́ præpollet. Tollamus, inquit, poetica deliramenta, cōgruenter Callimacho ita dicenti: Si Deum nosti, scito quoq́ quòd factu nil nō Deo possibile. Atqui Deus non omnia potest. Quandoquidem si Deus est, faciat, inquit, atram niuem, ignem gelidum, & quod sedet ut stet, uiceq́ uersa. Proinde Plato ille grandiloquus, quum inquit, Deus afformauit mundū ad sui exemplū ipsius, olet obsoleta, ut inquiunt Comici, Arcadum Cascorumq́ nugamenta. Nam quo pacto Deus se intuens ipse mūdum affinxit? aut quomodo globosum, quū sit etiam ipse breuior homine? Anaxagoras autem hoc modo inquit: Promiscuè ab initio manebant corpora, mens uerò diuina gessit ea, omniumq́ procreationes confecit. Plato non manentia prima corpora, sed temerè huc illuc agitata posuit. Animaduertens, inquit, Deus quòd rerum compositio inconditæ positioni obstaret, omnia ordine digessit. Horum igitur uterq́ pariliter labitur, uel eò maximè, quòd Deū res humanas procurare, aut hominū causa mūdum construxisse cēsuerāt. Animal enim cum beatū & senij expers, tum bonorū numeris omnibus cumulatum, omnisq́ omnino exors mali, cohærente quidem illa beatitudine ac perennitate, humanarum proculdubio rerum securius est: alioqui qui miser non sit, si opificis structorisq́ more efferēdas onerum moles subeat, atchitectandiue mundi cura angatur? Tametsi deus ille quē perhibēt, superiore illo æuo, quum corpora immota erant, aut non erat omnino, aut temerè mouebatur, aut deniq́ somno indulgebat, & rursus insomnię, aut postremò horum neutri. Primum admitti non potest, quum deus sit æternus. Nec secundum: Si enim ab ęterno somno indulgebat, mortuus erat, quum mors sit somnus. Quanquam somno opprimi deus qui potest? Immortalitas enim, qua deus præditus est, cum eo quod proximè mortem accedit, multum admodum dissidet. Restat ut uigilarit deus. Quod si est, uel quo deficiebatur ad beatitudinem indipiscendam, aut omnibus eam partibus expleuerat. Illo modo beatus esse non poterat, quum beatitudo non sit, si quid eam deficiat. Hoc nihilo magis, frustra enim hoc moliebatur, si rei nullius indigus erat. Age uerò si Deus est, huiusq́ procuratione administrantur humana, quamobrem cum deterrimo quoq́ fortuna præclarè agere solet, contrà cum præstantissimo quoq́ pessimè? Ecce tibi Agamemnon regnatorq́ bonus simul atq́ acerrimus armis, ab adultero adulteraq́ acceptus, doloq́ interemptus est. Huic item cognatione iunctus Hercules, quum de rebus humanis optimè meruisset, noxijs plerisq́ monstris orbe desecato, à Deianira uenenatus & incautus confectus est. Thales mundi mentem deum. Anaximander cœlestia sydera deos esse. Democritus deum, mentem ignitam, mundi animam Pythagoras principiorum monada quidem deum, qui bonum quoq́, quæ est unius natura, mensq́ ipsa. Infinibilem autem dyada, genitum, qui & malum, circa quam multitudo uersatur materialis. Est autem etiamnum uisibilis mundus, deus. Socrates & Plato unum, unigenitum suapte ipsum spōte natum, singulare, uerum germanumq́ bonum. Hæc autem nomina omnia in mentem spectant. Mens igitur deus, abiuncta quædam forma, id est nulli omnino materiæ mixta, nulli patibili rei coalita. Aristoteles summum quidem deum formam abiunctam, uniuersi sphærænitentem, æthereo corpore, quod ab ipso quintum uocatur. Hoc autē in sphæras diuiso natura quidem cohærentes, opinione autem secretas, unamquenq́ sphęrarum animal esse existimat, ex anima corporeq́ constans, corpusq́ æthercum esse uersatiliter mobile, animam uerò rationem immobilem, motus causam efficiētem. Stoici communiter censent deum ignem esse artificem, ita procedentem in mundi creatione uniuersas seminales intra se rationes complectentis, per quas omnia è fato fiunt. Spiritum insuper per uniuersum quidem mundum pertinentem, appellationes autem identidem mutantem per uniuersæ quam peruadit naturæ confinia. Deum etiam mundum, & stellas & terram, supremamq́ omnium in æthere mentē. Epicurus specie humana deos, cogitatione autem non sensu perspectiles præ exilissima imaginum natura. Idem naturas quatuor alias censet, genere quidem incorruptiles, indiuidua, inane, infinitum, similitudines. Hæ autem dicuntur similaritates & elementa.

De

A

De Genijs & Heroibus. VIII

CONsequenter huic de dijs cōmentationi, Geniorum Heroumq́ enarranda natura. Thales, Pythagoras, Plato, Stoici Genios animales esse substantias, esse etiam Heroas abstractas à corporibus animas, bonos quidem bonas, malos uerò prauas. Epicurus nihil non improbat horum.

De Materia. IX

MAteria est quod primum generationi corruptioniq́ subiacet, reliquisq́ mutationibus. Thaletis Pythagoreq́ discipuli, Stoiciq́, uertibilem, alterabilem, mutabilem, fluxamq́ omnem omnino materiam dicunt. Democriti impartibilia prima, indiuiduum, inane, & quæ corpore carent. Aristoteles & Plato materiam corporeā, informem, specie, figura, qualitate uacuam quantum in suaipsius natura situm est, formatum tamen susceptricem, ut nutricis matrisq́ in sigillis uicem impleat. Cæterum qui aquam dicunt aut terram, aut ignem materiam, iam non informem illam dicunt, sed corpus. Qui autem impartilia, & indiuidua, informem.

De Ideis. X

IDea, id est species, substantia est uacua corporis, ipsa quidem ex se non subsistens, materias uerò informes effigians, causaq́ earum demonstratrix. Socrates & Plato Ideas seiunctas à materia substantias existimant, in sensis uisisq́ Dei, id est mentis substātes. Aristoteles species quidem & Ideas, reliquit, sed neutiquam à materia disiunctas. Stoici, qui à Zenone originem ducunt, notiones in animis nostris anticipatas, Ideas esse dixerunt.

De Causis. XI

CAusa est ex qua effectus, uel propter quam contingit quid. Plato trifariam causam posuit. Est enim, ut ipse inquit, à qua, ex qua, ad quam. Præcipuam autem putat eam, ex qua. Hæc autem est rerum efficiens, quę eadem mens. Pythagoras, Aristoteles primas quidem causas corpore uacantes, quæ autem participatu ex accidentiq́ causæ sunt, corporeæ esse substantiæ, ut sit mundus corpus. Stoici causas omnes corporeas, utpote spiritus.

B

De corporibus. XII

COrpus est quod trifariam diuisibile est, longitudine, latitudine, altitudine: uel concrementū pulsum sensiliter admittēs duntaxat quantū è natura sua est, uel quicquid locum obtinet. Plato, quod nec graue natura, nec leue in suo quidem loco situm, in alieno autem statutum continuo nutum habet, ex nutuq́ momentum aut ad grauitatem aut ad leuitatem. Aristoteles terram rem prorsus grauissimam esse, ut leuissimam ignem. Aerem autem & aquam aliter alibi. Stoici duo quidem ex quatuor elementis leuia, ignem & aerem, duo uerò grauia, aquam & terram. Leuia enim sunt natura, non nutu à proprio ipsorum medio. Graue est autem quod in meditullium uergit, non graue meditullium. Epicurus incōprehensa corpora, & prima quidem simplicia, quę autem ex ijs concreta, omnia pondus habere. Indiuiduorū autem partim ad lineā moueri, partim obliquare, nonnulla sursum uersus concussuq́ ferri.

De minimis corpusculis. XIII

EMpedocles ante quatuor elementa, fragmenta minutissima introduxit, tanquam elementorum elementa, similiaria, rotunda. Heraclitus ramenta quędam minima & impartilia.

De formis. XIIII

FOrma superficies & circunscriptio lineamentumq́ corporis. Pythagorici globosa elementorū quatuor corpora autumāt, ignem autem supremum turbinatum.

De coloribus. XV

COlor est corporis qualitas uisibilis. Pythagorici colorem uocabāt superficiem corporis. Empedocles quod meatib. uisus congrueret. Plato flammā ex corporibus prodeuntem, accōmodatas uisui particulas habentem. Zeno Stoicus colores, primas materiæ configurationes. Pythagorei genera colorū, album, nigrum, rubēs, luteum. Differentias autem colorum, album & nigrum, rubēs ac luteum. Has autem fieri mixtionib. quibusdam elementorum, easdemq́ in animantib. propter locorum cœlorumq́ uarietates accipere.

De sectione corporum. XVI

QVi Thaletis Pythagoræq; uestigijs institerunt, partibilia corpora in infinitum sectilia dicunt. Alij indiuidua impartiliaq; huiuscemodi esse negant, nec ad infinitum sectionẽ procedere. Aristot. potentia quidẽ in infinitum, actu autem nequaq;.

De mixtione & temperatura. XVII

VEtustissimi elementorum mixturas alteratione fieri dicũt. Anaxagoras Democritusq; appositione. Empedocles ex minimis compagunculis elementa componit, quæ minutissima quædam sunt, & tanquam elementorum elemẽta. Plato tria quidem corpora (negat enim illa aut iusta esse, aut propriè uocari elementa) ignem, aerem, aquam, inter se uertibilia. Terram autem in eorum nullum immutari.

De Inani. XVIII

QVi à Thalete ad Platonem usq; de philosophia scripsere, inane omnes nõ agnouerunt. Vnde Empedocles: Aut uacat aut uacuum est nihil omni prorsus in orbe. Leucippus, Demetrius, Metrodorus, Epicurus, indiuidua quidem multitudine infinita, inane autem magnitudine infinitum. Stoici intra mundum uacui nihil esse, extra mundum uerò immensum. Aristoteles tantum esse uacui extra mundum ut respirare cœlum possit, utiq; quod sit igneum.

De Loco. XIX

PLato definit, id quod formas assumere natum est, trãslatione quadam materiam dicens tanquam nutricem & susceptricem. Aristoteles extremum continentis cum contento committens.

De loculamento, seu conceptaculo. XX

STOici & Epicurus differre inane, locum, loculamentum. Inane enim uacuitatem esse corporis. Locum aũt quod obtinetur à corpore. Loculamentum uerò quod ex parte obtinetur, ut in uini uegete.

De tempore. XXI

PYthagoras tempus sphæram extremi ambientis esse. Plato æui effigiem mobilem, uel mundanæ motionis intercapedinem. Eratosthenes solis iter.

De essentia temporis. XXII

PLato essentiam temporis cœli morum. Stoicorum pleriq; motionem ipsam. Philosophi ferè ingenitum esse mundum. Plato genitum, quatenus ad deprehensionis nostræ captum pertinet.

De motu. XXIII

PYthagoras, Plato motum differentiam esse quandam, aut alterationem in materia. Aristoteles mobilis perpetem actum. Democritus genus unum motionis agnoscitat, quod in obliquum uergit. Epicurus motus genera duo, quod ad lineam, & quod per inflexum. Herophilus motionum unam quidem mente perceptibilem, alteram uerò sensu. Heraclitus quietem ac consistentiam ex uniuersis naturis tollebat, ut quæ mortuorum essent. Motum uerò dabat, æternum quidem æternis, interiturum autem interituris.

De ortu & interitu. XXIIII

PArmenides, Melissus, Zeno, generationem corruptionemq; propterea sustulerunt, quòd uniuersum immobile arbitrarẽtur. Empedocles, Epicurus, omnesq; quotquot ex minutulorum congerie corporum construxere mundum, concretiones quidem & dissipationes introducunt, ortus autem & interitus non propriè. Non enim ex qualitate per alterationem, uerum ex quantitate per congeriem fieri. Pythagoras omnesq; quotquot patibilem materiam ponunt, creationes propriè internicionesq; fieri, quippe quæ alteratione elementorum conuersioneq; & solutione fiant.

De necessitate. XXV

THales: Validissimum quiddam necessitas, quippe quæ naturæ præualeat uniuersæ. Pythagoras mundum necessitate circũdatum inquit. Parmenides ac Democritus omnia è necessitatis præscripto fieri. Hanc autem eandem atq; fatum esse, iustitiam præterea & prouidentiam, & mundi architectricem.

De

De essentia necessitatis. XXVI

A PLato euentorum partim prouidentiæ adscribit, partim necessitati. Empedocles necessitatis essentiam causam principijs elementisq; utendis aptam. Democritus rerum dissidentiam, internicionem, & materiæ pulsum. Plato tum materiam, tum agentis ad materiam habitum.

De fato. XXVII

HEraclitus omnia ex fati præscripto euadere. Hanc autem eandem ac necessitatem esse. Plato fatum quidem admittit in humanis animis, degẽdaq; hominum uita, sed adhibet & causam à nobis proficiscentem. Stoicis cum Platone conuenit. Et necessitatem quidem fixam causam dicunt & uiolentam, fatum autem ratã statamq; causarum complexionem. In qua ipsa complexione adnexã eam quoq; causam, quæ à nobis proficiscitur, ut sint quædam fata, quædam uerò refata.

De substantia fati. XXVIII

HEraclitus substantiam fati mentem per uniuersæ essentiam naturæ pertinẽtem. Eam autem esse æthereum corpus, semen procreationis uniuersi. Plato sempiternam rationem, legemq; æternam uniuersalis naturæ. Chrysippus potentiam spiritalem, certa quadam ratione uniuersi constitutricem. Et rursus in definitionibus: Fatum est, inquit, mundi ratio, uel lex eorum quæ in mundo prouidentia cõstituuntur, aut ratio, ad quam rationem omnia quæ fuere facta sunt, quæq; sunt fiunt, fientq; quę futura sunt. Stoici causarum seriem, hoc est ordinem, & ueluti ductum restis intransgressilem. Possidonius fatum secundum, Iouem tertium. Primum enim esse Iouem, secundum naturam, tertium fatum.

De fortuna. XXIX

PLato fortunam causam in propositis constitutisq; per accidentiam & consecutionem. Aristoteles causam per accidens in ijs quæ ex animi appetẽtia propter quid fiunt. Obscuram illam quidem & instabilem. Differre autem à fortuna spontaneũ temerariumq; casum. Quod enim à fortuna, idem à temeritate quoq; fieri: hocq; B gerendis in rebus esse. Quod autem temerarium spontinumq; sit, non cõtinuò idem à fortuna fieri, idq; citra omnẽ rerum administrationem usuuenire. Porrò fortunam rationalium esse, suæ autem spontis casum, tum rationalium, tum rationis expertium animantium, tum inanimatorum corporum. Epicurus causam non sibi constantem personis, temporibus, modis. Anaxagoras & Stoici indeprehensam humano captui causam. Siquidem euentorum quædam è necessitate, quædam è fato, quædam ex libero & constituto, quædam è fortuna, nonnulla è suæ spontis casu.

De natura. XXX

EMpedocles naturam quidem nihil esse, mixturam uerò elementorum & discriminationem. Sic enim scribit in primo naturali:

Dixero præterea, naturæ nullus in orbe
Est locus, & fictum lethi exitiabile nomen.
Sed modò misceri, rursus quoq; mixta retexi
Cuncta ferunt, homines sed apud natura uocatur.

Anaxagoras similiter naturam concretionem dissipationemq;, id est, generationem & interitum.

PLVTARCHI CHAERONENSIS DE PLACITIS DECRETIS'QVE PHILOSOPHORUM NATURALIBUS, Lib. II.

ABsoluta igitur principiorum elementorumq; enarratione, necnon eorum quæ eiusdem cum eis ordinis sunt, flectendus protinus ad eam stylus quæ de effectis disserit. Ab eo autem quod omnium capacissimum est potissimum auspicabimur.

De mundo. I

PYthagoras primus uniuersorum complexionem, mundum uocauit, ob eam nimirum quæ in eo uisitur, elegantem rerum digestionem. Thales Thaletisque studiosi mundum unum esse censuerunt. Democritus, Epicurus, eorumque discipulus Metrodorus, innumerabiles in infinito mundos per omnem eius complexum in immensum expatiantem. Empedocles circinationem solis, circũscriptionem esse mundi, hocque eius circunferens lineamentum. Seleucus infinibilem mundum. Diogenes uniuersum infinibile, mundum uerò finitum. Stoici omne quicquid est ab uniuerso differre, omne enim esse infinitum cum inani, uniuersum autem absque inani. Mũdum proinde unum, & idem non esse uniuersum ac mundum.

De forma mundi. II

SToici globosum mundum, alij turbinatum, nõnulli ouatũ. Epicurus posse quosdam globos esse mundos, posse etiam alios aliam sortiri formam.

Animans'ne mundus. III

CÆteri quidem omnes animantem mundum, & prouidentia administratum. Democritus uerò, Epicurus, & qui indiuidua cunque inducunt & inane, nec animatum, nec prouidentia administratum, sed natura quadam rationis exorte. Aristoteles nec usquaque animantem esse, nec sensibilem, nec rationis compotem, nec intellectus. Denique ne prouidentia quidem regi. Cœlestia enim horum omnium participia esse, ut quæ à suis ipsa sphæris ambiantur animatis, & spirabilibus, terræ autem obuersantia nullius non eorum expertia, & si decentis participantia compositionis, duntaxat accidentariæ, non etiam primigeniæ.

An corruptionis immunis sit mundus. IIII

PYthagoras & Stoici genitum à Deo mũdum, & corruptioni obiectum, suæ quidem naturæ respectu, utpote qui sensibilis sit propter corpulentiam, nec ideo tamen interiturum: diuina enim eum continente natura perennaturum. Epicurus interiturum. Quippe genitum ut animal, ut stirpem. Xenophanes ingenitum, sempiternum, corruptionis immunem. Aristoteles sublunarem mundi partem patibilem, utpote in qua terræ proximantia marcescant.

Vnde alatur mundus. V

ARistoteles: Si alitur, inquit, mundus, interibit quoque. Atqui nulla prorsus indiget alimonia, sempiternus igitur. Plato ipsum sibi mundum ex tabescentibus alimoniam per alteratione suggerere. Philolaus bifariam corruptionem, tum ex cœlo ignis defluxu, tum ex aqua, lunari uertigine ex aere effusa. Horum enim suffimenta mundi esse alimoniam.

A quo elemento adorsus fabricam mundi deus. VI

PHysici à terra mundi creationem Deum rentur auspicatum, uidelicet tanquam à centro. Nam globi principium centrum. Pythagoras ab igne quintoque elemento. Empedocles aerem primum discriminatum, deinde ignem, post quem terram, ex qua uersatili cœli impetu astricta aquam exscaturijsse, ex hacque rursus uaporatũ aerem. Et factum quidem cœlum ex æthere, solem autem ex igne, terræ autem proxima ex alijs coagulata. Plato uisibilem mundum ad exemplum intellectilis mundi factum: uisilis autem mundi priorem quidem animam factam, posterius uerò corpulentum, huiusque quod ex igne terraque constat prius, deinde quod ex aere & aqua. Pythagoras quinque quum sint solidæ figuræ quæ mathematicæ dicuntur, ex quadrantali terram factam, ex meta ignem: ex octaedro, id est octonorum sessuum corpore, aerem: ex icosaedro uerò, id est uicenorum, aquam: ex dodecaedro uerò, id est, duodenos in situs sessili, uniuersi globum. Plato in omnibus bis Pythagorissat.

De mundi structura.

PArmenides tanquam coronas inter se complexas, ex denso raroque deinceps alternantes, inuicemque ex lumine & caligine intersitis mixtas, eorum uerò supremũ, ambitum muri instar solidum. Leucippus, Democritus, tunicam mundo mẽbranamque obducunt. Epicurus quorũdam mundorũ ambitum rarum, quorundam spissum, eorumque quosdam cieri, quosdam immotos esse. Plato ignem primũ cõfectum, deinde

A deinde æthera, post quem aera, ab hocq; aquam, nouissimamq; omnium terram. Horum uerò cœlestibus quidem orbicularem motionem tribuit: infra eos autem locatis, leuibus quidem sursum uersum, grauibus uerò deorsum. Empedocles nec usquequaq; manentia, nec stata elementorum loca, sed omnia uicissim alterius alterum capessere locum.

Quam ob causam cernuus mundus. VIII

Diogenes, Anaxagoras post mundi absolutam compagem, animaliaq; è terra educta, inclinatum quodammodo suapte sponte mundum in austrinam sui partem, fortasse hoc agente prouidentia, ut partim habitabilis, partim inhabitabilis esset, pro rigore æstu'ue eorumq; temperatione per has atq; illas mundi parteis euariantibus. Empedocles aere impetui solari cedente emotas ursas, sicq; aquilonareis erectas esse partes, contraq; austrinas ἤσσε pessum, ex quo & uniuersum mundum.

De extrarijs mundi partibus, & nuncubi uacuum. IX

Pythagoræi extra mundum esse uacuum, quo & unde mundus respirat. Stoici quo in conflagratione uniuersi infinitum resoluetur. Possidonius non infinitū, sed quantum ad dissolutionem sat est. In primo de inani Aristoteles uacuum esse dixit. Plato nec extra mundum, nec intra, uacuum esse censuit.

Quæ mundi dextræ, quæ læuæ partes. X

Pythagoras, Plato, Aristoteles dextera mundi orientales dixere parteis, à quibus initium motus. Læua autem occiduas. Empedocles dexteras mundi partes solstitialeis, sinistrasq; brumaleis.

De cœlo, & quæ eius substantia. XI

Anaximenes circumferentiam cœli extimam, terream. Empedocles solidum esse cœlum, ex aereq; cōstans, in crystalli duritiam ab igne compacto, igneam aereamq; immensitatem in utroq; hemisphęrio continens. Aristoteles ex quinto corpore, uel ex igne, uel ex caloris rigorisq; mixtura.

De cœli sectione, & in quot secetur circulos. XII

B Thales, Pythagoras, Pythagoræi uniuersum globum quinq; in circulos distributum esse, quas zonas, id est cingula uocant. Appellatur autem eorum unus Arcticus, id est ursinus, & semper sublimis. Alius solstitialis. Alius æquidialis. Alius brumalis. Postremus antarcticus, id est ursino obuersus, idemq; abstrusus. At qui obliquus, signiferq; dictus est, tribus medijs subditus est, perq; eos transuersus attiguē fertur. Hos autem omn[illegible] ursis & aquilone demetitur meridianus ad angulos iustos in oppositam è regione partem. Signiferi uerò obliquationem Pythagoras primus animaduertisse fertur, tametsi hoc inuentum Oenopides Chius ueluti proprium sibi ipse asserit.

Quæ syderum substantia, & quomodo composita sint. XIII

Thales glebulenta quidem, sed ignita sydera. Empedocles ignea, ex igne constantia, quem æther in se conceptum in prima elisit elementorum discriminatione. Anaxagoras circundatum ætherem, igneum quidem suapte essentia esse, suæ autem impetu uertiginis saxa à terra raptantem, suo ipsum igne in stellas succendisse. Diogenes pumicosa sydera, mundiq; spiracula putat. Idemq; rursus inuisibiles lapides sæpenumero cœlo deciduos in terra restingui perhibet, haud secus atq; olim in Ægos flumen saxeam stellam igni simillimē dilapsam. Empedocles inerrantes stellas crystallo adnexas esse, errantes autem solutas. Plato maxima ex parte igneas, participantes uerò aliorum quoq; elementorum ad glutinis instar. Xenophanes ex nubibus ignitis concretas, extinctas autem interdiu, noctu carbonum modo recandescere. Exortusq; & occasus solis earum esse accensus restinctusq;. Heraclitus & Pythagoræi unamquamq; stellam mundum esse terram suam ambientem, aeremq; adeò & ætherem in infinito æthere. Huiusmodi decreta in Orphicis esse perhibentur. Singulos enim mundos in singulas architectantur stellas. Epicurus nihil horum refellit, contingentibus adhærens.

De formis stellarum. XIIII

Stoici globosas stellas quemadmodum & mundum, solem, & lunam. Cleanthes turbinales. Anaximenes clauorũ in modum crystallaceo quodam suffixas. Sunt qui bracteas esse ignitas putent, tanquam picturamenta.

De ordine & situ stellarum. XV

Xenocrates una eademq; in superficie stellas moueri putat. Cæteri Stoicorũ uaria inter se humilitate & sublimitate. Democritus statas, summas: de quibus erraticas, infraq; has solem, luciferum, lunam. Plato post hærentium situm, primũ Phænunta, qui dicitur Saturni. Secundum Phaethonta, qui Iouis. Tertium pyroenta, qui Martis. Quartũ Luciferum, qui Veneris. Quintum Stilbonta, qui Mercurij. Solem deniq; sextum. Et septimam lunam. Mathematicorum quidam Platoni assentiuntur, quidam medium omnium solem. Anaximander, Metrodorus Chius, Crates, solem omnium supremum constitutum. Post quem lunam, infra hos errantes inerrantesq;.

* *Hic à Budæo duo capita sunt omissa, quæ in fine ex Cornarij conuersione habentur.*

De stellarum uectatione & motu. XVIII

Xenophanes stellas quæ in nauigiorum summitatibus uisuntur, nubeculas esse ad motum nescio quem præterfluentes. Metrodorus emicãtes ex oculis fulgetras quum pauidi perculsiq; cernunt.

De significatione sydcrum, siue (ut nonnulli) assignatione, & quomodo hyems & æstas fiant. XIX

Plato significationes (ita uocant aeris insignes mutationes) æstiuasq; & hybernas sub stellarum ortus occasusq; fieri, solis, lunæ, reliquarumq; tum errantium, tum hærentium. Anaximenes propter lunam nihil, sed propter solem modò. Eudoxus, Aratus propter cunctas communiter stellas. Hoc enim in his uersibus inquit:

Nanq; hæc signa deus per cœlum splendida fixit
Sydera distinguens, totum prouidit in annum
Tempore quæq; suo rerum stellantia signa.

De substantia solis. XX

Anaximander orbem esse dixit octo & uiginti partib. terra maiorem, absidem curriculi rotæ similem habentem, cauam, ignis plenam. Huius quadam ex parte effulgere ignem, similiter atq; per tibiæ foramen ad nos emissum, quem esse solem. Xenophanes ex igniculis solem coagmẽtatum ex humidis uaporibus collectis, aut nubem ustulantem. Stoici ignitum, quod intelligentiæ particeps ex mari existens & permulto igne compactum. Anaxagoras, Democritus, Metrodorus, globum ferri candentem, aut saxum ignitum. Aristoteles globum ex quinto corpore coactũ. Philolaus Pythagoræus solem uitri modo perlucentem, accipere ab igne cœlesti splendorem, acceptumq; ad nos trãsmittere, & tanquam percolare, adeò cœlestem ignem soli assimilem esse, ex quo prodire solem & simile quid speculi, tertiamq; inde à speculo lucem ad nos per reflexionẽ dissipari. Hanc enim nos solem uocare, quasi imaginis imaginem. Empedocles soles duos. Horum unum quidem ignem primarium, & (ut ita dicam) exemplarem, è regione semper reflexi simulacri sui constitutum. Hunc autem solem qui uisitur, repercussum simulacrum esse eius qui in altero est hemisphærio, aere ignito illo quidem pleno, ab orbiculata uerò illud terra in solem cry stallinum repercussum, unaq; cum ignei illius motu raptum, ad summã effulgentiam esse ignis terram ambientis. Epicurus glebulentum spissamentum, pumicosum, exesos intra meatus ignitum.

De magnitudine solis. XXI

Anaximander solem quidem terræ æqualem, circulũ uerò quo uectatur, & unde spiraculum habet, septies & uicies terra maiorẽ. Anaxagoras multis partibus Peloponneso maiorem. Heraclitus latitudine pedali. Epicurus omnia prædicta probabilia esse dixit, aut etiam tantũ esse quãtulus apparet, maiusculum minusculũ.

De forma solis. XXII

Anaximenes dilatatilem ad modum lamæ solem. Heraclitus schaphæ modo leuiter pandum. Stoici conglobatum, ut mundum, ut sydera. Epicurus prædicta omnia defendi posse.

De

A De Solstitio & bruma. XXIII

ANaximenes concretiore aere, & magis magisq́ retinente relidi sydera. Anaxagoras aquilonalis aeris oblisu, quem sol ipse protrudēs spissiorem sensim obnixioremq́ facit. Empedocles solem à sphærico uectabulo suo arceri reflectiq́, necnō à circulis solsticiali brumaliq́. Diogenes solem quum ad tropicos peruenerit, occursante æstui rigore extingui. Stoici solem subiecti sibi alimenti percurrere tractū, nec ultra progredi, esse autem oceanum terram'ue, cuius expiratibus pascitur. Plato, Pythagoras, Aristoteles propter obliquitatem signiferi hoc existimant fieri, per quem sol transuersus fertur, necnon tropicis latera solis utrinq́ cingentibus. Hæc autē omnia facile in sphæra cernuntur.

De deliquio solis. XXIIII

THales primus solem deficere dixit, luna eum ad perpendiculū subeunte, ut quæ terrosa natura sit: hoc autem speculariter cerni subdito disco. Anaximander ob structo solaris in abside spiraculo. Heraclitus solem scaphæ similem esse, quo inuerso defectum fieri, ut cauum sursum uersus euadat, conuexum uerò deorsum, ad conspectumq́ nostrum uergat. Xenophanes solem extingui, iterumq́ ad orientem alterum fieri. Hic etiamnum menstruam solis defectionem prodidit, atq́ absolutam defectionem, ut noctis dies speciem præbeat. Sunt qui agglomeratas sub sole nubes nostrum fallentes cōspectum, solis aspectum nobis adimere putent. Aristarchus solem hærentibus stellis annumerat, terram uerò circum solis orbem uersat: itaq́ eius inclinationibus obumbrari solem uoluit Xenophanes complureis esse soles lunasq́ per alios atq́ alios terrarum tractus segmentaq́ & zonas. Quodam igitur tempore incidere solem in aliquod terræ segmentum hominibus incultum, sicq́ tanquam per inane errabundum deliquium pati solem. Idem solem in infinitum progredi dixit, uideri uerò orbicular iter ferri præ immensa capedine.

De substantia lunæ. XXV

ANaximander circulum esse decem & nouem partibus terra maiorem, igne uelut solis quoq́ circulum plenum. Sic deficere lunam rotæ conuersionibus: similem enim esse uehiculari rotæ absidem cauam habenti. Hāc autem ignis plenam uno tantum spiraculo. Xenophanes nubem esse constipatam. Stoici temperamentum ex igne aereq́. Plato bona ex parte igne cōstare. Anaxagoras, Democritus igni tum conglobamentum campestria in se, colleis conualleisq́ complectens. Heraclitus terram nebula obuolutam. Pythagoras quoq́ ignitum lunæ corpus.

De magnitudine lunæ. XXVI

STOici maiorem terra arbitrantur, quemadmodum & solem. Parmenides soli æquam, à quo illuminari ipsam.

De forma lunæ. XXVII

STOici globatam esse, sicuti & solem. Empedocles disci similem. Heraclitus scaphæ, nonnulli cylindri. Configurari autem eam in septem modos: quū enim editur, lunatā, apparere, id est corniculantem, deinde diuiduam, inde cōuexam utrinq́, postea plenam. Ab hinc uerò cessim iam euntem deinceps utrinq́ conuexam, diuiduam, lunatam fieri, postremoq́ sub nouilunium intermestrem latere. Configurari autem hoc modo aiunt, obumbrāte eam ubiq́ terra, tum quadantenus, tum uerò usquequaq́, utiq́ subeuntem è regione concauitatis terræ.

De illuminatione lunæ. XXVIII

ANaximander peculiare ipsam lumen habere, etsi rariusculum. Antiphon proprio lunam fulgore splendere, uerum solis ingruentibus radijs obrutum id hebescere. Quippe ita natura comparato languidum ignē à præualido hebetari, quod æquè in alijs uiuuenire stellis. Thales, quiq́ ab eo denominati, lunam à sole illustrari autumant. Heraclitus solem atq́ lunā eodem modo affici, ambas enim stellas in scapham configuratas esse. Illustrari autem ipsas sorbendis spiraminibus humidis ut cōspicuæ sint, solem quidem splendidius, ut qui in aere liquidiore uectetur, at lunam turbidiore, ex quo & fusciorem esse.

De deliquio lunæ. XXIX

ANaximenes absidis ore obturato fieri autumat. Berosus restincta eius parte ad nos conuersa. Heraclitus scaphæ conuexitate inuersa, Pythagoræorum quidam luminis repercussum obstructumque posuere. Illum ab hac nostra terra, hunc ab antipodum fieri. Recentiores flāmæ suffectu sensim inardescentes, quoad statis temporibus plenilunium absoluat, uicissimque ad interlunium usque tabescentia, sub quo prorsus extingui. Plato, Aristoteles, Stoici, Mathematici consentiunt, menstruas occultationes cum sole coeuntem lunam eiusque splendore obrutam præstrictamque facere. Defectiones uerò in umbram terræ incurrente luna fieri, terraque inter utrunque sydus obiectu, aut luna potius obsepta.

Quam præbeat speciem luna, & cur terrea uideatur. XXX

PYthagoræi glebaceam propterea uideri lunam, quòd habitetur quomodo & hæc terra nostra. Sed & prægrandibus animātibus, & plantis amœnioribus: esse enim decies & quinquies uiribus illas his præstantiores, nihil excrementitium emittentes. Diem præterea totidem partibus longiorē. Anaxagoras inæqualitatem coagmenti ex rigido glebulentoque pro parte concreti: ignem enim & caliginem admixta, deinque lunam adulterinæ lucis stellam dictam. Stoici propterea non esse insolutile eius concrementum, quòd multiplici substantia constet.

De intercapedine lunæ quam à sole distat. XXXI

EMpedocles lunam duplex quam à terra à sole interuallum abesse. Mathematici undeuiginti partes à sole abesse lunam, quantum à terra ipsam. Eratosthenes lunam à terra abesse septingenta & octoginta stadiorum milia.

De anno uertente, & quantus uniuscuiusque errantium magnus sit annus. XXXII

ANnus est, Saturni quidem annorum ambitus uertentium triginta, Iouis autem duodecim, Martis duorum, solis duodeni menses, totidem Mercurij & Veneris, pariles enim eorum cursus, Lunæ dies triginta. Hic enim perfectus mēsis ab luna ad intermenstruam. Cæterum quidam annum octennium esse existimauerunt, nonnulli annos undeuicenos: sunt qui undesexagenos. Heraclitus ex duodeuicenis annorum millibus constare putat. Diogenes ex trecenis quinquagenisquinis supra Heracliti annum. Alij ex septenis milibus tricenis septuagenis septenis.

D

PLVTARCHI CHAERONENSIS DE PLACITIS DECRETIS'QVE PHILOSOPHORUM NATURALIBUS, Lib. III.

CIrcumscripta in compendium in superioribus libris cœlestium explicatione, quorum ipsorum & sequentium luna confinium est, conuertar in hoc demum tertio ad ea quæ Meteora, id est sublimia sublunaria'ue dicuntur. Ea autem sunt quæ à circulo lunæ ad situm usque terræ pertinent, quam ipsam in sphæræ comprehensione centri uicem obtinere putant. Hinc autem exordiar.

De lacteo circulo. I

CIrculus est nubeculaceus, in aere quidem assiduè uisitatus, appellatur autem lacteus propter candicantiam. Pythagoræorum quidam stellæ esse efflagrātiam à sua sede deciduæ. Hanc autem quà peruolitauit tractum circulariter perussisse, quo tempore aurigante Phaethonte cœlum conflagrasse dicitur. Quidam solem iam inde ab initio illac iter fecisse. Sunt qui speculare esse uisum putent, sole fulgores in cœlum referiente. Quod & in arcu cœlesti & in nubibus contingit. Metrodorus solis transmeatu fieri, esse enim hūc solarem circulum. Parmenides spissi rarique mixturam lacteum reddere colorem. Anaxagoras terræ umbram hac cœli parte consistere, quum sol terras subiens cœlum usquaquaque illustrare non potest. Democritus stellarum

A rum collucentiam multarum, paruarum, contiguarumq; inter se collustrantium propter adsipationem. Aristoteles aridæ exhalationis flammigantiam permultę & continuæ. Quo eodem modo crinitum ignem fieri, id est comeren. Hæc enim ambo sub æthera infraq; errantes fiunt. Possidonius ignis coagmẽtationem, sydere quidem rariorem, splendore uerò densiorem.

De crinitis & emicantibus, & trabibus, & alijs id genus. II

PYthagoræorum quidam crinitam dixerunt stellam esse ex earum numero quæ in cœlo comparent neutiquam assiduè, sed quæ statis temporibus ambitu certo peracto exoriri denuo solẽt. Alij obtutus nostri repercussum ad solem, specularibus simillime speciebus. Anaxagoras Democritusq; duarum aut plurium stellarum coitum inuicem se illustrantium. Aristoteles ignitam siccę exhalationis concretionem. Strato syderis lumen densa nube obtentum, quo modo & in facibus fit. Heraclitus Ponticus præaltam nubem putat ab lumine supero illustratam. Hic causam affert pogoniæ, id est barbatæ, areæq;, & trabis, & columnæ, & huiusmodi, quo modo sane & omnes Peripatetici. Hæc enim propter nubis configurationes fieri. Epigenes spiritum terreni quid habẽtem sublime ferri, inibiq; ignescere. Boethus liquatum aerem huiusmodi speciem præbere. Diogenes crinitas stellas reuera esse. Anaxagoras micantes, quæ dicuntur ab æthere scintillarum instar delabi, ideoq; continuò extingui. Metrodorus solem uiolentius in nubes ingerentem scintillare. Xenophanes hoc genus omnia ignitarum glomeramenta nubium aut uibramenta esse.

De tonitribus, fulguribus, fulminibus, turbinibus, & uorticibus. III

ANaximander à flatu hæc fieri omnia. Quum enim obducta nube crassa uiolentius enixus, naturæ subtilitate atq; leuitate erumpit, ruptura quidem sonitum, distractio uerò effulgentiam propter nigricãtiam nubis efficit. Metrodorus: Quum in nubem spissitudine concretam adigitur flatus, fractura quidem fragorem efficit, hiatu uerò scissuraq; diffulget. Quòd si pernici impetu à sole feruorem rapuerit, fulmen intorquet: languidum uerò fulmen in turbinem uertit. Anaxagoras: Quum æ-B stus in rigorem impegerit, id est ætherea pars in aerem, sonitu quidem tonitrum, nigricantis autem nubis colore fulgetram efficit. Porrò idem multitudine magnitudineq; luminis colligit fulmen, corpulentiore uerò igne conficit uorticẽ, ut nubilo turbinem. Stoici tonitru nubium collisionem, fulgur accensionem ex earum attritu, fulmen uegetiorem effulgentiam, ut turbinẽ languidiorem. Aristoteles ex arida etiamnum uaporatione hæc fieri, quę ipsa cum in uuidam incidit, exitumq; eluctata est, attritu quidem atq; effractura tonitrui fragorem edit, aridi autem calefactione fulgetram, turbines uerò ac uortices materiæ redundantia, quam uterq; secum arripit, feruidiorem quidem turbo, crassiorem uerò uortex.

De nubibus, pluuijs, niuibus, grandinibus. IIII

ANaximander nubes quidem fieri crassescente quammaximè aere, uel potius eo coacto imbres exprimi, niuem autem quũ aqua delapsando glaciatur, grandinem uerò quum quid madido spiritui obducitur. Metrodorus aquoso uaporis sub ductu concrescere nubes. Epicurus ab expirationibus: conuolui autem grandinem ac pluuiam longo præcipitio compactibilem.

De arcu cœlesti. V

AFfectionum quæ sublime fiunt, partim per substantiam fiunt, ut imber, ut grando, partim per speciem nullam suam habentes substantiam, ut ecce tibi nauigantibus nobis continens cieri uidetur. Per huiusmodi nimirum speciem existit arcus cœlestis. Plato à Thaumante genus eum ducere mortales rei miraculo adductos finxisse, alludente uidelicet ad nominis originẽ fabula. Vnde Homerus: Purpureã, ueluti mortalib. explicat Irim. Quocirca fabulantur quidam taurino illam capite sorbere flumina. At uerò quonam modo fiat quæritur. Videre igitur nos constat per lineas aut rectas, aut flexas, aut deniq; refractas: lineas inquã, incertas cogitatione per spectiles, & corporis expertes. Ac per rectas quidẽ ea quæ in aere sunt uidemus, aut quæ post gẽmas perlucenteis, aut cornu perspicuũ, hæc enim subtilissima natura cõstãt. Flecti aũt lineas in aqua cernimus, flectiť ẽm usus propter aquę materiã dẽsiorẽ,

quæ

quæ causa est cur in mari flexos procul remos uideamus. Tertio modo refracta uidemus, cuiusmodi specularia sunt. Huius generis cœlestis arcus affectio. Siquidem animaduertere oportet, uuidam exhalationem in nubem uerti, subindeq; in exiguas sensim stirias rotantes. Proinde in occiduales uergente sole partes, necesse est arcum totum ex aduerso soli uisitari, quandoquidem uisus stirijs offensis refringitur, ex quo fit arcus. Sunt autem stillæ non figuræ forma, sed coloris, estq; primus eius color rutilus, secundus purpurisseus ac purpureus, cœruleusq; tertius ac uiridis. Videamus igitur ne rutilus propterea fit, quòd claritas solis ingruens, simulq; syncerus solis splendor refractus, rubentem efficiant puniceumq; colorem. Secunda pars eius turbidior propter stellas, splendoreq; dilutior, propterea purpurissea, quòd hoc rubentis remissio fit. Turbidus item ille irroransq; color in uiridem tandem desinit. Hoc re ipsa sic probare licet. Si quis enim soli aduersus aquam ore sumat, & ita inspuet, ut stricidia repercussum in solem habeant, actutum comperit cœlestis arcus imaginem factam, hocq; lippientibus contingere solet, cum in lucernam intuentur. Anaximenes arcum fieri autumat radios sole suos in nubem eiaculante densam, crassam, atramq;, cogi enim eos super eam nubem quam penitus dirimere non ualeant. Anaxagoras solis irradiationem densa nube repercuti, ex quo existere arcum, nunquam non aduersum illum syderi specularíter ipsum afformanti. Itidemq; causatur idem in geminatis solibus qui circa Pontũ existere solent. Metrodorus: Cum trans nubem sol perssplenduerit, nubem quidem cœruleam reddit, splendoremq; uerò rutilat.

De uirgulis. VI

AFfectiones quæ in uirgulis & geminis solibus existunt, partim per substãtiam, partim per speciem fiunt. Quippe quum nubes quidem cernantur, colore uerò non proprio, sed alieno, cuius speciem præferunt. In his autem omnibus quæ per naturam affectiones existunt, quæq; per accessionem, iuxtà contingunt.

De uentis. VII

ANaximander, uentum aerem fluidum, subtilissimis eius humidisq; partibus à sole citatis aut illiquefactis. Stoici omnem flatum aerem esse fluxum, pro locorum autem uarietate appellationes inde edi. Veluti à caligine & occasu Zephyrus, id est, Fauonius dicitur, ab exortu & sole Subsolanus. At qui à septentrionibus flat, Aquilo, & qui ab humentibus locis, Aphricus. Metrodorus humido experimento à sole efferuefacto flatus impetum cieri. Statos uerò anniuersariosq; Aquilones crassescente ad septentriones aere existere, cum sole nimirum collapsanti iam à solstitio retrogrado.

De hyeme & æstate. VIII

EMpedocles & Stoici hyemem quidem fieri aere præualente, suaq; densitate sursum uersus enitente, contrà æstatem igne aerem deorsum protrudente. Circum scriptis à nobis superis, terrestria quoq; mente peragranda.

De terra, & quæ eius essentia, quantaq;. IX

THales & qui eum secuti sunt, unam esse terram, Oecetes Pythagoræus duas, hanc & antipodum, quam Antichthona uocant. Stoici hanc unam finitam. Xenophanes inferna ex parte in infinibilem altitudinem radices egisse, igne autem & aere concretam. Metrodorus terram sedimentum fecemq; aquæ, solem uerò aeris.

De figura terræ. X

THales, & Stoici, eorumq; studiosi globosam terram. Anaximander columnarem. Anaximenes mensę similem. Leucippus tympani. Democritus latitudine disco assimilem, in medio autem cauam.

De situ terræ. XI

THaletis æmuli terram mediam. Xenophanes primã in infinitum fibratam. Philolaus Pythagoræus ignem medium, quippe uniuersi focum. Secundam antichthonem id est antipodum terram. Tertiam quam incolimus, cum antichthoni è regione sitam, tum circum eam uersatilem: quæ causa est, ut qui illam habitant, à nobis non uideantur. Parmenides primus habitabileis tractus præfiniuit citra duos circulos, solstitialem brumalemq;.

De

A De inclinatione terræ. XII

LEucippus procubuisse terram meridiem uersus propter illarum partium solutilem raritudinem, nimirum aquilonaribus partibus quòd frigorib. obriguerint congelatis, austrinis contrà æstu fatiscẽtibus. Democritus meridianam uniuersi partem infirmiorem esse, ex quo augescentem terram illa parte cernuam procidisse. Aquilonares enim partes intemperie, austrinas contrà temperie præditas. Idcirco non ab re terram illa degrauatam parte, qua & frugibus exuberat & auctu.

De motione terræ. XIII

CÆteri terram manere. Philolaus uerò Pythagoræus circum ignem uerti obliquo in circulo similiter soli & lunæ. Heraclides Ponticus, Ecphantus Pythagoræus cient quidem terram, uerum haudquaquam promouenter, rotæ uerò instar cardine suo nixam, ab occasu ad exortum circa eum uolui. Democritus iam inde à principio multiuagam fuisse, tum quòd parua, tum quòd leuis esset, procedẽte uerò tempore addensatam, sua præ mole libratam constitisse.

De dimensione terræ, quotq; eius circuli. XIIII

PYthagoras terram proportione extremi ambiẽtis in quinq; zonas distributam, Septentrionalem, Solstitialem, Hyemalem, Æquinoctialem, Australem. Media qua dimetitur terram, propter hoc torrida dicta. Hæc autem tanquam habitaculum est, quæ æstiuæ hybernæq; media est, inter utranq; temperata.

De terræ motibus. XV

THales ac Democritus terræ motuum causam aquæ assignant. Stoici uerò hoc modo dicunt: Terrę motus humor est in terra in aerem dissipatus & erumpens. Anaximenes ariditatem raritudinemq; terræ in causa esse terræ motuum, quarum illam generare æstus, hanc uerò imbres continuos. Anaxagoras aera terram subeuntem, rursusq; callosam eius superficiem offensantem, nec erumpere ualentem, tremulè qua arcetur quatere. Aristoteles propter frigoris circumobsistentiam supernè ipsam infernèq; ambientis. Calor enim utpote leuis sursum semper euadere gestit, ex B quo arida euaporatio disclusa & intercepta terræ rimas discuneare luctans, intusq; fluctuans, terram hunc in modum concutit. Metrodorus nullum corpus accommodato sibi loco moueri, nisi quis impulerit aut actu detraxerit. Quamobrem nec terram ut è natura sua positam moueri; quædam uerò eius loca migrare in alia. Parmenides, Democritus, terram tantundem undiq; cœlo distantem in æquilibrio manere, nullo ipsam momento quò magis huc atq; illuc uergat pellente, eapropter uibrare modò, non etiam moueri. Anaximenes terram propterea moueri, quòd eius latitudo inuehetur aere. Sunt qui terram dicant innare aquæ platani in modum afflamentorum'ue, quæ causa est ut moueatur. Plato motus omneis sex in modos tribuit, sursum, deorsum, dextrorsum, læuorsum, ultro deniq;, & citro. At nullo eorum terram moueri posse, quippe in infimo undiq; sitam. Ita hac de causa immotam manere, ut nulla prorsus in parte prægrauans quid habentem, quò magis illorsum propendeat. At uerò locos quosdam eius præ raritate quati. Epicurus non abhorrere à uero pulsari ipsam, & ueluti succussam motari subiecto illi aere crasso & uuido. Consentaneum etiam esse rimulentis eius imis partibus subeunte flatu, in cuniculosasq; cauernas eius insinuante ipsam contremiscere.

De mari, unde constet, & cur amarulentum. XVI

ANaximãder mare primariæ humiditatis reliquias esse, cuius ignem plusculam afficcasse partem, reliquã autem feruoris ui in alienum degenerasse saporem. Anaxagoras: Principio, inquit, humore stagnãte solis circumflexu obusto, sicq; pingui euaporato, reliquum in salsuginem amarulentiamq; subsedit. Empedocles perustæ terræ sudorem elutis per summa terris amaruisse. Antiphõ sudorem æstus ex quo residuus humor amarefactus, efferuescendoq; in salsilaginem incoctus est, ut in omni sudore accidere solet. Metrodorus mare per terras excolatum terrenum lentorem resipuisse, perinde atq; solent quæ per cinerem diffunduntur. Platonici quantum elementaris aquæ rigoris ui ex aere concretum est, dulce euasisse, quantum uerò à terra obustulata conflagranteq; suffitum est, salsum.

Quomodo

Quomodo reciprocationes maris & æstus fiant. XVII C

ARistoteles, Heraclitus, à sole ea fieri autumãt, plerosq; enim illum flatus sua secum circumflectere uertigine, quibus ingruentib. Atlanticumq; mare protrudentibus, ipsum extumescere, æstumq; efficere, quibus tandem sopitis sese æstum colligentem cessim ire, idq; esse reciprocationem. Pytheas Massiliensis maris accessus lunæ incremento fieri, decremento autem recessus. Plato in elationem quãdam causam confert, aquas enim cuiusdam specus hiatu sustolli & latè effluere, subindeq; eôdem refluere, ex quo undabunda maria iactari. Timæus flumina causatur per Celtarum monteis Atlanticum irrumpentia. Protrudendo enim impetu suo mari æstum ciere. Contraq; remisso mare retro denuo agere, æstumq; refluum facere. Seleucus mathematicus mouens ipse quoq; terram, circumactui motuiq; eius occursare lunæ uertiginem dicit, quo impetu colligente se inter hæc duo corpora flatu, & in Atlanticum irruente, probabili ratione conturbari mare.

De Area. XVIII

ENimuero area hunc in modum conficitur. Quum inter lunam aliúdue sydus uisumq; nostrum crassus aer nebulosusq; interuenit, ab illo uisus noster cõfestim reflectitur, laxiusq; circumfunditur, quo deinde in syderis orbem incurrente duntaxat secundum circunferentiam, cõtinuò circulus uidetur circa sydus existere. Huiusmodi autem uisitatus circulus area propterea dicitur, quoniam illic assiduè est area: esse enim ibi huiusmodi simulacrum uidetur, quo nuper uisus crassior inciderat.

PLVTARCHI CHAERONENSIS DE PLACITIS DECRETIS'QVE PHILOSOPHORUM NATURALIBUS, Lib. IIII.

Perlustratis mundi partibus pergam iam inde ad ea quæ singulatim explicantur. D

De Nili exuperantia. I

THales Aquilones anniuersarios aduersos Ægypto flanteis, Nili exuperantiam attollere, utiq; emissarijs eius turgefaciendo mari obstructis. Euthymenes Massiliensis Oceano & exteriore mari suapte natura dulci Nilum expleri. Anaxagoras Æthiopiæ niuibus æstate quidem liquefactis, hyeme uerò uigentibus. Democritus ad septentrionem soluta diffusaq; sub solstitium niue, nubila ex uaporibus cogi: quibus à statis aquilonibus in meridiem Ægyptumq; propulsis, citatissimos imbres fundi, quibus stagna redundent, ipseq; amnis Nilus. Herodotus illum ex suis tantũdem fontibus hyeme æstateq; inuehere, hyemeq; tamen minorem uideri. Cuius causam in sole esse, quippe qui illo tempore anni proximè Ægyptum accedat, eiusq; fluenta sorbeat. Ephorus historiæ scriptor Ægyptum prodidit æstate totam laxari, & ueluti uim undarum exudare: suggerere etiamnum illi Arabiam & Libyen soluto earum arenidoq; solo. Eudoxus Ægyptiorum sacerdotes huius causam in pluuias referre aquas tradit, anniq; temporum circumobsistentiam, id est antiperistasim. Etenim quum nobis est æstas, qui sub solstitiali circulo agimus, tunc illis hyems est, qui sub brumali ad perpendiculum incolunt: propterea Nili aqua alueos superans expatiatur per Ægyptum.

De anima. II

THales primus animam censuit naturam esse irrequietam, uel suapte ui citabilem. Pythagoras numerum, seipsum cientem. Numerum autem pro mente accipit. Plato substantiam intellectilem, per sese agitabilem, ad numerum se mouentem harmonicè emodulatum. Aristoteles entelechiam primam corporis, naturalis potentia instrumenti uitam habentis. Entelechiam autem, id est, uerbum ex uerbo, perfectihabiam, pro efficientia intelligere oportet. Dicæarchus elementorũ quatuor harmoniam. Asclepiades medicus sensuum coexercitamentum.

A An corpus anima, & quæ eius essentia. III

HI omnes prædicti corporis expertem animam ponunt, suapte ipsam natura citabilem dicentes, substantiamque intelligibilem, naturalis insuper instrumentarij actum perpetuum uitam habentis. Anaxagorei aeris esse instar dixerunt, corpusque. Stoici feruidum spiritum. Democritus ignitum quoddam ex naturis concretū mente perceptis, globosas ijs quidem ideas habentibus, igneam autem potentiā, idque corpus esse. Epicurus temperamentū ex quatuor, ex quali igneo, ex quali aereo, ex quali spirabili, ex quarto quodā innominato, quod ipsum sensile est. Heraclitus animam mundi expirationem eorum quæ in eo sunt humidorum, animantium uerò animum simul ab extraria expiratione, simul ab ea quæ intra eas fit congenitam esse.

De partibus animæ. IIII

PYthagoras, Plato, summa quidem ratione animam bipertitam, hinc enim rationem, illinc stare irrationalitatem, accuratiore uerò & exquisitiore, tripertitam. Irrationalem enim partem in iracundam aiunt cupidamque dimensilem. Stoici octo ex partibus constare dicunt animam, quinque quidem sensibilibus, uisitatrice, auditrice, odoratrice, gustatrice, tactrice, sexta uero locutrice, septima proseminatrice. Octaua denique principe ipsa, à qua ipsa prædictæ omnes per accōmodata sibi instrumenta instruuntur, octonis polypi simillimæ brachijs. Democritus ac Epicurus bipertitam animam, & rationem quidem habentem, in pectore sitam, irrationabilitatē uerò sparsam per totius compaginē corporis. Democritus, Omnia, inquit, corpora cuiusdam modi animæ participantia sunt. Vel mortua enim, inquit, perspicimus ea coloris cuiusdam participia esse plusculo iam difflato.

Quid animæ principatus, & qua in parte. V

PLato, Democritus in toto capite. Strato in superciliorū interstitio. Erasistratus circa membranā cerebri, quam Epicranidem uocat, quasi dicas procaluium. Herophilus in uentriculo cerebri, qui idem basis eius est. Parmenides, Epicurus, in toto pectore. Stoici ad unū, toto in corde, uel in cordi obuersante spiritu. Diogenes in arteriaco cordis uētriculo, qui animalis, id est spirabilis est. Empedocles in sanguinis concretione. Sunt qui in ceruice cordis: non desunt qui in inuolucro cordis: nōnulli in præcordijs. Recentiorum quidam peruadere à capite ad præcordia. Pythagoras uiuificam uim circa cor, rationatiuam autem & intellectiuam circa caput esse.

B

De motu animæ. VI

PLato nunquam non mouentem animam, mentem autem immotam duntaxat transgressibili motu. Aristoteles immobilem animam motione omni primigenia, accidentariæ uerò non exortem, quemadmodum species corporum.

De immortalitate animæ. VII

PYthagoras, Plato animam mortalitatis immunem: exeuntem enim in animam uniuersi ad sui generis naturas subuolare. Stoici animam corpore exeuntē si inualidior sit, unā cum concrementis subsistere, cuiusmodi esse imperitorum animas: Sin strenua sit, quales sunt sapientum, ad flagrantes usque naturas euadere. Democritus, Epicurus mortalem, unaque cum corpore emorientem. Pythagoras, Platoque, rationis quidem compotem partem, non interituram: Animā enim tametsi Deus non sit, opus certè æterni Dei esse, rationis autem exortem partem interituram.

De sensibus sensibilibusque. VIII

STOici sensum hoc modo definiunt. Sensus est apprehensio sensorij uel comprehensio. Sensus autem multifariam dicitur, & habitus enim, & potentia, & actus imaginatioque comprehensiua per sensorium fiūt, ipseque insuper octauus principatus, à quo cætera omnia constituuntur. Rursus sensus dicuntur spiritus intelligētię compotes ab ipso principatu ad instrumentarias partes stationes agentes. Epicurus, Pars est, inquit, sensoria sensus, quę eadem facultas est, sensumque ipsum, quod est sensus effectum: ut bifariam ab eo sensus dicatur, sensus quidem facultas ipsa, sensibile autem effectū. Plato sensum existimat animæ & corporis cōmunionem ad externa spectantem: uis enim est animæ, instrumentum uerò corporis, ambo autem apprehendentia sunt eorum quæ extrinsecus educuntur. Leucippus, Democritus, sensum & intelli-

gentiam simulacris rerum fieri extrinsecus occurrentibus, nulliq; sensum contingere, cui non huiusmodi imago occurrerit. C

Verine ne sint sensus, & uisa, id est phantasiæ. IX

STOici sensus quidem ueros, uisorum autem quædam uera, quædam uerò uana. Epicurus omnem sensum, omneq; uisum uerum: opinionũ autem partim ueras, partim uerò falsas. Enimuero sensus uno modo fallitur, quod est in mente explorabilibus: uisum uerò duobus. Sensilium enim simul uisum est & intellectilium. Empedocles & Heraclides singulos sensus propter accõmodatos meatuum commensus fieri unoquoq; sensilium congruenter singulis hærente.

Quot sint sensus. X

STOici speciales quinq; sensus, uisum, auditum, odoratum, gustum, tactum. Aristoteles sextum quidem non ponit, uerum cõmunem sensum, compositarum specierum existimatorem, ad quem sensus omnes simplices sua quisq; uisa referunt, in quo ipso transitus ab uno ad alterum ueluti figuræ aut motus spectatur. Democritus plures obuersari sensus animantibus rationis compotibus, dijsq;, & sapientibus.

Quonam modo fiat sensus & prænotio seu anticipatio, & rationis habitus. XI

STOici cum homo natus est, inquiunt, principem habet animæ partem, uicem implentem membranæ scriptoriæ. Etenim in ea singulas notiones adnotat, & tanquam literis mandat. Primum adnotandi genus est quod per sensus fit. Qui enim cuiusuis rei sensum apprehenderunt, uerbi gratia, candidi, abeunte cõfestim eo memoriam eius habent. Vbi autem eiusdem generis complures factæ sunt memoriæ, tum usum habere dicunt. Vsus enim & experimẽtum multitudo est eiusdem generis sensuum. At uerò notionum naturales quidem prædictis modis fiunt, citraq; ullum artis adminiculum, alteræ autem iam disciplina curaq; adhibitis. Cęterum hę notiones modò uocantur, illæ uerò prænotiones quoq;. Proinde ratio, à qua rationales nũcupamur, ex prænotionibus consummari dicitur per primum septenarium. Porrò conceptus mentis uisum est cognitionis animalis rationabilis: nam uisum quum animæ appellitur rationabili, tum demum sensum uocatur, à mente nomen Græcè denominatum. Proinde cæteris omnino animantibus huiusmodi uisa non accidũt, cuiusmodi certè dijs nobisq; adeò accidunt, illaq; uisa tantum sunt, nõ etiam sensa. Quæ uerò nobis accidunt, genere quidem uisa sunt, specie autem sensa. Perinde atq; stateres & denarij, ipsi quidem per se denarij & stateres sunt: quòd si in nauigij mercedem dentur, tum præterquam quòd denarij sunt, portoria etiam fiunt. D

Quid intersit inter phantasiam, id est uisum, & phantaston, id est uisi efficiens, phantasticonq; & phantasma, id est adulterinum & inane uisum. XII

CHrysippus differre inter se quatuor hæc. Phantasia quidem igitur affectio est in anima facta, quæ sui quoq; efficiens præfert: ueluti cum oculis perspicimus albũ, affectio est in anima per uisum facta, huicq; affectioni dicere possumus subesse album quod cier, perindeq; erit si per tactum aut odoratum huiusmodi affectio fiat. Dicta est igitur Græcè phantasia à lumine: ut enim lumen & ea quæ collustrat demonstrat: ita phãtasia ipsa se demonstrat, & sui quoq; cõficiens. Phantaston est phantasiæ efficiens, ut album, ut frigidum, & omnino quicquid animam citare potest, id est phantaston. Phantasticon inanis est attractus: affectus, inquam, in anima à nullo phantasto factus, ueluti accidit in umbratilem pugnam exercentibus, manusq; inaniter intentantibus. Proinde uiso subiacet uisi quiddam conficiens, inani autẽ uiso non item. At phantasma est ad quod rapimur phantastico & inani attractu, cuiusmodi in mente captis furoreq; percitis fiunt. Itaq; tragicus Orestes quum inquit, O mater supplex oro te, ne incute mihi sanguinarias coruscasq; pupillas, ipsæ enim ipsæ propter assiliunt me. Dicit hæc quidem ille ut furibundus, nihil uerò uidet, etsi uidere uidetur. Propter quod ad illum Electra ita inquit: Sta miserande tuis immote in stragulis, cernis horum nihil quæ coram cernere reris. Quemadmodum & apud Homerum Theoclymenus uates.

De uisu,& quomodo uideamus. XIII

A DEmocritus, Epicurus per imaginum insertus uisualem arbitrantur potentiam accidere,radiosq; quosdam ab oculis exertos simul atq; subiectę rei institerint, rursusq; in eosdē redire insertariq;.Empedocles imaginib.radios immiscuit,id q; con iunctum imaginis radios uocauit. Hipparchus autumat ab utroq; oculo ad corporum lineamenta exporrectos,perinde atq; manuum admotu corpora summa pertre ctante,apprehensionem eorum ad uisualem uim referre. Plato per corradiantiam ui sum fieri existimat,lumine ab oculis quidem exerto ad aliquantum interualli per co gnatum sibi aerem effluente, à corporibus uerò illato occursante illi, aeremq; intermedium diffusu amolituq; facilem cum uisuali igne intēdente:hæc enim dicitur corradiantia Platonica.

De speciebus in speculis editis. XIIII

EMpedocles per effluuia fieri censet in speculi superficie coeūtia, absolui autem ab igne ex speculo excreto,prætentumq; speculo aerem in quem profluuia coguntur,secum transferente. Democritus,Epicurus speculares species edi per imaginum subsistentias à nobis prodeuntium, super speculum uerò consertarum, relisusq; circumactarum. Pythagorici per uisus refractionem. Ferri enim uisum ueluti in æs in tētum. Simulac autem in spissitudinem eius ac tersitudinem adactus sit,redire ipsum in sese perinde ac si manus porrecta retro humerū uersus reuocetur. Possumus etiam his capitibus uti,ubi suprà de uidendi ratione quærebamus.

An uisibiles tenebræ. XV

STοici uisibiles tenebras esse. Ex uisu enim splendoris quid illis obduci, ac ne interim quidē falli uisum,nam reuera uidet quòd tenebræ sunt. Porrò tenebræ cogunt aggregantq; uisum,proptereaq; hebetant, cōtraq; lumen disgregat ac deducit uisum nostrum ad res usq; uisui obiectas per aerem intermedium,eapropter non cer nere nos in tenebris,uerum tenebras modò ipsas cernere. Chrysippus intermedij aeris contentione cernere nos existimat. Lancinari enim aerem à spiritu uisuali, qui ab

B animæ principatu ad usq; pupillam pertingit,qui ipse quum in obiectū aera incurrerit,intendit eum turbinaliter, si modò sui generis nactus aera sit. Prodeunt aūt ignei ex oculis radij haudquaq; atri caliginosi'ue,propter quod uisibiles tenebras esse.

De auditu. XVI

EMpedocles auditum fieri spiritus allisu in clauiculatam aurium partem introrsus adnexam,quam tintinabuli uicem præbere dicit, utpote celso loco sitā pulsuiq; obuiā. Alcmæon audire nos inani intestinaq; aurium parte,hocq; esse quod spiritu irrumpente personet:omnia nanq; uacua sonitum edere solere. Diogenes interno capitis aere à uoce pulsato citatoq;. Plato Platonicíq; feriri intestinum capitis aerem,ad principatumq; repercuti,sicq; auditus sensum existere.

De odoratu. XVII

ALcmæon principatum in cerebro esse:hoc igitur nos odorari, respirationibus ad sese odores euocātī.Empedocles cum pulmonum respirationibus odorem coinsertari. Quum igitur grauescit respiratio,propter asperitatem nos non sentire,ut in ijs uidere est, qui grauedine infestantur.

De gustatu. XVIII

ALcmæon humore teporeq;,atq; adeo mollitie linguæ internosci sapores. Diogenes propter fungositatem mollitiemq; linguæ, propterq; commissas illi cor poris uenas perfundi sapores ad sensum elicitos animęq; principatum,non aliter atq; à spongia exuctos.

De uoce. XIX

PLato uocem definit spiritum per os à mente ductum, aeremq; ictū per aures ac cerebrum,& sanguinem ad animam usq; traiectum. Dicitur autem abusiue uox de brutis & inanimis, & est crepitus. Vox autem propriè dicitur articulata, quæ est ex eo Græcè phone dicta, quòd mente concepta illuminet. Epicurus uocē emissum esse à loquentibus profluuium sonantibusq; & strepentibus. Id autem profluuium in conformia fragmenta. Conformia uerò dici teretia teretibus, & scalena, id est impa-

 rium

rium inter se laterum triangula, scalenis, & triangula sui generis figuris. His fragmentis in aureis incidentibus uocis sensum confici. Manifestè uerò hoc declarari in utribus effluentibus, fullonibusq; in uestes insputantibus. Democritus quoq; aerem in corpora uniformia frangi, unaq; cum fragmentis uocis conuolui. Etenim monedulæ monedula assidet, ut est adagio uulgatum, atq; solet similem simili Deus addere semper, ut in littoribus similes scrupi ijsdem in locis uisuntur, alibi globosi, teretes alibi, & in cribrantium incerniculis uniformia coeunt in unum legumina, ita ut seorsum fabæ sint, & seorsum cicera. Posset autem his obijci: at enim quonam modo paucula spiritus fragmenta numerosum spectaculi consessum explere possunt? Enimuero Stoici negant aerem ex frustulis constare, continentemq; illum & perpetuũ dicunt, nihil uacui prorsus habentem. Simulatq; autem spiritu pulsetur, undabundum ferri orbibus rectis in infinitum, quoad obiectum aerem impleuerit, haud secus atq; in piscinam lapide misso, quanquam ipsa orbiculariter mouetur, aer uerò globose. Anaxagoras uocem edi duriusculum aerem offensante spiritu, à quo relisum illum ad aureis perferri, quo eodem modo echo quoq; fieri.

An incorporea uox, & quomodo fiat echo. XX

PYthagoras, Plato, Aristoteles incorpoream echo: non enim aerem esse, sed figuram aeri hærentem, aerisq; superficiem certo quodam pulsu factam. At superficies omnis corporis expers est. Etenim tametsi cum corpore agitetur, nullo tamen prorsus corpore cõstat. Similiter atq; inflexa uirga superficies quidem nihil patitur, materia autem est quæ flectitur. Stoici uocem corpus esse sic colligunt, Omne agẽs, inquiunt, aut faciens, corpus. Atqui uox & facit & agit. Quippe quam audimus sentimusq; auribus appulsam, & in eis exprimentem ueluti anulum in ceram. Ad hæc omne oblectans aut conturbans corpus est. At oblectat nos concentus, & conturbat discrepantia. Deniq; omne agitabile corpus est: uox autem agitur, & in locos leues incidit, repercutiturq; pilæ in modum in parietem adactæ. Proinde in Ægypti pyramidibus unica uox fracta quaternos quinosq; adeò sonos edit.

Vnde sensibilis anima quidq; principatus eius. XXI

STtoici censent summam animæ partem principatũ esse, uisorumq; illum & assensuum, sensuum & appetitionum effectorem, quam ratiocinationem uocanr. Ab hac autem animæ principe parte aliæ septem enatæ, & tanquam appendices ad corpus traducuntur cirrorum polypodis instar. Harum septem animæ partium quinq; sunt sensoriæ, uisus, odoratus, auditus, gustus, tactus. Quarũ uisus spiritus est, à principali animæ parte ad oculos pertingens. Auditus, spiritus à principatu ad aures usq; pertingens. Odoratus spiritus pertingens à principatu ad nariũ fauces. Gustus à principatu ad usq; linguam pertingens. Tactus spiritus à principatu ad superficiem pertendens rerum tractui facilè sensili obnoxiarum. Reliquarum partium altera semen dicitur, quod ipsum etiamnum spiritus est à principe animæ parte peruadens ad genitaleis usq; meatus. Altera uerò uocalis à Zenone dicta, quam & uocem uocant, spiritus est principatu ad linguam & arteriam pertinens, aliasq; sibi accõmodatas instrumentarias parteis. Ipse autem principatus in capite nostro constitutus est, tanquam in mundo, utpote conglobato.

De respiratione. XXII

EMpedocles primam animantis respirationem fieri humore recens editorũ partuum abscedente, externo autem aere in exhaustam inanitatem subeunte, atq; ad hiantia uascula peruadente: deinde expirationem, insito iam feruore erumpendi impetu ingressum aera extrorsus propellente: ab his inspirationem, aere illo extrorsus redeunte, aditumq; uicissim extrario præbente. Qua ipsa obtinẽte quum sanguis per faciem suffusus, aerem affluentia sua per nares relisferit, sub ipsius excessũ expirationem fieri. Quo rursus sanguine sua per uestigia redeunte, aereq; in destitutos ab eo locos subeunte, inspirationem. Hoc autem Asclepiades clepsydræ docet exemplo, id est uasculi in imo pertusi oblonga in summo fistula. Et quidem pulmonem infundibuli, id est fistulæ instar constituit, respirationis autem causam intestinam pectoris subtilitatem autumat, ad quem extrarium aera effluere crassiore natura concre-

tum

A tum,uicissimq́ retroagi,pectore nec eum admittere,nec eo carere ualente,residuaq́ semper in pectore subtilioris aeris parte (non omnis enim excernitur) hanc iterum extrinsecus ab illo grauiore impetu. Hæc autem Asclepiades cucurbitulis medicinalibus similia esse dicebat. Porrò respirationem liberam spõtaneamq́ contractis fieri aiebat tenuissimis pulmonum meatibus intestinisq́,eorũ coartatis fistulis. Hęc enim nostræ esse spontis arbitrijq́. Herophilus potentias reliquit cicatriculas corporibus hærẽtes,in neruis,in arterijs,in musculis. Pulmonẽ igitur existimat distractionis contractionisq́ naturaliter appetentem,unde & alias pulmonis functiones esse,ut spiritus attractum extrinsecus. Quem quidem ipsum simul atq́ extrario aere distentus non iam attrahere potest,eius aeris redundantiam in pectus reijcere,continuoq́ per secundam pulmonis appetitionem hunc eundem spiritum pectus ad sese traducere. Expleto deinde,nec iam ad se trahere ualenti pectore,demum in pulmonem redundantiam spiritus refluere,inde foras excerni,ita corporis partes inter se afficere, reddendis subinde uicibus expletu exhaustuq́ facto. Proinde in pulmonibus quatuor omnino motiones esse. Primam,per quam aerem extrinsecus euocant. Secundam, per quam id aeris externi quod intra se conceperunt, ad pectus demigrat. Tertiam, per quam id quod ab illis pectus sibi contraxerat, rursus ad sese recipiunt. Quartam deniq́,per quam à pectore receptum subinde foras regestant. Harumq́ motionum duas distensiones esse , unam intrinsecus , & alteram à pectore : duasq́ item contractiones,unam qua spiritum ad se pectus elicit, alteram quum insinuatum spiritum in aera egerunt ipsi. Pectoris uerò duas tantũ motiones esse dilatationem quidẽ quum à pulmone spiritum euocat, contractionem uerò quum acceptum uicissim reddit.

De affectionibus corporis,& an condolescat nec'ne illi anima. XXIII

STOici affectiones quidem in locis esse affectis, sensus autem in animæ principe parte. Epicurus & affectiones & sensus in locis esse affectis. Principatum enim affectionis immunem esse. Strato & affectus animæ & sensus in principatu esse, non autem in locis affectis constitutos. Quippe quum in anima sit tolerantia. Quod pro B fecto in atrocibus asperisq́ rebus deprehendi,nec non in uiris fortibus ignauisq́.

PLVTARCHI CHAERONENSIS DE PLACITIS DECRETIS'QVE PHILOSOphorum naturalibus, Lib. V.

De diuinatione. I

PLato & Stoici diuinationem introducunt per instinctum afflatumq́ diuinum,qui fanaticus furor est,seruorq́ lymphaticus,per somniorũ imaginamenta,Chaldæorumq́ obseruationes,& augurum disciplinam. Hi autem plerasq́ diuinationis parteis probant. Xenophanes & Epicurus diuinationem omnem sustulerunt. Pythagoras immolatricem tantum improbat. Aristoteles & Dicęarchus per instinctum solum lymphaticum inducunt, perq́ somnia,immortalem ipsi quidem animam neutiquam putantes, cuiusdam uerò numinis participem.

Quomodo somnia fiant. II

DEmocritus somnia fieri aduentitijs appulsisq́ imaginibus. Strato mente in somnis ea natura quæ rationis expers est, quodammodo præualentius sentiente, proptereaq́ citata à cognitiua potentia. Herophilus somnia diuinitus inspirata è necessitate esse, naturalia autem fieri anima commodarum sibi rerum effingente simulacra,quæq́ ab his futura sunt. Ex utroq́ uerò genere temperata imaginum appulsu fieri,quum quę expetimus uidemus,cuiusmodi ijs accidunt qui amicas in somnis attrectare uidentur.

Quænam genitalis feminis ſubſtantia ſit. III

C

ARiſtoteles ſemen eſſe inquit, quod cieri in ſeſe poteſt ad tale quiddam conficiendum, quale id eſt ex quo ipſum cōcretum eſt. Pythagoras genituram probiſſimi ſanguinis ſpumam, alimenti retrimentum, ut ſanguinem quoq; & medullam. Alcmæon cerebri partem. Plato uertebralis medullæ defluuium. Epicurus conuulſum quiddam à corpore & anima. Democritus: Ex totis prodit genitura corporibus, præcipuiſq; eorum partibus, ueluti carnoſis fibris & oſſibus.

An corpus genitura. IIII

LEucippus & Zeno, corpus: eſſe enim animæ conuulſuram. Pythagoras, Plato, Ariſtoteles uim quidem genituræ incorpoream, ueluti mentem motricem, cor poreā uerò materiē profluentē. Strato uim quoq; ſeminis corpus, utpote ſpiritalem.

An fœminæ ſemen emittant. V

PYthagoras, Democritus, Epicurus, fœminam quoq; ſemen emittere: fœminaleis enim meatus auerſos habere: propter quod ab uſu, inquit, coitus appetentiam habet. Ariſtoteles Platoq; materiam quidem uuidam emittere tanquam ſudorem à colluctatione, ſed haudquaquam ſeminalem. Hippo emittere quidem fœminas ſemen non minus maribus, ſed quod ad generationem non conferat, ut quod citra uuluam excidat: unde nonnullas ſæpenumero citra coitum ullum ſemen emittere, præſertim quæ uiduæ degant. Sunt qui à mare oſſa, carnes uerò à fœmina eſſe contendant.

Quomodo conceptus fiant. VI

ARiſtoteles conceptus fieri præducta proxima purgatione uulua, menſtruiſq; a totius corporis compage puri partem ſanguinis euocantibus, ſicut in genitu ræ quoq; uirilis concreatione contingit. Conceptus autem nō euadere aut propter menſium defectum, aut inflatilem uuluam, aut pauorem, aut ægritudinem, aut mulie rum imbecillitatem, aut uirorum deniq; laſſeſcentiam.

Quomodo mares gignantur aut fœminæ. VII

D

EMpedocles mares aut fœminas pro caliditate frigiditateq; gigni, indeq; eſſe quod perhibent, primos olim mares ad exortum & meridiem terra enatos, fœminas uerò ad ſeptentriones. Parmenides uiceuerſa ad ſeptentriones mares enatos, quippe qui ſpiſſitudinis plus habeant, contraq; ad meridiem fœminas, utpote ſolutiores. Hipponax prout coibile ualidumq; fuerit ſemē, fluxum'ue & languidum, mares aut fœminas gigni. Anaxagoras, Parmenides, quod à dextris corporis partibus migrarit, in dextras quoq; uuluæ partes manare: itemq; quod à ſiniſtris, in ſiniſtras quoq;. Quòd ſi huiuſmodi delapſus uiceuerſa euaſerit, fœminas gigni. Leucippus partium immutatione, per quam mas colem, fœmina uuluā habet, hacq; tenus Leucippus. Democritus promiſcuas partes ab utroq; contigerit cunq;, peculiaris uerò pro alteruitrius præualentia gigni. Hipponax, ſi quidem genitale ſemen prҽualuerit, marem gigni: ſin alimentum, fœminam.

Quomodo monſtra fiant. VIII

EMpedocles monſtra fieri per exuberantiam defectum'ue ſeminis, aut propter agitationis turbulentiam, aut ſi in pluſculas parteis ſecetur, aut ſi aberrauerit. Has ferè cauſas monſtrorum commentus ille uidetur. Strato per additamentum ademptionem'ue aut tranſpoſitionem, aut inflationem. Medicorum quidam propter diſtortam id temporis uuluam diſtendente ſpiritu.

Cur mulier frequentius ueneri indulgens non concipiat. IX

DIocles medicus, aut quòd nonnullæ ſemen omnino non emittant, aut quòd minus quàm neceſſe eſt, aut quòd tale in quo potentia uiuifica nō ſit, aut propter caloris, uel frigoris inopiam, aut humiditatis ſiccitatis'ue, aut propter genitalium reſolutionem. Stoici propter genitalis obliquitatem rectè emittere genituram non ualentis, aut propter genitalium incommenſurabilitatem abſtruſiore quàm pro modo eorum uulua. Eraſiſtratus locorum uitio, ſi calloſi carnoſiq; ſint, aut rariores quàm pro natura ſua, aut ſi minores.

Quomodo

Quomodo gemini trigeminiq́; gignantur. X

A EMpedocles geminos trigeminosq́; gigni exuperante scissiliue semine. Asclepiades propter seminum præstantiam, haud secus atq; hordeaceas spicas binis trinisq́; granorum uersibus constantes, huiuscemodi enim semina prolificentissima esse. Erasistratus propter superfœtationes, quo modo & in brutis animantibus. Vulua enim quæ probè expurgata est, ea demum superfœtationem capit. Stoici propter uuluæ loculamenta, quum in primum secundumq́; incidit semen, tunc enim superfœtari, & geminos trigeminosq́; interdum gigni.

Vnde existant parentum similitudines, & progenitorum. XI

EMpedocles similitudines fieri corporum semine inualescente, dissimilitudines uerò seminali calore in uaporem euanido. Parmenides quum à dextra uuluæ parte fœtus editur, patrem referre, quum uerò ab læua, matrem. Stoici à toto corpore, atq; ab anima semina prodire, unde & similaritates affingere figuras formasq́; iisdem ex generibus, haud secus atq; pictorem iisdem ex pigmentis effigiem facientem eius quem imitari studet. Cæterum emittere mulierem etiamnum semen: quòd si èuicerit mulieris semen, partum mulierem referre: sin uiri, uirum.

Quonam modo alienis similes nascantur, parentibus uerò non item. XII

MEdicorum pleriq; fortuitu & temere, prout refrixerit tum uiri, tum mulieris semen, parentibus nasci dissimiles pueros. Empedocles uiso sub conceptum oblato informari infantem. Etenim mulieres simulacra sæpiuscule statuasq́; in delicijs habuisse, similesq́; ijs partus enixas. Stoici concordia mentis & radiorum atq; imaginum sub defluuiorum insinuationes, fieri parentum prolisq́; similitudines.

Quibus modis sterelescant tum mulieres, tum uiri. XIII

MEdici steriles fieri propter uuluam aut densiorem, aut rariorem, aut duriorem, aut si calla quædam obduxerit, aut carnosior sit. Deniq; similiter languido animo sit, aut tabido corpore, aut mala habitudine. Postremo propter contortam uuluę B configurationem conuulsionémue. Diocles uiros sterilescere aut quoniam genituram nullam omnino emittant, aut quoniam minus quàm quanto opus est, aut quia minimè fœtificam, aut si lassescant genitalia, aut propter penis obliquitatem, si modò genituram recto tenore egerere nequeat. Deniq; si proportione penis uulua immodice reducta sit. Stoici causantur potentias qualitatesq́; in utroq; coeuntium inter se abhorrentes, quas, si dissociari contigerit, suiq; generis alijs coniungi, tum deniq; mixturam è natura temperari: sicq́; infantem absolui.

Cur steriles mulæ. XIIII

ALemæon mulini generis mares quidem steriles propter genituræ tenuitatem, id est seminis frigiditatem. Fœminas uerò propter uuluam non dehiscentem, id est non se laxantem. Sic enim dixit ille. Empedocles propter uuluam breuem, pumilam, restrictam, uentriq; auersè coalitam. Neq; enim genituram rectà in eam illabi, nec si euadat, illam excipere posse. Huic autem Diocles astipulatur: nam in dissectionibus, inquit, non rarissimè huiuscemodi mularum uuluas uidimus. Consentaneumq́; est propter hoc genus causas mulieres etiamnum sterilescere.

An infans in utero animans sit. XV

PLato infantem in utero animantem esse, moueri enim in utero uegetariq́;. Stoici uentris esse partem, non animal: ut enim fructus qui partes sunt arborum, simul atq; maturuere defluunt, ita & partus. Empedocles fœtum in utero animal non esse, sed spirantem tamen. Enimuero primam animalis respirationem edito statim partu existere, humore quidem partuum abscessum, capiente, extrario uerò aere ad exinanimentum subeunte, utpote introrsus hiantibus conceptaculis. Diogenes nasci quidem infantes inanimos, sed in calore tamen, ex quo effuso statim fœtu ingenitum calorem in pulmonem elici. Herophilus naturalem motum immaturo partui reliquit, non etiam animalem, id est spirabilem. Neruos autem in causa huiusmodi motus esse ait. Animantes autem tum deniq; esse, quum in lucem editi aeris quid sumpserint.

Vnde alantur infantes in utero. XVI

C

DEmocritus, infantem in locis ore alimentum sumere. Vnde statim editum mior dicus in mammam ferri, esse enim in locis fœmineis papillas quasdã intellectu percepias,& oscula quibus alantur. Stoici per secundas & umbilicum alimentum sumere, idcircoq; obstetricantes confestim eum adnectere, osq; infantis diducere, ut alimenti genus aliud mediretur. Alcmæon per totum corpus ali: exugere enim eum spongiæ in modum alimenta uegetantia.

Quid primum absoluatur in utero. XVII

STOici in plerisq; membra simul omnia absolui putant. Aristoteles lũbos primum absolui carinæ nauis instar. Alcmæon caput, ut in quo principatus est. Medici cor, ut in quo uenarum arteriarumq; principium. Sunt qui maximum digitum pedis: non desunt qui umbilicum dicant.

Cur septimestres infantes natales. XVIII

EMpedocles, quum primum genus hominum è terra enatum est, tantum longitudine temporis diem fuisse propter solis segnitiem, quanta nũc decem sit mensium dies: procedente deinde tempore tantum fuisse quanta nunc septem mensium, propterea decimestres infantes, septimestresq; natales. Itaq; nimirum natura compasente uno partum adolescere die, qua prima poneretur nocte. Timæus non decem menses, sed nouem esse existimat. Verum quandoquidem & ante conceptus menstrua sisteretur, propterea decem existimatos. Sic quoq; septimestres uideri qui septimestres non sint. Quippe quum à conceptu quoq; uulua nonnõquam menstruis affluat: ignorari enim & post conceptum purgationum numerũ. Polybus & Diocles empirici uel octauũ mẽsem agnouere genitalem, etsi languidiorem quodammodo, quoniam permulti ex infirmitate perierint, ferè tamen octimestres nõ pauci in uiros euaserint. Aristoteles uerò Hippocratesq; putant, si uulua mẽsibus expleatur septẽ, tum demq; erumpere infantes, uitalesq; nasci: quòd si erumpant, nec tamen alantur umbilico languente (id quod accidere solet, si dolente uulua concrementum partus fiat) tunc infantem tabescere. Sin uerò nouem menses in utero mãserit, tum demum numeris omnib. suis consummatũ esse. Polybus centũ & octoginta duos dies dimidiatumq; natales efficere. Quod semestre tẽpus esse, quanto tempore sol ab uno solstitio ad alterum perueniat. Septimestres uerò ideò dici, quandoquidem sexti mẽsis dies in septimo implent. Enimuero mathematici octo omnis geniturae menses dissociabiles esse aiunt, septem uerò fœderabiles. Dissociata autem disiũctaq; signa sunt, stellas quas οἰκοδεσπότας, id est domicilij dominas uocãt, maleficas nactæ sunt, nam siqua harũ uitæ uiuendiq; instituti auspicatũ sit, infortunatos non perẽnaturosq; portendit. Abiuncta aũt signa nulloq; mutui conspectus cõmercio uincta, numero sunt octo, ueluti aries ad scorpionem abiũctus & taurus ad sagittariũ, gemini ad capricornũ, ad aquariũ cãcer, ad pisces leo, denìq; abiuncta uirgo ad arietẽ. Quare & septimestres uitales & decimestres esse, cõtrà octimestres enecari propter mũdi dissidẽtiam.

D

De generatione animalium, quomodo genita animalia, & an interitui obnoxia. XIX

SEcundum quos natiuus mundus, natiua etiamnum animalia & corruptioni obiecta sunt. Epicurus, secũdum quem ingenita, degenerantia ait, inter se nasci animalia, esse enim ea huius mũdi partes. Similiter atq; Anaxagoras & Euripides. Interit nihil eorum quæ nata sunt, transilientia uerò aliud in aliud, figuras alias atq; alias induunt. Anaximander tradit prima in humore enata esse animalia, aculeatis ipsa obducta corticibus, processu deinde temporis exuctiora euasisse, ruptoq; tandem cortice ad breue tempus uixisse. Empedocles primas animalium procreationes omnibus suis partibus neutiquã absolutas fuisse, uerum incoalitis partib. dissolutas hiulcasq;. Secundas uerò coalescentibus partibus in simulacri speciem. Tertias autem crescentibus ex se inuicem partibus. Quartas non iam eiusdem modi ueluti ex terra & aqua, uerum ex sese uicissim genitis gignentibusq;, illa quidem ad stipata, hac in alimẽtum cedente, fœminarum uerò forma seminalis motus irritamentum ingenerante. Cæterum animalium omnium genera certis quibusdam temperamentis dirempta. Aquæ enim

A enim accõmodatiora in aquam appetitu duci, quædam in aera aſpirare, prout ignis participantiora ſunt. At grauiora terræ hæſiſſe. Quæ uerò æquabili ex omnibus tem peramento ſint, pectoribus elocuta.

Quot genera animantium, & an omnia ſenſu rationeꝗ prædita ſint. XX

EST Ariſtotelis tractatus quidam, in quo animalium genera quadripartita eſſe di cit, terreſtria, aquatilia, uolucria, cœleſtia. Etenim cœleſtium quoꝗ orbium ani malia dici non ſecus atꝗ terræ. Animalia autem rationalia immortalia Democritus atꝗ Epicurus cœleſtia exiſtimant. Anaxagoras animalia omnia ratione͂ habere dun taxat actiuam: nam paſſiuam rationem & tanquam mentem, quamꝗ me͂tis interpre tem dicunt, neutiquam habere. Pythagoras, Plato, rationales animas eſſe, uel earum animantium quæ irrationabiles uocentur, tametſi rationabiliter non agentes, cùm propter diſtemperantiam corporum, tum uerò quòd differendi facultate careant, ut in ſimijs cernere eſt, ut in canibus: blaterare enim has animanteis, non loqui. Dioge nes has etiam intelligentiæ aeriſꝗ participes, uerum quòd earum partim compacti liores ſint, partim humore redundantes, nec animaduertere nec ſentire, perinde au tem atꝗ furenteis affici, animæ principatu hallucinante.

Quanto tandem tempore animalia in utero conformentur. XXI

EMpedocles in humano genere fœtum membraturam à ſexto & trigeſimo die auſpicari, abſoluereꝗ undequinquageſimo. Aſclepiades in marib. propter fer uorem cõmiſſuras artuum à ſexto & uigeſimo die fieri, in multiſꝗ etiam citra, ſuis au tem partibus omnib. ad quinquageſimum conſummari. In fœminis uerò intra bime ſtre incipere, ad quadrimeſtreꝗ confici propter caloris inopiã. In genere autem bru torum conſummate pariter membrari, propter elementorum contemperationes.

Ex quibus elementis conſtent ſingulæ generales corporis partes. XXII

EMpedocles carnes procreatas ex quatuor internorum elementorum tempera tione, neruos aute͂ igne & terra duplici proportione mixtis, ungues uerò in ani malibus gigni neruis obrigentibus quatenus aeri obiecti ſunt. At uerò oſſa ex aqua

B internaꝗ terra conſtare uideri, ex quatuor deniꝗ commixtis ſudorem lacrymamꝗ compoſita, liquefacto utiꝗ ſanguine extenuatuꝗ diffuſo.

Quando & quomodo incipiat homo perfici. XXIII

HEraclitus & Stoici homines cœptos eſſe perfici circiter ſecũdum ſeptenarium, ſub quem ſane͂ ſeminale iam ſerum prodit. Etenim arbores, inquiũt, perfici cœ ptæ ſunt quum ſeminã gignere cœperunt, antehac uerò imperfectæ, immaturæ, atꝗ adeo infructuoſæ ſunt. Proinde perfectus tum deniꝗ eſt homo. Ariſtoteles circiter ſeptenarium ſecundum honeſti prauiꝗ notionem exiſtere, utiꝗ quum diſciplinis initiantur. Sunt qui putent tertia hebdomade conſummari hominem, ut quum uiri bus ſuis utitur.

Vnde ſomnus fiat, aut mors. XXIIII

ALcmæon ſomnum fieri ſanguinis receptu in uenarum confluuium putat, per fuſu uerò expergiſcentiam, collectu autem eiuſdem abſoluto, mortem. Empe docles ſomnum ſanguinarij caloris refrigerationem eſſe: quæ quidem ſi modice tem perata ſit, ſequi ſomnũ, ſi immodica ſit, mortem. Diogenes, ſi penitus ſanguis diffu ſus uenas corporis implerit, inteſtinumꝗ earum aerem ad pectus ſubditumꝗ illi uen trem propulerit, tum deniꝗ ſomnũ fieri, ex quo præcordia cõcaleſcere. Quòd ſi om nis funditus aer ex uenis eruperit, morte͂ exiſtere. Plato & Stoici ſomnũ fieri ſenſilis quidem ſpiritus remiſſione & tanꝗ laxatione, quemadmodum & ſuper terram cõſi dente flatu, eodem uerò ſe recipiente ad ſuperciliorum interſtitiũ, id eſt animæ prin cipatũ. At uerò quũ omnifaria fit ſpiritus ſenſilis remiſſio, tum demũ cõſequi morte͂.

Vtrius tandem ſomnus & mors, animæ an corporis. XXV

ARiſtoteles communem ſomnum corporis & animæ autumat. Eſt enim eius functio humor à pectore ad capitalia loca ſuffitus, ſubiectoꝗ alimento cordis feruor refrigeratus. Mortem uerò eſſe abſolutam refrigerationem, quam ipſam cor poris ſolius eſſe, non etiam animæ, cuius neutiquam mors ſit. Anaxagoras ſomnum corporalis functionis eſſe, corporalem enim affectione͂ eſſe non animale͂, eſſe autem

uel animæ mortem, uidelicet diremptionem. Empedocles mortem eorũ esse diremptum, ex quibus concrementum hominis constat. Quapropter cõmunem esse mortem corporis & animæ. Somnum uerò ignis interni secretionem esse.

C

Quomodo augescant stirpes, & an sint animantes. XXVI

PLato, Empedocles, stirpes quoq; animatos animantesq;. Manifesta uerò argumenta, quòd uibrent, quòd porrectos ramos habeant, quòd tractanti eos arboratori non sine uiolentia cedant, rursumq; laxati in pristinum usq; adeo habitum crescendo se reuocent, ut etiam renitentia pondera euincant. Aristoteles animatos quidem, nec tamen animantes. Quippe quum animantes appetitrices sint, sensibilesq; ac rationabiles. Stoici Epicureiq; animatos negant. Siquidem animatorum partim appetitrice anima esse, & concupitrice, partim uerò rationis compote, at stirpes temeritate quadam nasci, non animæ ui. Empedocles arbores primas animalium è terra extitisse antequam circumflexus solis expansus est, antè etiam quàm nox diesq; discriminata sunt, marisq; & fœminæ rationem obtinuisse propter temperamenti commoditatem, augeri autem à calore terræ interno ad hoc se distribuente. Proinde plantas terræ esse partes non secus ac infantes in utero uuluæ, fructus uerò in plantis ignis & aquæ excrementa esse. At uerò plantas quæ humoris inopes sint, æstu exustas defrondescere, quæ uerò humoris plenæ, frondes nõ amittere, ut laurum, oleam, palmam. Succorum porrò differentias euarianteis causas efficere, particularumq; multitudines. Quas quidem differentias ab altricis similaritatibus referunt, uelutiin uineis: nam generum differentiæ uini præstantiam non efficiunt, sed nutricij potius soli pabulum.

De uegetatione & auctu. XXVII

EMpedocles quidem animantes alimenti substantia naturæ suæ accommodari, augescere autem caloris accessu, minui uerò utriusq; defectu. Huius autem æui homines præ illis primis hominibus instar obtinere infantium.

Vnde appetentiæ animalibus fiant & uoluptates. XXVIII

EMpedocles appetentias fieri animalibus elemẽtorum defectibus uniuscuiusq; conficientium, uoluptates uerò ex humido.

D

Quomodo fiat febris, & an adnatus consectariusq; sit affectus. XXIX

ERasistratus febrem hunc in modum definit: Febris est citamentum sanguinis in spiritalia illapsum conceptacula, idq; nulla nostra sponte. Vt enim mare cum flatu nullo cietur, conquiescit, uiolento uerò flatu præter naturam irruente, imitus conturbatur, nihilo secius in corpore quum cietur sanguis in spirituum conceptacula irrumpit, inibiq; efferuescens concalefacit totum corpus. Placet autem illi febrem posterum & consequentem affectum esse. At uerò Diocles hoc modo inquit: Conspectus introrsus latentium comparentia sane sunt, & per summa erumpentia. Atqui id genus affectionib. adnasci febrem uidemus, & in uulneribus & pituitosis collectionibus & inguinarij abscessibus. Herophilus nulla etiamnum præcedente causa nonnullos interdum febricitare.

De prospera àduersaq; ualetudine & senectute. XXX

ALcmæon sanitatis conseruatricem potentiarum æquabilitatem, humoris, caloris, siccitatis, frigoris, amaritudinis, dulcedinis, & reliquarũ. Cõtrà unius dominatũ præpotentẽ ualetudinis effectorẽ: tabificũ enim esse utrarumuis partiũ dominatum impotentẽ, morborũq; omniũ causam. Atq; illã quidẽ tum à qua, ut caloris exuperantiam aut frigoris, tum uerò ex qua, ut redundantiã & defectũ, ut in nõnullis sanguinis inopiã aut etiam cerebri. Sanitatẽ aũt esse modicè accõmodatũ qualitatũ temperamentũ. Diocles morbos ferè fieri propter inæquabilitatẽ elementorũ corporaliũ habitusq; aeris. Strato morbos propter alimenti exuberantiã cruditatemq; & corruptionem fieri, contra prosperã ualetudinẽ, rectã corporis constitutionẽ alimentiq; quod satis est esse. Stoici cõcorditer senium caloris inopia fieri censent, eos enim qui plusculũ calorem habeãt, diutius uiuere. Asclepiades Æthiopas celeriter senescere, atq; adeo trigesimo anno, eorũ ẽm corpora supra modũ calfactari, à sole usq; deusta.

A Enimuero in Britannia centum & uiginti annis homines senescere, quādoquidem obrigefacta loca introrsus calorem arcent. Etenim Æthiopū corpora ideo exuctiora esse, quòd à sole relaxata sint, aliter prorsus atq; ad aquilonem, ubi densa corpora sunt, propter quod & longæua. FINIS.

Chalcographus lectori S.

Secundo De placitis philosophorum libro desiderantur duo capita, quemadmodum istbic annotatum est, quæ à Budæo an à typographo sint omissa, nobis non constat. Ne autem liber mutilus sit, neq; Budaicis aliena commisceantur, ex Cornarij interpretatione hic ad finem duximus adijcienda. Vale opt.

* De stellarum latione & motu. XVI

ANaxagoras, Democritus, Cleanthes, ab orientibus in occidentes ferri omnes stellas sentiunt. Alcmæon & mathematici erroneas contrarias nō errantibus: ab occidentibus enim in orientes contraferri. Anaximander à circulis ac orbibus, in quibus unaquæq; meat, ferri putat. Anaximenes similiter ad terram & circum terram stellas uerti dicit. Plato & mathematici, Solem & luciferū ac Mercurium æqualis cursus esse pronunciant.

Vnde illuminentur stellæ. XVII

MEtrodorus omnes non errantes stellas à sole illuminari iudicat. Heraclitus & Stoici stellas ex terræ exhalatione nutriri sentiunt. Aristoteles cœlestia indigere alimento negat: non enim corruptibilia esse, sed sempiterna. Plato & Stoici totum mundum ac stellas ex seipsis nutriri censent.

BASILII MAGNI EPISTOLA AD GREGORIVM NAZIANZENVM, DE VITA IN SOLITVdine agenda, per Budæum Latina facta.

B SIC tuam Epistolam agnoui, ut ij facere solent, qui amicorum liberos ex similitudine in ipsis conspicua agnoscunt. Nam quòd existimare te ais, magnopere non referre habitum structuramq; loci ad ciendum in animo tuo desiderium uitę nobiscum agendæ: antequam compertum quippiam habeas de modo & ratione uitæ nostræ, tuus hic est profecto animiq; tui sensus. qui huius mundi bona prorsus nihili esse ducas, præut est beatitudo, quam recōditam in diuinis pollicitationibus habemus. Equidem scribere ad te non sustineo præ pudore, quæ in hoc extremorum finium recessu interdiu noctuq; agito. Tametsi enim urbicas occupationes pro derelicto iam habui, ut sexcentorum malorum causas, me tamen nondum ipsum etiam habere pro derelicto quiui: similiterq; illis affectus sum, qui nauigandi insolentes nausea perditè affliguntur. Nanq; illi magnitudine nauigij offensi tanquam uehemētius succutientis, in lembum aut nauiculam cum transilierint: sic quoq; non secius à nausea laborant, nimirum molestia ipsos ac bile quo transierint cunq; comitantibus Huiusmodi igitur quiddam nobis contigit, qui domesticas perturbationes quoquo circumferentes gentium, ubiq; locorum perinde uersamur in tumultu. Quare non magnopere adiuti sumus ab hac solitudine. at uerò quæ facta à nobis oportuit, undeq; auspicandum fuit ei qui uestigijs hærere uoluit eius qui nobis salutis uiam præiuit (Si quis, inquit, pone me uenire uult, abiuret semetipsum, & tollat suam ipse crucem, & sequatur me) hæc ferè sunt. Iam primū mentē pacatā habere cōueniebat. Vt eīn oculus cōtinuo circūactu uersatus, & nunc horsum illorsumq; deflexus, nūc sursum deorsumq; erectus uicissim ac depressus, exactè cernere nequit, sed obrutu incūbere in rē uisam

uisam cum oportet, si quidē conspectum rei perspicuū facturus est: Hunc in modum C
mentem humanā sexcētis mundi curis distractā, euidenter cernere ueritatem uix est
ut euenire possit. Atq; ei quidem qui nondū coniugalib. uinculis astrictus est, rabidæ
cupidines, impetus effrenes amoresq; incessunt perditissimi. Coniugio aūt mancipa-
tum curarum agmen excipit. in orbitate desiderium prolis, uxoris custodia, domesti-
ca procuratio, seruilium officiorū constitutio, damna ciuilib. in cōtractibus accepta,
digladiationes cum uicinia, forenses concertationes, negociationis alea, agriculturæ
labores: unaquæq; dies suam affert animo caliginem. Iam uerò noctes diurnas curas
excipientes, per easdem rerum species imposturā menti factitant. Quarum rerū una
demum cautio est, si ab omni se mundo abdicarit, qui hanc uitare molestiam institue
rit. Est uerò secessus à mundo: non extra mūdum esse corpore: cæterū à consensu cor-
poris mutuaq; affectione animū abrumpere, non ciuē esse, non domū possidere, non
familiam, nihil proprium habere, non sodalitatis officia, non amicitiæ colere, prædia
nulla, nullas facultates habere, negocijs uacare, iurisgentium contractus humanasq;
disciplinas non nosse. Ita se comparare, cor ut humanum aptum sit admittere discipli
nam ex diuinis monumentis informatā. Est autem huiuscemodi cordis comparatio,
cum ex doctrinæ dediscuntur, quæ praua consuetudine sedem in ipso occupauerūt.
Nā neq; in tabulis cæreis scribere possis nisi prius literas induxeris quæ ante scriptæ
fuerūt: neq; animæ prius diuina placita accōmodaris, ꝙ anticipatas opiniones ab ea
exemeris. Ad id autem assequēdum solitudo grande operæpreciū affert, utpote quæ
perturbationes animi cōsopire solita sit, spaciumq; deinde indulgere ui ratiocinatio-
nis ipsas stirpitus ex anima elidendi. Vt autē feræ bestiæ blanda manu permulsæ leui
certamine superantur: ita libidines, pauores, mœrores, animæ uenefica mala, consue
tudine cōsopita, nec perpetuo irritamento efferata, eluctabiliora deinde ui rationis
fiunt. Esto igitur locus aliquis huiuscemodi qualis hic noster, ita ab hominum con-
gressu liber, ut à nullo extraneorū irrumpente assidua interpellet ut meditatio. pieta-
tis enim meditatio animā diuinis cogitationib. alit. Ecquid igitur beatius ꝙ homine
in terra concentum angelorū imitari? ineunte statim die in orationes ire, in hymnis D
in canticis creatorem uenerari? Exinde sole iam dilucescente cōuerti ad opera, nus-
quam sine oratione? denicq; canticis tanꝙ sale condire actiones? Siquidem hilarē sta
tumq; animæ æquabilitatem hymnica cohortamenta conferunt. Quietus igitur sta
tus animæ expiationis auspicatus est, cùm nec lingua loquitur quæ ad homines per-
tinent: nec oculi colorum nitores circunspiciunt in corporibus, nec cō cinne accom-
modatas membrorū proportiones, cùm nec aures animę intentionem elanguescere
faciunt, auscultandis ipsæ modulamentis distentæ, ad uoluptatem ciendam accōmo-
datis: nec facetorū hominum ridiculis aut scurrilib. dictis, quæ res maximè compara
ta est frangendæ animæ intentioni. Quippe mēs nec extrorsus dissipata, nec in mun
dum per sensoria diffusa, ad sese ipsa redit: moxq; suopte nutu ad dei notionem eua-
dit. Quo fit ut illo decore illustratus undiq; intellectus, atq; supernè illuminatus, na-
turæ quoq; ipsius obliuione capiatur, nec ad cibi iam curam demittat animā, nec ad
amictus anxietatem. Quippe qui à terrenarū rerum cura immunis & feriatus, omne
suum studium ad ea bona traducat quæ magno certamine quærūtur. id enim assequi
conatur, quo numeros omneis fortitudinis temperantiæq; impleat: quo iustitiā, pru-
dentiā, cæterasq; uirtutes absolutè excolat, aliasq; insuper: quæ sub hæc genera distri
butæ, uirū studiosum cōmonefaciunt, ut cūcta officiosè exequatur ad uitā rectè atq;
ordine instituendam. Maxima porrò uiarū ad ueri inuestigationem ferentiū, medita
tio est scripturarū diuinitus inspiratarū. quandoquidem in his cùm rerum agēdarum
præcepta reperiuntur, tum beatorū hominum uitæ memoriæ proditæ ac perscriptæ,
tanꝙ simulacra quædam animata proposita sunt uitę ad normā diuinam institutæ: ijs
quidem, qui bonorū operum exemplaria imitari cupiūt. Proinde in qua re quisq; no
strum senserit se eo quod oportet defici, in illo assiduè incumbens, tanꝙ ab officina
quadā medicinæ appositū suæ infirmitati medicamentū inuenire poterit. A tēperā-
tiæ quidē homo cupidus, historiā Iosephi assidua lectione euoluat: ab ea em̄ edidice
rit actiones tēperantiæ plenas, cū cōpeterit eū ad habitū uirtutis prouectū esse, nedū
uolupta-

A uoluptarijs in rebus continentia præditum. At uero in fortitudine instituetur lector ex historia Iobi: qui uita in contrariũ ipsi cedente ac prorsus immutata, egens ex beato, orbus ex pulchræ prolis parente, unius dieculæ momento factus, non idẽ modo sui͡q; simillimus mansit, celsos animi spiritus ad extremum usq; retinẽs, sed ne amicis quidem eius qui ad consolandum eum uenerant, tandẽ ipsi insultantibus, dolores eius exacerbando, iracunde irritatus est. Rursus aliquis reputans quomodo magnanimus idem & clemens esse possit, ita ut animo quidem obfirmato aduersus peccata: clemẽtia uero utatur erga homines: illic Dauidem inueniet generosum in bellicis facinoribus, clementem & placidũ in inimicis ulciscendis. Talis erat Moses, ingẽti ille quidẽ ira in illos insurgens qui in deũ peccauerant: sed miri animo perferẽs illos qui sibi obtrectauerunt. Quemadmodum autẽ pictores cum imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidẽ respectantes, liniamenta eius transferre conãtur magno studio ad suum opificium: ita qui sese meditatur omnibus numeris uirtutis absolutũ reddere, ueluti simulacra quædã spirantia & actuosa sanctorum uitas respicere oportet, proba͡q; opera illorũ sua imitãdo facere. Iam uero orationes lectionibus succedẽtes, recentiorẽ animã uegetiorem͡q; accipiunt, utpote desiderio dei iam flagrantẽ. Atqui est oratio illa bona, quæ cõpertam dei notionẽ in animo ingenerat, est uero dei inhabitatio, insidentẽ intus deũ memoria complecti. Hac͡q; nos ratione templũ dei efficimur: quando nec terrenis curis perpetuus tenor memoriæ interpellatur, nec improuisis perturbationibus intellectus tumultuatur, sed hæc omnia effugiens uir amore dei præditus, ad deum ipse secedit: tũ affectus foras quatiens qui ad intemperantiam prouocant: tũ in ijs studijs libenter uersans, quæ ad uirtutem ducunt. Atq; in primis quidẽ magno studio id cõparandum habemus, scite ut sermocinari possimus: ut nec contentiosius percõctemur, nec affectantius respondeamus: ut differenti non obloquamur, nec interfari atq; interpellare gestiamus absurda ostentatione, fastũq; præ se ferente: ut modũ teneamus & sermocinandi & auscultandi. Neq; uero ad discẽdum uerecundũ esse oportet: nec ad docendũ malignum. Quod ab alio tute didiceris, ne-

B quaquam clam habendum, cuiusmodi facere mulieres improbæ solent: quæ ex alijs ipsæ quæsitos liberos uiris suis tollendos subijciunt, patrem ementientes, auctorem uero ipsum prodere grata cõmemoratione decet, uerum͡q; ipsius sententiæ parentẽ. Vocis porro intentio mediocritate temperãda est, ut nec exilior fallat aures, nec contentior odiosa radat offensione. Expendendũ prius quid dicturus sis: atq; ita demum edendum & peruulgandũ. At uero in congressibus comiter appellare oportet, atq; in consuetudine suauẽ se præbere: non etiam uoluptatẽ facetosis sermonibus aucupari. Adhortationũ uero benignitatẽ clementiæ ac mansuetudinis opinionis colligenda est. Nusquã acerbum se præbere conuenit: etiamsi obiurgatione opus sit. ita enim maxime castigando acceptus eris, si infra fastigium tuum descendens id feceris. plerunq; uero conducibilis nobis erit ea increpãdi ratio quam propheta secutus est: qui peccati reo Dauidi nõ à semetipso impegit damnationis modũ, sed accersita persona utens, iudicẽ illum ipsum in proprio crimine æstimando constituit. adeo præiudicio in se facto, nihil ille deinde habuit quod succenseret increpanti. Et cõsentaneus quidẽ fuerit summissis atq; deiectis animis tristis oculus atq; deorsum uergẽs, habitus neglectus, squalida coma, uestis sordida. adeo quæ lugẽtes cõsulto meditato͡q; faciũt, ea suapte animi sponte in nobis, & ueluti habitu temerario extitisse uideri debẽt. Tunica cinctu appressa sit corpori et astricta. Cinctus neq; muliebrẽ in modũ ilia exuperet: neq; prælaxus fluxã tunicã efficiat. Incessus esto nec segnis, ne animũ dissolutũ declaret: nec rursus uehemẽs insolẽter͡q; incitatus, ne cõsternatos impetus animi significet. Vnũ modo sit uestitus propositũ, operimentũ ut existat ab æstus frigoris͡q; iniuria corpus asserere aptũ & idoneũ. Colorũ amœnitates ne exquirantur, nec opificiorũ delicię prętenues ac molliculę. Etenim in ueste pigmentorũ lautitias cõsectari, perinde est atq; si muliebrẽ cõptũ nobis accõmodemus: quẽ magno illę studio sibi aptare solẽt, accersitis lenocinijs crines malas͡q; inficiẽtes. Tunica sit eouiq; crassa, ut alio opus nõ sit integumẽto ad cõcalefaciendũ corpus ea contectũ. Calciariũ esto precio qdẽ illud uile, sed q; uicẽ suã implere possit. &, ut semel oĩa uno uerbo cõplectar,

ctar, ut in ueste comparanda rationem in primis cōstare oportet utilitatis, ita in cibo panis usus expleuerit id quo opus est ad alimentum: aquæ potus sedauerit sitim homini integræ ualetudinis. quibus accedent ea pulmēta, quæ ex leguminibus ad usus tantum necessarios facta, tuendæ sunt integræ corporis firmitati. Inter epulandū hoc cauere conuenit, ne helluantium speciem præbeamus. sed & cōstantiam & mansuetudinem ubiq; retineamus. atq; in percipiendis uoluptatibus æquabilem continentiam. ne tum quidem porrò ita animis esse feriatis nos oportet, ut cōmentatione rerum diuinarum uacemus. Quippe qui alimentorum naturam corporisq; alitis opificium argumentum habeamus, diuinas laudes exordiendi: utiq; cum in mentem nobis uenit, quomodo uaria cibi genera corporum qualitati accōmodata, ab eo sint inuenta qui omnia moderatur & regit. Porrò autem orationes antequam cibum sumimus pro dignitate diuinarum benignitatum ineundæ sunt, cùm earum quæ in præsenti nobis diuinitus conferuntur, tum uerò earum quæ in posterum eisdem recondita sunt. Iam à corporum curatione rursus orationes gratiarum actionem exequātur, iam acceptorum ergò: atq; eo amplius eorum flagitationem quæ deus nobis pollicitus est. Deniq; cibi sumendi hora sit & unica & constituta, eademq; semper perambitum reuertens: uix hæc ut curādo corpori destinata una sit quatuor & uiginti: quam temporis intercapedinem complectitur diei noctisq; uicissitudo. Reliquas autē horas mens cōmentando occupata sit, hominis quidem certè qui menti exercendæ in solitudine se addixerit. Somni leues sunto, eiusq; modi qui excuti facilè possint, ex naturæ utiq; præscripto, ad uictusq; rationem appositi. Id uerò interim accurandum studioq; assequendum est, ut cōmentandis rebus arduis ipsi pascantur somni. Nam altiore correptum esse sopore, sicq; esse ueterno dissoluta hominis contemplatoris membra, ut interim pateat aditus uisis absurdis obrepentibus, id certè instar est quotidianæ mortis. atqui quod alijs diluculum, id nox ijs dimidiata est, qui se colēdæ pietatis studio deuouerūt. Tum enim præcipuè ocium animæ largitur nocturnum conticinium, cùm neq; oculi aspectus importunos, neq; aures auditus obturbatores intro ad cor admittunt. Cæterum mens sola secum cum deoq; negociū habens, tum peccatorum suorum recordatione sese corrigens, fines ipsa sibi præscribit ad uitia auersanda: opem etiam diuinitus implorans ad ea adipiscenda, ad quæ magno studio incitata est.

FINIS.

BASILEAE, APVD NICOLAVM EPISCOPIVM IVNIOREM, ANNO M. D. LVII. MENSE SEPTEMBRI.

A01 1467877

EPI SCOP.

Digitized by Google

G 87.

Digitized by Google